ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΝΤΙΚΗΝΣΩΡΟΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

THEOPHILI ANTECESSORIS PARAPHRASIS GRAECA INSTITUTIONUM CAESAREARUM:

CUM NOTIS INTEGRIS

P. NANNII, J. CURTII, D. GOTHOFREDI, H. ERNSTII, ET C. A. FABROTI,

AC SELECTIS QUAMPLURIMORUM ERUDITORUM OBSERVATIONIBUS, CUM EDITIS TUM INEDITIS.

LECTIONUM VARIETATES EX PRIMARIIS EDITIONIBUS ET PITHOEANO MS. INSERUIT, novam versionem κατὰ πόδας concinnavit, suasque animadversiones & επιμελειας addidit

GUL. OTTO REITZ, J. CTUS:

Qui & Fragmenta THEOPHILINA nunc primum collecta, & titulos Græcos *de V. S.* ac *de R. J.* denuo recognitos, nec non XX. Excursus varii argumenti,

CUM GLOSSARIO THEOPHILINO

atque copiosissimis tam Rerum quam Auctorum Indicibus subjunxit.

TOMUS PRIMUS.



HAGAE COMITIS,

Apud Fratres OTTONEM ET PETRUM THOLLIOS.

MDCCLI.



GVLIELMO. QVARTO.

ARAVSIONENSIVM. Ac. NASSOVIORVM.

PRINCIPI.

PATRI. PATRIAE.

CVNCTARVMQVE. BELGII. FOEDERATI. CIVITATIVM.

MVNICIPIORVM. PROVINCIARVM. ET COLONIARVM.

PRAESIDI. ATQVE. IMPERATORI.

PERENNEM. FELICITATEM.

VOVET.

GVL. OTTO. REITZ.

ETIAMSI Vir multis nominibus clarus, qui primam Theophili Anteceſſoris editionem Auguſtiſſimo Imperatori Carolo Quincto inſcribere ac dedicare ſuſtinuit, ſuo mihi exemplo non praeiiſſet: tamen haud verear, PRINCEPS CELSISSIME, ne hanc Cæſarearum Inſtitutionum paraphraſin, tot jam nunc doctorum curis & lucubrationibus expolitam, illuſtri SERENITATIS TVAE ſplendore illuminare dedigneris. Sive enim Latini exemplaris auctorem ſpectamus, eſt is Juſtinianus, & nomine & factis Magnus, qui uti Orbis Romani legiſlatorem, ita ſtudioſae legum juventutis magiſtrum ſe videri, Imperiali faſtigio ſacraeque purpurae nequaquam indecorum exiſtimavit: ſive materiae conſideramus utilitatem, ea tanta eſt, *ut nullius diſciplinae ſtudium aeque illi, qui civitatis, qui regni vel Imperii aliquando gubernacula ſuſcepturus eſt, magis utile aut neceſſarium aut proprium eſſe poſſit, quam legum & juris*: ſed haec atque alia poſt elaboratam Viglii Zuichemi præfationem dedicatoriam pluribus exponere ſuperſedeo: tantoque magis coram TE, GULIELME MAGNE, quod ipſe priſcorum heroum inſtar non eru-

erubeſcis Eruditorum Princeps nominari; dum inter graviſſimas publicorum negotiorum, vel ad Belgii noſtri ſalutem, vel ad conſervandam univerſæ Europæ pacem pertinentium, curas, non modo Academiarum patriarum Curatorem, ſed etiam Rectorem agis Magnificentiſſimum. Tantum ergo abeſſe confido, ut argumenti tenuitas, quae primis cujuſlibet ſcientiae elementis eſt communis, TE offendere queat; ut ſummo potius jure TIBI uni dedicationem hanc deberi, ultro poſtulare atque imperare videaris. Inprimis quando hoc accedit, quod Juventutis Batavae Princeps, in patrias & avitas majorum jamjam formandus artes ac virtutes, non alio fideliori duce & doctore, ad pernoſcendas Juris legumque antiquitates, uti aliquando poſſit. Quas enim ad haec uſque tempora paraphraſtae noſtro calumnias Doctorum nonnulli intenderunt, eas in hoc opere ita paſſim depulſas autumo, ut nemini amplius dubium eſſe poſſit, quin noſter Theophilus idem ille ſit *Vir Illuſtris & Anteceſſor, cujus ſollertiam & legum ſcientiam & circa juſſiones ſuas fidem* Caeſar Juſtinianus tam magnifice praedicat. Meam vero operam quoniam FILIO per aetatem necdum obferre & ſacrare licet, PATRI dedicare ut liceat, devotiſſimo rogo oroque animo. Nam ſicuti miſello clienti,

Theophilo, neque clarius neque potentius, quam tanti PRINCIPIS, patrocinium proſpicere poſſum, quo certius ac tutius bene merito poſtliminii jure in priſtinam reſtituatur dignitatem atque auctoritatem; ita me ipſum meaſque litterulas eidem TIBI, fugientium Muſarum Statori, exoptatoque diu ingruentis Barbariei Debellatori, adprobare inque Principalem clientelam commendare ſatago: quam mihi audaciam eo minus male ceſſuram & ſpero & auguror, quod laeto ſubinde animo mecum reputo, quam gratioſam ac beneficam TVA ſe Majeſtas plus ſemel erga conſanguineos meos praebuerit. Jamque alii, deſideratiſſimam hanc compellandi TVI, PRINCEPS SERENISSIME, adepti copiam, verboſos pro more ſolito panegyriſtas agerent: verumenimvero, quum tot jam & Oratores facundiſſimi, & Hiſtorici præſtantiſſimi, & Poëtae celeberrimi ſuas in decantandis Auriacorum heroum virtutibus periclitati ſint vires,

non meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſant.

Potius, quoniam in principe virtutum Juſtitia verſamur, cujus nobis heic regulas cum Imperatore ſuo tradit Theophilus, in ſimili morari argumento

to fas mihi ſit, iiſdemque, quibus ille Carolum Quinctum, verbis TVAM compellare CELSITVDINEM: „ Utinam aliquando eorum votis, GVLIELME, annuas, novuſque nobis exoriare Julius „ aut Juſtinianus: nec ſolum inveteratum hoc „ ſcribendi & coacervandi cacoëthes (ut ille vocat) inhibeas, verum ab ipſis radicibus tot & tantarum opinionum diſſenſionumque ſeminaria, „ novis ſubſtitutis conſtitutionibus, evellas, vel „ ſaltem immenſa librorum volumina ad mediocrem aliquam ſummam perducas. Illo etenim „ malo non tantum diſcentium ſtudia jam pridem „ graviter exercentur, atque adeo affliguntur, ſed „ privatorum etiam fortunae cum luculento Reipublicae damno adteruntur. Tam multa enim „ interpretum jactitata opinionibus, cum in forum ac tribunal deferuntur, judicibus quidem „ bonis & probis magnum, in diſcernenda veritate „ examinandaque juſtitia, ſcrupulum injiciunt; „ improbis vero januam ad gratiam, odium, ſordes, ambitionem patefaciunt: diſpendioſa ſcilicet victis, & parum ipſis victoribus compendioſa, dum lucra pragmatici diſpertiuntur. Et profecto, Princeps Auguſte, nihil ſupereſt, quo „ tot illuſtribus rebus a Te geſtis, majorem diuturnioremque Tibi gloriam apud poſteros com-

„ parare

„ parare poſſis, quam ſi Jus Civile, quo publica
„ & privata reguntur, in ordinem, in concor-
„ diam, in brevitatem redigas; quo tandem ſcia-
„ mus, quo jure uti debeamus, atque ut idem
„ deinceps & intelligere & ediſcere commodius
„ poſſimus ".

Qui quaerit Pater urbium
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam,
Clarus poſtgenitis: quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus;
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

Faxit DEVS TER OPTIMVS MAXIMVS, ut concatenatorum, quos in conſtituenda Republica, animo pluſquam Herculeo, inſumis laborum, cum regia Conjuge maturiores laetioreſque in dies efflo-reſcere videatis fructus: utique ex generoſiſſimis veſtris liberis, quibus Arauſina domus vel fulta jam eſt, vel Numine propitio amplius fulcietur, numeroſa nepotum propago viridem vegetamque Avorum ſenectutem, in aeternum & commune tam Germaniae utriuſque quam Magnae Britanniae bonum, exhilaret beetque!

Medioburgi in Selandis,
Kalendis Juliis A. CIↃIↃCCLI.

GUL.

GUL. OTT. REIZII PRÆFATIO.

ARGUMENTUM.

§. 1. *Novæ editionis Theophilinæ deſiderium.*
§. 2. *Eam an* H. Mylius *promiſerit.*
§§. 3. 4. G. d'Arnaud *verius quam* C. Siebenius *THum edere conſtituerat.*
§. 5. *Quis mihi ejus edendi auctor fuerit.*
§. 6. 7. 8. *Cur nullæ ex poſtumis aut Arnaldi aut Siebenii laboribus obſervationes in hac editione exſtent.*
§. 9. *Cur contextum Viglianum Fabrotiano plerumque prætulerim.*
§. 10. *De Lectionibus variantibus.*
§§. 11. *Verſio* J. Curtii *elegantior quam fidelior.*
§§. 12. 13. *Cur ego* κατα ποδα *verterim:*
§. 14. *aliiſque ſæpe quam Juſtinianeis verbis utar.*
§§. 15. *Utramque Fabroti editionem quomodo conjunxerim.*
§§. 16. *De ambarum nævis & vitiis.*
§§. 17. *Poſterior magis quam prior Fabroti editio, Curtio qui tamen nullo MSto Codice inſtructus fuit, plus nimio tribuit.*
§. 18. *De labore* J. Doujatii & Car. Andr. Dukeri.
§§. 19. *De MStis Anonymorum notulis.*
§§. 20. *De* Lectt. Pithoeanis *ex litteris* D. Ruhnkenii,
§§. 21. *et* A. D. Trekellii.
§§. 22. *Codex ille unus ex Regiis Pariſienſibus fuiſſe videtur.*
§§. 23. 24. *De poſtumis Mylii lucubrationibus.*
§§. 25. 26. *Humanitas, induſtria & obſervationes ineditæ* G. Meermanni.
§§. 27. *Extemporales* Trekellii *animadverſiones;*
§§. 28. *Item* D. Ruhnkenii, *qui &* J. D. Ritteri *Diſſertationem &c. mihi procuravit.*
§§. 29. J. Fr. Reizii & J. Gavellii *notulæ ſubitariæ.*
§. 30. Hoynckio van Papendrecht, *& ceteris Viris doctis, qui quid ſuppeditarunt, gratiæ aguntur.*
§. 31. *Excuſatio, quod non plura exſpectaverim ſubſidia.*
§§. 32. 33. *De MSS. THi Florentinis.*
§§. 34. *De Neapolitano & Veneto.*
§§. 35. *De Regiis Pariſ. ſive Radulphianis.*
§. 36. *De Taurinenſi, & Vaticano ac Palatino.*
§§. 37. *De Meſſanenſi ex litteris* J. P. d'Orville.
§§. 38. *De Codd. Cujacii, Pithoei atque Ernſtii: nec non de Scaligerano.*
§§. 39. *De ratione* επιχειρησεων *mearum.*
§. 40. *De* Διαλογεαφια *vocabulorum juridicorum.*
§. 41. *De vitiis primarum plagularum.*

* *

§. 42

§. 42. *De omiſſis a me accentuum ſignis.*
§. 43. *De Opuſculis THinæ paraphraſi ſubjunctis.*
§. 44. *Probationes, THum hunc Tribuniani ſocium fuiſſe, & paraphraſin ante finem Anni Chr.* 534. *confeciſſe.*
§. 45. *Admonitio adv. ſecus ſentientes.*
§. 46. *Eam paraphraſin auditoribus in calamum fuiſſe dictatam.*
§. 47. *Juventuti Juris R. ſtudioſæ lectio THi commendatur.*
§. 48. *De Stilo nonnulla:*
§. 49. *nec non de vitiis Paraphraſtæ imputatis.*
§. 50. *Concluſio.*

GUL. OTTO REITZ

LECTORI JURIS ÆQUE AC GRÆCITATIS STUDIOSO S. P. D.

§. 1. CENTUM propemodum effluxerunt anni, ex quo THEOPHILUS Anteceſſor Græce poſtremum prodiit: nam poſt ſecundam Fabroti editionem A. 1657. non niſi Latina Jacobi Curtii verſio, tam πρωτοτυπῶ quam interpolata, aliquoties tantum repetita, ac ſemel in linguam Gallicam transfuſa fuit. Nihil igitur mirum, ſi ob ſummam exemplarium Græcorum penuriam complures hujus ſæculi Jurisconſulti & Anteceſſores ſæpius & privatim & publice exoptarunt, ut novæ ſe quis editioni accingeret, atque ea, quæ ad illuſtrandum a calumniisque vindicandum paraphraſten idonea viderentur, congereret.

§. 2. Talem Orbi Erudito editionem promiſiſſe Doctiſſimum Juvenem HENRICUM MYLIUM, auctor eſt Vir Conſultiſſ. G. A. Jenichen in præfat. de vita illius pag. XXVII. Sed ejus ego rei teſtimonium necdum in ipſis Mylii opuſculis invenire potui: contrarium fere perſuadent, & finis §. VII. Hiſtor. Theoph. pag. nobis 1065, & pars epiſtolæ Siebenianæ ad ipſum Mylium A. 1733. in hanc ſententiam ſcriptæ: *Totus hæreo jam in Novellis aliisque JCtorum Græcorum reliquiis perlegendis & emendandis: quo abſoluto opere demum de edendo Theophilo cogitabo.* Vix enim dubitari poteſt, quin poſterius hoc aliis expreſſurus fuiſſet verbis, ſi Theophilinam ab ipſo Mylio exſpectaſſet editionem.

§. 3. Poſt defunctum autem Mylium ſerio de edendo THo cogitaſſe

CORN. SIEBENIUM, Anteceſſorem Amſtelodamenſem, idem l. c. prodidit Jenichen. Verum enim vero neque huic certum ea de re ſtetiſſe conſilium, ſed GEORGIO potius D'ARNAUD, Juveni mature jam, duce & doctore Wielingio, inter Eruditos clareſcenti, mox Anteceſſori Franekerano, hanc tradidiſſe lampada, certiſſimum eſt.

§. 4. Quum enim poſt præmatura Arnaldi fata, qui quam tritus ac familiaris ſibi eſſet THus, multis jam documentis probaverat, Abr. Wielingius ὁ παῦρο me identidem ad capeſſendam hanc provinciam adhortaretur atque impelleret: ego nihil temere ſuscipiendum ratus, fratrem Dilectiſſ. Jo. Fredericum, eo forte tempore Amſtelodamum cogitantem, rogavi ut Virum Clariſſimum convenire, ac meo nomine, quid de edendo THo ſtatuiſſet, ſciſcitari vellet. Tum vero fratri ingenue profeſſus eſt, ſe nunc jam totum in Pſello eſſe adornando; & pauca admodum in THum aut obſervata aut ſubſidia habere; adeoque hanc mihi ſpartam facile concedere: quin immo, ſimulac primam operi admoviſſem manum, ea ſe libenter communicaturum, perquam humaniſſime pollicitus fuit.

§. 5. Vides hinc, Benevole Lector, quibus veluti gradibus ad me devolutum fuerit illud ſaxum. Ex eo itaque tempore majore mihi ſtudio varias editiones comparare, doctorum undecumque obſervationes colligere, celeberrimos hujus ævi JCtos per litteras conſulere, Typographum Theophilo jam meo proſpicere, denique medio anno 1745. *Prodromum Theophilinum* edere cœpi.

§. 6. Antequam vero ad memoranda ea, quæ vel præſtiterim vel præſtare tentaverim, devenio, cauſſas aperiam neceſſe eſt, unde factum ut ex ſolius Mylii aliquæ, ex Siebenii & Arnaldi laboribus nullæ in hac editione exſtent reliquiæ, ne quis eas a me vel neglectas vel meo ſub nomine ſuppreſſas ſuſpicetur. Enimvero is nec bonam meam fidem, nec ſedulam & forte nimis anxiam colligendi induſtriam novit, quarum utramque Erudito Orbi variis jam qualibuscumque ſcriptiunculis ſatis ſuperque probaſſe me confido. Alia, quod tantis Viris, Siebenio atque Arnaldo, ſuccedere haud verear, nec in laudem nec in contemtum mei non addo, ne aut falſæ modeſtiæ aut vanæ arrogantiæ arguar.

§. 7. Procedant jam duo fide digniſſimi teſtes: & primo quidem loco Franekeranus, dum vixit, Anteceſſor DOMINICUS BALK, qui A. 1745. hæc mihi reſcripſit:

„ Gratiſſimis Tuis dudum reſpondiſſem non tantum, ſed & pro „ transmiſſo ad me Prodromo egiſſem gratias, niſi cuncta prius ten„ tare fuiſſet animus, per quæ Tibi noſtroque inſervire liceret THo:

„ ſed hactenus fruſtra fuerunt omnia. *Parens* ARNAUDII *ex deſiderio* „ *tuo ſcripta ipſius ſedulo perſcrutatus eſt, ſed nullas in Paraphraſtam* „ *vel animadverſiones vel notas reperire potuit* ".

§. 8. Hunc excipiat alter, Vir mihi Amiciſſimus, quem evitandæ invidiæ cauſſa nunc non nomino: is poſtquam de exemplari quodam Viglianæ editionis conſcribillato dixerat, hæc ſubdidit: „ Majus operæ pre- „ tium fuiſſet Clar. SIEBENII notas THo ſubjungere. Sed quantum ego „ filium, ut copiam faceret, adhortatus ſum; tantum, ut ne faceret, de- „ hortatus eſt Juris apud nos Profeſſor, ... dignus ſane ob tan- „ tum ſcelus, qui publice a te in præfatione bonorum omnium indi- „ gnationi exponatur ". Crediderim tamen, haud adeo multa eſſe, quæ Siebenius pater, aliis occupatus ſcriptoribus, ad illuſtrandum THum meditata reliquit: alioqui indignam paternis manibus injuriam filius cetera haud degener inferre metuat, niſi ea publici quam primum juris faciat.

§. 9. Tempus jam eſt referre, quid ipſe in hoc opere aut præſtiterim, aut præſtare tentaverim. Et PRIMO quidem textum Græcum integrare, ſuamque, quantum fieri potuit, Theophilo ſcripturam, vel dictaturam verius, reſtituere adlaboravi: unde principi editioni Viglianæ (quam præ Fabrotiana, ob cauſſas Editori Leidenſi jam dictas, potiſſimum ſequendam eſſe duxi) non dubitavi Fabrotianam aliquando, immo vel meliores reliquarum editionum lectiones, vel aliorum aut meas ipſius emendationes, quæ certæ ſatis videbantur, ſubjicere. Exempla dabit Auctorum Index v. *Theophilus*. Non equidem ſumus neſcii, Viris quibusdam eruditis non placere, ut vel minimum in vulgata veterum auctorum lectione immutetur: ſed hoc cum Viris Clariſſ. Dukero ac d'Orvillio nonniſi ad primam cujuscumque ſcriptoris editionem reſtringimus. Cui alioqui bono ſana fuerit Critica, ſi glandibus ſemper pro frugibus veſci cogamur? Nec tamen ullam vel leviſſimam induximus mutationem, quin Lectorem illius commonefecerimus, ut veterem vel Viglii vel Fabroti, ſi malit, lectionem recipere poſſit.

§. 10. Hæc ergo eſt cauſſa & Variantium Lectionum origo, ex omnibus Græcis vel Græco-Latinis editt. a me primum adnotatarum, excepta Neidhartiana, cujus rei idoneam in Prodromo cauſſam dixi. Potuiſſem, fateor, Viglianis & Fabrotianis contentus eſſe lectionibus, quando nemo alius ex MSS. noſtrum auctorem vulgavit: ſed nimiæ malo diligentiæ incuſari, quam in alteram peccare partem.

In his Variantibus per *ad*: intelligi volo *addit* vel *additur*.

de:

de: deeſt vel *deſunt.*

ſ. l. ſuo loco.

h. l. hoc loco, quod modo ſignificat, ſic hoc loco, ſed alio aliter legi; modo, aliquid inverſo ordine in hunc locum eſſe tranſpoſitum.

cum Curt. Curtium in eum ſenſum Latine reddidiſſe.

ante Fabr. vel ſimiliter, deſignat omnes editiones Fabrotiana priores.

Idem aliquando numerus in textu Græco recurrens, (veluti pag. 88. ter legitur 7. pag. 146. non tantum bis 28. ſed & poſt 30. bis 22. & pag. ſq. ter 36. repetitur) pluribus locis eamdem lectionis varietatem indicat, quam uno loco notaſſe ſatis habebam.

Editiones autem decem *Baſil. Pariſ. Lovan. Lugd. Gothofr.* 1. 2. 3. *Genev. & Fabr.* aut *F.* 1. 2. vel per ſe Lector jam novit vel ex Prodromo noſtro pag. 1110. cognoſcet.

§. 11. Verſionem Curtianam (quam Fabrotus in prima editione rarius, quam in ſecunda, atque in deterius fere interpolavit, uti jure conqueritur ac demonſtrat editor Leidenſis) ſatis eleganter ſcriptam eſſe fateor. Sed eamdem parum eſſe fidelem, dum Juſtinianea verba paſſim & maxime in locis paullo difficilioribus pro Theophilinis ſubſtituit, (unde miſellus paraphraſtes alienam ſæpe culpam luere debuit apud eos, qui Græca non conſulebant) magna docebit exemplorum copia in noſtro Auctorum indice, v. *Curtii verſio*, quæ major etiam eſſet, ſi verſionem veterem ſemper & ubique cum mea comparaſſem, quem mihi laborem, niſi in locis hac cura dignis, ſubeundum non putavi.

§. 12. Non ſola autem hæc me cauſſa ad novam verſionem concinnandam impulit, ſed etiam hæ: primo, quod qui auctorem in aliam transfert linguam, ad vim verborum & ſenſuum cohærentiam multo eſt attentior, quam qui ea ſimpliciter legit. Et ſane multæ me olim obſervationes præterierant, quæ inter vertendum ſponte ſe obtulerunt. Deinde juventuti ſtudioſæ ad THum penitius intelligendum viam ſternere decrevi: quare ſtilo ſimpliciſſimo κατα ποδα fere decurrente uſus ſum, nec dubitavi vocabulis aliquando αδοκιμοις, & ſequiori quam aureæ ætati propriis, Græca ſignificantius exprimere; quod nec ipſe Curtius facere reformidavit. Verius igitur in meam verſionem quadrant ea, quæ Curtius (pag. nobis 1156.) de ſua ſcribit: „ Porro in vertendo „ eum morem ſervavi, ut orationis elegantiam verborumque lenoci„ nia non ſane captarem, ſed verbum verbo, quoad fieri poſſet, ſum„ ma fide redderem. Quod eo pertinet, ne quis aut ſermonis dictionis„ que negligentiam " .... reliqua L. B. in d. pag. lege ſis, ut deſcribendi ſublever tædio.

§. 13. Namque in ea ego ſum opinione, ſi quis peregrini ſcriptoris adornare velit verſionem, quam ſeorſum edere geſtiat, ut quidem Curtius fecit, eam & elegantem & concinnam deſiderari, quo & legatur lubentius, & auctore πρωτοτυπῳ non indigna ſit. Cui autem bono fuerit talis verſio, ſi eidem, ut vulgo fit, auctori e regione adjungatur? Neque enim tironibus utilis eſſe poteſt, qui inde linguæ alterius genium non percipere, ſed ſola interpretatione uti poſſunt: viris autem doctis quid ea opus eſt? niſi ut illum librum altero tanto emere cogantur, quam ſi unico is ſermone prodiiſſet. Adeoque mea cum venia nunquam eventurum eſt, ut ſola hæc mea verſio ſeparatim excudatur.

§. 14. Ceterum hoc etiam ut plurimum obſervavi, ut, ſi Græca vocabula varie poſſent reddi, propriam (ſi res & ſenſus ferre poterat) ſignificationem prætulerim. Vide ex gr. L. II. c. 48. de verbo μιγνυσθαι, cap. 72. not. *i.* c. 232. ubi πολεμον bis verti *bellum*, licet *prælium* μετωνυμικως deſignetur. Tum dubius aliquamdiu hæſi, utrum, ſi Græca ſinerent, ipſis Juſtiniani verbis, an aliis & diverſis uterer: tandem poſterius prætuli ea de cauſſa, ut ſic Imperatorem ſimul quaſi cum THo μεταφραστικως interpretarer. Vide v. c. notas pag. 204. ad Juſt. & Curt. *non æque*, ubi THinum ακρι cum Fabroto *non item* reddidi: Pag. 782. not. *s.* ubi Juſt. *ſtabulum*, THus πανδοχειον, ego hoc *diverſorium* interpretatus ſum. Pag. 840. not. *m.* pro Juſt. *taberna* Græcus καπηλειον, ego *cauponam* dedi. Denique vel me tacente Lectori patebit, ea quæ currentibus litteris in verſione expreſſa ſunt, ob Latinitatem aut ſenſum a me addita eſſe.

§. 15. Hactenus de verſione. Quantum ad Commentatores in THum typis jam vulgatos adtinet, unde animadverſiones & obſervationes in hanc editionem contuli, quum eorum & nomina & opera Index noſter recenſeat, ſupervacuum foret de ſingulis hic diſſerere. Aliqua tamen de ambabus Fabroti editionibus (tam quod ad notas quam quod ad Græcam lectionem & Latinam verſionem, longe inter ſe diverſis) nec non de Doujatiana ac Leidenſi verſionis Fabrotianæ editione, monenda duco. Primo: me, ſi utraque conſpiret, ſimpliciter ſubjunxiſſe FABR. ſi ambæ ex parte tantum conveniant, varietates illas his ſignis [*ex Edit.* 1. vel *ex Edit.* 2.] incluſiſſe; ne & libri moles ſine neceſſitate augeretur, & Lector eadem bis legere cogeretur, uti ſummo ſæpe cum faſtidio in duplici Jani a Coſta Commentario accidit. Pro exemplo ſit nota *c.* Pag. 25. quæ, ſi dupliciter edere maluiſſem, ſic Lectori legenda fuerat:

c. *Conſulere* quidem interdum idem eſt, quod providere & proſpicere;

re; & inde *conſules* dictos putant Pompon. in l. 2. §. quod ad magiſtratus D. *de Orig. jur.* & Flor. l. 1. c. 9. Martianus Capella l. 5. ſed *conſulere ſenatum* eſt rogare; ut olim populus rogabatur, id eſt conſulebatur. Sed & Senatus conſulere dicitur, quod eſt decernere, ut in SCto Vellejano, unde *Conſulta* pro SCtis, Tertull. *ad Nat.* I, c. 10. FABR. I.

Conſulere quidem interdum idem eſt, quod providere & proſpicere; & inde *conſules* dictos putant Pompon: in l. 2. § quod ad magiſtratus D. *de Orig. jur.* & Flor. l. 1. c. 9. Martian. Capella l. 5. D. Hieron. cap. 3. in Eſaiam: *Senatus quoque conſulta dicuntur, & principes quondam Romani, Conſules appellati ſunt vel a conſulendo civibus, vel ab agendo cuncta conſilio.* Sed *conſulere Senatum* eſt rogare, ut olim populus rogabatur, id eſt conſulebatur. Sed & Senatus conſulere dicitur, quod eſt decernere, ut in SCto Vellejano. Juſtinus 1, 7. *Si quid in Croeſum crudelius conſuluiſſet.* & l. 11. ult. *Ne in ſe gravius conſulatur.* & l. v, 3. *crudeliter in plebem conſuleret.* FABR. II.

§. 16. Deinde de magno nævorum ac vitiorum numero, in omnibus quorumcumque auctorum editionibus, a Fabroto procuratis, poſt alios in Prodromo pag. 1123. conqueſtus ſum. Utinam Magnus ille Vir, (quod ei nomen ſerio, non ειρωνικως tribuo, cum ob diffuſam lectionem & eruditionem, tum ob Juris R. ſummam peritiam nec contemnendum judicii acumen) non nimium fuiſſet negotioſus & feſtinabundus, ne vere in illum vulgaris hæc gnoma quadraret: *Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus!* Illa ergo vitia, quæ per incuriam ſolam, non minus apud Fabrotum quam apud Viglium, inrepſiſſe nemo non videat, veluti διδοσται, ἐλευθεριαν, ενθαυθα, διατεμενθ, ειδειτο, λιγατευομεν, νωμισματα, item ι, ει, η & ῃ ſexcenties confuſa, tacite ut plurimum correxi: ubi autem nihil mutare ſuſtinui, [*ſic*] adſcribere ſatis habui.

§. 17. Idem præterea Fabrotus, licet in poſteriori editione nonnulla ſive ex Codd. denuo relectis, inprimis eo quo antea Pithoeus uſus fuit, ſive ducibus Curtio, Nancelio aut Mentello, ſive ex ingenio & conjectura, recte emendaſſe nobis videatur: ſæpe tamen citra omnem neceſſitatem, & ſæpius perverſiſſime, vel ipſe vel quicumque typographica pro illo emaculare debuit ſpecimina, ad Curtianam verſionem Græca inflexit, quia nempe falſo credidit, Curtium ex MS. aliquo, præter editionem Viglianam, ſuam adornaſſe interpretationem. Sic enim ad §. 3. *de Nupt.* pag. nob. 96. ſcribit. *Denique non aliter legit Curtius, apud quem libris, opinor, auctoribus heic & in d.* §. duo *negatio deeſt in edit. Pictav. quæ prodiit anno* 1539. Certo autem certius eſt, Curtium neque in præfat. neque in notis neque in alio uſquam opere ad ullum

lum MS. provocare. Nam etſi Wechelianam editionem in uſum adhibere potuit, eam tamen ex novis haud editam fuiſſe Codd. in Prodromo monui. Eorum, quæ modo dixi, crebra tibi exempla L. B. ſuppeditabit Index noſter, v. *Fabroti verſio & editio caſtigatur.*

§. 18. De DOUJATIANO labore vide doctiſſ. Editoris Leidenſis judicium in prima hujus nota, quæ pag. nobis 54. occurrit. Ex notis autem Doujatio propriis vix alias ſelegi, quam quæ ad ipſum faciebant THum, niſi ſicubi memorabile quid aut novum præter alios Juſtiniani interpretes comprehendere mihi videbantur. Illud idem in excerpendis quorumcumque ſcriptorum animadverſionibus obſervavi: neque enim Commentarios Inſtitutionum nimis jam multos augere, ſed Anteceſſorem noſtrum pro viribus aut illuſtrare aut defendere, tum ex alienis tum noſtris laboribus, ſategimus. Immo nec omnia omnium JCtorum loca, quibus THinam paraphraſin aliorum explicationibus præferunt, adſcribere neceſſe duximus, ut in Prodromo pag. 1124. jam dicere occupavi.

Jam vero, ut ad Editorem Leidenſem deveniam, ordo poſtulat: de quo ſic aliquando ad me ſcripſerat Senator Ampliſſ. JO. VAN NISPEN: „ Quid movit Syndicum Ev. Ottonem, cur editionis „ Lugduni Bat. in 8. doctiſſimas anonymas obſervationes (in præfatio„ ne Theſauri Juris Vol. V.) præfationi adjectas Celeberrimo Schul„ tingio adſcribat: cum Celeberrimo ac incomparabili, nec mediocri„ ter in Jure perito, in humanioribus diſciplinis maximo, in Græcis „ vere principi viro, CAROLO ANDREÆ DUKERO, tribuendas eſſe, „ peculiares ob rationes mihi certum ſit ". Hoc ego armatus teſtimonio, mox per litteras, dein præſens præſentem Vianæ conveni Cl. Dukerum, & numquid hunc fetum agnoſceret, rogavi. Tum vero ille, hunc ſe laborem, auctoribus Noodtio ac Schultingio, ſuſcepiſſe, candide profeſſus eſt: addens, ſe plura vel notaturum vel in verſione emendaturum fuiſſe, ſi per bibliopolam nimis ob ſuum commodum feſtinantem licuiſſet.

§. 19. Hinc ad ineditas antehac aliorum Obſervationes delabor: inter quas ipſo tempore primas tenent ANONYMORUM manu ſcriptæ, de quibus quum in Prodromo pag. 1112-3. ſatis dixerim, nunc Lectorem hoc tantummodo rogo, ut cum dictis meis conferat Nannianæ Apologiæ §. 13. pag. 1150.

§. 20. Succedat PITHŒANARUM lectionum hiſtoria ex litteris Viri Eruditiſſ. Ruhnkenii, A. 1747. menſe Decembri ad me datis: „ Scias igitur, „ in publica Hamburgenſium Bibliotheca extare Varias Lectiones „ THi e Franciſci Pithoei Codice excerptas, eaſque poſt tres menſes

„ ad

„ ad Te perventuras beneficio Conſultiſſimi & Humaniſſ. Viri, Alb.
„ Diet. Trekellii . . . . . Hujus Codicis mentio fit in vita Petri Pithoei
„ a Clariſſ. Viro Joanne Boivinio conſcripta pag. 90. Namque ibi inter
„ Pithoeana MSta adfertur Theophili paraphraſis ex edit. Baſil. 1534.
„ cujus fronti Petrus Pithoeus hæc præſcripſiſſe dicitur: *Variantiam*
„ *lectionum adſcripſi huic libro ex codice impreſſo Cl. V. F. Pithoei, quem*
„ *ille cum Reginæ exemplari MSS. contulerat*". Has ego tandem le-
ctiones exeunte menſe Septembri 1748. quum alter jam THi Tomus
prelo ſubjici coeptus eſſet, per eumdem Virum Amiciſſ. accepi, cum
epiſtola ipſi a Clariſſ. Trekellio ſcripta, cujus initium hic deſcribendum
duco: „ Tandem aliquando perveniunt ad Te diu deſideratæ variæ
„ lectiones THi. Neque Cel. Wolfius, neque ego in mora fuimus:
„ ſed fortuna obſtitit, quo minus ante hebdomadem præcedentem
„ MS. inveniri potuerit. Ego ſtatim, poſtquam nactus ſui, quantum
„ per neceſſaria negotia licuit, me ad deſcribendum accinxi: nam ip-
„ ſius exemplaris tranſmiſſio per leges publicæ bibliothecæ permitti
„ non potuit. Cæterum ego in deſcribendo quam religioſiſſime ver-
„ ſatus fui: ita ut omnes apices, immo & ipſos litterarum ductus,
„ præſertim ubi dubium aliquod habui, quantum fieri potuit, quam
„ accuratiſſime depinxerim. Conſtat MS. tribus plagulis in quarto,
„ & ſingulæ paginæ in duas columnas ſunt diviſæ: ſed charta ita eſt
„ minuta, ut ſingulæ columnæ non latiores ſint, quam columnæ illæ,
„ quas ego feci. [Cl. Trekellius paginas ſingulas in ternas diviſe-
„ rat columnas ‖ HUJUS LATITUDINIS ‖] Et quia præ
„ terea ſpatium inter lineas interdum ſatis amplum eſt, factum
„ fuit, ut tres illæ plagulæ a me commode in unam cum dimidia redi-
„ gi potuerint. Cl. Reizius, qui ſine dubio præcipuas THi editiones
„ ad manus habebit, jam facile deprehendet, ſecundum quam & pa-
„ ginæ & lineæ hic citatæ ſint: ego enim neque tempus neque occa-
„ ſionem inquirendi habui, & in ipſo MS. nullum hac de re indicium
„ exſtat. Opto interim, ut multam exinde utilitatem haurire poſſit".
Quas ego jam grates utrique Viro doctiſſimo & pro hac humanitate
& pro obſervatt. aliis, quas deinde memorabo, per litteras ſuo egi
tempore, eas nunc publice memori grataque mente repeto. Collatas
autem fuiſſe has variantes ad primam D. Gothofredi editionem A. 1587.
in 4. & ex numero verſuum hujus illiuſve paginæ, & ex typographi-
cis vitiis, iſti editioni propriis, & ex vocibus in fine verſuum direm-
tis, ſtatim mihi innotuit. Tum concordant quam ſæpiſſime cum lectt.
Fabrotianis, poſterioris maxime editionis: ita ut dubitare vix liceat,

quin

quin is MS. Codex Reginæ, quæ Catharina fuit Medicea Henrico II. Gallorum Regi nupta, in ipsius Regis Bibliothecam postea translatus, atque unus illorum fuerit, quos utinam Fabrotus nobis, quales sint, descripsisset, ac κριτικωτερως tractasset! Ceterum uti has lectiones, quæ aliquando vel nostras vel aliorum conjecturas aut Fabrotianam mutationem confirmant, a pag. 624. inferere coepi, ita præcedentes Tomo primo cum notulis meis præfixi, additis pagg. & versibus novæ hujus editionis.

§. 23. Transimus ad postumas MYLII lucubrationes, quas mihi Bibliopolæ, quorum sumtibus nostrum publicatur opus, a defuncti Patre impetraverunt. En ipsius Venerandi Senis G. H. Mylii verba: „ Ut desiderio Viri Cl. qui notas & fragmenta B. Joh. Henr. Mylii eo„ rum, quæ meditatus est ad THum, desideravit, satisfiat aliqua ex „ parte, hac vice transmittuntur:

„ 1. Observatio de SCto Sabiniano, in qua quædam occurrunt „ ex verbis THi elicita.

„ 2. Observ. L. Aquiliæ nonnisi tria capita, in qua tamen pau„ ca, quæ ad THum pertinent, leguntur.

„ 3. Obs. ad §. 3. Instit. Procemii ex THo emendatum. Sed „ hæc jam occurrit in Mylii Opusc. Acad. Lugd. B. 1738. impressis „ pag. 69 §. 4. Defunctus autem hanc Obs. ex Differt. habita ita „ contrahendo emendavit propria manu.

„ 4. Obs. quæ sint σκευη διπλωθεντα in argumento L. Aquiliæ, in qua „ explicatio verborum THi.

„ 5. Vindiciæ THi ad L. I. T. 2. §. 1. 2. nondum impressæ.

„ 6. Collectanea ad singulos tit. & §. §. Instit. THi.

„ 7. Alia quædam incompleta, & forte nullius pretii ".

§. 24. Ex his opusculum *primo* loco memoratum invenies in Excursus tertii Art. 5. pag. 1097. *secundum* Artic. 6. pag. 1101. & *quintum* Art. 7. p. 1104. Ex ceteris excerpta, quæ ad rem facere videbantur, cum Lectoribus per totam operis seriem communicavi, monens ea esse ex *Mylii schedis postumis*, ut Index auctorum ostendit. Longe enim plurima in nudis tantum certorum scriptorum, qui THum aut illustraverant aut notaverant, citationibus consistebant, quas tamen ipsas, nisi a me occupatæ jam erant, bona fide inserui.

§. 25. Nemini autem omnium plus me debere gratissimo agnosco animo, quam Viro Amplissimo Consultissimoque GERARDO MEERMANNO, qui non tantum ex locupletissima sua Bibliotheca, quoscumque optabam libros, utendos mihi transmisit, sed & dono aliquos dedit, ut

ut ex parte Prodromus teſtatur. Neque tamen intra hos fines aut humanitas ejus aut indefeſſum bonarum artium ſtudium conſtitit; verum ſua ipſe manu ex auctoribus compluribus, nominatim ex Amaya, Auliſio, Caimo, Carerio, Chriſtio, Covarruvia, Scipione Gentile, G. Goeſio &c. excerptas animadverſiones mihi impertivit, data licentia, ut illis pro arbitrio uterer: quibus non indicem modo locorum ex iis ſcriptoribus, quos penes me eſſe ſciebat, addidit, ſi ea forte loca (ut in talibus fieri ſolet) meam effugiſſent attentionem; ſed & doctiſſimis ex ſua Juris R. atque Antiquitatum peritia obſervationibus adauxit: quas me fateor decurtatas aliquando dediſſe, ſi easdem in erudita *de Rebus Mancipi Diatriba* jam ſatis deductas deprehendebam, inprimis quum ipſe alteram illius meditetur editionem.

§. 26. Meermannianas autem obſervat. in prioribus libris aliquanto eſſe crebriores, non mirabitur Lector, ſi ſciverit, Virum Nobiliſſ. tum temporis privatam ſtudioſique otii plenam egiſſe vitam; ſed non ita diu ei licuiſſe ſolis vacare Muſis, poſtquam Sereniſſimus noſter Princeps cognitas ejus virtutes ac dotes & meritiſſimo adfecturus honore, & in publicum patriæ commodum converſurus, ad civitatis Rotterodamæ Syndicatum eumdem provexit.

§. 27. Idem mihi Meermannus laudati ſupra Viri Conſultiſſimi TREKELLII Extemporales in THum Obſervatt. transmiſit, quæ tamen ultra tit. 5. Libri I. non extendebantur: quumque multa complecterentur ab aliis jam præcepta, non ægre feret ipſarum auctor, ſi non omnes ſub ejus nomine compareant. Illas tamen ex aliis ejusdem Operibus reſarcire conatus ſum, teſte Indice.

§. 28. Litteratiſſimus quoque RUHNKENIUS præter fragmentum Theophili ineditum, non modo per epiſtolas aliqua mihi ſuggeſſit, (vid. d. Ind.) ſed & Clariſſimi Viri ſummique JCti JO. DAN. RITTERI amicitiam conciliavit, ita ut is non modo *Ephraimi Gerardi de L. Fuſia Caninia Diſſertationem* admodum raram, cum ſua hac de re ſententia, quæ meam magis confirmat, (vid. Addenda ad pag. huj. Edit. 77.) ſed & ſingularem ſe auctore diſſertationem pro THo *de Via, actu & Itinere* (quam Excurſus XIX. exhibet) ad me transmiſerit.

§. 29. Neque me deſtituit vel Fratris Amatiſſimi æque ac Amantiſſimi JO. FRED. REIZII, neque Collegæ Doctiſſimi Conjunctiſſimique JO. GAVELLII ſtudium atque opera: quorum alter cum fratre patrueli & adfini JO. HENR. REIZIO collationem Viglianæ & Fabrotianæ editionum elaborans, alter typographica mecum ſpecimina emendans, tumultuarias adſcripſere animadverſiones. Illis uti pro labore inſumto

meritas ago gratias, ita & lubenter me relaturum, ſi ſe dederit occaſio, promitto ſpondeoque.

§. 30. Eas me itidem debere profiteor Viro Ampliſſimo plurimumque Venerando C. P. HOYNCK VAN PAPENDRECHT, Archipresbytero Mechlinienſi, qui pro benigno, quo in bonas litteras earumque ſtudioſos fertur, animo ac voluntate, omnem meo rogatu movit lapidem, ut ipſa THi exemplaria, (quæ Lovanii in Collegio Vigliano adſervari, & ex *Bibliotheca Belgica* Viri ſumme Litterati ac Reverendi Jo. Franc. Foppens pag. 1155. & ex *Analectis Belgicis* laudati modo Papendrechti Tom. I. pag. 93. didiceram:) ſub idonea cautione vel pignore ad me transmitterentur, nec tamen a cuſtodibus illius theſauri nimium religioſis impetrare potuit. Licet autem noſtro non magis quam ſuo deſiderio ſatisfacere nequiverit, nos tamen æque gratos & memores erga Virum Ampliſſimum profitemur, ac ſi ejus interceſſio atque auctoritas apud Lovanienſes valuiſſet, idque quod petieramus, obtinuiſſet.

Ceteri denique Viri Clariſſimi, quorum Prodromus Theophilinus merita cum laude meminit, pro variis, quæ mihi ſuggeſſerunt ſubſidiis, obſtrictum me ſibi ſemper ſunt habituri.

§. 31. Quæ dixi hactenus, abunde me (ſpero) apud Lectorem Eruditum humanumque, præſertim ſi ipſe aliquando hujusmodi Opus elaboravit, excuſare poterunt, quod non plura præſtiterim, neque majorem collationum ex MStis copiam ante exſpectaverim, quam THum denuo ederem. Id ſi facere vel ego, vel alius in animum induxiſſet, dicere non habeo, quo demum tempore noſter paraphraſtes in lucem proditurus fuiſſet. Jam vero certus ſum, tam ſtudioſos quam Viros Doctos hac editione ad conſulendos & conferendos Codices MStos excitatum iri, ſive iis placuerit mea opera, ſive diſplicuerit. Neutro enim caſu auctorem hunc ceſſabunt caſtigatiorem ac juventuti utiliorem reddere.

§. 32. Quam ob rem nec illis, nec Lectoribus meis, ingratum eſſe poteſt, ſi hoc loco Codicum Theophilinæ paraphraſeos MStorum, quos uſquam inveni memoratos, recenſionem inſtituam.

(I.) WILH. LANGIUS *in Catalogo Bibliothecæ Mediceæ Florentiæ ad D. Laurentii:* (impreſſo poſt Petri Lambecii Prodromum Hiſtoriæ Literariæ, Lipſiæ 1710. fol.) hos recenſet Codd.

Pag. 147. Pluteo 10. n. 16. Theophili Anteceſſoris Inſtit. Juſtiniani, cum arbore Conſanguinit ad finem. *MS. fol. Græce.*

Pag. 164. Plut. 80. n. 1. Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri 4. traducti

ducti a Theophilo Anteceſſ. *Codex bonus & antiquus. MS. f. Græce.*

Plut. 80. n. 2. Collectio legum ac Conſtitutionum Principalium in *Lib. IV.* Inſtitutiones Juſtin. Imp. Theophili Anteceſſ. *Cod. inſignis ac egregius MS. 4. maj. Græce.*

Pag. 165. Plut. 80. n. 6. Novellæ aliquot Impp. Græcor. poſt Juſtinianum. Inſcriptio eſt. Prochiros Legum. Compendium Legum Michaëlis Attaliotæ. Aliud compendium titulis 50. factum juſſu Conſtantini & Leonis Impp. THEOPHILI ANTECESSORIS *Inſtitutiones Juſtinianeæ.* Comm. in Inſtituta ſeu inſtitiones [*ſic*]. Leonis Philoſophi ac Imp. Epitome Legum tam bellicarum quam civilium. Mich. Pſelli Synopſis Legum carmine jambico. Excerpta Conſtitutionum Juridicarum pragmaticarum ex libris Praxeon ſeu actuum Magni Euſtathii Romani. *Codex bonus. MS. omnia Gr. in* 4.

Plut. 80. n. 18. Inſtit. Juſtiniani Theophili Anticeſſ. Libri poſteriores III. Incipit lib. II. tit. 2. *MS.* 4. *Gr. bene.*

§. 33. *Eosdem hosce Codd. ſic deſcripſit Rev. Pat. D.* BERN. DE MONTFAUCON in *Bibliotheca Bibliothecarum MStorum nova:*

[I.] IN BIBLIOTHECA LAURENTIANA MEDICEA.

Pag. 266. A. Plut. x. n. 16. *In membr.* Theophili Anteceſſ. Inſtitutiones Juris Civilis.

Pag. 397. D. Plut. LXXX. n. 1. *Papyr.* Paraphraſis Inſtitutionum Juris Domini Juſtin. Imp. facta a Theophilo Anteceſſore Græce.

Ibid. . . . . n. 2. *Membr. Cod. inſign. & egreg.* Ecloga ſecundum Synopſim Legum ac Conſtitutionum principalium.

Sequitur interpretatio Græce vocum Latinarum, quæ in his libris occurrunt.

Sequitur PARS LIBRI QUARTI INSTITUTIONUM JURIS JUXTA VERSIONEM THEOPHILI *a titulo V. uſque ad finem.*

Tetrabiblos Inſtitutorum Theophili Antec. *In libro quarto finis quarti tituli, & tituli ſequentes V. & VI. finis VII. & initium VIII. ſuo loco deſiderantur. Deſinit in titulo XI. libri IV. Index qui initio totius libri præmittitur, eſt Index Tetrabibli.*

Pag 397. col. *b.* B. n. 6. Prochiros &c.

D. Inſtitutiones Juſtinianæ in græcum verſæ a Theophilo Antec. *Adjecta ſunt quædam legalia ſine titulo.*

Pag. 398. E. . . . . n. 18. Inſtitutionum Juſtiniani verſarum a Theophilo libri poſteriores tres. *Incipit in tit. de Reb. incorpor. Codex præ antiquitate fœde lacerus.*

§. 34. (II.) Idem Montf. DE BIBLIOTH. OLIVETANORUM NEAPOLI agens: Pag. 236. C. Plut. X. Theophili Anticenſoris Inſtituta, ſimpliciter memorat; ſed paginæ illi per typographi errorem ſuperinſcripta eſt *Bibl. Laurent. Medic.* unde hunc Cod. ab aliis confuſum invenio cum eo, qui itidem plut. x. in Laurentiana occurrit.

(III.) Pag. 473. E. in BIBL. VENETA S. MARCI invenio Inſtitutiones Græce in pergameno: quod Beſſarionis fuiſſe exemplar, nullus dubito.

§. 35. (IV.) Porro ex BIBL. REGIA PARISIENSI adducit Montf.

Pag. 727. D. Cod. 2050. Theophili Inſtitutiones.

Pag. 733. E. 2517. 2518. Theophili Inſtitutionum libri IV.
& ex BIBL. CARDINALIS RADULPHI IN REG. PAR.

Pag. 777. A. n. 7. Theophili Anticenſoris Inſtitutionum libri. IV.
n. 9. Theophili Anticenſ. Inſtit. libri IV.
n. 10. Theophili Inſtitutionum libri IV.

Quos ego Codices cum Viro Ampl. van Niſpen haud diverſos eſſe puto a ſuperioribus. Namque Montfalconius pag. 766. generaliter monuit, maximam Codicum Cardinalis Radulphi partem in Regiam fuiſſe translatam. Iidem ergo ſunt, quibus uſus eſt Fabrotus: quorumque unus Reginæ Catharinæ fuit, unde Franc. Pithoeus varias tes ſuas hauſit. Radulphus autem *Odonis de Caſtro Rodulphi* nomine apud Hiſtoricos multo eſt celebratior, ad Cardinalatum evectus ab Innocentio IV. A. 1244. & mortuus A. 1273.

§. 36. (V.) Poſtremo IN REGIA TAURINENSI reperio:

Pag. 1402. D. Theophili Antiocheni [*ſic*] Inſtitutiones Jur. Civ. in 4. Græce.

(VI.) Forte etiam in DIARIO ITALICO pag. 216. m. Montfalconius Theophilum deſignat, quando inter Codd. Græcos Bibl. S. Baſilii in urbe Roma hunc memorat: *In Codice membranaceo XI. ſeculi, liber Inſtitutorum.* Ex hac enim parte retracto, quod ad Gundlingium notavi pag. 1033. col. *a.* Quem vero Codicem ex Diario illo, tamquam in *Vaticana Bibl.* exſtantem, Gundlingius laudat, nuſquam invenio, ut d. p. 1033. pluribus dixi; niſi quod SUARESIUS *in Notitia Baſilicorum* §. 18. hæc habet: „ Illas [*Inſtit. Juſt. a THo Græce verſas*] indicavit primus Ang. Politianus in Miſcell. Edidit poſtea Viglius Græce Pariſiis [*immo Baſileæ, ſed Wechelus Pariſ.*] A. 1534. „ cum exſcripſiſſet, nactus exemplar a Cardinali Bembo e Veneta „ Bibl. Marciana, cui Beſſarion Cardinalis id reliquerat, & dein aliud „ a Jo. Bapt. Egnatio. . . . . Exſtant MSptæ in Vaticana & Palatino Cod. 195. ".

§. 37.

§. 37. (VII.) His addatur Codex eximius, de quo ſic in litteris ad me datis Vir multis Excellens nominibus JAC. PHIL. D'ORVILLE: „ Igitur „ de Codd. Theophili hanc periodum ſcias haberi in Specimine itineris Siculi mei typis deſcripti, ubi enumerantur Codd. Meſſanæ inſpecti: *Theophili Inſtitutiones.* Eſt ille ipſe Codex, quem Catalogus Ant. Poſſevini MSptorum Meſſanenſium recenſet p. 41. Liber primus periit. Pagina, qua ſecundus incipit, hæc habet: Επληρωθη ἡ ἁ. Ινστιτυτιων Θεοφιλε αντικησορ. *Feliciter* † αρχη συν Θεω της β' Ινστιτυτιον. Eſt fine quoque quarti libri mutilus. XImi ſeculi in membrana, & ejuſdem formæ cum Codice ex omnibus antiquiſſimo Theophiliano, qui in Bibliotheca Divi Laurentii Florentiæ adſervantur.

§. 38. (IIX.) Quoſnam vero MSS. Cujacius, Fr. Pithoeus & H. Ernſtius verſaverint, cum ignariſſimis ſcio. Princeps horum in Titulum *de Pœna temere litig.* ad verba *vel tripli* ſic commentatur: „ THus ea „ retinuit: quandoquidem ap. eum non εις το τετραπλουν, ut vulgo, ſed „ εις το τριπλουν OMNIA exemplaria manu exarata habent ". Atqui unum tantum ex Codd. Regiis ſic habere, teſtatur in poſter. edit. Fabrotus. Ernſtius autem ad tit. 1. Libri I. ſcribit: „ Hic tit. non eſt „ THi. . . . . Neque ego eum in ULLO MSto vidi. Referunt etiam, „ Franc. Pithoeum illum in NOVEM THi MSS. fruſtra quæſiviſſe ". Quæ de MSS. inſuper differit Mylius, pag. 1065-6. videantur cum mea επικρισει. Utrum denique typis expreſſum an manu exaratum Codicem intelligat Joſephus Scaliger, Tom. II. pag. 593. *Scaligeranorum*, dubium ſane eſt. Legimus ibi: „ THEOPHILE. Ce que j'ay dit „ contre Serarius des Teſtamens, eſt dans Theophile *de Teſtamentis:* „ j'en ay un, que j'ay bien manié & corrigé ".

§. 39. Sicuti ſuperiori §. 31. iis me purgavi, qui forte mallent, ut nonniſi a pluribus Codicum MSptorum collationibus inſtructus, ad edendum THum progreſſus fuiſſem: ita nunc, quam breviſſime potero, his reſpondebo, qui vel jure vel injuria alia quædam mihi objecturi ſunt. Et primo quidem, quod nulli fere Eruditorum parcere videar, dum nimis frequentes notis illorum επικρισεις ſubjungam. Hoc ſi peccatum eſt, in commodum & utilitatem ſtudioſæ juventutis peccaſſe fateor, quæ ne magnorum Virorum nomine & auctoritate in errorem pro mea opinione abriperetur, ſedulo præcavere volui. Quod ſi vulgarem auctorum edendorum methodum ſequi maluiſſem, ego maximo ſublevatus fuiſſem labore! Prorſus autem facio cum Illuſtri hujus ſæculi JCto, in præfatione *Heineccianæ Juris Hiſtoriæ* ſic ſcribente: „ Enimvero, uti ſuum eſt cuique ingenium, ſcribendique co-

„ lor,

„ lor, ita etiam ego ſemper exiſtimavi, veritatem, etiamſi paucis „ jucunda ſit, gratiſſimam tamen nonnullis, ejuſque inquiſitionem „ viri ingenui eſſe propriam. Deinde id certiſſimum quoque eſt, ma- „ jora in juventutem conferri commoda a ſimplicibus, apertis, & „ aſſentationis omnis inimicis, quam a vilibus iſtis animis, quæ blan- „ ditiis virorum auctoritate valentium benevolentiam collecturæ, ne „ erroribus quidem propagandis ſe abſtinere poſſunt ".

§. 40. Erunt quoque, qui variam vocabulorum Jurisprudentiæ R. propriorum ſcripturam, quæ διπλογραφια dici ſolet, vitio mihi vertent; nunc enim Latine, nunc Græce, & poſteriori caſu modo Latina, modo Græca declinandi conſuetudine, ſcripta inveniuntur: exempla non adfero, quum eorum in Varr. Lectt. αφθονια occurrat. Atqui eadem omnium editionum non ſolum, ſed & Gloſſographorum & Scholiaſtarum in Baſilicis eſt varietas; unde mihi omnia ad eamdem ubique formam redigere non licuit, ſed quæ in decurſu Operis (namque a primo principio ad has minutias attentus eſſe nequii, contentus in Varr. eas notare) & a Viglio & a Fabroto, qui etiam tunc incipiebant ſibi eſſe conſtantiores, ut plurimum obſervata inveni, ea exinde eodem modo ſcribere coepi. Poſtquam ergo ιντεντιωνα, νοβατιωνα, ακτιωνα &c. ſæpius per ω, quam per ομικρον exprimere inceperunt, ego id conſtanter obſervavi. Nec tamen longas Latinarum vocum vocales ſemper per η vel ω ſcribere auſus ſum, ſi neuter mihi præibat. Itaque νεγατοριως, κομφεσσοριως, εμαγκιπατος, δεφενσωρ, περσοναλιος ac ſimilia retinui, quamquam unus Reſcius poſtremum περσωναλιος correctius dare maluit. Hoc autem unum mihi ſumſi, ut ν εφελκυστικον pro regulis Grammaticis innumeris locis aut detraherem aut adjicerem, quoniam illud inter dictandum ab exceptoribus facile παραλειεται.

§. 41. Sed aliqua accentuum & diſtinctionum ſigna in primoribus aliquot plagulis novæ hujus editionis vitioſa remanſiſſe ex Gothofrediano exemplari, (quod a me correctum typographis, teſte Prodromo pag. IIII. imitandum dederam) ingenue fateor: quæ tamen, niſi ſenſum turbarent, inter Corrigenda referre ſupervacuum duxi. Poſtquam vero id animadverti, accuratius editionem illius Dionyſii emaculare coepi.

§. 42. Aliis minus placebit, quod poſt THinam paraphraſin Græca ſine accentibus ſcripſerim. Hi ſciant, me idem in ipſa paraphraſi facturum fuiſſe, niſi communi errori, qui jus aliquando facere dicitur, (Mos enim tyrannus) dandum aliquid putaviſſem; ne ſcil. Grammatiſtarum nonnulli male ſeduli totum opus THinum damnarent, atque in contemtum aliis adducerent, & ſic majus Bibliopolis meis quam mihi damnum crearent.

rent. Nec enim propter accentuum ignorantiam, ut forte interpretabuntur, eos me negligere, ſancte adfirmo, quaſi vero ars non habeat oſorem, niſi ignorantem: ſed quia, quo magis omnem tonorum doctrinam a puero & didici & docui, eo magis eorum & inutilitatem (pauciſſimis exceptis caſibus) & vanitatem perſpexi. Immo vero ſexcenties me & in contextu & in notis accentus male poſitos emendaſſe, Lector, ſi ei operæ vacare & noſtram cum ſuperioribus editionem contendere velit, deprehendet: me ſane inutili hac oſtentatione defungi heic pertædet.

§. 43. Reſtarent aliqua de fragmentis THinis, a me primum collectis, dicenda; nec non de additis duobus Digeſtorum titulis; item de Excurſibus XX. deque Gloſſario noſtro, ac binis Rerum atque Auctorum Indicibus: ſed, quoniam hæc præfatio longius, quam ſperaveram, excrevit, malo iſta integro Lectoris judicio relinquere, & pro coronide utiliora ac magis neceſſaria de ipſius THEOPHILI ejuſque Paraphraſeos ætate ac natura adjicere; ne quis, quod vel præcipuum hujus præfaminis caput eſſe debebat, in eo fruſtra quæſiviſſe conqueratur.

§. 44. Licet autem varias Eruditorum de ætate THi opiniones tam in Judiciis ac Teſtimoniis paullo poſt ſubjiciendis, quam in Myliana potiſſimum Hiſtoria, Lector Benevole, invenire poſſis, atque indidem diſcere, eorum me adſtipulari ſententiæ, qui eumdem Tribuniani fuiſſe ſocium contendunt: tamen haud ab re fuerit, omnium argumentorum, quibus ad id probandum ego vel primus vel cum aliis uſus fui, brevem hic exhibere συλλογην; unde ſimul pateat, ipſum ante finem A. 534. hanc confeciſſe paraphraſin:

1. Memorabilia noſtra e Baſilicis pag. 1241--2. excerpta probant, quinque hos JCtos, Theophilum, Dorotheum, Thalelæum, Stephanum ac Theodorum, eodem vixiſſe tempore, etſi alium forte alio ſeniorem: atqui iidem in Præfationibus Juſtiniani memorantur, vel ut συνεργοι Tribuniani, vel ut Anteceſſores, quibus Jus ſuum docendum tradit. Ergo adverſariorum eſt, demonſtrare, alio quodam ſæculo alios quinque JCtos eodem nomine præditos ſimul inter ſe vixiſſe.

2. Stephanus JCtus, quem eadem Memorabilia aliis quoque argumentis Juſtinianeo ſæculo adſerunt, THum ſæpenumero μακαριτην adpellat: quod de Thalelæo Fabrotus perperam prædicavit; vid. pag. 1028. not. ε.

3. THus Conſtitutiones quaſdam *nuper* promulgatas ait, tam de Theodoſianis quam de Juſtinianeis loquens, licet Inſtitutiones Latinæ vocem *nuper* ignorent. Vid. notam meam pag. 1050--1.

****

4. Juſti-

4. Juſtinianum nuſquam non vel magnifico exornat elogio, vel *noſtrum Imperatorem* aut *Dominum*, & Theodoram ejus conjugem *religioſiſſimam noſtram Dominam vocitat.* Vid Myl. pag. 1048. ſqq. & nos adv. Hoffmannum in *Jud. & Teſt. de THo* pag. XLI.

5. Nuſquam vel prudens vel imprudens (quod unicum temporis, quo ſcriptor quicumque vixit, τεκμηριον και χελτηριον eſt) jura Inſtitutionibus recentiora adducit: atque adeo ante omnes ita dictas Novellas, immo ante editum Codicem repetitæ prælectionis, hanc ejus paraphraſin confectam eſſe, ad Mylium pag. 1054--7. fuſe docui.

6. Juridica vocabula legitimaſque formulas atque ipſa Digg. verba Latine citat, pro vetuſto & ante editas Novellas uſitato more: quæ omnia poſteriores JCti & Scholiaſtæ Græce, partim male partim bene, maluerunt vertere; ut pluribus eadem Memorabilia oſtendunt pag. 1237. & 1242. §. V.

7. Prima Inſtitutionum Juſtinianearum editione videtur uſus: namque multa mihi ſeſe obtulerunt indicia, eas poſt Codicem rep. præl. ab Juſtiniano retractatas fuiſſe. Vid. ex. gr. pag. edit. noſtræ 97. ante not. *x.* & Excurſ. X. pag. 1188. item pag. 108. col. *b.*

8. Nec vanum omnino eſt argumentum Mylianum pag. 1055. quod, cum & Codici priori & Digg. & Inſtit. conſcribendis ſit adhibitus, nec tamen in præfatione Codicis poſterioris memoretur, interea temporis obiiſſe cenſendus ſit. Adde quæ artic. ultimo in Teſtim. Trekellio reſpondi.

9. Accedit, quod Anteceſſorum Juſtinianeorum vetuſtiſſimus fuiſſe videatur, quum eum Imperator in omnibus tum Codicis, tum Digeſtorum Inſtitutionumque præfationibus primo inter Anteceſſores nominet loco. Quin & hoc addo,

10. Quod ſuas in Pandectas expoſitiones morte præventus non ultra libros *de Rebus* produxiſſe videatur, uti fragmenta a nobis collecta oſtendunt: nec enim præterea quidquam in Scholiis Baſilicorum reperi.

§. 45. Denique ſi calculorum & ſententiarum numero quis mecum certare velit, vincetur procul dubio. Quotus enim quiſque Juriſperitorum paullo ſecundioris famæ vel vixit hoc ſæculo vel vivit etiam, qui THum ſuo hodie non redonet Juſtiniano. V. Mylium p. 1041. ſqq. cum notis tam illius quam meis, & Judicia Erudit. mox producenda. Injurioſe autem & mala fide eum pronuntio acturum, qui unam forte aut alteram harum probationum ſibi ſumſerit refellendam, & inde de reliquis omnibus idem judicium eſſe ferendum, Lectori ſuo perſuadere tentaverit. Namque etiamſi quædam ex his κρίσεως hiſtoricæ argumentis ſeparatim conſiderata poſſint imbecilliora videri, omnia tamen conjunctim ſumta plenæ vim demonſtrationis apud Judices æquos non poſſunt non obtinere.

§. 46.

§. 46. Hanc vero Cæſarearum Inſtitutionum paraphraſin a Theophilo, utpote Anteceſſore & Juris Doctore, ſuis auditoribus in calamum dictatam, neque ab ipſo aut ſub incudem revocatam aut editam fuiſſe, multa mihi perſuadent.

Primo nec ſuperbæ inſcriptionis Θεοφιλε Αντικηνσωρ & Ινστιτυτα, quæ ipſe Juſtinianus ab imperiali ſplendore denominari voluit, nec Rubricarum Græco-barbararum auctor eſſe poteſt Theophilus, ſed ejus diſcipuli: quod utrumque fuſe probare tentavi in Excurſu VI.

Secundo non tam variantium lectionum nimia diverſitas, quam quod eadem juridicæ artis vocabula modo Latinis, modo Græcis litteris ſcribantur, & varie admodum inflectantur ac declinentur, indicio eſt, hæc non ab uno eodemque auctore, ſed a diverſis ſcriptoribus, quorum alius alio alterutrius linguæ peritior fuit, profecta fuiſſe.

Tertio nimis multa reperiuntur ανακολουθα, quæ inter dictandum doctiſſimo cuique excidere ſolent; rarius autem iis, qui inter ſcribendum plus otii ac meditationis adhibent. Exempla των ανακολουθων qui deſiderat, Gloſſarium meum h. v. conſulat. Ea autem in veteri verſione minus adparebant, quia ut plurimum aut ſecundum textum Latinum aut in ſenſum commodum a Curtio inflexa fuerant.

Quarto ſæpiſſime eadem repetit, quæ ſemel ſcripſiſſe ſatis fuiſſet: cujus rei memorabile exemplum eſt, quæ de trina cognatione &c. ter dictavit, L. I. T. 10. cap. 158. ſqq. item L. I. T. 15. cap. 272. ſqq. & L. III. T. 2. cap. 53. ſqq. Eo trahas licet frequentiſſimas vel ſuperioris libri vel præcedentis tituli ανακεφαλαιωσεις, quas in auditorum, magis quam lectorum, gratiam hodieque inſtituere ſolemus.

Quinto diſcipulos ſuos vel ad futuram Digeſtorum doctrinam, vel ad ſubſecuturas prælectiones remittit, ſolemni formula, ὡς προϊοντες μαθησομεθα: de qua dixi pag. 1079. ad Mylium, not 47.

Sexto loca quædam non ſatis ex mente Juſtiniani expreſſit, etiamſi contra juris doctrinam nuſquam peccaverit: id quod nemini non dictanti aliquando accidit, dum ad verba magis transferenda quam ad ſenſum & cohærentiam attentus eſt. Vide Indicem auctorum, v. *Theophilus humani quid patitur.*

Accedit denique his omnibus Viri Litteratiſſimi A. D. Trekellii ſuffragatio; quæ tanto majoris eſt ponderis, quod ſua ſponte nihil a me admonitus in eamdem inciderit opinionem. Vide §. ult. *Teſtimoniorum & Judicior. de THo.*

§. 47. Agite jam, ſacrata Themidi pectora, hanc THi paraphraſin nocturna diurnaque manu eo uſque verſate, donec eam in ſuccum, quod ajunt, & ſanguinem converteritis, ſententiæ Juſtinianeæ memo-

res, hanc unicam ad ſolidam juris ſcientiam planamque eſſe viam; eoſque ex ſtudioſis, qui aliam ingrediantur, aut ſerius aut nunquam ad finem perventuros. Utilitatem noſtri auctoris pluribus haud commendabo, quum non modo Viglius eam in præfatione ſatis luculenter demonſtret; ſed multo etiam maxima pars eorum, qui THo minus favent, eamdem candide agnoſcat, ut Judicia & Teſtimonia probabunt.

§. 48. Neque vos deterreat vel, quam objectant quidam, ſtili barbaries, vel nævorum errorumque frequentia, quam Θεοφιλοματιγες crepant. Utrumque enim procul a vero abhorret: quum ſtilum ejus ſimplicem & juvenili captui aptum, Latinorum vocabulorum, Juri R. propriorum, interſperſio non magis dedecoret, quam philoſophicum Ciceronis ſtilum audeas barbarum dicere, eo quod Græcis ſæpiſſime utatur vocabulis, ubi iis exprimendis Romanorum lingua non ſufficit. Immo tanto major noſtro ita faciendi incubuit neceſſitas, quod ſuo adhuc tempore omnia in judiciis & actis forenſibus Latino ſermone peragenda eſſent. Adde quæ dixi pag. 1032. not. *v.* & 1068. not. 49.

§. 49. Quantum autem ad errores paraphraſtæ imputatos, ex Mylio pag. 1044-5. & maxime ex Indice noſtro patebit, aut ipſos plerumque adverſarios, certæ addictos hypotheſi ac ſectæ, errare, ac THi veriorem eſſe ſententiam; aut verba Anteceſſoris olim male deſcripta, aut a gloſſatore ſciolo interpolata, aut ſolius interpretis Latini fuiſſe aberrationes. Sicuti autem haud arroganter gloriari poſſem, me non minus ſæpe, quam vel Fabrotum vel alium quemcumque, THum ſibi reſtituiſſe: ita fieri poterit, ut pauculas etiam maculas, quas ego ſive ſciens ſive inſciens intactas reliqui, alius vel me peritior, vel ab Codicum MS. lectionibus inſtructior, aliquando eluat.

§. 50. Vos denique, Viri quavis eruditione clari, leviores quidem errores, ſi non meis in THum bene meritis, laborioſo ſaltim conamini condonetis, oro quæſoque: majoribus autem ita non parcite, ut veſtræ memineritis humanitatis, *Exemplo ſimili ne quem derideat alter.* Sic valete, Lectores quicumque, & Juris & veritatis ſtudioſi!

Scripſeram Medioburgi 1750. menſe Octobri. Recenſui 1751. menſe Aprili.

CON-

CONSPECTUS
THEOPHILI REIZIANI.

TOMO PRIMO
continentur:

G. O. R. Dedicatio & Præfatio.
Eruditorum judicia & teſtimonia de Theophilo Anteceſſore. pag. XXXII.
Lectiones Variantes ex MS. Pithoeano. . . . . . XLIII.
Addenda & corrigenda in Tomo I. . . . . . LXI.
Alphabetica Rubricarum Latinarum tabula. . . . . LXXIII.
Index titulorum Græco-Latinus. . . . . . LXXV.
Græca THEOPHILI Paraphraſis, cum lectt. Varr. novaque verſione & variorum notis, ad finem uſque Tituli de Succeſſ. ſublatis *a pag.* 1. *ad* 612.

TOMO SECUNDO
continentur:

Præter reliquam Paraphraſin, a Tit. de Obligationibus *incipientem, a pag.* 613. *ad* 926.
Fragmenta THi nunc primum collecta, tam ex Inſtitutionibus p. 929.
quam ex Commentationibus in Digeſta. . . . . . 944.
G. O. R. Proœmium de variis editionibus Græcorum titulorum de V. S. & de R. J. . . . . 958.
Titulus de Verb. Sign. *Græce, cum nova verſione & varr. Lectt.* 964.
——— de Reg. Jur. *&c.* 1000

Sequuntur EXCURSUS VIGINTI:

I. Fabroti Apologia pro THo. . . . . . 1023.
II. Gundlingii Commentatio de THo, cum επικρισει *G. O. R.* 1027.
III. MYLII OPUSCULA, *cum notis noſtris:*
1. *Hiſtoria THi.* . . . . . 1034.
2. *Vindiciæ THi.* . . . . . 1074.
3. *De Prætore Peregrino.* . . . . . 1081.
4. *De Jure Quiritium.* . . . . . 1090.
(Appendices ex Vonckio & Trekellio 1094.)

5. *Dissertatio posthuma de SC. Sabiniano.* . . . 1097.
6. ——— *de tribus L. Aquiliæ capp.* . . . . 1101.
7. ——— *ad §. 1. & 2. de J. N. G. C.* . . . 1104.
IV. G. O. R. Prodromus Theophilinus, superiorum editionum historiam enarrans. . . . . . 1109.

V. DEDICATIONES ET PRÆFATIONES:

1. *Viglii Zuichemi ad Carolum V.* . . . 1126.
2. ——— ——— *Epistolæ ternæ.* . . . 1144.
3. *P. Nannii Præfatio.* . . . . . 1146.
4. ——— *Apologia.* . . . . . ibid.
5. *J. Curtii Dedicatio.* . . . . . 1153.
6. *J. P. Neithardi Dedicatio.* . . . . 1157.
7. *Pontii a Quadraginta Dedicatio.* . . . 1158.
8. *Ant. Vincentii Præfatio.* . . . . . ibid.
9. *Lud. Cloquemin &c.* . . . . . 1159.
10. *Jo. Tornæsii.* . . . . . ibid.
11. *Variorum communis.* . . . . . 1160.
12. *D. Gothofredi Dedicatio & Præfatio.* . 1161.
13. *Jac. Stoer Præfatio.* . . . . . 1162.
14. *C. A. Fabroti Dedicatio & Præfatio.* . 1163.
15. *D. Galterii pars Præfationis.* . . . . 1166.
16. *J. Doujatii Dedicatio & Præfatio.* . 1167.
17. *Versionis Gallicæ Præfatio.* . . . . 1170.
18. *Editoris Leidensis.* . . . . . ibid.
19. *J. H. Boehmeri pars Præfationis.* . . 1171.
20. *De Beaurieux Dedicatio & Præfatio.* . 1174.
VI. G. O. R. de Græcis Rubricis THo abjudicandis. . 1175.
VII. ——— *de* τριετη *corrupto ex* τετραετη *in Proœmio Instit.* 1177.
VIII. ——— *de controversia, fratrem inter & patruum defuncti exorta.* . . . . . 1178.
IX. ——— *de L. Sisenna Prætore peregrino.* . . . . 1181.

X. DE NUPTIIS CONSOBRINORUM.

G. O. R. Prologus. . . . . . 1183.
1. *Fr Florentis Diſputatio.* - - - - - 1184.
2. *Jac. Sirmondi.* - - - - - - - 1187.
3. *Jac Gothofredi.* - - - - - - - 1189.
4 *Ever. Ottonis.* - - - - - - - 1191.
5. *G. d'Arnaud.* - - - - - - - 1194.
6. *G. O. R.* Επιχειρισις. - - - - - - 1195.
XI. G. O. R. de adoptione filiifam. pro nepote adv. Hotom. 1196.
XII. ——— *de duabus legibus, Julia & Titia.* - - 1197.
XIII. ——— *ſubſidiariam actionem eſſe in factum, adv. Merill. & Wiſſenb.* - - - - - - - - - - - - - 1199.
XIV. Gundlingii Diſſert. de Parthenio. - - - - - 1202.
XV. G. O. R. de Curialibus & Decurionibus. - - - 1205.
XVI. ——— *de Servis binominibus.* - - - - - - 1208.
XVII. Gundlingius de Litter. Oblig. - - - - - - 1212.
XVIII. Doujatius de uno caſu &c. - - - - - - - 1222.
XIX. J. D. Ritterus de via, actu & itinere pro THo. - 1226.
XX. G. O. R. Memorabilia e Baſilicis, de ætate JC^torum &c. 1232.

Hos Excurſus excipit GUL. OTT. REIZII *Gloſſarium Theophilinum.* 1247.
Addenda & Corrigenda Tom. II. - - - - - 1302.
Index Rerum generalis. - - - - - - - - 1305.
——— *Auctorum veterum ac novorum.* - - - - - 1321.

ERU-

ERUDITORUM VIRORUM,

inprimis vetuſtiorum,

AEQUA INIQUA DE THEOPHILO PARAPHRASTE TESTIMONIA ET JUDICIA:

ordine Chronologico, quantum fieri potuit, diſpoſita a G. O. R.

I. ANGELUS POLITIANUS Miſcellaneorum cap. 84.

INſtitutiones hæ, quæ vocantur in Jure Civili, Juſtiniani principis nomine editæ, ſed a Triboniano tamen doctiſque aliis viris compoſitæ, etiam Græce ſcriptæ ſub eodem prorſus intellectu reperiuntur: niſi quia ritus quidam conſuetudineſque Romanorum veteres uberius aliquanto & laxius in Græco ipſo, quam in Latino codice referuntur, ut peregrinis hominibus, atque a Romanorum more conſuetudineque alienis, res tota penitus innoteſceret. Sed quod de libertinis iis, qui dedititii vocabantur, ſtrictius breviuſque in noſtris inſtitutionibus, non alienum viſum eſt, ex Græci voluminis ſententia prolixius hic, atque ob id etiam dilucidius explicare.

Reliqua huj. cap. retulimus in novam hanc Edit. pag. 53. & 54.

II. VIGLIUS ZUICHEMUS PHRYSIUS in præfat. ad Imperat. Carolum V.

quid judicet, vide ſis Lector in Excurſu noſtro V. Artic. 1. §. 21. ſqq.

III. ANDREAS ALCIATUS V. Parergorum, cap. 23.

Theophilus, ſeu quivis alius græcarum Inſtitutionum auctor fuerit, lege Furia cautum fuiſſe ſcribit, ne cui plus quam χιλιαι νομισμαῖς legari poſſent. - - - - - Cæterum ſuſpectus mihi is eſt auctor, quem deprændi multis locis non valde Accurſio noſtro doctiorem, quod ad hiſtorias & humanitatis ſtudia attinet.

Immo vero, Alciate, veriſſimum eſt, quod dixit THus. Conſulantur notæ ad noſtrum pr. tit. de L. Falcidia, cap. 543.

IV. EGUIN. BARO Comment. Inſtit. pag. m. 48.

Quod male percepit Accurſius. Nec mirum, cum vetera hæc jura ex juniore Cajo, Boëtio in Ciceronem, & Theophilo Græco nobis repetenda ſint: quorum illos nunquam legit Accurſius, hic (*) poſt eum floruiſſe videtur. arg. ſup. *de Adopt.* in pr. in gloſſ. & TH. & inf. *de Oblig.* in pr.

(*) Hoc nemo hodie credit.

V. FRANC. CONNANUS in Commentario Jur. Civ. L. II. cap. 15. §. 13.

Mihi quidem nugatorium videtur, quod affert THus, alioqui rerum Romanarum indagator (*) parum diligens: neque tamen melius quicquam habeo, quod poſſim afferre. - - - - Aut ut propius ad THi ſententiam accedamus, &c.

(*) Procul dubio ſcripſerat Connanus *haud parum*, cum quia præcedit *alioqui*, tum ob ſequentia, quæ addit. Ceterum ipſum Connanum hic nugas agere, Hotomanus jam animadvertit. Vide notas ad noſtrum THum pag. 528. *b.* ad pr. §. 14. *de Hered. ab inteſt.* Alium Connani errorem invenies pag. 55. *a.* huj. edit. &c.

VI. IDEM CONNANUS L. IX. cap. 7. §. 4.

Itaque magis ignoſcendum THo eſt, hujus civilis ſcientiæ hoſpiti & peregrino, ſi dum illorum [*qui inſtitutionum iſtam epitomen fecerunt; quos ipſos hac in re antiqui juris veritatem*

veritatem non percepiſſe, exiſtimat paullo ante Connanus,] veſtigiis inſiſtit, & Latina Græce transfert, offendat aliquando. Sic enim: Διαθεμένῳ τις &c.

Si ipſi Tribuniano cum ſociis non parcit, quid mirum, ſi nec THo? Ceterum alias ſæpiſſime THi ſententiam amplecti'ur. Locus, quem Connanus hic carpit eſt §. 7. *Quib. mod. teſt. inf.* ſed carpitur ipſe ab Hotomano. Vide edit. noſtræ pag. 413.

VII. JAC. CURTIUS Εικαζων Lib. II. cap. ult.

Edidit, & magno ſtudioſorum bono in vulgus emiſit, his proximis annis, Dom. Viglius Zuichemus, omnium diſciplinarum, non Juris Civilis tantum, clariſſimus, Græcas THi anteceſſoris Juris Inſtitutiones, quas ego deinde, ut majore cum fructu populo innoteſcerent, utcunque in Latinam linguam converti. Sed habet is quædam exacta parum & negligentius, quam ab id ævi homine (nam vicinum Juſtiniani temporibus faciunt) par erat, tractata. Et cetera quidem viri peccata, ne cui vetuſtate collecta imponat auctoritas, alii (quibus otium erit, ſubtilius & curioſius ea conſectari) forte prodent. Quod autem ipſi, velut aliud agentes, nuper animadvertimus, haud diſſimulandum puto. Locus eſt Inſt. L. II. §. ult. *de Exhered. lib.* &c.

Poſt tantas minas quis non timeat miſello THo? ſed tandem naſcitur ridiculus mus, & tota res ad erratum librarii redit, ut pro ε μεντοι legendum ſit ητω, quod cum Fabroto & aliis recepimus; quem e MS. hoc Codice hauſiſſe, poſtea ex variantibus Pithœi didicimus. Vide edit. noſtræ pag. 376. Alio, qui Curtius in epiſt. Dedic. THum ſatis laudat. Vid. Exc. V. Artic. 5.

VIII. ANT. AUGUSTINUS L. III. Emendat. cap. 8.

Theophilus, antiquus ſatis Juriſconſultus, Juſtiniani Inſtitutiones Græce vertit, addiditque quaſdam doctas ſane antiquitatis interpretationes: quo libro nullus exſtat ad eos Juſtiniani libros intelligendos aptior. Sed ut in omnibus rebus evenit, in quibus nihil ita perfectum eſt, ut quod ille ait, omni ex parte beatum dici poſſit: ita in his Græcis interpretibus antiquitatis Romanæ peritia major nonnunquam deſideratur.

Verumenimvero bina, quæ adfert e THo exempla, hanc reprehenſionem nequaquam probant. Vide noſtras aliorumque notas ad §. 1. de Eo cui libert. cauſa cap. 213. atque ad §. 29. *de Legatis* cap. 508.

IX. JAC. CAPPELLUS ad cap. 36. Laur. Vallæ pag. Duker. edit. 22.

Utut ſit, non temere eſt, quod Tribonianus hanc differentiam ſtatuit, ut *noxa* ſit corpus quod nocuit, *noxia* ipſum maleficium. Neque mihi fit veriſimile, tam impudentem futurum, ut homo Græcus Latinæ linguæ nova jura & ſignificata ſine probabili aliquo veterum teſtimonio obtruderet, maxime cum idem videamus a Theophilo Anteceſſore, qui ſane Triboniano non paulo doctior & accuratior fuit, in ſua paraphraſi Inſtitutionum confirmari.

Cujacium hoc putaſſe, negat *Fabr. in Apolog.* pag. huj. edit. 1022. §. II.

X. JAC. CUJACIUS ad §. 2. Inſt. de Actionib.

THum putat ſcripſiſſe poſt Accurſium, nec ei plus quam Accurſio credendum, & plerumque ſolere eum ita imitari, ut multis locis verbum ex verbo exprimat.

XI. Idem CUJACIUS notat, THum in tit. *de Bonorum poſſ.*

communem errorem ſequi, quod bonorum poſſeſſionem *Tum quem ex familia, Tanquam ex familia* appellet.

Hæc Cujacii judicia ad locum Alciati ſuperius prolatum Editor in margine addidit. Eadem inter alia oratione directa adnotavit E. MERILLIUS in Varr. Cujacii pag. m. 372. & 373. fin. unde nunc pluria non deſcribemus, ſed ea tantum ſubjungemus, quæ pro THo ex eodem Cujacio adtulit Fabrotus.

***

XII. CU-

XII. CUJACIUS in Not. posterioribus ad tit. *de Inoffic. test.*

Emendavi ex veteribus, & ex Theophilitze nostro interprete fideliſſimo, & antiquiſſimo.

XIII. IDEM Paratitl. C. lib. 8. tit. 1.

Hæc est mens Theophili graviſſimi auctoris.

XIV. Et Obſervat. lib. 27. cap. 28.

Theoph. quo ex Græcis talis, tamque eruditus interp. nemo, &c.

XV. IDEM ad leg. *non omnis* 19. §. 1. D. de reb. cred. Lib. 10. Dig. Salvii Juliani.

Quod tibi Theoph. noster explicat peritiſſime ex intima Juriſprudentia. Fuit hic auctor, ut & vetuſtiſſimus, ita & juris peritiſſimus: ita ut ab iis, quæ ſcribit, non ſit temere recedendum.

XVI. ad l. actioni 54. D. *de ædilit. ed.* Lib. 4. Reſponſ. Papiniani.

Nec audit Theophili interpretationem, quo nullus melior, aut antiquior Inſtitutionum interpres.

XVII. IDEM ad l. 2. D. *de uſu & uſufr. leg.*

Nihil optimus ille interpres adfert, quod non ſumat ex intima Juriſprudentia.

XVIII. FRANC. HOTOMANUS in Comment. Inſtit.

Ad §. 17. *de Inut. ſtipul.* & forte alibi, Accurſio juniorem exiſtimat THum: tum non raro abſurdum, falſum, nugatorium eſſe ait, quæ ille tradidit: & non raro tamen ejus ſententiam amplectitur. Si utriuſque rei exempla deſideras, evolve noſtrum Auctorum indicem.

XIX. GUID. PANZIROLUS *de Claris Legum Interpr.* L. I. cap. 80.

Theophilus, vir illuſtris, magiſter juriſque peritus Conſtantinopoli jura docuit. Is cum Tribuniano & Dorotheo Inſtitutiones Juſtiniani ex veterum JCtorum Inſtitutionibus & Commentariis extractas compoſuit, Pandectaſque ex veterum JCtorum ſcriptis cum aliis ad hoc electis conſarcinavit: huncque eſſe puto qui eaſdem Inſtitutiones in Græcum ſermonem, paraphraſi quadam addita, vertit, & Codicem Juſtiniani [*priorem*, vide Mylii Hiſt. THi cap. III. §. ult.] cum aliis ſociis compoſuit, quem ille Virum Clariſſimum & comitem ſacri Conſiſtorii appellat.

XX. IDEM *ibid.* L. II. cap. 11.

Qui igitur rudes ad legum ſtudia accedunt, primum univerſas juris Inſtitutiones, ſolo adhibito THEOPHILO interprete, percurrant.

XXI. JO. MERCERIUS in Conciliatore pag. m. 51.

Si quis locus ſuſpectus fuerit, ſi de cujus vera & germana lectione non conſtet ſatis, ſuppetias ferent ad interpellandum eorum poſſeſſionem Græci interpretes, THEOPHILUS, a quo Græce editæ ſunt Inſtitutiones, quibus Latine conſcribendis adjutor fuerat; Conſtantinus Harmenopulus *Etc.*

BERNARDI HENR. REINOLDI in hunc locum επιχειρον inferius ſ. l. dabimus.

XXII. FRANC. BROEUS in *Chronologica Juris hiſtoria.*

Sed a ſuperioribus [*interpretibus & Gloſſatoribus Græcis*] omnibus THus, harum Inſtitutionum paraphraſtes eruditiſſimus, eſt diſtinguendus, quod hic non libris Baſilicωv, ſed

ſed Juſtinianeis operibus hæſerit, unde colligere eſt ante Baſilium fuiſſe, eumque Juſtiniano coætaneum, vel non longe poſt ipſum vixiſſe. Neque aſſentior iis, qui putant ab Accurſii gloſſis quædam ſumpſiſſe. Ut enim nec THus Accurſium vidit, cum eo antiquior ſit, ita nec Accurſius THum, quem nullum ex Græcis vidiſſe aut intellexiſſe puto.

XXIII. HENR. ERNSTIUS Var. Obſerv. L. I. cap. 13.

Reperiuntur nonnulli, qui THi, Græci Inſtitutionum Juris interpretis, auctoritatem Juriſprudentiæ ſtudioſis ſuſpectam ea propter reddere conantur, quod quibuſdam in locis ea notavit, quæ merito reprehendi poſſint: veluti quod ſtatim in initio §. ſed jus 2. *de J. N. G. & C.* Draconem, contra hiſtoricam veritatem, Lacedæmoniorum legiſlatorem fuiſſe tradiderit, cum fuerit Αθηναιων νομοθετης: quod Macedonem, non turpem fœneratorem ſed filiumfamilias in §. illud 7. *Quod cum eo, qui in al. pot.* contra l. 1. D. *de SC. Maced.* dixerit: quod denique in §. ult. *de Vulg. ſubſt.* pro Tiberio Pium contra l. 41. D. *de Hered. inſt.* nominaverit, ac ejus generis alia commiſerit, quæ tamen non adeo credo eſſe multa. Verum non ſumam mihi in præſentia ex inſtituto doctiſſimi hujus JCti nomen vindicare, ſed hoc ſaltem monſtrare, in animum induxi, quod optimus ac de tironum juris ſtudiis optime meritus Anteceſſor de iis ſæpenumero accuſatur, quæ ab inſulſis ſcribis commiſſa ſunt. Id quod facile, ut equidem ſpero, ex iis quæ ſequuntur, diligens rerum ſcrutator intelliget, quæ brevibus notis adjectis eo velim animo accipiat, qua fide ac diligentia ego ea a viris doctis & ingenio meo exceperim.

Et hos errores falſo THo imputatos emaculant cum Fabrotus, tum Gundlingius & alii in noſtra editione.

XXIV. EMUNDUS MERILLIUS ad varium Cujacii de THo judicium.

Equidem THus paraphraſtes Inſtitutionum fuit alius a THo, cui Juſtinianus cum aliis juris enucleandi curam demandavit: ſed ex poſterioribus temporibus, ut ex paraphraſi ipſius deprehenditur, quæ ſcatet multis perperis interpretationibus, & a mente Juſtiniani alienis. Quod propediem (ſi Deus dederit) libro ſingulari animadverſionum in eum auctorem facto oſtenſuri ſumus.

De ætate noſtri THi, quodque Tribuniani ſocius fuerit, ad hiſtoriam Mylii dicemus. Ceterum Merillii liber ſingularis nunquam prodiit, ſive Fabrotus ſive Jac. Gothofredus eum abſterruerit: qua de re alibi.

XXV. IDEM VIII. Obſervat. cap. 27. in fin.

Scatet THus pleriſque aliis erroribus & ineptis interpretationibus, quas præter verba Juſtiniani de ſuo interjicit, quaſque (ſi Deus faciat) ſuis quibuſque locis indicaturi ſumus. Et vero indicare expedit, cum auctoritas THi non pauciores, ſed & potiores juris interpretes in eoſdem errores adduxerit facili lapſu, dum aut parum auctorem expendebant, aut aliquid ex interprete Græco noviter emiſſo proferre geſtiebant.

Quatuor capitibus 24. 25. 26. 27. varios ſibi errores in THo detexiſſe & refutaſſe videtur Merillius, in quibus omnibus ipſum errare, aut alii aut nos in notis ad THum probavimus. Per interpretem noviter emiſſum primam Fabroti editionem ſignificat: cujus APOLOGIA, quam Excurſ. I. ſiſtit, adverſus quatuor Merillii capp. eſt ſcripta.

XXVI. CAR. ANNIB. FABROTUS

quid ſenſerit, ex Apologia ejus pro Græcis Excurſu I. atque ex poſteriori ad THum præfat. in Exc. V. adparebit.

XXVII. JAC. GOTHOFREDUS in Manuali Juris pag. m. 77--8.

Habet hic Auctor [THus] multa, quæ textu Inſtitutionum non continentur, partim *bene*, partim *male dicta*: imo eſt etiam, ubi ab ipſo textu recedit. Ut inde colligere liceat, poſteriorem Juſtiniani ſeculo fuiſſe: neque dubium mihi, quin hic ille ſit THus vel Theophilitzes, qui inter cæteros Baſilicorum interpretes memoratur circa A. D. ferme 1000. De harum Inſtitutionum utilitate doctiſſime præfatus eſt Viglius. - - - - Ex his jam omnibus ſtatuere licet, THum eo tempore fuiſſe, quo veteris Juriſprudentiæ libri adhuc extabant.

Quæ hic Gothofredus ipſe partim bene, partim male dicit, diſcutiemus ſuo loco cum Mylio & Gundlingio.

XXVIII. HUGO GROTIUS in Florum ſparſione pag. 6.

THus, qui Græce ſed liberius fuſiuſque hunc librum vertit, poſt Juſtinianum fuit, ante Βασιλικων editionem; nam ille Βασιλικων non meminit, Βασιλικα autem ejus meminerunt. Cogitemus, an hic ſit, qui Theophilitzes dicitur Michaëli III. Imperatori apud Cedrenum Baſilio Macedone.

XXIX. JAC. OISELIUS ad Caji Inſtit. II: 9. §. 12.

Immo facile crederem, THum, quæcunque ibi de literarum obligatione adfert, ea vel ex ipſis Caji noſtri Inſtitutionum libris, vel ſaltem ex alterius veteris JCti ſcriptis hauſiſſe. Vixit enim THus eo tempore, quo integra veterum ſcripta, atque inter ea haud dubie Gaji noſtri Inſtitutionum libri adhuc exſtarent. *Etc.*

Conſequentia leguntur pag. 669. & 670. in hac THi edit.

XXX. M. AURELIUS GALVANUS de Uſufr. pag. 193.

Vixit THus Conſtantinopoli, & quidem ea tempeſtate, in qua libri veterum juris Auctorum proſtabant adhuc: cum multa ille ex libris veterum repetita nobis tradat in ſua paraphraſi. Quamobrem ineptum eſt, non ſolum dicere, ſed credere illum, ut nobis fucum obduceret, ſe ipſum mendacii reum apud coætaneos ſuos facere voluiſſe.

Plura vide ad tit. *de Litter. oblig.* pag. Edit. noſtræ 670.

XXXI. BERN. HENR. REINOLD ad Mercerii Conciliatorem pag. 52.

Idem, quod (1) Mercerius, exiſtimavit Briſſonius in Lex. Jur. v. *Anteceſſor.* Et Jacobus (2) Curtius in epiſtola, quam THo ſuo Latino præfixit. At errant ſine dubio. Fuiſſet enim modeſtia (3) forte nimia, ſi in §. 3. *Proœmii Inſt.* ab ſe in ſermonem Græcum tranſlatarum, non nominaſſet diſerte ſemet, aut nimia arrogantia, cum poſſet voce *mihi* defungi, ſi ſuperba ſibi elogia tribuiſſet. Quid quod ea tradit, quæ Juſtiniani conſtitutionibus ſunt contraria, cujuſmodi exemplum (4) occurrit in §. 4. *de Nupt.* Non enim referam cum Antonio Contio 2. *Lect. ſubſ.* 1. in hunc cenſum, quod THus in fine §. 27. *de R. Div.* negationem habeat, Juſtinianus ignoret, cum regii Codices hac parte, Fabroto teſte, illum abſolvant. Neque tamen Cujacio videtur adſentiendum, qui THum ſæpe (5) Accurſii gloſſam convertere, & ab hujus non longe ſæculo vixiſſe autumabat; aut his, qui eum ex Placentini Joanniſve Commentariis quid hauſiſſe conjiciebant: doctior enim eſt THus, quam ut ad illa tempora pertineat.

(1) Vide ſupra Mercerii locum. (2) Nihil de ætate THi in ea invenio epiſtola. (3) Vide Gundlingii *Diſſert.* §. 4. & H. Mylii *Hiſtoriam THi* cap. II. §. 3. & nos inf pag. XLI (4) Aliud tibi forte perſuadebunt, quas ad h. l. collegi notas. (5) Ergone nec in Fabroto nec in Merillio favorabilia Cujacii pro THo teſtimonia legit Reinoldus? V. ſup. pag. XXXIII. num. X.

XXXII. GREG. MAJANSIUS L. V. Epiſtol. 5. pag. m. 246.
Theophili paraphraſis multa continet, ſcitu digniſſima, quæ alibi non reperias.

XXXIII. IDEM *de Doujatiana editione, ibid.*
Hæ Inſtit. ſunt utiliſſimæ tironibus ob doctrinæ ſobrietatem mira perſpicuitate conjunctam. Notæ etiam in pretio debent haberi.

XXXIV. JO. GOTTL. HEINECCIUS in præfat. ad Comment. VINNII.
Laudanda quoque eſt Vinnii noſtri opera, quam in conferenda Theophili paraphraſi poſuit, ſane quam utiliſſima. Quamvis enim pleriſque vapulet hic Theophilus, & aliquando ab iis quoque, qui eum nunquam evolverunt, exagitetur; permultum tamen lucis eum fœnerare Inſtitutionibus, Car. Hannibal Fabrotus, cujus verba quædam ſupra dedimus, pridem evicit. Et ſane non hic nobis res eſt cum Theophilitze quodam, quem aliqui verbis quibuſdam Cujacii decepti Accurſio faciunt juniorem, ſed cum Theophilo, viro illuſtri, & anteceſſore, cujus opera ipſe Juſtinianus in conficiendis Inſtitutionibus uſus eſt.

Hunc ipſum enim eſſe illum paraphraſten, multis argumentis conſtat. Primo Theophilum, Triboniani συνεργον, Anteceſſoris munere Conſtantinopoli functum novimus. Anteceſſorem autem etiam paraphraſten fuiſſe, inde adparet, quod in codicibus vetuſtis ſingulis libris illa ſubnectuntur:

Επληρωθη ἡ α. (β. γ. δ.) Ιυστιτυτιων Θεοφιλυ Αντικηνσωρ *feliciter.*

Eumdem deinde Conſtantinopoli vixiſſe, inde patet, quod ubicumque ejus facit mentionem, eam vocat ταυτην την πολιν, vel ταυτην την βασιλευουσαν πολιν, *hanc urbem* vel *hanc regiam urbem*, uti ſolent, qui urbis, in qua vivunt, meminerunt. Deinde, quum Theophilus Anteceſſor Juſtiniani temporibus floruerit: ejuſdem ætatis eſſe paraphraſten noſtrum, res ipſa docet.

Quemadmodum enim omnes, qui Juſtinianum anteceſſerunt, Imperatores Chriſtianos ita deſcribit, ut eos inter homines non amplius fuiſſe, ſtatim adpareat, veluti ubi meminit Ζηνωνος της θειας ληξεως, itemque της θειας ληξεως Ιυστινυ, ita Juſtinianus ipſi ſemper eſt θειοτατος ἡμων δεσποτης, ἡμετερος βασιλευς, ευσεβεστατος ἡμων βασιλευς, *ſacratiſſimus dominus noſter, Imperator noſter, Imperator noſter piiſſimus, clementiſſimus noſter Imperator*, quemadmodum & Theodoram την ευσεβεστατην ἡμων δεσποιναν *piiſſimam dominam noſtram*, & Conſtitutionem Juſtinianeam διαταξιν ἡν εναρχος εξεφωνησε, *conſtitutionem nuper promulgatam*, appellat. Quæ ſane omnia non ſunt verba de principe dudum fatis functo differentis. Accedit, quod Theophilus ſæpe paraphraſi ſuæ intexit formulas antiquas & ritus veteri juriſprudentiæ proprios, quos quum judice Fabroto non aliunde, quam ex Caji, Ulpiani, aliiſque veterum JCtorum libris, depromere potuerit, ſatis profecto manifeſtum eſt, eum ante commune iſtud illorum librorum naufragium vixiſſe, verſatiſſimumque fuiſſe in iſtorum operum lectione. Quod denuo non in Theophilitzen quemdam, Græculum novum, ſed in celeberrimum illum ſcholæ Conſtantinopolitanæ Anteceſſorem, Theophilum, cadit. Denique, quod palmarium, vir eruditiſſimus, & collega olim conjunctiſſimus, Nicolaus Hieronymus Gundlingius obſervavit, Theophili noſtri paraphraſin jam Thalelæus laudavit, & ille quidem, quem cum Triboniano, Theophilo, aliiſque Pandectas compoſuiſſe, eaſque poſtea καθ' ὁδον vertiſſe novimus. Quod quum & Fabrotus viderit, mirum ſane eſt, virum ipſum doctiſſimum Theophilum Juſtiniano non quidem multo juniorem, a Theophilo tamen Pandectarum & Inſtitutionum architecto diverſum credidiſſe, quaſi ipſe paraphraſtes ætatem ſuam non multis iiſque luculentiſſimis prodiderit indiciis. Quod ſi itaque Theophilus noſter fuit Juſtiniano συγχρονος, ceu hactenus mihi videor demonſtraſſe: gratiſſimum procul dubio cupidæ legum juventuti fecit Vinnius, quod eum diligenter conſuluerit, & inde textum Inſtitutionum vel ſtabiliverit vel explicarit.

XXXV. Idem HEINECCIUS in Hiſtoria Jur. R. L. I. c. 6. §. 402.

Et Inſtitutionum quidem elegantem paraphraſin debemus THEOPHILO, quem Juſtiniani temporibus floruiſſe, docent loca, ubi de Juſtiniano utitur verbis: ἡμετερον βασιλεα . . . θειοτατε ἡμων δεσποτε . . . . εφοιτησε τε ἡμετερε βασιλεως διδασκαλιας, ἡν εναλιγκιον εξεφωνησε . . . . itemque ευσεβεσατη ἡμων δεσποινα. Quæ quum ex Latino Inſtitutionum textu non ſint, manifeſto probant, auctorem Juſtiniani temporibus ſcripſiſſe. *Gundl. P. II. Obſerv.* 2. Nec obſcure ætatem ſuam ipſe indicare videtur THus in paraphraſi §. 4. 5. *de SC. Tert.* & §. 10. *de Except.* Vid. *Mylii Hiſt. THi* c. III. §. 4. Unde nihil prohibet, quo minus eumdem dicamus cum THo, Anteceſſore Conſtantinopolitano, cujus in componendo corpore Juris opera uſus eſt Juſtinianus. . . . Fallitur ergo Cujacius, qui Theophilitzen vocat hunc paraphraſten, & eum Accurſio juniorem facit in *Recit. ad tit. I. de Act.* Falluntur, qui ei multos errores adfingunt, quum pleraque recte ſe habeant. Illud unum mirandum, vivo Juſtiniano id ſibi ſumſiſſe THum, ut uberiorem ſcriberet (*) Inſtitutionum paraphraſin, quum Juſtinianus verſiones tantum κατα ποδας permiſerit. l. 2. §. 21. C. *de Vet. Jure enucl.*

(*) Diximus hac de re pag. 1059 n. 28.

XXXVI. EVER. OTTO in *Comment. ad Inſtit.* pag. 16--7.

[*Poſtquam varias aliorum opiniones breviter expoſuit, ſic ipſe ſentit:*] Verum ego necdum ita felix fui, ut locum illum Thalelæi [*ad quem Gundlingius duce Fabroto provocat*] repererim; & ſi indicetur, videndum erit, num Thalelæus ille Scholiaſtes recentior ſit, an vero, qui toties a græcis interpretibus laudatur, & της νομικης οφθαλμου dicitur, tom. 5. Baſil. pag. 732. Is enim anteceſſor τας κωδικας εις πλατος εκδεδωκε, *codices in latitudine edidit*, ait Matthæus Blaſtares *in hiſt. jur.* ejuſque ὑφηγησεις corpori Baſilico quandoque inſertas eſſe, monent græci t. 7. Βασιλ. p. 230. An vero in his Theophili nomen uſquam reperiatur, dubito vehementer. Forſan probabilius argumentum erit, quod Theophili Ινστιτουτα non modo in ſcholiis Baſilικων laudantur t. II. pag. 182. & 554. ſed idem quoque multis in locis ὁ μακαριτης a Stephano vocatur t. III. pag. 176 -- 180. &c. Is vero ſi idem fuerit cauſarum patronus, quem Juſtinianus in Conſtit. *Tanta* 9. & L. 3. §. 9. C. *de vet. jur. enucl.* inter adjuvas ſuos laudavit, res confecta foret: minime vero ea de re dubitandum eſſe, Suareſius in *Notit. Baſil.* §. 41. repudiata Cujacii ſententia, exiſtimavit: cui addo, quod antea laudatus Blaſtares ait, ætate Juſtiniani Στεφανος δε τις εις πλατος τα διγεστα εξηγησατο, *Stephanus quidam Digeſta in latitudine interpretatus eſt.* Quod ſi ergo ex hac explicatione Stephani ſcholia Baſil. poſtea deſumta ſunt, oportet, Theophilum æqualem ejus, etſi prius mortuum, fuiſſe. Et ſane major ejus eruditio fuit, quam ut ad Michaëlis aut Porphyrogenetæ ævum poſſit rejici: ipſe enim veteres juris auctores legit, & tot formulas, antiquitates & verba τυπικα nobis ſervavit, quot alius nemo. Ad hæc ſicut Valens plures antiquarios Græcos, quam Latinos, & Theodoſius plures Sophiſtas Græcos, quam Romanos Oratores, in Academia Conſtantinopolitana antea inſtituerant in *l.* 1. & 3. *C. Th. de ſtud. lib.* ita vivo Juſtiniano Inſtitutiones ſtatim in Græca urbe, in uſum Græcorum, qui legum ſtudio ibi incumbebant, in patriam linguam converti, utilius, immo magis neceſſarium fuit, quam Pandectas & Codicem, de quorum tranſlatione tunc facta nullus dubitat. Denique illud maxime me movet, quod Theophilus non tantum Juſtinianum perpetuo Imperatorem *noſtrum* vocat, ſed & alia epitheta addit, ut *in* §. 2. hujus procœmii, *optimus hic noſter & maximus princeps*, & §. 4. *Sereniſſimus imperator noſter*, quæ ſatis mihi ætatem ejus indicare videntur. Ad errores autem Theophili quod attinet, non provocabo ad Fabroti apologiam pro Græcis interpretibus, Merillio oppoſitam; neque fidem ipſi habeo, graviora quævis errata a ſtudioſo aliquo in ora libri adſcripta, in textum deinde irrepſiſſe: illud potius urgebo, neque integrum, neque totum, ſed miſere, a ſemidoctis, qui eum poſtea interpretati ſunt, deturpatum Theophilum aliis adjectis, aliis omiſſis, ad nos perveniſſe. Cujus rei argumentum habeo, quod in ſcholiis Baſil. *lib.* 28. *tit.* 5. *t.* 4. *pag.* 280. lego: *in* 4. *autem tit. Inſtit. dicit Theophilus illuſtres*

luſtres eſſe Protoſpatharios, & qui ſupra eos ſunt, ſecundum conſtitutionem Zenonis: quorum nihil tale ad *tit. de injur.* hodie extat apud Theophilum, quem habemus, & ſilet ibi Fabrotus. E contrario in §. 4. *Inſt. de nupt.* poſteriores, ex uſu ſeculi ſui, particulam ϑ inſeruerunt, quæ a manu Theophili eſſe nequit, ſi bona fide interpretis officio functus eſt: ubivis autem Juſtinianum ſuum fideliter exhibet nec quicquam de Jure recentiore adſpergit, neque per ætatem adſpergere potuit. Fruſtra igitur Alciatus *&c.*

XXXVII. Idem OTTO in præfat. Tom. III. Theſ. Juris, pag. 55--6.

Vir Eruditiſſimus N. H. Gundlingius in *Diſſert. de THo* §. 8. exiſtimabat, Fabrotum hac Apologia tam ſolide ad quatuor illos errores, THo impactos, reſpondiſſe, ut Merillius animum abjecerit de male dictis THi ſcribendi; at mihi id non videtur, nec ipſi pag. 111. *Viæ ad verit.* c. 19. §. 54. nec Wiſſenbachio ad Tit. D. *de Magiſtr. conv.* Legendus tamen eſt THus omnino, qui ex intima Juriſprudentia tam multa nos docet; longeque abſit, propter paucos errores, eum, cum Alciato, in omni re hiſtorica ſuſpectum; cum Connano, civilis ſcientiæ hoſpitem & peregrinum habeamus: aut, cum aliis, ſtultitiæ ac imperitiæ inſimulemus; videntur enim quidam eorum, ut Fabrotus conjecit, imperiti ſtudioſi eſſe, cujus gloſſæ, margini allitæ, in textum deinceps irrepſerunt. *Etc.*

XXXVIII. JO. PETR. DE LUDEWIG in Vita *Juſtiniani M.* cap. II. §. 3. pag. 35. & ſqq.

§. 3. Princeps earundem [*Inſtitutionum*] interpres Græcus eſt THEOPHILUS, qui *inſtitutiones Juſtinianeas* non ſolum reddidit *Græce* verbatim; ſed etiam quandoque addidit aliqua de ſuo ὠφελείας. Maximi haberi ſolet ad ſphalmata tollenda Latinorum ſcribarum. Cum enim ipſe haud dubie uſus ſit exemplo Juſtiniani ſincero, & contextum Latinum ſecutus ſit καλὰ ποδὰ, adeo, ut religioni duxerit ſibi, *technica* juris Latini verba reddere *Græce*, retinueritque ideo in Græca verſione formulas *Latinas*, exempli loco in lib. II. tit. 8. των δωρεων δυο εισι γενη, και ἡ μεν λεγεται *mortis cauſa*, ἡ δε *inter vivos*; facile eſt ad intelligendum, in emendandis vitiis exemplorum Latinorum plurimum fiduciæ ponendum eſſe in Theophili interpretatione. Qua in re ego quidem eo ſum fidentior, quo vetuſtior mihi hic interpres eſſe videtur: ut eum omnino habeam ipſi Juſtiniano coævum. Idque ob conjecturas & rationes opinabiles. Nam principio Theophilus noſter §. *ult. de uſucap.* verba Juſtiniani: *Noſtra autem divina conſtitutio, quam nuper promulgavimus*, ita reddit: Εφοιτησε δε του ἡμετερου βασιλεως διαταξις, ἡν εναρχομενως εξεφωνησε. *Extat & principis noſtri conſtitutio quam nuper emiſit.* Parum autem vocula *nuper* congrueret, ſi Theophilus diu poſt ſcripſiſſet, quam emiſerat eandem conſtitutionem Juſtinianus. Quid? quod verba ſequentia ὠφελ της ευσεβεστατης ἡμων δεσποινης alii ſenſui inconcinna, quam ut accipiantur de *Theodora*. Licet enim id dare ſoleamus manibus imperatoris, ut etiam mortuum adpellemus *noſtrum* (ἡμετερον,) imo verbis utamur του θειοτατου ἡμων δεσποτου, quaſi ſcilicet, lege ſuperſtite, vivere adhuc videatur legiſlator: *Auguſtam* tamen demortuam quidem demortui Cæſaris nemo compellabit vel *dominam ſuam* vel *noſtram*. Quum ergo *Theodoram* Theophilus dixit *religioſiſſimam dominam ſuam*; certum eſt indicium, iſto tempore vel eandem ſuperſtitem vixiſſe, vel olim vivam coluiſſe Theophilum. Deinde ultimus *libri IV. titulus* exemplo ſit, quam ſuperſtitioſus fuerit Theophilus in *Latinis* Latini Juris *vocabulis* retinendis publicorum delictorum.

Quæ cauſa alia eſſe aut fingi non poteſt, quam hæc; illum dubitaviſſe, reddere Latina Græce, quod Latini Juris interpres Græcus primus eſſet. Statim enim poſt hæc vocabula, *aquæ & ignis interdictio*; *deportatio*; *adulterium*; *majeſtas*; *de falſis*; *de vi publica*; *de vi privata*; *de ambitu*; *de veneficis*; & reliqua reddita ſunt Græce ab interpretibus Græcis, ut porro non opus eſſet Græco interpreti, induere hic os Latinum. Præterea illud ipſe nos docuit FABROTUS editor, quod Theophilus uſus ſit JCtis Romanis Cajo, Ulpiano,

Ulpiano, aliis: ſed poſt tempora Juſtiniani illi auctores neglecti, quos vero Theophilum legere oportuit, dum ederet Inſtitutiones. Porro laudatur Theophilus interpretibus Juris vetuſtiſſimis ipſique (*) Thalelæo. Quo ipſo facile convelluntur viri docti, qui illum Baſilicis ipſis putant eſſe recentiorem. Demum opinabile non eſt *Pandectas & Codicem* ante redditos fuiſſe Græce, quam *juris Inſtitutiones*. Partim quod illud operis fuerit longe difficilioris, quam hoc: & hoc magis tamen neceſſarium, ut in ſcholis tirones, Linguæ Latinæ non adeo periti, imbui interea poſſent hiſce juris elementis. Quæ vero adverſus tantam vetuſtatem obmovent auctores alii: illa facile diluuntur.

§. 4. Nam principio dicunt, multoties *lapſum* eſſe Theophilum tam in *ſenſibus* verborum, quam in *rebus* ipſis. Quod indignum ſit tribuere celeberrimo anteceſſori, cujus opera in jure conſcribendo uſus ſit Juſtinianus. Verum quoties oſcitavit Tribonianus? deinde cum Theophilus in Latinis inſtitutionibus ſcripſerit ſub *cenſura & juſſu* Triboniani: quid obſtat? quod ipſe in Græca paraphraſi ſuo abundaverit ſenſu, diverſo a Juſtinianeo & ejus magnifico magiſtro. Quod magis eſt, teſtatur cultiſſimus FABROTUS, ſe in Theophili exemplis *MSctis* inveniſſe multiplicem varietatem. Inde ejus conjecturam eſſe hanc, plurimos juris doctores, qui his elementis uſi ſint in gratiam Græcæ juventutis, eis vel addidiſſe aliqua vel detraxiſſe, ut ſcilicet quemque tulerit ſenſus & ſtudium, jura alios docendi.

(*) Hoc Ludewigius æque ac plura alia aliunde deſcripſit. Vide Mylium & nos ad eum aut ſequentem Hoffmanni locum.

XXXIX. CHR. GODOFR. HOFFMANNUS in *Hiſtoria Juris*, Vol. I. pag. 631. ſqq.

§. 5. INSTITUTIONES vertiſſe, vel potius liberiore παραφρασει interpretatum eſſe THEOPHILUM nemo ignorat. Nemini contra liquido hujus JCti ætas perſpecta eſt, cum eum nonnulli Juſtiniano coævum faciant, (*a*) negantibus aliis (*b*).

(*a*) Ita quidem ſentiunt SUARESIUS in notit. Baſilic. §. XVII. BRISSONIUS de V. S. voce anteceſſor, GUIDO PANCIROLLUS de claris ll. interpretibus lib. 1. Cap. 80. GUNDLINGIANA P. II. art. 2. EVERARD. OTTO ad inſtit. procem. p. 17. BOEHMERUS in Diſſ. prælim. de paraphraſi Theoph. §. 9. & qui eos ſequuntur bene multi, quorum omnium argumenta collegit, & auxit JO. HENRICUS MYLIUS in vindiciarum Theophili præparatione Cap. 2. & 3. Neque ea tamen omnia rem conficiunt, ut non tam argumenta, quam conjecturas ſatis aliquando debiles deprehendiſſe tibi videaris. Palmarium, & quod primus, ut videtur, GUNDLINGIUS expoſuit loc. cit. eo redit; Theophilum allegari a Thalelæo, Thalelæum vero fuiſſe Juſtiniano coævum, unde nihil eſſet apertius, quam quod eodem tempore vixerit Paraphraſtes. In quo argumento unuſquiſque videt duo eſſe probanda, & allegationem Thalelæi ſeſe recte habere, & ejuſdem ætatem; cum tamen neutrius certitudo ſatis ſit expedita. Obſervarunt enim EVERARDUS OTTO, JUSTUS HENNING. BOEHMERUS aliique, omni adhibita opera in fragmentis Thalelæi, quæ inter Baſilicorum Scholia leguntur, nullibi allegatum inveſtigari potuiſſe Theophilum: Neque enim FABROTTUS, qui primus hujus allegationis mentionem facit, neque GUNDLINGIUS Fabrotti fidem in eo ſecutus locum ipſum nobis indicarunt. Dein ſi quis etiam in eo indagando eſſet felicior, quid tamen exin argumenti deducemus, niſi prius liquido demonſtretur Thalelæi ætas, quam ad Juſtinianeam referre unice ob hujus JCti nomen, ut ſupra diximus, oppido eſt periculoſum. Regerunt equidem alii, parum referre, an Thalelæi ille locus inveſtigetur, cum occurrat ſæpe numero Theophili nomen a STEPHANO JCto in ſcholiis Baſilicorum adductum, qui cum a Stephano Juſtinianeo haud diſcrepet, non minorem eſſe argumenti vim, quam ſi illa Thalelæi allegatio ſe recte haberet. Aſt, quod

quod aliquoties jam dictum eſt, niſi liquido, certe melius (*) quam ab Ill. BOEHMERO factum eſt *Diſſ. prælim. de paraphr. Theoph.* §. 9. ætas Stephani Juſtinianeæ congruere doceatur, nec ex hoc argumento erit, quod ſibi arrogent hujus ſententiæ defenſores. Cætera levioris momenti ſunt. Affertur enim, Theophilum tamen ad calcem ſingulorum Paraphraſeos ſuæ librorum dici anteceſſorem; quaſi poſt Juſtinianum, qui jura profeſſi ſunt, deſierint vocari Anteceſſores, aut nullus omnino Theophilus anteceſſor eſſe potuerit, quam qui in componendis cum Triboniano & Dorotheo inſtitutionibus elaboravit? Quod Juſtinianum noſtrum ſacratiſſimum optimum imperatorem dicat, non magis evincit (†) Seculo ſexto vixiſſe Theophilum, quam JCtos noſtros, qui iiſdem de Flavio elogiis ſæpenumero utuntur.

Denique quod Triboniani & Theodoræ nominibus ſimilia elogia adſcripſerit, & conſtitutionem a Juſtiniano nuper emiſſam alleget, id hoc tantum conficit, quod omnia ** expreſſerit, quæ in ipſo Latino inſtitutionum textu legebantur, accurate functus ſit interpretis boni officio Theophilus ab ætate Juſtiniani etiam remotior.

(*b*) Ita cenſent VIGLIUS ZUICHEMIUS, qui primam ejus editionem dedit, & cui optimam debemus FABROTTUS, nec non maximi nominis JCti ALCIATUS, CUJACIUS, & JACOBUS GOTHOFREDUS, quos ſequitur aliorum turba. Dum vero Theophilum Paraphraſten cum Latinarum inſtitutionum artifice eundem eſſe negant, ſatis prægnantem ſententiæ ſuæ inhærendi rationem habent, ſi qui ſecus ſentiunt, probaverint nihil. Neque tamen aliis deſtituuntur argumentis, inter quæ haud contemnendum, minime probabile videri, Theophilum anteceſſorem Triboniani & Dorothei ſocium (‡) adeo hallucinari, & a ſenſu textus Latini aberrare potuiſſe, ac quidem aliquoties contigit Paraphraſtæ, acerrimis ejus vindicibus ne quidem diffitentibus. Dein urgent Paraphraſten, ſi olim ipſe, & Latinis inſtitutionibus manum admoverit, id minime ſilentio (‡) fuiſſe prætermiſſurum, ſiquidem exin major longe operi ſuo græco conciliari potuiſſet auctoritas. Denique cum Paraphraſtes Theophili illius Juſtinianei tot elogiis mentionem fecerit, conſequi putant, aut arrogantiſſimum eum fuiſſe, aut alium laudare THEOPHILUM a ſe diverſum.

(*) Hoc nos præſtitiſſe in *Conſectariis Memorab. e Baſil.* Excurſu u't. nobis perſuademus.

(†) Non evinceret, fateor, ſi bis ac ter ita loqueretur: ſed quum nuſquam Juſtiniani tanquam demortui aut veteris alicujus Imperatoris meminerit, immo vix unquam ſine magnifico honoris titulo dimittat, maxime illud evincit; uti Mylius jam ſatis probavit, cujus hac in re argumenta Hoffmannus non ſat bona fide hic prætermittit, quia aliter refutare non potuit. Idem de Theodoræ nomine & de conſtitutionibus *nuper* emiſſis judicium feret Lector, ſi conſulat ſup. pag. XXXIX. ante fin. & inf. pag. 1050. not. Ceterum plura & nova argumenta in iiſdem Memor. adfero.

(‡) Generaliter hoc quiſque Theophilomaſtix effutit: ſed ſi ad ſpecialia & exempla veniatur, hæ criminationes in fumum abeunt, & ipſos ut plurimum accuſatores erroris arguunt.

(‡) Si in mentem veniſſet Hoffmanno, quod mihi ac V. Cl. Trekellio, paraphraſin THinam ex ejuſdem prælectionibus, tamquam Anteceſſoris, conſtare, duplicem hanc objectionem haud propoſuiſſet, credo. Vix enim, ſi quid Auditoribus in calamum dictamus, noſtrum nomen operi præmittere ſolemus, quod illorum quiſque pro ſuo ingenio addit. Tum vero, ubi duce Juſtiniano ſui cum aliis meminiſſe cogebatur, elogia ſibi non magis, quam ceteris detrahere aut debuit aut potuit; maxime quum ſummæ eſſet dignitatis vir, & non minus excellens, quam quilibet Profeſſorum hodiernorum: ut taceam, eum ex omnibus Anteceſſoribus tempore confectarum Inſt. & Pand. honoratiſſimum, &, ut credo, vetuſtiſſimum fuiſſe, nam primo ubique loco ante alios omnes memoratur.

XL. ALB. DIET. TREKELL *de Teſtamenti factione.* Pag. 30.

Ex hiſce verbis videmus, Theophilum putaſſe, populum hic non fuiſſe convocatum, ut ſuffragia ferret, ſed tantum veluti teſtem, ut quilibet in conſpectu totius populi teſtamentum facere poſſet, hancque ſolemnitatem bis quovis anno celebratam fuiſſe. Sed ſcriptor hic neque ejus ætatis (*g*) neque auctoritatis (*h*) eſt, ut teſtimonium illius in re tam antiqua ſine ullo examine, præſertim contra aliorum

* * * *

(1) auctoritatem, contra ordinationem reip. R., contra omnem denique probabilitatem admittamus.

(*g*) Aetas hujus Theophili adhuc manet incerta, neque eorum accedere poſſum opinioni, qui eum faciunt Juſtiniano συγχρονον, putantque eum eſſe (2) ipſum illum Theophilum, qui cum Triboniano & Dorotheo Inſtitutiones confecit. Confer omnino V. Ill. Chr. God. Hoffmanni hiſtoriam Juris L. III. c. 1. §. 5. pag. 631. ſqq.

(*h*) Libenter quidem fateor, auctorem hunc in explicandis Inſtitutionibus egregia multa præſtitiſſe, eumque ſæpe in illuſtrandis quoque antiquitatibus bonos auctores (3) præ oculis habuiſſe, adeoque eum dignum eſſe, qui a cupida legum juventute frequentius legatur, cujuſque nova editio Græco-Latina adornetur. Negari tamen non poteſt, eum aliquando etiam nobis fabulas (4) pro veris hiſtoriis obtrudere, pro more ſequiorum temporum: immo interdum quoque eum vera falſis miſcere, quando nempe bonos veteres auctores, quos ad manus habuit, non ſatis intellexit. Exempla præbere poſſunt, quæ narrat in tit. Inſt. *de Jure N. G. & C.* Si ergo aliquid refert, quod in aliis ſcriptoribus (5) vetuſtioribus non exſtat, non debemus hoc ſtatim pro vero habere, neque etiam ſtatim ut falſum rejicere: ſed videndum eſt, num narret probabilia, num ea, quæ affert, formæ reip. R. vel analogiæ juris conveniant, num denique alia teſtimonia ei quodammodo adminiculentur. Si tale quid pro ſe habet, poteſt interim teſtimonium ejus tanquam veritas probabilis aſſumi: ſi vero hæc omnia contra eum militant, tunc demum eſt rejiciendus.

(1) Dubito, an unquam contra claſſicorum auctorum loca, ſi illud de vino Campano, quod nihil ad jus facit, excipias.

(2) V. Cl. tum temporis nondum legerat H. MYLII *Hiſt. THi*, qui cap. 2. & 3. partim ſuis, partim aliorum magni nominibus JCtorum argumentis hoc evincit: & nos pluribus in Præf.

(3) Inprimis Cajum ipſum. V. Mylius pag 25—7.

(4) Vide in noſtro Indice *Theophilus defenditur*: & judica, utri ſæpius peccent, THuſne an qui eum notant.

(5) Idem ego ante lectam Viri Cl. Tractationem monui pag. 26. *a.*

XLI. IDEM *in Obſervatt. Extemporal.* MS.

De ipſo THo non muto ſententiam, quam in Tr. mea de Teſtamentif. dixi, licet poſtea demum Mylii tractationem de THo legerim. Poſſet, ſi vacaret, hoc argumentum adhuc in utramque partem diſputari. Inprimis vero ultimum Mylii argumentum cap. 3. §. ult. contra ipſum retorqueri poteſt. Si enim probabile, THum (*α*) ſtatim poſt vulgatos Pandectas & Inſtitutiones diem ſuum obiiſſe, vix videtur probabile eum tam cito paraphraſin ſuam compoſuiſſe. Quicquid vero hujus ſit, non videtur hæc paraphraſis ab ipſo auctore ſuo, quocunque demum is tempore vixerit, edita fuiſſe. Quo magis enim opus hoc conſidero, eo magis mihi ſimile videtur noſtrorum temporum (*β*) prælectionibus Academicis ſive Collegiis, ut vocant, quæ ab auditoribus calamo excipiuntur. Unde forte quædam errata non ab ipſo auctore ſunt, ſed ab auditoribus, non ſatis accurate mentem ejus percipientibus. Sed hæc libenter aliorum judicio relinquo.

(*α*) Non ſtatim, ſed intra annum: quod intervallum ei rei plus ſatis ſufficere quis dubitabit, maxime ſi mecum credat, & plures quotidie horas auditoribus erudiendis impendiſſe & pauciores brevioreſque ferias habuiſſe priſcos quam hodiernos Anteceſſores.

(*β*) Idem & mihi ſuboluiſſe gaudeo, quod pluribus in præfat. deduxi pag. XXVII.

VARIÆ LECTIONES
in Theophili Inſtitutiones,
AD EXEMPLAR
FR. PITHOEI.

EDIT. GOTH. 1587.	HUJ. NOSTRÆ NOVISS.	IN LIBRUM PRIMUM.
Pag. verſ.	Pag. verſ.	
11, 35.	22, ult.	συγκλητικῶν ^] ^ ἢ πατρικίων [Sic confirmatur conjectura Trekellii, quam cit. pag. memoravi. G. O. R.]
32, 24.	63, 12.	βλάβην ^] ^ ὀκείων.
36, 41.	69, ult.	συνισαμβύων] - - νων [Devitiis har. lect.vid. Præf. pag. XVII. G. O. R.]
Tit. 7.	77,	[Vid. Addenda noſtra. G. O. R.]
47, 13.	87, lect. 2.	φυλάξωσι] - - ασι
19.	lect. 4.	μείζας] μείζονας.
25.	88, vſ. 5.	χρῆναι] χρὴ
27.	8.	ἴδιον] δίκαιον [Unde utrumque conjungerem. G. O. R.]
51, 2.	93, 14.	κεκώλυται ^] ^ καὶν μὴ ἐξ ὀνόμων ὦσι γάμων.
7.	18.	ἐμαυκιπ.] αὐτεξουσιότητα.
10.	ult.	κἀμὲ πάππε] ἢ μάμμη.
15.	94, 5.	εἴτε μονον] καὶ ὁμοῦ.
54, 11.	99, pen.	συνημμβύων] - μβύη
12.	ult	ἐγὼ λαβεῖν] λαμβάνειν.
55, 4.	101, l. 87.	κόλασιν] κωλυσιν. v Gell. 6. c. 14.
61.	114, l. 40.	ὅτι πάντων πραγματ] h &c. [leg. *hæc* G. O. R.] uſque τι γαρ alio loco reponenda cenſeo.
62, 11.	115, l. 50.	ὑοθ.] λαμβανόμενε.
18.	vſ. 17.	δεῖ δὲ ^] ^ καὶ.
63, 25.	117, 19.	Τῶν δ' ἐυν.] ὁι μὲν γὰρ αὐτῶν.
27.	21.	^ ἐισιν] μὲν ἔισιν
39.	118, 7.	εδὲ] ἔτε
64, 1.	11.	πόδας] πόδα
33.	119, 19.	^ ληψεται] εἰς θέσιν ληψ.
69, 14.	126, pen.	ὑπὸ τῶν οἰκείων] ἀφ
70, 17.	128, 15.	πειθόμεθα] πείθομαι
22.	20.	τὸν παιδα] τὸν ἀφ
23.	21.	ποςλιμ. ^] τετ' ἐςὶ πάντως.
25.	23.	τῆς ἐμῆς υπεξ.] τὴν ἐν τω ὑποξουσιότητα
34.	129, 4.	ἠρτημένῳ] - - νως.
35.	6.	ἔιρηται δὲ] ἔιρ. μὲν.
37.	l. 35.	τα] τε
71.	l. 37.	ηβελήθησαν ^] ^ εἶναι
4.	l. 38.	limes] limen
7.	l. 39.	ἐπὶ] ὑπὸ
18.	130, vſ. 5.	ἕτω] ἕτως
26.	l. 41.	^ βινδικτα] ^ τὸν παῖδα

* * * * 2

EDIT. GOTH 1587.	EDIT. NOSTRÆ NOVISS.	
Pag. verſ.	Pag. verſ.	
ιϛ. Περὶ 54 τιμωρίας καὶ φόβου τῶν δικαζομένων.
ιζ. Περὶ 55 τάξεως τῶν δικαστῶν.
ιη. Περὶ 56 δημοσίων δικαστηρίων.

ΤΕΛΟΣ.

LIBRI IV.

I. De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. - - - - - 726
II. De vi bonorum raptorum. - 746
III. De lege Aquilia. - - - - 753
IV. [d] De injuriis. - - - - - 768
V. De obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur. - - - 778
VI. De actionibus. - - - - 783
VII. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe [e] dicitur. - - - - - - - 838
VIII. De noxalibus actionibus. - 852
IX. Si quadrupes pauperiem feciſſe [f] dicatur. - - - - - - - 858
X. [g] De his per quos agere poſſumus. 860
XI. De Satiſdationibus. - - - 864
XII. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes [h] & contra heredes tranſeunt. 870
XIII. De exceptionibus. - - - 875
XIV. De replicationibus. - - - 885
XV. De interdictis. - - - - 888
XVI. De pœna temere litigantium. 905
XVII. De officio judicis. - - - 910
XVIII. De publicis judiciis. - - - 917

FINIS.

47. ἐγειρομένων F. 48. ἀγωγῶν τῶν &c. F. ἀγ. τῶν ὡς ἀπὸ &c. Pith. 49. Περὶ πεκ. de: Pith. ſed vide lect. ſq. Fabrotus tanto auctiorem habet: Περὶ πεκ. ὅτι ἡ μὴ τῆς ἑτέρων ἐξουσίας ἐσα πραγματεία λέγεται. 50. ἤτοι νοξαλίας inſerit F. in op. ſed Pith. ſic: Περὶ βλαβερᾶς *noxalias* ἀγωγῆς. ὅτι ἡ μὴ τῆς ἑτέρων ἐξουσίας ἐσα πραγματεῖν λέγεται. vel πασμάτων λέγονται εἰναιχειρεις. *Ita VC.* adſcripſit Pith. Vid. lect. prox. præced. 51. λέγηται F. 52. ἀφαβαινόντων F. 53. παραγεφῶν F. 54. τῆς ad: F. Mox τῷ δικαζομένῳ Pith. 55. ὀφφικίου Pith. ac F. 56. τῶν ad: Pith. & F.

d. *De injuria* F.
e. & f. *dicetur* P. in op.
g. *de iis* &c. F. in op.
h. *vel in her.* F. in op.

[Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ Η ΒΕΒΑΙΟΥΣΑ[a] ΤΑ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΑ.[b]]

[CONSTITUTIO CONFIRMANS INSTITUTIONES.]

Βασιλικῆς [c] μεγαλοφροσύνης [d] ἐστὶν ἴδιον, οὐ μόνον ὅπλοις κοσμεῖσθαι [e], ἀλλὰ καὶ

IMperatoriæ Majeſtatis proprium eſt, non ſolum armis decorari, ſed etiam

NOTAE.

a. Hoc eſt quod paulò poſt §. 6. *in f.* ſcribit, ſe his Inſtitutionibus οἰκείαν καὶ πληρεστάτην τὴν ἰσχὺν φιλοτιμεῖν. D. GOTH.

Ceterum hanc ἐπιγραφὴν ſive Rubricam poſt SCHWARTZIUM in Scholiis Philog. cum ceteris Rubricis omnibus Theophilo abjudico. Vide EXCURSUM VI. G. O. R.

b. Sic Græci, in queis Harmenopulus 1. *tit.* 1. §. 8. Latini, non modò Jurisconſulti, ſed & Theologi Inſtitutiones dixiſſent: Lactantius 1. *c.* 1. *Si quidam prudentes, & arbitri æquitatis Inſtitutiones juris civilis compoſitas ediderunt, quanto melius nos divinas Inſtitutiones, in quibus non de ſtillicidiis, aut aquis arcendis, aut de manu conferenda, ſed de ſpe, de vita, de ſalute, de immortalitate, de Deo loquemur.* D. GOTH.

De diſcrimine *Inſtitutorum* & *Inſtitutionum*, quæ à Græculis & ſequioribus L. L. ſcriptoribus confuſa fuerunt, vide plura in Viri Cl. EV. OTTONIS *Comment. ad Inſtit. pag. m.* 3. *num.* 5. & 6. quosque ibid. laudat. G. O. R.

c. Ad verb. *regiæ.* Sed Βασιλεὺς pro *Imperatore* ſ. *Principe*, [paſſim occurrit apud Græcos, quibus etiam dicitur αὐτοκράτωρ, σεβαστὸς, σεβαστοκράτωρ. *Geney. ed.*] ut & Βασίλισσα pro *Auguſta, Imperatrice* Hinc *Lex Regia*, quæ *de Imperio* lata eſt §. 6. *inf. de J. Nat.* ubi quid Βασιλεὺς, definitur. Perinde eſt ergo, ac ſi αὐτοκρατορικῆς dixiſſet. D. GOTH.

d. Æque commode dixiſſet μεγαλειότητος, hæc enim *majeſtas*; μεγαλοφροσύνη *magnanimitas.* Ut ſæpius his libris γαληνότης, hoc eſt, *ſerenitas, tranquillitas*, Imperatoribus tribuitur: idque *majeſtatis* loco. Quid autem *majeſtas*, dixi tit. Pand. *ad L. Jul Maj.* D. GOTH.

Μεγαλοφροσύνη ſive *Magnanimitas* virtus eſt, non *majeſtas*, i. μεγαλωσύνη, ut *Cap. I. Ep. Paul. ad Hebr.* aut μεγαλειότης, ut *Petr.* 2: *c.* 1. & Gloſſ. Gr. Lat. Alii σεμνὸν ἀξίωμα vertunt. *Imperatoriæ* autem *Majeſtas* ſive *Imperialis Majeſtas*, ut loquitur Capitolinus in Clod. Albino, eſt ipſe Imperator, ut in l. 1. C. *de Theſauro.* Phaedr. *Aeſop. Fab.* 2, 3. Horat. 2. *Ep.* 1. FABR. I.

Μεγαλοφροσύνη ſive *Magnanimitas* virtus eſt, non *majeſtas.* μεγαλωσύνη exponitur *majeſtas* Sap. Syr. Cap. 2. verſ. ult. & cap. 1 ep. Pauli ad Hebr. & μεγαλειότης Petri 2. c. 1. a veteri autem interprete, *magnitudo.* Gloſſae: μεγαλειότης *magnitudo, majeſtas.* FABR. II.

e. Latine ſic: *Imperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam*, &c. Nihil hic vitii eſt, ſed quia vulgo intelligunt hoc verbum *decoratam* ad ornatum armorum pertinere, ac non potius vel ad gloriam bellorum & decus triumphorum, vel peritiam ducendi exercitus, libuit hunc locum annotare. Græci enim κοσμεῖσθαι *inſtrui* dicunt, unde Homerus ſæpe duces belli κοσμήτορας appellat, & κόσμος ipſe ordo exercitus dicitur. Herodotus [apud Suidam h. v] ὁτὲ δὲ Πέρσαι ἠσπιδέντες ἔφευγον ὑδενὶ κόσμῳ, *Perſae vi-*

καὶ νόμοις f ὁπλίζεσθαι, [1] ὥστε ἑκάτερον g, καὶ τὸν τῦ πολέμυ καὶ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν, ὀρθῶς κυβερνᾶσθαι h. καὶ ὁ Ρωμαίων βασιλεὺς i ἀποφέροιτο νίκας, ὃ μόνον ἐν ταῖς τῶν πολεμίων συμπλοκαῖς [2] εὐδοκιμῶν, ἀλλὰ καὶ νομίμοις ἐπινοίαις τὰς τῶν συκοφαντῶν k ἀδικίας ἐξωθῶν. Καὶ [3] γένοιτο μὲν ἐν νόμοις [1] σεβάσμιος, θριαμβεύοι δὲ τῶν πολεμίων κρατήσας.

etiam legibus armari, ut utrumque, & belli & pacis tempus recte gubernetur: ac Romanorum Imperator victorias reportet, non ſolum in prœliis hoſtilibus excellens, ſed etiam legitimis inventis calumniantium iniquitates expellens; fiatque in legibus quidem venerabilis, triumphet autem devictis hoſtibus.

§. I. Τούτων ἑκατέραν τὴν ὁδὸν ἀγρυπνιῶν [2] m ὑπερβολαῖς, καὶ μεγίστῃ προμηθείᾳ τῶν ἐσομένων, Θεοῦ συνεργοῦντος ὁ ἡμέτερος δι-

§. I. Horum utramque viam vigiliarum exceſſibus, maximaque rerum futurarum providentia, DEO adjuvan-

ἠνυ-

LECTIONES VARIANTES.

1. ὡς γε ἐκ. F. 2. εὐδοκιμῶν de: F. ſed unde pendebit tum participium ſequens ἐξωθῶν? Nonne ſic praeſtitiſſet pro eo reſcribere ἐξωθοῖ? 3. Γένηται F. male.

NOTAE.

victi nullo ordine fugerunt. Videtur Latinus nonnihil reſpexiſſe ad ἀνλιμεταβολὴν, veluti ſi dixiſſet, δεῖ τὸν αὐτοκράτορα ὃ μόνον ἐν τοῖς νόμοις πολιτικὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πολέμοις νομικὸν εἶναι. P. NANN.

His ſimilia philoſophatur in *Comment. Inſtit.* FR. HOTOM.

Χιασμὸς. tribuit enim τοῖς ὅπλοις κοσμεῖσθαι, νόμοις, ὁπλίζεσθαι. magis proprie poſt aliquot verba ait Imperator: Principem τοῖς νόμοις σεβάσμιον, θριαμβεύειν τῶν πολεμίων κρατήσαντα. His adde quae ad juris laudem in l. 14. *Cod. de Advoc. diverſ. jud.* D. GOTH.

Sic Onoſand. στρατηγικαῖς ἐξεσίαις κεκοσμημένοις, ut ibi notat Nic. Rigaltius, V. Cl. FABR. I.

f. Georg. Alexandr. apud Phot. νόμοις ὁπλίσας βασιλικοῖς. Iſid. Peluſ. epiſt. 228. Lib. 5. τῇ τῶν νόμων ὡπλισμένῃ ἰσχύϊ. FABR. I.

g. Sic Juſtin. *Nov.* 24. *c.* 1. *in fin.* Quis non reveretur, inquit, ὁμοῦ μὲν τὰς νόμους, ὁμοῦ δὲ τὰ ὅπλα θεωρῶν εἰς ταυτὸ συνιόντα. D. GOTH.

In duo tempora vita tributa eſt, belli & pacis. Ariſt. Pol. 1. c. 3. & L. 7. c. 14. Themiſt. or. 9. Lucian. de paraſ. Theon Chr. 1. FABR. I.

h. Jornand. *de Regnor. Succ.* Romani, ut ait Jamblichus, armis & legibus exercentes ſeſe, orbem terræ ſuum fecerunt: armis ſiquidem conſtruxerunt, legibus autem conſervaverunt. vid. Themiſt. Or. 10. Liban. κατὰ τῶν πρεσβ. τοῖς ἄρχουσιν & declam. 28. FABR. I.

i. Gloſſ. Nom. *Princeps*, αὐτοκράτωρ, βασιλεὺς. B. Auguſtin. de Civ. D. 18. 45. Quamvis & qui Rex eſt, poſſit dici princeps, a principatu imperandi. FABR. I.

k Calumniatores, legum hoſtes *l* 1. §. 1. *ff. de regula Catoniana. l.* 2. §. 1. *ff. ad Tertul.* Calumniari, ſcienter falſo uti. *l.* 177. *l.* 234. *ff. de verb. ſignific. l.* 65. *ff. de Reg. Jur.* D. GOTH.

Sycophantæ ſunt vitilitigatores, juris cavillatores, δικοῤῥάφοι, φιλονίκοι, κακοπροφίσμονες. Δύσεξιν παραχὴν ἐπὶ νοθείᾳ τ' ἀληθὲς ἀεὶ μελετῶντες, Philo περὶ γεωργ. Sueton. Auguſti, *c.* 32. Tabulas veterum ærarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam excuſſit [*Leg.* exuſſit.] FABR. I.

Sycophantæ ſunt improbi litigatores, vitilitigatores. Vetus Onomaſt. *vitilitigatores*, συκοφάνται, δικορράφοι, φιλονίκοι, κακοπροφίσμονες. Gloſſæ: κακοπροφίσμων, *litigioſus*, *calumniator.* κακοπραγμοσύνη, *calumnia.* [*Leg.* utrobique φιλόνεικοι.] FABR. II.

l. Juſtin. fiat tam juris religioſiſſimus, ut D. Marcus *in l. unum* 67. *D de legat* 2 FABR. I.

An vana ſit Marcilii criſis, qui mallet εὐ νόμοις ἀκριβέσατος quum σεβάσμιος etiam *auguſtus* & *religioſus* verti poſſit, vid. Gloſſar. Th. G. O. R.

m. Vigilias ſuas obtrudit, ut nov. 8. *Præf.* & nov. 30. *c.* 12. § 2. Vet. inſcriptio apud Alemannum Not. ad Procop. ἀνεκδ. Κοιρανίην βασιλῆος ἀκοιμήτοιο φυλάξοι, ᾧ κράτος αὐξήσειε θεοσεφὲς Θεοδώρας. FABR. I.

n. Fi-

ἦνυσε βασιλεύς. Καὶ τοὺς μὲν ἐν πολέμοις ἰδρῶτας αὐτῶ, τὰ βαρβαρικὰ 4 γένη n δουλωθέντα κηρύττει o, πείρᾳ μαθόντα τὸν κρείττονα· καὶ τοῦτο μὲν P Ἀφρικὴ, τοῦτο δὲ καὶ ἕτερα τὸ πλῆθος 5 ἀναρίθμητοι q ἐπαρχίαι, μετὰ πολλὰς ἐνιαυτῶν r περιόδους, 6 ταῖς αὐτοῦ νίκαις, s ἄνωθεν 7 φιλοτιμηθεῖσαι, πάλιν τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ καὶ τῇ αὐτοῦ προσθεῖσαι βασιλείᾳ, βοῶσιν.

vante, noſter perfecit Imperator. Et bellicos quidem ſudores ejus barbaricæ gentes domitæ prædicant, experimento fortiorem cognoſcentes: & tam Africa, quam aliæ multitudine innumerabiles provinciæ, poſt multos annorum circuitus, ipſius victoriis divinitus præſtitis, Romanæ rurſus ditioni ejusque imperio additæ, clamant.

§. II. Ἅπας δὲ δῆμος, οὕτω νόμων ἐκ- 3 φανηθέντων τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ 8 συντεθέντων ἰθύνεται, 9 καθὸ καὶ νόμος αὐτός t.

§. II. Univerſus autem populus legibus tam promulgatis ab ipſo quam compoſitis regitur, quemadmodum & lex ipſa.

Καὶ

Et

4. Ἔθνη al. *Vide Notam.* 5. Μυρίαι Hotom. *Vid. Not.* 6. Ταῖς αὐτοῦ ἑκάστου νίκαις, ὅθεν φιλ. prius ediderat Viglius, ſed emendari juſſit, uti cum aliis edimus. 7. Φιλοτιμηθεῖσαι omnes ante poſter. Gothofr. 8. Συνθέντων Lugd. Goth. & Fabr. Viglius ediderat ἐκφωνηθέντων αὐτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν συντεθέντων, ſed correxit, ut cum Reſcio edimus. 9. Καθὸ καὶ νόμος αὐτὸς de: F. forte quia & Viglius primo omiſerat, ſed is in Emend. addi juſſerat. *Vid. Not.*

n. Γένη ediderat Viglius, ſed in Emend. reponi juſſit ἔθνη, quod ceteras omnes editt. occupavit usque ad Antverpienſi 1536? nam in altera Antv. 1539. legitur; *ſicut & jus ipſum*: Optime. Ceteræ omnes ante Fabrotum, *quaſi ipſe lex ſit*, exhibent; minus recte. peſſime Fabrotus, qui tam Græca quam Latina in utraque Edit. omiſit, nullam ejus rei reddens rationem. Magnam tamen habent vim, nec facile à Scholiaſte aliquo profecta credam: ſignificant enim, non populum tantum, ſed & leges ipſas principis arbitrio eſſe ſubjectas. Tantum enim abeſſe, ut leges eum teneant, ut ipſe legibus legem dicat, illasque pro ſumma ſua poteſtate mutet & abroget, prout e rep. communique omnium ſalute neceſſarium atque utile judicaverit. Quo fere pertinet, quod Moralium Diſtichorum ſcriptor monet: *Ipſæ etiam LEGES cupiunt, ut jure REGANTUR.* Sed magis ad rem Nov. CV. fin. Πάντων δὲ δὴ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἡ βασιλέως ἐξχρήσθω τύχη, εἴγε καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς τὲς νόμους κατέθεικε, νόμων αὐτὴν ἔμψυχον καταπέμψας ἀνθρώποις. *Omnibus autem à nobis dictis, imperatoris excipiatur fortuna* (malim *conditio* vel *ſtatus*): *cui & ipſas DEUS leges ſubjecit, legem animatam eum* (*eam*) *mittens hominibus.* Opportune nunc in manus venit hæc A. CONTII notula: "*ut & ipſæ leges*, „ addit Th. unde idem hic addendum forte quis „ conjecerit. Scitus eſt verſus: *Ipſæ etiam leges* &c." G. O. R.

n. Γένη ediderat Viglius, ſed in Emend. reponi juſſit ἔθνη, quod ceteras omnes editt. occupavit usque ad Fabrotum, cum quo prius revocavimus. In Dukeriano exemplari ad marginem vocabulo ἔθνη repoſito adſcriptum eſt ab ANON: "vel etiam legi „ poteſt γένη, i. e. genera barbarica: ut ap. Virg. „ *Quod genus hoc hominum.*" G. O. R.

o. Κηρύττειν plus eſt quàm cognoſcere: & noſſe eſt & eo amplius prædicare. Hoc ſenſu ſcripturis κηρύσσειν & κήρυξ *Act. Apoſt. 15. verſ. 21. 2 Petr. 2. verſ. 5.* D. GOTH.

p. Vide Procopium. 1. *de bello Vandalico circa finem.* D. GOTH.

Vid. Procop. ἀνέκδοτα. FABR. I.

q. Pro ἀναρίθμητοι in quibusdam eſſe μυρίαι, ait HOTOM. *in Comment. Inſtit.* atque hinc in Latino *numeroſæ* rectum pronuntiat. Sed neque hoc inde ſequitur, cum potius ex vulg. ἀναρ. *innumeroſæ* amplectendum ſit, neque unde hanc variantem hauſerit, divinare queo. G. O. R.

r. Africa à Juſtiniano recepta eſt poſt 95. annum *l. 1. Cod. de off. P. prætorio Africæ.* Italia poſt 60. annum. D. GOTH.

s. Ἄνωθεν autem interdum *antea* ſignificat, interdum *denuo*, etiam *ſuperne*: hic *antea*. ANON. immo hic *ſuperne, cœlitus, divinitus.* G. O. R.

t. Ad verba καθὸ καὶ νόμος αὐτὸς, vetuſta manu in exemplari Wielingiano Edit. Pariſ. adſcriptum invenio: h. e. *quemadmodum æquum eſt, hæc Curtius non vertit.* An ergo deerant in prima Antverpienſi 1536? nam in altera Antv. 1539. legitur; *ſicut & jus ipſum*: Optime. Ceteræ omnes ante Fabrotum, *quaſi ipſe lex ſit*, exhibent; minus recte. peſſime Fabrotus, qui tam Græca quam Latina in utraque Edit. omiſit, nullam ejus rei reddens rationem. Magnam tamen habent vim, nec facile à Scholiaſte aliquo profecta credam: ſignificant enim, non populum tantum, ſed & leges ipſas principis arbitrio eſſe ſubjectas. Tantum enim abeſſe, ut leges eum teneant, ut ipſe legibus legem dicat, illasque pro ſumma ſua poteſtate mutet & abroget, prout e rep. communique omnium ſalute neceſſarium atque utile judicaverit. Quo fere pertinet, quod Moralium Diſtichorum ſcriptor monet: *Ipſæ etiam LEGES cupiunt, ut jure REGANTUR.* Sed magis ad rem Nov. CV. fin. Πάντων δὲ δὴ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἡ βασιλέως ἐξχρήσθω τύχη, εἴγε καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς τὲς νόμους κατέθεικε, νόμων αὐτὴν ἔμψυχον καταπέμψας ἀνθρώποις. *Omnibus autem à nobis dictis, imperatoris excipiatur fortuna* (malim *conditio* vel *ſtatus*): *cui & ipſas DEUS leges ſubjecit, legem animatam eum* (*eam*) *mittens hominibus.* Opportune nunc in manus venit hæc A. CONTII notula: "*ut & ipſæ leges*, „ addit Th. unde idem hic addendum forte quis „ conjecerit. Scitus eſt verſus: *Ipſæ etiam leges* &c." G. O. R.

u. Paul.

Καὶ τὰς μὲν βασιλικὰς διατάξεις πάλαι συγκεχυμένας, καὶ μαχομένας ἀλλήλαις, εἰς σαφεστάτην ἤγαγε [u] συμφωνίαν· τριῶν [10] γὰρ ὄντων κωδίκων, [x] τοῦ τε Γρηγοριανοῦ φημὶ, καὶ Ἑρμογενιανοῦ, καὶ Θεοδοσιανοῦ, προστέτι δὲ καὶ ἄλλων πολλῶν διατάξεων, αἳ μὴ τὸν Θεοδοσιανὸν ἐτέθησαν, καὶ πολλῆς οὔσης ἐν ταῖς ἐμφερομέναις διατάξεσι τοῖς εἰρημένοις συντάγμασιν ἐναντιώσεως, ὁ κράτις ἡμῶν βασιλεὺς τὰς ἀχρήστους, καὶ τὰ αὐτὰ λεγούσας, καὶ τὰς ταῖς κρατούσαις μαχομένας, προαιρεθῆναι προσκελευσάμενος, [11] κώδικα [y] ἐκέλευσε συγγραφῆναι, ὁμώνυμον τῇ αὐτοῦ γαληνότητι [12]. Ἠξίωσε δὲ τῆς οἰκείας φροντίδος καὶ τὰ ἀναρίθμητα τῶν πάλαι νομικῶν βιβλία· καὶ πρᾶγμα πά-

Et principales quidem conſtitutiones olim confuſas atque inter ſe pugnantes in evidentiſſimam perduxit conſonantiam. Quum enim tres Codices eſſent, Gregorianus puta, & Hermogenianus, & Theodoſianus, & multæ inſuper aliæ conſtitutiones, quæ poſt *Codicem* Theodoſianum latæ fuerant, nec non magna eſſet contrarietas inter conſtitutiones dictis Codicibus inſertas : Optimus Imperator noſter inutiles atque eadem dicentes, & cum iis quæ nunc obtinent pugnantes, tolli jubens, Codicem mandavit conſcribi, ſuæ Serenitati cognominem. Sed & innumeros veterum Jurisprudentium libros ſua cura dignatus eſt : & opus

10. Δὲ reponi juſſit Viglius pro edito a ſe γὰρ, quod cum Fabr. reſtituimus.
11 - 12. ὁμων. τῇ αὐ. γαλ. κωδ. ἐπελ. συγγ. F.

u. Paul. Walafrid. de *geſt. Longob. lib.* 1. *c.* 25. Sueton. *Julii* 44. ſcribit Jul. Cæſ. cogitaſſe de jure civili in anguſtiorem molem contrahendo, quod tamen non peregit. jam tunc ſcilicet legib. laborabatur, eratque legum multitudo infinita, & varietas immenſa. FABR. I.

x. Adde 1. Harmenop. 1. §. 7. D. GOTH. potiſſimum vero Cujacium in princ. *Parat. Cod.* ED. GEN.

y. Iſidor. Peluſ. 4. *ep.* 91. οἱ τῶν νομοθετῶν κώδικες. Chryſoſt. *hom. in Nat. Salvat.* Evagr. 1. 12. FABR.

yy. Vid. Joſ. Nerius L. I. Analect. c. 21.

z. Scholiaſtes : πέλαγος εἶπεν, τὸ βάθος τῶν νόμων. [Legend. βάθος.] FABR.

a. Pandectæ igitur nihil aliud quàm εὐδοκιμοῦσαι τῶν παλαιῶν γνῶμαι ſelectæ, receptæ & illuſtres veterum prudentum ſententiæ, Sententiarum libri. D. GOTH.

b. Vel ex uno hoc loco clarebit, quàm non attenti fuerint ad ipſa Theophili verba & editores & commentatores, qui nec tantilla notula h. l. adſperſerunt, quem illi ſic exhibent : Τοῦτο δὲ πρᾶξαι, Τριβωνιανῷ . . . . προστέταξεν, ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ Θεοφίλῳ καὶ Δωροθέῳ, quæ ſi vera eſſet lectio, verti debuerat : *Hoc autem perficere Tribuniano . . . . imperavit non modo ſed & Theophilo ac Dorotheo.* (nam quod mox Græcum εἰρημένοις in verſione omittant, tanti non eſt.) Verum ſicuti pro hac lectione non id modo facere videtur, quod iidem tres viri veterem quoque Codicem cum Digeſtis compilaverunt; ſed etiam hoc, quod prius verbum προστέταξεν ad infin. πρᾶξαι, & poſterius (quod mox ſequitur) παρήγγειλεν ad συνθεῖναι referendum videatur : ita contra eamdem facit, primo quod Inſtitutiones Imperatoriæ ſic non loquantur; deinde quod ſoli quidem tres Viri dicti hæc elementa, non autem ceteros Juris libros, niſi cum aliis pluribus compoſuerint; denique quod verbum προστέταξεν a prima Viglii editione abſit, id quod in Emendandis demum addi voluit, ſed absque neceſſitate. Illo igitur rejecto, πρᾶξαι mutavimus in πράξας participium : quod & Fratri Optimo Jo. Frederico in mentem venit, cum ſuo exemplari adſcriberet : " *peragere* „ *juſſit* vertendum, commate in Græcis deleto. „ An πράξας invenit interpres?" Invenire quidem non potuit, ſed ex ingenio forte nobiſcum ſic emendavit. Manere tamen aliquam ſtili ſtribligginem, fateor : ſed ſimilia exempla congeſſimus ex noſtro ad cap. 6. not. *q.* G. O. R.

c. De Triboniani ingenio & eruditione vide Procop. *de bello Perſico.* ED. GEN.

Tribun. erat Palatii magiſter. Procop. ἀνεκδ. FABR. I.

Tri-

πάσης κρεῖττον γῆν ἐλπίδος, ὥσπερ ἁλμὴ μέσου βαθίζων [z] πελάγους, Θεοῦ κατώρθωσεν εὐνοίᾳ, καὶ τὰς εὐδοκιμούσας τῶν παλαιῶν γνώμας [a] ἐν ἑνὶ συνήγαγε βιβλίῳ.

opus omni ſpe majus, quaſi per medium profundum iens, divino exſtruxit favore, & probatas veterum ſententias in uno collegit libro.

§. III. Τοῦτο δὲ [13] πράξας [b], Τριβουνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ [c], καὶ ἀπὸ [14] κοιαιστώρων [d] τοῦ θείου [e] παλατίου [15] ἐ μὲν ἀλλὰ τὸ Θεοφίλῳ καὶ Δωροθέῳ, ἀνδράσιν [f] ἰλλουστρίοις τε καὶ [g] ἀντικήνσωρσιν, ὧν τὴν σύνεσιν ἁπάντων, καὶ τὴν ἐν νόμοις παίδευσιν, καὶ τὸ περὶ τὰς βασιλικὰς κελεύσεις πιστότατον, ἐκ πολλῶν ἐλέγχων [h] ὁ θειότατος γνοὺς βασιλεὺς, τοὺς εἰρημένους συγκαλεσάμενος, παρήγγειλεν [i] ἰδικῶς, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ αὐθεντίαν, καὶ ταῖς αὐτοῦ πειθομένους [6] ὑποθήκαις [k], τὰ ἰνστίτουτα ἤτοι τὰς εἰσαγω-

§. III. Hoc autem cum perfeciſſet, Tribuniano, glorioſiſſimo Magiſtro & Exquæſtori ſacri Palatii, nec non Theophilo & Dorotheo, viris illuſtribus & Anteceſſoribus, quorum omnium ſolertiam & legum ſcientiam, ſummamque circa Principales juſſiones fidem, ex multis argumentis Imperator ſanctiſſimus intelligens, dictis *viris* convocatis mandavit ſpecialiter, ut pro ipſius auctoritate & ſuaſionibus ejus obtemperantes, Inſtitu-

13. πρᾶξαι Omnes ante hanc Edit. *Vid. Not.* 14. Κοιαιστ. h. l. ante F. 15. προστάξαν inter παλατίου & ἐ μὲν Viglius in Emend. interſeri jubet, quod inde omnes Editt. occupavit. *Vid. Not.* ad lect. 13.

Tribonianus Magiſter officiorum nunc erat, Gall. *Grand Maiſtre*; Quæſtor antea Palatii fuerat, Gall. *Chancelier.* J. DOUJ.

Vid. J. P. DE LUDEWIG in *Vita Juſtiniani M.* pag. 178. ſqq. Cur *Tribuniani* nomen per U potius quam per O ſcribendum putem, dixi in *Obſervatt. Miſcell. Nov.* Tom. V. pag. 333. G. O. R.

d. Quæſtor fuerat. *Proc. ἀν.* Quæſtura ſummus erat poſt Principem magiſtratus. Id. *Περσ. α.* Fungebatur autem adhuc magiſterio, ideoque dicitur magiſter, non exmagiſtro, vel ἀπὸ μαγίστρων, ut Chalced. *conc. act.* 1. FABR. I.

e. Macarius *homil.* 17. ὁ σχολάζων τῷ παλατίῳ. FABR.

f. Sch. ἰλλούστριοι κυρίως οἱ ἀπὸ ἐφφικίων, ἐ μὲν πρωτοστασιάζοντες. οὓς δὲ ὡς ἀπὸ συνηθείας μακρᾶς καὶ ἔτι καταχρηστικῶς καλοῦντες. Theophanes: μετὰ καὶ ἄλλων τῶν πατρικίων, καὶ ἰλλουστρίων, καὶ ὑπατικῶν. *Vid. Gloſſ. Nom.* v. ἰλλούστριος. [& quæ ib. diximus. Edit. I.] FABR.

g. Heſych. ἀντικήνσωρ, ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. At Anteceſſor non eſt tantùm juriſperitus, ſed juris interpres, profeſſor, ὁ ὧν νόμων διδάσκαλος *l. 6. D. de excuſ. tut.* Theophilus erat anteceſſor *Berytienſis*, Doroth. *Conſtantinopolitanus.* [Error Mylio jam notatus *Hiſt. Th.* p. 35.] Berytum Juſtin. appellat legum nutricem, & Zacharias Scholaſticus *de mundi opificio*: νόμων με ὦ φίλος, ἔξω; ἄγει ὡδὶ τὴν μητέρα τῶν νόμων. Vid. Agathiam lib. 2. Gregor. Thaum. ὡσφῶν. εἰς Ὠριγένην, Nonnus Dionyſ. lib. 4. Βερύη δὲ χαρίζεται ἠνία θεσμῶν Ex quibus epigrammatis in Julianum Anteceſſorem acumen intelligimus:

Τῶτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος εἶπον ἰδῶσαι
Ῥώμη καὶ Βερύη· πάντα φύσις δύναται.

Duæ civitates legum nutrices Conſtantinopolis, & Berytus de Juliano legum peritiſſimo finguntur hæc dicere: πάντα φύσις δύναται. quaſi Julianus eſſet maximum naturæ opus & miraculum. FABR. I.

Heſych. ἀντικήνσωρ, ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. Anteceſſores non ſunt tantum juriſperiti, νομικοί, id eſt, οἱ νόμους εἰδότες, οἱ νόμων ἔμπειροι, ſed legitimæ ſcientiæ profeſſores, legum magiſtri, οἱ τῶν νόμων διδάσκαλοι in *l. 6. D. de excuſat. tut.* Gloſſæ, νομοδιδάσκαλος, *legis doctor.* νόμων καθηγηταί, Juſtiniano in Orat. Græca ad Senatum, qui ad juris ſtudium præeunt. FABR. II.

h. Ut apud Alexandr. Aphrod. περὶ εἱμαρμ. ὦ θειότατοι αὐτοκράτορες. Polyæn. *Strat.* I. *Præf.* ἱερώτατοι βασιλεῖς. Sacratiſſimi, & Sanctiſſ. Impp. FABR. I.

i. Sch. τετίσι μονομερῶς. FABR. I.

k. Ubi in Latino Textu legitur, *ut ipſi noſtræ authoritate noſtrisque ſuaſionibus*, ſi Græca reſpiciamus,

ἀγωγὰς [l] τῶν νόμων συνθεῖναι· ὥστε τοῖς νέοις ἐξεῖναι, τὰ πρῶτα τῶν νόμων [m] προοίμια, μὴ ἐξ ἀρχαίων μύθων [n] παραλαμβάνειν· (ο τὰ μὲν πάλαι μὲν κρατήσαντα, νῦν δὲ τῆς χρήσεως ἐκβεβλημένα ἀναγινώσκοντες, ἐοίκασι τοῖς ἐν τυγχάνουσι μύθοις) ἀλλ' ἐκ τῆς βασιλικῆς λαμπηδόνος ταῦτα γινώσκοντες, τοῦτο μὲν τὰς ἑαυτῶν ἀκοὰς, τοῦτο δὲ καὶ τὰς ψυχὰς, μηδὲν ἄρχησον, μηδὲ εἰκῆ κείμενον, ἀλλ' ὅπερ [p] δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων ἰσχύει τῆς πείρας, [q] μανθάνοιεν.

tutiones sive Elementa legum componerent: ut adolescentibus liceat prima legum exordia, non ab antiquis fabulis discere; (namque ea quæ olim obtinebant, at nunc ab usu rejecta sunt, legentes, similes sunt iis qui fabulas legunt:) sed ab Imperiali splendore hæc accipientes, tam auribus suis quam mente, nihil inutile neque frustra positum, sed quod in ipso negotiorum obtinet experimento, addiscant.

Καὶ ὅπερ πρώην μὲν [16] τριετῆ [r] μόλις χρόνον τοῖς ἀναγινώσκουσι συνεβαίνεν, ὥστε μὲν τοσοῦτο χρόνου παραδρομὴν, βασιλικαῖς ἐντυγχάνειν διατάξεσι, τοῦτο νῦν ἐξ αὐτῶν, [17] ὡς εἰπεῖν, τῶν πραγμάτων ἐφάπλουσι, το-

7 Et quod antea vix post trienne tempus legentibus contingebat, ut post tanti temporis spatium Imperatorias legerent Constitutiones: illud nunc ex ipso, ut ita dicam, facto ad-

16. Τετραετῆ legendum censeo cum Hotomano, Ernstio, Fabroto & Galterio. *Vid. Notas.* 17. ὥστερ Fabr. & antea Vigl. sed in Emend. ὡς. Necdum autem didici, ὥστερ cum verbo infinito construi.

mus, videtur deesse τὸ *optemperantes*, ut sit sensus, *ut ipsi nostra authoritate nostrisque suasionibus obtemperantes* &c. Græce habetur, ὥστε κατὰ τὴν αὐτῶν ἀνθεντίαν καὶ τοῖς αὐτῶν πειθομένοις ὑποθήκαις & cæt. hoc est, *ut pro ejus authoritate, monitisque*, ut intelligamus eos ad scribendum & Cæsaris authoritate & monitis adductos esse. P. NAN.

l. Institutiones Juris hic author (ut & I. Harmenopulus I. §. 11.) appellat, εἰσαγωγὰς τῶν νόμων, & post τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια, & post, τῶν νόμων ἀρχήν· ut &, προοίμιον τῆς τῶν νόμων διδασκαλίας. & §. 4. *inf. eod.* (ut & Harmenop. *d. loco* §. 8.) πάσης νομικῆς παιδεύσεως πρῶτα στοιχεῖα, non secus ac nascente Ecclesia νήπιοι initio discebant τινὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ. *Epist. ad Hebr.* 5. *vers.* 12. Sic ab Aelio Tripertita, liber cunabula Juris continens. *l.* 2. §. 38. *D. de Origine Juris.* nam & aliàs constat Juris studiosos, primam legum audientiam, suaque cunabula habuisse. *l. unica. Cod. de nudo jure Quiritum tollendo.* D. GOTH.

m. Glossæ: *Instituta*, προοίμια. FABR. II.

n. Ἀρχαίους μύθους quid appellet, multi disputant. Sed rem totam nobis aperit *lex unica Cod. de nudo Jure Quiritum tollendo.* in qua Imperator exosa habens antiqua illa vocabula, Ex jure Quiritum, &, In bonis, hoc est, Bonitarii dominii ac domini (de quo infra titulo de libertinis in f.) tandem ait, illa nomina nihil ab ænigmate discrepare, nunquam videri, in rebus non apparere, vacua & superflua verba quibus animi juvenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti, ex primis cunabulis inutiles legis antiquæ dispositiones accipiant. Hæc, imò fortè etiam pejora studiosis, ut opinor, devoranda erant, quæ Imperator fabulas antiquas hic appellat. Et sane non pauci inter antiquos ac nostros, quibus placuit, leges XII. tabularum loqui, ut scribit Seneca, aut cum Evandri matre, ut Ammianus, idque ut altius jura tollere viderentur. Sed hæc aliàs fusius. D. GOTH.

o. Antiquas igitur fabulas Justinianus vocat jura per insuetudinem abolita, atque obliterata, vel obruta vetustate. Nam ea quæ obsoleverunt, videntur esse μύθων συγγενῆ, & proxima fabulis. FABR. II.

Adde Huberi *Digr.* Otton. præf. T. III. *Thes. Jur.* pag. 46. & de Jurispr. Symbol. pag. 115. sqq.

p. Cujus in rebus experimentum est, *l.* 1. *C. de Lat. libert. toll.* FABR. II. Adde Nerii I. Anal. 21.

q. Fors μανθάνειν, ob præmissum ὥστε παραλαμβάνειν. Sed nil mutem, si ψυχαὶ & ἀκοαὶ præcederet. J. F. R. Quia præcessit nominativus γινώσκοντες, ego pro ἀνακολούθῳ habeo: ut in principio statim habuimus: ὥστε . . . κυβερνᾶσθαι, καὶ . . . . ἀποφέροιτο & modo hoc ipso §. ὧν τὴν σύνεσιν ἁπάντων . . . γνοὺς, τὰς εἰρημένας συγκαλεσάμενος, παρήγγειλεν. G. O. R.

r. Im-

τοσαύτης ἀξιωθέντες τιμῆς, καὶ τοσαύτης rr ἀπολαύσαντες εὐτυχίας, ὥσε καὶ τὴν τῶν νόμων ἀρχὴν, καὶ τὸ πέρας τῆς τούτων διδασκαλίας, ἀπὸ s βασιλικῆς αὐτοῖς προσγίνεσθαι φωνῆς. 18 Καὶ τὸ παρὸν γε σύνταγμα, ἐκ βασιλικῆς συντίθεται φωνῆς, t προοίμιον ὑπάρχον τῆς τῶν νόμων διδασκαλίας· καὶ μὴν τὴν ἀνάγνωσιν τῆς τῶν παλαιῶν νόμων ἐκθέσεως, ἀνάγκη τὸν τοὺς νόμους παιδευόμενον, τῇ τῶν διατάξεων u ἀναγνώσει ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι.

adgrediuntur, tanto dignati honore, tantaque fruentes felicitate, ut & legum initium & harum doctrinæ finis 8 ab imperatoria iis voce accidat. Nam & præsens volumen ab imperatoria componitur voce, quod exordium est legum doctrinæ: & post lectionem interpretationis veterum legum, oportet eum qui leges docetur, constitutionum sese lectioni dedere.

§. IV. Μετὰ ταῦτα x μὲν ἓν συντίθεται βιβλία τῶν Διγέστων, ἤτοι * 18 Πανδεκτῶν, ἐν οἷς ἤθροισται πᾶσα ἡ τῶν ἀρχαίων νομοθεσία, ἅτινα διὰ 19 τοῦ ἐνδοξοτάτου y Τριβωνιανοῦ 20 καὶ τῶν λοιπῶν z φωτεινῶν, καὶ ἐλλογιμωτάτων ἀνδρῶν συντέθειται· μετ' ἐκεῖνα δὲ ἐν 21

§. IV. Post illa igitur compositi sunt *quinquaginta* libri Digestorum sive Pandectarum, in quibus collecta est omnis antiquorum legislatio, quæ per glorioſissimum Tribunianum & ceteros illustres ac facundissimos viros 9 com-

18. συντίθεται γὰρ καὶ τὸ παρὸν συντ. ἐκ βασ. φων. F. *18. Sic Lovan. ceteræ παυδέκτων. 19. τῷ αὐτῷ F. 20. ὁμοῦ addit F.

r. Imperatorum Constitutiones olim non nisi quarto ab hujus disciplinæ institutæ anno legebantur. Quod tamen Justinianus non abrogavit: ut patet ex præfat. Pandectarum: nam anno quinto *Prolytæ* (sic enim hujus anni studiosi appellantur) Principum institutiones [Lege Constit.] per se lectitant. Apud Theophilum igitur *triennium* corrupte legitur. nam post quadriennium, olim quoque Constitutiones legebantur. ut patet ex præfat. *Omnem* 4. §. 2. [*ex Comment. Institutt.*] FR. HOTOM.

Aut corrupti sunt omnes Th. codices, aut erravit ipse Th. omnino enim recte apud Justin. legitur, per quadriennium, ut constat ex orat. ad Anteceſſ. §. 1. FABR.

Contra sentit MYLIUS & τελευτῇ defendit *Vindic. Cap.* I. §. 4. sed vide Excursum meum *num.* VII. G. O. R.

rr. Consulatur NERIUS I. *Analect.* cap. 21.

s. Justin. in constit. de concept. Digestor. Tanquam si eorum studia ex principalib. constitutionibus profecta, & nostro divino fuerant ore profusa. FABR. I.

t. Institutiones sunt cujusque scientiæ prima cunabula, & elementa, προοίμια, στοιχεῖα, στοιχείωσις, ejusmodi est Procli στοιχείωσις θεολογική. κατήχησις, Straboni πρώτη ἀγωγή. εἰσαγωγή. hinc εἰσαγωγικοί, i. ναυροὶ, ἀρχάριοι, Hesychio. incipientes. FABR. I.

u. De ordine, quo libri Juris legi debent, vid. Constit. Just. *de Jur. doc. rat.* ED. GEN.

x. Interpretes etiam hic, ut passim, Justiniani textum, non verba Theophili nobis exhibent. Ego quid hæc oppositio, μετὰ ταῦτα μὲν . . μετ' ἐκεῖνα δὲ sibi velit, vix satis intelligo. Aut μετὰ ταύτας legendum erit, ut subaudiamus διατάξεις, aut vulgata saltem lectio, quam fideliter versam hic habes, sic accipienda est, ut significet: *Ergo post Constitutionum quidem Principalium Codicem compositæ fuere Digesta . . . . . post illa vero Digesta* &c. Tum pro præsenti συντίθεται restituendum omnino censeo perf. συντέθειται, ut paulo post & in sq. §. ἐκτίθεται, ubi similis variatio. Præterea ægre mihi persuadere possum, Theophilum nomen numerale *quinquaginta* omittere voluisse, maxime cum eo omisso Græcorum lingua (cujus sane peritissimus fuit, non meo tantum sed & aliorum judicio) articulum desideret, nec simpliciter hic βιβλία, sed τὰ βιβλία dicendum foret. Putem ergo litteram numeralem N propter finalem in ΟΥΝ à librariis omissam, totumque locum sic forte sanatum esse: Μετὰ ταῦτα (vel ταύτας) μὲν' ἓν ν' συντέθειται βιβλία &c. G. O. R.

y. De fide Triboniani in jure constituendo *vid.* I. *Harmenopul.* I. §. 10. *& Suidam.* D. GOTH.

z. Illustres igitur sunt, περιφανεῖς sive ἔνδοξοι, ut vocat Justinianus in orat. Gr. ad Senat. [Gregorius lib. II. Dial. cap. XXVI. *Quod illustri viro Antonio narrante cognovi.* Zacharias PP. ita Græce extulit ὅπερ ἱστορίᾳ ἀνδρὶ Ἀντωνίῳ τ' ὀνόματι, διηγουμένου,

21 τέτρασι [a] τούτοις βιβλίοις [b] τῶν εἰρημένων Διγέστων τὰς εἰσαγωγὰς ἐκέλευσεν ὁ γαληνότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἐπιμερισθῆναι, πάσης νομικῆς παιδεύσεως ἐσομένας πρώτα στοιχεῖα.

§. V. Ἐν αἷς ἀφ' [c] βραχέων [22] ἐκτέθειται, καὶ ὅπερ ἐκράτει πάλαι, καὶ [d] τὸ μὴ ταῦτα τῇ ἀσυνηθείᾳ συσκιασθὲν, ἐκ τῆς βασιλικῆς θεραπείας ἐφωτίσθη.

§. VI. Ταύτας δὲ [e] τὰς εἰσαγωγὰς ἐκ πάντων τῶν τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένων Ινστιτούτων, καὶ μάλιστα τῶν ὑπομνημάτων [f] Γαΐου, τοῦτο μὲν τῶν ὡς ἐν Ινστιτούτοις, τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν Κωδίκων αὐτοῦ, ἔνθα

compoſita fuit: poſt hæc autem in quatuor his libris dictorum Digeſtorum introductiones juſſit Sereniſſimus Imperator noſter partiri, ut totius legitimæ diſciplinæ prima ſint elementa.

§. V. In quibus breviter expoſitum eſt, & quod olim obtinebat, & *quod* poſtea deſuetudine inumbratum, ab Imperiali remedio illuminatum eſt.

§. VI. Hæc autem Elementa ex omnibus ab antiquis ſcriptis Inſtitutionibus, & maxime ex Commentariis Gaji, tam quos in modum Inſtitutionum *conſcripſit*, quam ex Codicibus ejus,

21. τέσσαρσι F. *Vid. Not.* 22. ἐκτίθεται Fabr. & antea Vigl.

μένη, ἥκουσα. Edit. 2.] Nam alii ſunt Illuſtres, ſive Illuſtratus honore decorati, ut appellantur à Caſſiod. ἰλλουστρίδι ἀξίωμα ἔχοντες, Illuſtri dignitate decorati, l. un. C. de ratioc. op. pub. de quib. Inſtit. 4. tit. 4. §. 10. FABR.

a. Ἐν τέτρασι. Sic & Fabrotus primo ediderat, ſed in Corrigendis legi vult τέσσαρσι, quod & ſecunda editio exhibet: unde ſatis patet, prius ei vitioſum viſum; quod tamen probiſſimum eſſe, non modo Pindari, bis illo uſi, ſed Diogenis quoque Laërtii, ac Suidæ auctoritas probat. Loca ipſa dabunt Mattaire in *Dialect. Gr. L.* ex edit. Fratris Cariſſimi pag. 308. & H. Stephanus in Theſauro. G. O. R.

b. Corrigerem *Inſtitutorum* & ſic converterem: *Poſtea vero in hoſce quatuor Inſtitutorum* (*quæ vocantur*) *libros Introductiones partiri juſſit.* HOTOM.

Tres voces ſeqq. abundare videntur, tametſi exſtent in regiis codic. FABR.

Non recte à Theophilo appellari *Inſtitutiones Digeſtorum*, cum ad univerſum juris corpus hæc elementa pertineant, arbitratur D. GALTIER.

Potiſſimum tamen introitum & veſtibulum exhibent ad penetralia Digeſtorum, ut ſatis indicat ipſe Juſtinianus in Conſtit. *Tanta* §. 11. G. O. R.

c. Διὰ συντόμου παραδόσεως, §. ult. inf. *de publ. jud.* FABR.

d. Pro τὸ legendum videtur ὃ i. e. ὅπερ & ſic vertimus, ut cum Juſtiniano loquatur, quem aliter Hotomanus, aliter Vinnius interpretatur: ego ſic παραφράζω: *In quib.* Inſtitutionib. *breviter expoſitum eſt*, & jus antiquum *quod antea obtinebat*, & illud *quod quum poſtea deſuetudine inumbratum* & obſcurum eſſet, *ab Imperiali remedio* in Codice Juſtinianeo *illuminatum eſt.* quo facit §. 10 *de Grad. Cogn.* ubi ſic Imperator: " Sed noſtra Conſtitu-„ tione, quam pro jure patronatus fecimus, quod „ jus usque ad noſtra tempora ſatis obſcurum at-„ que nube plenum & undique confuſum fuerat." Si quis τὸ retinere malit, de ipſis Inſtitutionibus, quæ de Codice modo diximus, intelligere debet, ut illi qui apud Schwartzium poſt *inumbratum* addunt *eſt* vel *erat*, & ſic vertere: " In quib. „ Inſt. & jus quod antea obtinebat, breviter expoſi-„ tum eſt: & illud quod poſtea deſuetud. inumbr. „ fuerat, ab Imp. remedio illuminatum eſt." G. O. R.

e. Omnes artes habent εἰσαγωγὰς ſuas. Gell. 16. 8. Hieronym. ad Algaſ. Chryſippus ſcripſerat εἰσαγωγὰς συλλογισμῶν, & περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν εἰσαγωγήν, ut citat Origen. 4. contra Celſ. & Στοϊκῶν εἰσαγωγαὶ ſunt Inſtitutiones, & introductiones in diſciplinas dialecticas, apud Empiric. 7. comment. FABR. I.

Gloſſæ: εἰσαγωγὴ, *inductio*, *introductio*, *inſtitutio*, *inſtitutum*. Priſcianus *lib.* 6. citat Gajum in primo Inſtitutorum. FABR. II.

f. De Cajo JCto, quo ſeculo vixerit, controverſantur Interpretes. V. Auguſtin. I. Emend. c. 5. ED GEN. aut vitas JCtor. tripertitas, vel Ant. Schulting. in *Jurispr. Ante-Juſtin.* & F. C. Conradi II. *Parerg.* 5. De verſione autem h. l. ubi Interpretes more ſolito Juſtinianum deſcribunt, vide nos in Gloſſario Theophilino ſub voce ὡς. G. O. R.

g. De

ἔνθα διαλέγεται περὶ τῶν g καθ' ἑκά-11 ejus, ubi de rebus quotidie inciden-
στην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων, καὶ ἐξ tibus differit, atque ex aliis multis
ἄλλων πολλῶν συνταγμάτων, οἱ εἰρημένοι voluminibus, dicti tres Viri pruden-
τρεῖς σοφώτατοι [23] ἄνδρες συνθέντες, βασι- tissimi composita, Magno Imperato-
λεῖ τῷ μεγάλῳ προσήγαγον· ἡ δὲ αὐτοῦ ri obtulerunt: Serenitas autem
γαληνότης ἀναγνοῦσα ταύτας, ἐπέσγω [24] ipsius ea legens, decrevit propriam
δεῖν οἰκείαν καὶ πληρεστάτην αὐταῖς δια- & pleniſſimam iis vim conſtitutione
τάξει [25] τὴν ἰσχὺν φιλοτιμήσασθαι. indulgendam eſſe.

§. VII. Προτρέπει τοίνυν διὰ τῆς παρὰ-12 §. VII. Adhortatur igitur per præ-
σης διατάξεως ὁ ἡμερώτατος h ἡμῶν βασι- ſentem conſtitutionem Clementiſſi-
λεὺς, πρὸς ὃς ταύτην ἐποιήσατο τὴν ἀντι- mus Imperator noſter *eos*, ad quos
γραφὴν, ὥστε πολλῇ τῇ δυνάμει καὶ προ- hoc reſcriptum emiſit, ut ſumma o-
θύμῳ σπουδῇ, τοὺς παρόντας δέξασθαι νό- pe & alacri ſtudio, præſentes acci-
μους· καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀναγνώσεως ὅ- piant leges: & per earum lectionem
πως ἑαυτοὺς ἐπιδείξωσι i σοφοὺς, ὡς τε αὐ- ſic ſe oſtendant prudentes, ut pul-
τοὺς ὑπὸ καλλίστης τρέφεσθαί τε καὶ cerrima alantur ac foveantur ſpe, fore
θάλπεσθαι k τῇ ἐλπίδι, ὡς παντὸς ut omni legitimo perfecto opere, di-
τοῦ νομικοῦ [26] διανυσθέντος ἔργου, διά- verſas reipublicæ ipſius partes gu-
φόρων τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἄρξειν l μερῶν. bernent.

IN-

23. συνθ. and. Fabr. 24. δέον Fab. ſed Vigl. primo ediderat τίως. 25. τὴν deeſt Pariſ. 26. διανυθέντος Lugdun. Gothofr. & Fabr. 2.

g. De rebus quæ in cotidiano judiciorum uſu verſabantur. FABR. II.

At vero V. Cl. Franc. Car. Conradi in *Parergis* L. I, 7. ex collatione Fragmentorum, quæ ex his libris, (qui & *Aureorum* dicti) in Digg. ſuperſunt, oſtendit, Cajum in iisdem notaſſe præcepta & ſelectiores ſententias Juris, quotidie traditas & dictatas in uſum juris ſtudioſorum, adeoque res non ad forum, ſed ad principia & diſciplinam juris ſpectantes: qui idem V. Cl. poſt Rad. Fornerium L. I. *Rer. Quotid.* 1. & Aeg. Menagium in *Amoen. Jur.* c. 43 de hiſce *Rer. quot.* libris ex profeſſo agit. MEERMAN.

Utrumque ego conjunxerim: nam ſelectiores juris ſententiæ in quotid. judic. uſu verſantur. Plura in *Gloſſ. Th.* v. κινέω. G. O. R.

h. Ἡ μερότης Imperatori tribuitur, ſicut & γαληνότης & μεγαλειότης. Ita Imper. l. 1. Cod. *de Summa Trinit.* clementia noſtra. ED. GEN.

i. [Iſaac. Caſaubon. in Theocrit. *oſtendere* apud Juſtinianum accipit, pro facere, vel reddere, ut apud Græcos φαίνειν, ἀποδεικνύειν, & μηνύειν, ἀντὶ τοῦ ποιεῖν. Eutrop. de Tacito: *Vir Reip. gerendæ idoneus, nihil tamen clarum potuit oſtendere.* i. Pauſaniæ verbis, οὐδὲν ἀποδεικνῦναι λαμπρόν. Edit. I.] Erotian. *in Lex. Hippocrat.* ἀπεδείξαμεν, ἐποιήσαμεν. FABR.

Sed hoc non pertinet ad ἐπιδεῖξαι, quod aliud eſt quam ἀποδεῖξαι. J. F. K.

Locus Caſauboni ſive Hortiboni in Lect. Theocrit. cap. VI. ad Thalyſia ſive Eid. 7. vſ. 8. hic eſt: τάι δὲ παρ' αὐτὰν Αἰγειροι πλελέαι τε εὐσκιον ἄλσος ἴφαινον. φαίνειν hic accipit pro ποιεῖν, h. e. *facere* vel *reddere*: quomodo ſæpe accipi notum eſt. ἀποδεικνύειν & μηνύειν pro eodem interdum legas: ut ap. *Laërtium in Democrito*: & Latini quoque recentiores ſcriptores *Oſtendere* interdum ſic uſurpant, ut in h. l. *Et voſmet ipſos ſic eruditos oſtendite*: ubi Theophilus: οὕτως, ἑαυτοὺς ἐπιδεῖξαι σοφούς. *Etc.* [vid. Goſſ. Th.] G. O. R.

k. Hoc verbum θάλπεσθαι Harmenopulo, ut & noſtris [*leg.* noſtro] familiare eſt. D. GOTH.

l. Sueton. Aug. *Quo plures partem adminiſtrandæ Reip caperent.* Recte Tribun. ait, *gubernari*: Reſpublica enim dicitur gubernari. Mar. Victor. *in* 1. *Rhet. ſic.* [leg. *Cicer.*] FABR. I.

a. Har-

INSTITUTIONUM LIBER PRIMUS.

[ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ΚΑΙ [a] ΝΟΜΟΥ.

ΤΙΤΛΟΣ Α.

ΠΡΟ [b] πάντων δεῖ εἰδέναι τὸν τῆς δι- 13
καιοσύνης ὅρον. ἔστιν [c] ἓν δικαιοσύνη
1 σταθηρὰ [d] καὶ διηνεκὴς βούλησις [e], ἡ ἑκά-
στῳ [f] τὸ οἰκεῖον [g] δίκαιον [h] νέμουσα· Επει-
τα δὲ [2] λέγωμεν, καὶ πῶς ὁρίζεται ἡ νομική.

§. I. Νομικὴ δέ ἐστι [i] θείων τε καὶ ἀνθρω-
πείων πραγμάτων γνῶσις, τῶν δὲ δικαίων
καὶ ἀδίκων ἐπιστήμη.

§. II. Τούτων δὲ γενικῶς προτεθεωρημένων, 14
νῦν ἀξιωθεῖσιν ἡμῖν ἐξηγήσεως τῶν νόμων, καὶ
τῶν δικαίων τῆς τῶν Ρωμαίων πολιτείας, 3
ὅπως δοκεῖ αὐτὰ βέλτιστα ἂν προδιδόσθαι,

DE JUSTITIA ET JURE.

TITULUS I.

ANTE omnia definitionem juſtitiæ ſcire oportet. Eſt igitur juſtitia, conſtans & perpetua voluntas, jus unicuique ſuum tribuens. Deinde dicamus, quomodo definiatur & Jurisprudentia.

§. I. Jurisprudentia autem eſt, divinarum atque humanarum rerum notitia, juſtique & injuſti ſcientia.

§. II. His igitur generaliter præcognitis, incipientibus nunc nobis exponere Leges ac Jura populi Romani, ita maxime videntur ea commode tradi

1. al. μόνιμος *Lovan. in marg.* nam ſic primo verterat Vigl. ſed in Emend. σαθηρὰ reponi jubet, pro quo σαθειρὰ *ap. Fabr.* 2. λέξωμεν Fabr. 3. ὅτω Lugd. & ſqq. omnes.

a. Harmenopul. 2. Eclog. 1. D. 1. D. GOTH.

b. Hic titulus non eſt Theophili, ſed à doctiſſ. olim VIGLIO Græce redditus eſt. Neque ego eum in ullo MSto vidi. Referunt etiam, Franc. Pithœum illum in novem Th. MSS. fruſtra quæſiviſſe. H. ERNST.

Hic titul. deeſt in Regiis Codicib. & Viglianis, eſtque à Viglio Græce redditus, ut ipſe teſtatur in epiſt. ad Carol. Imp. [Vide tamen ſi vis lib. 2. Baſilic. tit. 1. cap. 10. *Ex Edit.* 2.] FABR.

Plura de hoc Tit. vid. in nota mea ad Viglii præf. §. 28. & in MYLII *Hiſt.* pag. 52-3. G. O. R.

c. Juſtitia eodem modo definitur. 2. *Eclog.* 1. §. 10. *l.* 9. *D. de juſtitia.* D. GOTH.

Juſtitia eſt habitus animi volentis ſuum cuique tribuere. ἕξις ψυχικὴ, Euſtath. ad Il. V. ἕξις ἐν ψυχῇ τῇ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονεμητική. Oecumen. in ep. *Jac.* c. 1. FABR. I.

d. Hinc Juſtus Ariſtoteli 2. *Ethicon* 4. qui βεβαίως καὶ ἀμεταχινήτως δικαίως πράττει. D. GOTH.

Habitus enim ἀμετακίνητος, aut certe δυσκίνητος τρόπος. Juſtus eſt juſtitiæ pertinax, indeclinabilis juſtitiæ. Pſell. Syn. LL. verſ. 70. FABR. I.

e. Τὸ γὰρ βούλεσθαι ἑξεώς ἐστιν, Olympiodor. in *Gorg. Plat.* FABR. I.

f. Juſtitia alienum bonum ſpectat, ad alios pertinet. alienum bonum eſt, & amor ſui amato ſerviens. FABR. I.

g. Juſtitia τὰ δίκαια πᾶσι βεβαιοῖ, Novellæ 69. pr. τὰ ἄξια ἑκάστοις ἀπονέμει. Athanaſ. in Syn. 8. Ser. τοῦτό ἐστι τὸ ἀληθῶς δίκαιον, ἀποδιδόναι ἑκάστῳ τὸ ἴδιον. FABR. I.

h. Ulp. in l. 10. D. eod. *tribuendi*, ut Flor. legitur. Sed auctores Baſilic. & Leo & Conſtantinus legerunt, *tribuens*. Nam ſic Græce reddunt ἀπονέμουσα. M. Tullius lib. 5. de Finib. [c. 23.] *Juſtitia*, inquit, *eſt animi affectio ſuum cuique tribuens.* Alcuinus de arte Rhetor. *Juſtitia eſt habitus unicuique tribuens propriam dignitatem* id eſt ἕξις ἀποδιδοῦσα τὸ κατ' ἀξίαν. Vide Comment. noſtrum ad Inſtitutiones Juſt. FABR. II.

Minus rectè dici à Theophilo *tribuens* &c. diſputat D. GALTIER: in quo ſi erratum, Viglio, non Theophilo, hoc adſcribendum. Mihi non lubet hic philoſophari cum aliis, quos in nota ad Mylii Vind. citatos invenies, ſed hoc tantum dicam, Græcos carere gerundiis, eorumque loco aut infinitivis uti aut participiis. G. O. R.

i. Subjectum jurisprudentiæ ſunt res divinæ & humanæ: modus conſiderandi eſt, quatenus in iis ju-

σθαι, ἐὰν πρότερον μὴν εὐχερεῖ [k] καὶ ἁπλῷ τρόπῳ, εἶτα δὲ μὴ ταῦτα ἀκριβεστάτῃ καὶ λεπτολογίᾳ ἐξηγήσει ἕκαστα διεξέλθωμεν. ἄλλως τε γὰρ ἐν αὐτοῖς τοῖς τῶν νόμων προοιμίοις ἀπείρους [l] καὶ ἀσθενεῖς ἔτι τῶν νέων ἀκοὰς τῷ τῶν πραγμάτων πλήθει καὶ τῇ ποικιλίᾳ βαρήσαντες, τῶν δύο ἕτερον, ἢ ἀφισταμένους αὐτοὺς ταύτης τῆς σπουδῆς, ἢ καὶ μὴ μεγάλων πόνων ἔσθ' ὅτε καὶ μὴ [4] δυσελπιστίας [m], τῆς τοὺς νεοὺς ὡς ἐπὶ πολὺ ἀποστρεφούσης, ὀψιμαθεστέρους ἀπεργασόμεθα, ὥσπερ εὐκολωτέρως ὁδηγησάμενοι, πονητὶ καὶ εὐελπιστὶ ἐπιτυχεῖν [5] πραγ' ταχέως ἂν ἠδύναντο.

tradi posse, si primo facili ac simplici via, post deinde exactissima diligentissimaque interpretatione singula exequamur. Alioqui si statim in ipsis initiis proœmiisque rudes etiamnum & infirmas adolescentum aures multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut desertores hujus studii efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia, quæ plerumque juvenes avertit, serius ad ea perducemus, ad quæ leviori via deducti, sine labore & bona cum spe maturius perduci possent.

§. III. Τὰ δὲ τοῦ δικαίου [n] προγυμνάσματα ταῦτα τρία· καλῶς [o] βιοῦν, ἕτερον μὴ [p] βλάπτειν, καὶ τὸ οἰκεῖον [q] δίκαιον ἑκάστῳ [r] νέμειν.

§. III. Juris autem præcepta tria sunt hæc. Honeste vivere: alterum non lædere: & jus cuique suum tribuere.

§. IV. Καὶ ταύτης μὴν τῆς [s] σπουδῆς δύο εἰ-

§. IV. Porro studii hujus duæ sunt po-

4. Sic pro δυσελπιστειας recte correxit Fabr. 5. vel πραγ' dele, vel τάχους lege.

justum vel injustum spectatur. ED. GEN.

Omnes veteres philosophi sapientiam definiunt, *div. atq. hum. rer. not.* ejusq. defin. auctor est Homer. ut ait Eust. ad Odyss. α. Quidam tamen Pythagoræ acceptam ferunt, ut scribit Nicol. Blemmidius, Epit. Log. c. 4. Hoc igitur commune habet Juriſp. cum sapientia. sed propterea [*leg.* præterea] Juriſconsulti munus præcipuum est justum ab injusto, licitum ab illicito discernere. l. 1. D. eod. unde δίκην putant appellari, παρὰ τὸ διχάζειν, καὶ χωρίζειν τὸ ἄδικον ἐκ τοῦ δικαίου, Etymolog. FABR. I.

k. Juris scientia τυπωδῶς hic proponitur; optima enim docendi ratio, quæ à levioribus ad majora procedit, quo dulcius possint disciplinam appetere, quam timere. Synes. in Dione: Δεῖ γάρτοι πρῶτον ἀποδῦναι τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων, καὶ χορεῦσαι περὶ δαδεχῆσαι, καὶ δαδεχῆσαι περὶ ἱεροφαντῆσαι. Justinian. primo levi ac simplici via. id est, ratione, μεθόδῳ. Serv. in 1. Georg. FABR. I.

l. Justin. rudem adhuc & infirmum animum studiosi. Jul. Firmic. lib. 6. c. ult. omnia enim, quibus rudes animos instituere debemus. FABR. I.

m. Diophantus Arithmet. lib. 1. δυσέλπιστοι γὰρ εἰς κατόρθωσίν εἰσιν αἱ τῶν ἀρχομένων ψυχαί. FABR. I.

n. 1. Harmenopul. 1. §. 18. *l.* 19. §. 1. *ff. eo.* D. GOTH.

Th. addit *tria*, quod falsum puto. Nam horum omnium una & eadem vis est. H. MESSAGG.

Licet Viglius, non Th. addiderit, tamen rectum puto. Quid autem opus aliorum ad Institutt. Commentatorum auctoritates adferre? Ego ad h. l. conferre soleo hoc S. Pauli dictum ad Titum II. 12. ἵνα σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. G. O. R.

o. Lex est πρόσταξις τῶν καλῶν, καὶ τῶν αἰσχρῶν. *l.* 2. *D. de leg.* imperat honesta, prohibet contraria, Cic. Antoniana 11. Sed & honestatis à natura nobis indita notio est, Polyb. 6. Plutarch. *de fort. Alexand.* vid. Basil. *hom.* 7. in Hex. ut & boni & mali. B. Chrysost. *homil.* de fide & lege naturali. FABR. I.

p. Naturæ quoque vox est: οἷα πρὸς ἄλλου μὲν παθεῖν ὅλως θέλεις, τοιαῦτα καὶ σὺ μηδὲ δρᾶν ἄλλῳ θέλε. Greg. Nazianz. in Jamb. FABR. I.

q. Hinc apud Aristotelem 5. *Ethicon* 1. ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη. D. GOTH.

Et hoc à naturali jure non recedit: Sen. 3. de Ben. *c.* 14. Æquissima vox est, & jus gentium præ se ferens. Redde quod debes. FABR. I.

r. Aristoteles 5. *Ethic.* 3. τὸ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες, adde quæ dicuntur initio hujus tituli. D. GOTH.

s. Sic Viglius. Cujacius in recitatione ad tit. *D. de just. & jur.* ταύτης τῆς ἐπιστήμης. Ego malim: τούτου

εἰσιν θέσεις [t] ἤγουν εἴδη, πύβλικον, τετέσι δημόσιον, καὶ πρίβατον, τετέσιν ἰδιωτικόν. καὶ πύβλικον [u] μὲν δίκαιον λέγεται, ὅπερ πρὸς σάσιν τῆς τῶν Ρωμαίων πολιτείας ὁρᾷ· ἰδιωτικὸν, ὃ πρὸς τὴν τῶν ἑκάστων ὠφέλειαν.

Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν περὶ τοῦ ἰδιωτικοῦ, ὅτι ἐστὶ τριμερές. συλλέλεκται [x] γὰρ ἢ ἐκ φυσικῶν [y] ἢ ἐθνικῶν ἢ πολιτικῶν παραγγελμάτων.]

positiones sive species, Publicum & Privatum. Et dicitur Publicum quidem Jus, quod ad statum rei Romanæ spectat. Privatum vero, quod ad singulorum utilitatem pertinet.

Dicendum est autem de Jure privato, quod ex tribus constat partibus: collectum est enim aut ex naturalibus, aut ex gentium, aut ex civilibus præceptis.]

[ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ ΦΥΣΙΚΟΥ, ΕΘΝΙΚΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΙΚΟΥ.]

DE JURE NATURALI, GENTIUM ET CIVILI.

ΤΙΤΛΟΣ Β.

TITULUS II.

Φυσικὸν [a] νόμιμόν ἐστι, τὸ καλὰ πάντων ζώων, [b] χερσαίων, ἐνύδρων, καὶ ἀερίων

17 NATURALE jus est, quod ad omnia animalia, terrestria, aqua-

τέτε τῦ ἐπιτηδεύματος. Glossæ: ἐπιτήδευμα, *studium, professio.* Lucretius 4. *Catera sic studia, atque artes plerumque videntur.* Sic Stoici τὴν φιλομυθίαν, καὶ καθόλε τὰς ἐγκυκλίες λεγομένας τέχνας, ἐπιτηδεύματα μὲν καλῦσι, ἐπισήμας δὲ ὔ. Auctor anon. apud Stob. FABR. II.

t. Θέσεις hic exponit Theophilus εἴδη, non male. Nam ut apud authorem *Eclogæ* 2. *tit.* 2. *c.* 14. & Harmenopulum 1. *tit.* 1. §. 22. exstat νόμος διαιρῖται εἰς δημόσιον καὶ ἰδιωτικόν. D. GOTH.

Vid. Cujac. ad l. 1. §. 2. D. de J. & J. GEN. ED.

Potes vertere genera. εἶδος Latine redditur genus vel species, ut & ἰδέα. Glossæ: εἰδέα, *genus, species.* FABR. II.

Janus etiam à Costa in *Comment. Instit. p. m.* 13. *b.* (illud εἴδη i. e. *species* & *partes* reprehendens, quod legale studium sive Jurisprudentia in Jus publicum & privatum dividi haud possit) Theophilo tribuit, quæ Viglii versio est: quam ego neque damno neque defendo. G. O. R.

At vero Imp. Justinianus h. l. sive potius Ulpianus l. 1. §. 2. h. t. per *studium*, ut jam Vinnius aliique notarunt, intelligit jus, cui studetur, quod sane in *partes* dividi potest. Hinc Basilici Ulpianum sic interpretati sunt: Διαιρῖται ὁ νόμος εἰς δημόσιον καὶ ἰδιωτικόν. Et ita Harmenop. I. 1. 22. MEERMAN.

u. Anonym. int. Aphthon. τῶν νόμων οἱ μὲν εἰσι κοινοὶ, ὡς οἱ καθόλε περὶ τῶν τῆς πόλεως· οἱ δὲ ἴδιοι, οἱ περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλες συμβολαίων. JC. quod ad statum rei Romanæ pert. Quidam legunt, *Reip. Romanæ.* Nihil mutandum. Ammian. Marcell. lib. 15. Ascitus in societatem rei Romanæ, & lib. 17. Nusquam ab utilitate Romanæ rei, majestateque discedebant. & lib. 18. In clientelam rei Romanæ susceptus. FABR. I.

Mox σάσιν Viglius dedit pro *statum*: ubi Th. dixisset vel κατάσασιν vel τύχην. G. O. R.

x. Σύσκειται Eclog. ibidem: ut & infr. pro παρκγγελμάτων legit νόμων. D. GOTH.

y. Naturalia præcepta sunt, αἱ κοιναὶ τῇ φυσικαὶ ἔννοιαι. insitæ & quasi consignatæ in animis nostris notiones, Chrysost. in *Ps.* 110. Oecumen. in 1. *Joh.* c. 2. FABR. I.

a. Vid. 1. Harmenopul. 1. §. 13. 14. Eclog. *d. tit.* c. 14. *vers.* καὶ φυσικὸς *l.* 1. §. *jus naturale* 3. *ff. de justitia & jure.* D. GOTH.

Φύσεως θεσμός. jus quo natura imbuimur, & docemur. FABR. I.

b. JC. in *l.* 1. *de just. & jur.* quod natura omnia animalia doc. Natura, Deus ille princeps, parens rerum fabricatorque mundi. Atque ita Stoici Naturam accipiunt pro Deo. Senec. 4. de Ben. *c.* 7. τὸν θεὸν εἰς φύσιν μετονομάζοντες. Cl. Alexandr. St. 2. & SS. PP. Chrysost. *hom.* 26. *in* 1. *ad Cor.*

Quo-

ἀερίων ἐπεκτεινόμην. [1] ὃ γὰρ μόνον μέχρις ἀνθρώπων ἔστησεν ἡ φύσις τὰ ἑαυτῆς, ἀλλὰ διέταξε τὰ ἐναέρια, [2] τὰ ἐν τῇ γῇ διετύπωσεν. ὃν εἴασε δὲ ὅδε τὰ ἐν θαλάσσῃ τικτόμενα τῆς οἰκείας προμηθείας ἐκτός. 3 Παράδειγμα δὲ τοῦ φυσικοῦ νομίμου, ἄρρενός τε καὶ θηλείας [c] συνάφεια, ὅπερ ἡμεῖς γάμον [d] προσαγορεύομεν, καὶ ἡ περὶ τοὺς τεχθέντας ἀνατροφὴ, καὶ σπουδή. ὁρῶμεν γὰρ, οὐ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν τοῖς τιμῶσι [e] τοῦτον τὸν νόμον [f] ἀναγεγραμμένα. ἡ γὰρ φύσις [g] ὁρῶσα τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ζώων θανάτῳ δαπανώμενον, ἅμα [h] τῷ γάμου, καὶ τῆς ἐντεῦθεν παιδοποιΐας, καὶ τῆς

quatica & aëria extenditur. Nec enim ad homines tantum natura ſuam *vim & curam* reſtrinxit, ſed diſpoſuit aëria *et* terreſtria ordinavit : neque quæ in mari naſcuntur, extra providentiam ſuam deſtituit. Exemplum autem Juris Naturalis *eſt* maris ac feminæ conjunctio, quam nos Matrimo-
18 nium appellamus, & natorum educatio & cura. Videmus enim, non modo homines, ſed & reliqua animalia iis qui hoc jus obſervant, accenſeri. Namque natura videns unumquodque animalium morte conſumi, per matrimonium & exinde *conſequentem* liberorum pro-

1. ὃ καὶ γὰρ F. 2. Legendum cenſeo καὶ τὰ vel τά τε. G. O. R. 3. παραδείγματα F.

Quoniam autem in beſtiis apparet aliqua juris imago, brutorum impetum, ὁρμὴν, jus appellare non veremur : τὸ γὰρ ἀγαθῷ ὅμοιον, ἀγαθὸν πάντως, Greg. Nyſſ. *de Beat. or.* 6. FABR. I.

c. Τοῦ θήλεως Eclo. *d. c.* 14. adde Ariſtotel. 1. *Politic.* 1. D. GOTH.

Muſon. Stob. c. 64. FABR. I.

d. Non quælibet viri & mulieris conjunctio, atque luxuriæ evagatio naturalis eſt, ſed matrimonium. Tertul. adv. Marcion. 5. Athanaſ. *de Definit.* Anaſtaſius Sinaïta ὁδηγῷ *c.* 2. *l.* 4. à fi. lib. 1. ut ap. Latinos conjugium. Lutatius : Meduſa Gorgo, cum propter pulchritudinem à pluribus peteretur, conjugium Neptuni effugere non potuit. Arnob. 3. Per coitus & connubia corporum. Iſidor. Peluſ. 1. 296. & libr. 5. 253. ea re adulterium natura turpe dicitur l. 42. D. de v. s. quod JC. hauſit è Stoicor. placitis. Orig. 7. cont. Celſ. Lact. ep. c. 6. FABR. I.

e. Demoſt. *Orat. fun.* Euripides Dictye : εἷς γάρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος, καὶ θεοῖσι τοῦτο δόξαν, ὡς σαφῶς λέγω, θηρσίν τε πᾶσι τέκνα τίκτουσιν φιλεῖν. τὰ δ' ἄλλα χωρὶς χρώμεθ' ἀλλήλων νόμοις, vid. Arr. Epict. 1. 23. Chryſoſt. hom. 46. to. 5. in illud : vid. elig &c. [Eurip. ap. Stob. c. 81. al. 201.] FABR. I.

f. [JC. peritia cenſeri. Sen. pater Cont. 24. *Qui mendicitate cenſentur* Ex Edit. I.] Th. in hunc cenſum referri. Schol. ait, animalia quædam iſtius juris peritia non cenſeri, prolato exemplo viperæ, quæ parricidio gignitur, & hos Nicandri verſ. adfert, ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἁρπαγὴν Γαστρὸς ἀναῤῥώσαντες ἀμήτορες ἐξεγλύοντο. Ubi Sch. notat, viperam ὡσανεὶ τῷ πατρὸς οἰκοδικεῖν τὸν θάνατον. [Theophylactus in Epiſtola 73. τὰ τῆς ἐχίδνης κυήματα μητρικὴν ἀνοσιότητα διαδέχεται, τὴν κυοφόρον καὶ τιθηνὴν γαστέρα διαῤῥηγνύοντα. Sed nec in hunc cenſum thynnos referemus, ſi vera ſunt, quæ de his ſcribit Conſtantinus Manaſſes in Ann. *Ex Edit.* 2.] FABR.

g. De hac materia *Lactant.* lib. 3. & *Valer. Max.* lib. 10. ANON.

Sed verus Valer. Max. libros 9. tantum reliquit : & fragmentum decimi, non ſolum alterius eſt, ſed & de nominibus agit, quæ nihil huc faciunt. Ego quem Lactantii, quem Valerii locum in animo habuerit, quærendo nondum inveni. G. O. R.

h. Id eſt, μίξεως. Ariſtænetus epiſt. 21. lib. 1. [S. Baſilius homilia 7. in Hexamer. ἔχιδνα πρὸς γάμον ἅπαντα τῆς θαλασσίας μυραίνης. ut apud Latinos conjugium. Arnobius 3. adv. Gent. *Per coitum & connubia corporum. Ex Edit.* 2.] FABR.

Didac. Covarruvias de *Matrim. Part.* II, 1. 7. & Alex. Carerius *de Sponſal. & Matr. L.* V, 9. notant Th. quod is *matrimonium* appellet qualemcunque coitum etiam brutis convenientem. MEERMAN.

Neque παιδοποιΐα brutis proprie tribui poteſt. An vero Theophilo minus licet, atque aliis auctoribus, improprie & μεταφορικῶς loqui ? Nonne nota ſunt hæc : *Vir gregis, ipſe caper ? olentis uxores mariti ? arbores maritæ ?* Quin Colum. VI, 37. brutis *filios* ac *nepotes* tribuit. Hinc non dubitavi cum Curtio *matrimonium* vertere, licet Fabrotus maluerit *concubitum*, qui tamen *liberorum procreationem* retinuit. G. O. R.

i. Vel

τῆς πρὸς τοὺς τεχθέντας στοργῆς [i] τε καὶ ἀνατροφῆς [k] καὶ διδαχῆς, τὴν ἀθανασίαν τούτοις ἐμηχανήσατο.

procreationem, atque erga natos amorem, educationemque & succeſſionem, iis immortalitatem paravit.

Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς πρόσθεν, ὅτι τῶν [19] νόμων οἱ μὲν εἰσι φυσικοὶ, οἱ δὲ ἐθνικοὶ, οἱ δὲ πολιτικοί. εἰπόντες οὖν τοῦ φυσικοῦ νομίμου τὸν ὅρον καὶ τὰ παραδείγματα, ἀναγκαίως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦ ἐθνικοῦ. ὁ γὰρ πολιτείαν συνιστῶν, καὶ βουλόμενος νόμοις [l] ταύτην κοσμῆσαι [m], ταῖς δυσὶ ταύταις προσέχων ὁδοῖς τὴν νομοθεσίαν ἐργάζεται. ἢ γὰρ ἐθνικοὺς [n] τίθησιν, οὓς καὶ φυσικοὺς καταχρηστικῶς [o] καλοῦ-

Diximus in ſuperioribus, legum alias eſſe naturales, alias gentiles, alias civiles. Cum ergo Juris naturalis definitionem & exempla diximus, neceſſario etiam de *jure* gentili dicere debemus. Nam qui rempublicam conſtituit, eamque legibus ornare cupit, duabus his attendens viis legiſlationem conficit: aut enim *leges* gentium ſancit, quas & naturales abuſive appel-la-

i. Vel ut ait Harmenopul. *d. loco.* §. 14. οἷον τὸ τὰς μητέρας φέρειν τὰ γενόμενα ἐξ αὐτῶν. D. GOTH.

k. Sic loquitur Juſt. No. 22. Ariſtot. Oecon. 1. c. 3. ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτῃ τῇ περίοδῳ τὸ ἀεὶ εἶναι Plut. ἐρωτ. Lucian. Galen. *de uſu part.* Theod. Prod. in Amar. Proclus in hymno quodam: ἄλλοι δ' ἐγγαμίαν ἀέρων πολυειδέας οἴμους, αἰὲν ἀποπλέυσιν, ὅπως θνητῆς ἀπὸ φύτλης ἀθάνατον τεύχωσι δυηπαθέων γένος ἀνδρῶν. FABR. I.

Sic loquuntur Juſtin. in Nov. 22. Plutarch. & Lucian. *in amor.* Galenus *de uſu part.* lib. 14. Olympiodorus ad cap. 15. Jobi apud Nicetam in Catena: καὶ ταῖς ἐπιγονaῖς τὴν ἀθανασίαν μιμούμενοι. Theodorus Prodromus in Amor. vid. *Comment. ad Inſtitut.* FABR. II.

l. Adde 1. Harmenopul. 1. §. 15. D. GOTH.

m. Superius in Proœmio tribuerat ὅπλοις κόσμον hic νόμοις. D. GOTH.

Æſchin. cont. Cteſiph. Theodor. 5. c. 28. καλλωπίσμει τοῖς νόμοις. FABR. I.

n. Non ab ullo ſpeciali Legiſlatore conſtitutum eſt *Jus gentium*: ſed naturali ratione & uſu ipſo introductum, ut mox dicitur. J. DOUJ.

Non percepit mentem Theophili Profeſſor primicerius: qui Theophilus tam brevi ſibi intervallo contrarius eſſe non potuit, ſed h. l. idem vult, quod & ipſe & Imperator dixerunt in f. præced. tit. & clarius c. 20. h. t. uti quivis paulo attentior ſatis per ſe intelligit. G. O. R.

o. Jus igitur gentium improprie jus naturæ dicitur, eſt enim jus gentium τῶν λελογισμένως βιῶν ἐθελόντων. Jus naturæ δ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν πάντων ζώων. D. GOTH.

Jus naturale proprie dicitur, quod omnium animalium commune eſt ex ſententia Th. [quamquam & ipſum jus gentium naturale appelletur §. 11. infr. de rer. div. Ariſt. eth. Nico. 5. c. 10. *Ex Edit.* 1.] [Jus autem gentium per abuſionem naturale dicitur. Vid. *Comment. ad Inſtitut. Ex Edit.* 2.] FABR.

Imo jus naturale, quod omnium animantium proprium eſt, minus proprie dicitur *jus naturale*, quia nullum jus eſt inter homines & belluas: at jus gentium vel maxime proprie dicitur, *jus naturale*, quod naturalis ratio inter homines conſtituit. l. 9. D. de J. & J. MERILLIUS *in Comment. h. l.* Add. Cl. Salmaſ. *de Uſur.* c. 9. *pag.* 242. ſq. MEERMAN.

Non potuit, nec debuit Th. ex veterum JCtorum & Juſtiniani philoſophia aliter loqui; quippe qui *jus naturale* univerſis animantibus, *jus gentium* cunctis hominib. *jus civile* ſolis civib. commune ſtatuebant, l. 1. §. 4. D. *eod.* vel ut Heinecc. enuntiat: In jure Nat. hominem, ut *animantem*; in jure gent. ut *hominem*; in civ. ut *civem* conſiderabant. G. O. R.

p. Ad omnes gentes humanas. cæteræ feris ſimiles à jure naturali deſcivere. [Ariſtot. Eudemior. 6. c. 5. *Ex Edit.* 1.] Michaël Epheſius in 5. Ethic. Nicom. [τὸ παντάχοῦ, ἀνθ' ἑνὸς τοῦ, παρὰ τοῖς πολείοις, καὶ ἀδιαφόροις, καὶ καθὰ φύσιν ἔχουσιν· παρὰ γὰρ τοῖς θηριώδεσι, καὶ παντάπασι τὸν νῶν ἀπεπυφλωμένοις, καὶ μόνην τὴν ζωώδη διώκουσιν ἡδονὴν, οὐκ ἔστι τὸ φυσικὸν δίκαιον. *Ex Edit.* 2.] FABR.

q. Alia exempla juris gentium vide apud Harmenop. d. loco & authorem Eclogæ. D. GOTH.

r. Forte ἀνδροφόνους. nam poſt paulo dicit μοιχὸν καὶ κλέπτην. D. GOTH.

Si Fabrotus ex Codd. φονεῖς edidit, nihil obloquor: ſin ex ingenio, poterit alterum defendi, quia dialectorum ſcriptores Dorienſibus tribuunt φόνος pro eo, *qui cæde digna perpetravit.* G. O. R.

Phi-

λοῦμεν, ἢ πολιτικοὺς, καὶ ἢ ἐγγράφους, ἢ ἀγράφους.

lamus, aut civiles, & vel ſcriptas, vel non ſcriptas.

*3 Τί ἐστιν ἐθνικὸν νόμιμον; ἐθνικὸν νόμιμόν ἐστι, τὸ κ᾽ πάντων ἀνθρώπων, 4 ἧ᾽σν τῶν λελογισμένως βιῶν ἐθελόντων P ἐπεκλεινόμυον. Παραδείγματα q δὲ αὐτῦ, τὸ τὰς *4 φόνας r ἀποτέμνεσθαι, [5 δεῖ γὰ αὐτὰς, δι᾽ ὧν ἠδίκησαν, τιμωρεῖσθαι·] τὸν μοιχὸν s κολάζεσθαι· τὸν κλέπτην εἰς χρήματα t τιμωρεῖσθαι, ἐπειδήπερ ἔβλαψεν ἡμᾶς περὶ χρήματα, τὸν χρεώστην εὐγνώμονα u γίνεσθαι πρὸς τὸν ἐν καιρῷ ἀνάγκης χρήσιμον ὀφθέντα· τὸν οἰκέτην ὑποτετάχθαι 6 τοῖς

Quid eſt Jus Gentile? Jus Gentile eſt, quod ad omnes homines, ſcilicet qui ſecundum rationem vivere volunt, extenditur. Exempla autem hujus *ſunt*: Homicidas *capite* truncari; [oportet enim illos, per quæ peccaverunt, puniri;] Adulterum puniri, Furem pecunia multari, ſiquidem nos in pecunia læſit; Debitorem benevolum eſſe erga eum, qui neceſſitatis tempore benignus apparuit; Servum obedire ratio-

*3. Καὶ τί F. 4. ἦγεν λελογισμένως βιόντων ἐπεκτ. citare Salmaſium *de Uſur. p.* 241. monuit MEERM. tantum ex memoria crediderim. *4. φονεῖς F. *v. N.* 5. Incluſa ex Fabroto addidimus, quæ utrum Theophili ſint an gloſſatoris, non definio.

Philo περὶ τῶν ὃ εἶδει νόμων· χαλεπὸν δ᾽ ἦδεν, εἰ τὰ αὐτὰ, οἷς διέθηκε, πείσεται. Theophylact. in c. 26. Sen. ep. 7. occidit hominem: quia occidit ille, meruit ut hoc pateretur. Iſidor. Orig. 5. c. 26. FABR. I.

Theophylactus in *Matth.* c. 26. ὁ φονεὺς ἀνθιφονεύεται. Seneca in epiſtola 7. *Occidit hominem; quia occidit ille, meruit ut hoc pateretur.* FABR. II.

Adde MYLII *Vind.* c 3. §. 2.

s. Adulterium natura turpe dicitur in *l. probrum* 42. *D. de verb. ſign.* Lactantius Epit. cap. 4. *Hoc præcepto non ſolum corrumpere alienum matrimonium prohibetur, quod etiam communi gentium jure damnatur.* Oecumenius in epiſt. *Pauli ad Gal.* cap. 3. τὰ ἀναξιαῖα τῷ νόμῳ καὶ ἡ φύσις ἐδίδασκε, τυῖεσι τὸ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις. De fure vide Comm. ad Inſt. lib IV. 1. FABR. II.

Adde MYLIUM *ibid.* §. 3.

t. Th. decipitur, cum exiſtimat, furem jure gentium pecunia multandum, quod nos perſimili damno affecit. Hic enim etſi fatetur, jure gentium furtum eſſe prohibitum, tamen eam pœnam naturalis ratio non inter omnes homines conſtituit, arg. c. *omnes* 9. D. *de Juſt. & Jur.* Nam ut illos præteream, qui furto favebant, Draco Athenis fures capite puniri juſſit & ex L. XII. Tabb. non ſolum nocturnum furem occidere ſemper licebat, & eum qui interdiu ſe telo defendebat, c. *ſi pignore* 54. D. *de Furt.* c. *itaque* 4. D. *Ad L. Aquil.* c. *ſi perfodiens* 3. X *de Hom.* ſed & manifeſti fures liberi verberabantur, & his addicebantur, quibus furtum feciſſent, ſervi verberibus cæſi de ſaxo præcipitabantur. Cujus rei *Gell. L. II. cap* 18. auctor eſt. Et ob eam rem Theophilus ſub tit. *de Perpet. & tempor. actt.* capitalem pœnam furti in XII. Tabulis indictam ait. [L. IV. *Emendatt. cap.* 4. *pag. m.* 1532. *f.*] A. AUGUST.

Exemplum hoc falſum eſt, ſine dubio: quum multari furem ſolius ſit juris gentium: pecunia aut capite multari, populorum civitatumque arbitrio permiſſum. FR. HOTOM.

Notatur heic Th. quod furti pœna apud omnes gentes pecuniaria non ſit. FABR. II.

Fabroto ſuccinit MYLIUS in *Vindic.* c. 3.

Sed Th. notatur injuria, neque hoc exemplum falſius, quam ſuperius τὰς φόνας ſive φονεῖς ἀποτέμνεσθαι, etſi homicidæ antiquitus exemplo Caini exularunt ut plurimum. Ego ad jus gentium refero vulgare hoc dictum: *Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.* Nonne hoc natura ipſa puellos docet? quos talionis jus obſervare quotidie videmus. Si iis maledixeris, maledicent & tibi: ſi quid eripias, minabuntur ſe aliud tibi erepturos: ſi verberaveris, reverberabunt: ſi quid donaveris, promittent ſimile beneficium. Rectiſſime ergo idem repetit noſter, citato ab Auguſtino loco: δίκαιον γὰ ἦν, τὸν εἰς χρήματα ἀδικήσαντα, εἰς χρήματα τιμωρηθῆναι, id quod Juri quoque Moſaïco convenit. GOR.

u. [Theodor. *de Provid.* Orat. 1. *Ex Edit.* 1.] Heliodorus Pruſæus in libr. V. Ethic. Nicom. cap. 14. [φυσικὸς νόμῳ ἐστὶ τὰς εὐεργέτας ἀντευποιεῖν. Salvianus

6 τοῖς εὐλόγοις προστάγμασι x τῶν δεσποτῶν τὸ γίνεσθαι συναλλάγματα, πράσεις, ἀγορασίας, μισθώσεις, ἐκμισθώσεις, παρακαταθήκας, κοινωνίας, δάνεια· τὸ γίνεσθαι y δωρεὰς, ἀποθήκας z συγγράφεσθαι.

tionabilibus dominorum juſſis; Contractus, venditiones, emtiones, locationes, conductiones, depoſita, ſocietates, mutua celebrari; donationes fieri; teſtamenta conſcribi.

7 Τί ἐστι πολιτικὸν a νόμιμον; ὅπερ τοπικὸν καὶ χρειῶδες προσαγορεύεται, τὸ τόπῳ προκεκλεισμένον, καὶ τόπῳ χρείαν ἀποπληροῦν, καὶ τὸ λυποῦν ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐκκόπτον· οἷον b ἡ τῶν Αθηναίων πόλις ἐκέχρητο ἐπεισάκτῳ σίτῳ c, οἷα λεπτόγειος οὖσα, καὶ μέγιστον ἦν παρ' αὐτοῖς ἐλάττωμα τὸ τῆς σιτοδείας 8 βάρος· 9 ὃ τοῦτο τοίνυν βουλόμενος καταπαῦσαι, 10 τί ἂν ἐνομοθέτει ἢ τοῦτο; ὡς τε τοὺς σιτεμπόρους d ἀτελείας ἀξιοῦσθαι· τούτου δὴ λίαν γενομένου, πολλοὶ κατέπλεον ἐπὶ τὴν Ατλικὴν, δύο ταῦτα πραγματευόμενοι, 11 ὅτι

Quid eſt Jus Civile? Quod locale & utile *aut neceſſarium* appellatur, loco incluſum, & loci neceſſitatem explens, atque *id* quod illum locum lædit, tollens. Veluti Athenienſium civitas frumento advectitio utebatur, quippe quæ ſterilis eſſet, & maximum apud eos incommodum erat, penuriæ frumentariæ onus. Hoc igitur *aliquis* tollere volens, quidnam ſanciret niſi hoc? ut negotiatores frumentarii *vectigalium* immunitate donarentur. Hoc enim palam facto, multi navigabant

6. ταῖς ἐυλ. προστάξεσι F. 7. Πολιτικὸν δέ ἐστιν, ὅπερ καὶ τοπικὸν F. 8. πάθος F. & Salmaſ. ex vett. Codd. *pag.* 195. *de modo Uſur.* 9. ὁ τοίν. βυλ. τοῦτο F. 1. 10. τί ἂν ἐνομοθέτησεν, ἢ ὥστε F. & Salmaſ. *ibid.*

vianus contra Avarit. *Natura ipſa hominum conſuetudoque communis hæc quaſi generali lege conſtringit, ut à quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus eis gratiæ debeamus: arctat quippe nos ad retributionem dati accepta largitio.* Vid. dict. Comm. *Ed.* 2.] FABR.

x. Scholiaſtes heic notat, recte jure gentium conſtitutum eſſe, ut ſervus in his quæ fieri jus eſt, domino dicto audiens ſit, non ſi quædam imperavit turpia, aut impia, ut l. 20. D. *de oblig.* v. Senecam *de Benefic.* 3. c. 20. FABR.

y. Vid. ad tit. *de Donat.* FABR. II.

z. Et hæc quidem exempla juris gentium veriora *ex l.* 5. *ff. eod.* 2. *Eclog.* 2. *c.* 14. quam quæ ab Harmenopulo I. 1. §. 15. adferuntur, apud quem jus gentium definitur, jus unius aut plurium gentium, non omnium. D. GOTH.

Teſtamenta ſunt juris gentium, tametſi nullum olim Athenis ante Solonem. Plutarchus in Sol. nullum in Germania, Tacitus *de mor. G.* c. 20. id eſt, nuda illa ſupremæ voluntatis teſtatio juris gentium eſt, teſtamenti autem factio juris civilis. FABR.

Ut liceat ſuprema voluntate res ſuas in alium transferre, plerasque apud gentes receptum videtur: quis & qua forma teſtari poſſit, ex Jure Civ. pendet. J. DOUJ.

Vere ac nervoſe. Omnium acerrime contra Theophilum inſurrexit E. MERILLIUS VIII. *Obſerv.* 25. cui reſpondit FABROTUS in *Apologia pro Gracis*, quam Excurſus I. exhibebit. Pro Theophilo etiam diſputant COSTANUS *Quæſt. Jur. Memor.* c. 6. &, ne omnes citem, VINNIUS in Comment. ad pr. *de Teſtam. ordin.* ſed res non adeo expedita videtur HEINECCIO in ſubjuncta ibid. adnotatione ob rationes, quas adfert. Denique EV. OTTO in præf. *Tom.* V. *Theſ. Jur.* pag. 18. cum aliis, quos citat, vim teſtamentorum à Jure Civili pendere contendit: ſed hoc concedo, modo teſtamentorum origo juri gentium debeatur. Cur alioqui Juris Naturæ & Gentium ſcriptores tot de ſucceſſionibus ac teſtamentis verba perdunt, ſi nihil ad hoc Jus pertinent? Tandem defendendo Theophilo ſufficit, quod non recentiores modo JCtos, ſed & vetuſtiores habeat conſentientes. Appoſite enim PERRENONIUS II. *Animadv.* 21. hunc Quinctiliani locum laudat, ex III. *Inſtit. Orat.* 6. p. m 261. *Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed jure conceſſa . . . . & aliquid æquum, ſed prohibitum jure*, UT LIBERTAS TESTAMENTORUM. Plura vide ad MYLII *Vindic.* c. 3. §. 5. G. O. R.

a. In localem ſuam utilitatem. Jus enim civile, ſi Lactantio credimus, non juſtitia ſed utilitas repe-

11 ὅτι τε ταχεῖα ἀφ' τὴν ἔνδειαν ἡ τοῦ σίτου γενήσεται πρᾶσις, καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι τέλος ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὐ12 κατατιθέασιν ἐμπορίας. πολλῶν δὲ καταπλεόντων, εἰκότως πολὺς εἰσεκομίζετο σῖτος. τοῦ το γοῦν τὸ νόμιμον, Ἀθηναίοις χρήσιμον μόνοις ἦν· Ἀλεξανδρεῦσι e δὲ ἢ ἑτέροις, 12 οἷς ἐστὶν ἀφθονία σίτου, ἃ μόνον πρὸς τὸ, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστος ὁ τοιοῦτον τὸ νομοθετῶν. Δεύτερον παράδειγμα τοῦ πολιτικοῦ νομίμου 13 ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις, ἥτις ἐκέχρητο ξενηλασίᾳ f, Λυκούργου τοῦτο νομοθετήσαντος· ἵνα μὴ ἀφ' τῆς τῶν ξένων ἐπιμιξίας g διαφθείροιτο καὶ χεῖρον γένοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἦθος. ὁ τοιοῦτος νόμος τιμᾶται μὲν πρὸς Λακεδαιμονίοις, Αθη-2 ναῖοι δὲ 14 τούτου h καταφρονοῦσι, τοσοῦτο

bant in Atticam, duo hæc ſtudentes, ut & celeriter propter inopiam frumen-
11 ti procederet venditio, & inſuper quod pro hujusmodi negotiatione vectigal non ſolvebant. Multis autem *eo* navigantibus, multum nimirum importabatur frumentum. Hoc igitur jus Athenienſibus ſolis utile erat: Alexandrinis autem vel aliis, quibus abundantia eſt frumenti, non ſolum inutilis ſed & ridiculus foret *legiſlator* tale quid
12 ſanciens. Alterum exemplum Juris civilis Lacedæmoniorum urbs *præbet*, quæ peregrinos expellebat, lege à Lycurgo lata, ut ne per peregrinorum admixtionem corrumperetur deteriusque
13 redderetur Lacedæmoniorum ingenium. Hæc quidem lex obſervatur apud

11. καὶ ὅτι ταχ. F. 12. παρ' οἷς F. 13. ὁ τῶν F. 14. τοῦτο Gothofr.

reperit. Cur enim per omnes populos diverſa jura condita ſunt, niſi quod unaquæque gens id ſibi ſanxit, quod putavit rebus ſuis utile? Ideoque Th. recte ait hoc jus vocari χρειώδες, elegantibus exemplis adductis propriæ Lacedæmoniis ξενηλασίας, & Athenienſibus σιτεμπόρων ἀτελείας. A. CONT.

Ecl. d. c. 14. 10. D. GOTH.

Πολιτικὸν νόμιμον aliter ſumitur ap. Ariſtot. L. V. *Ethic.* c. 10. ED. GEN.

Pſellus verſ. 87. πολιτικὸν δὲ νόμιμον, τοπικὸν καὶ χρειῶδες. ut Servius Honoratus in VII. Æneidos ait, *Deos Topicos*, id eſt, *locales*, *ad alias regiones nunquam tranſire.* FABR. II.

b. Inter exempla juris civilis apud authorem Eclogæ recenſetur novatio & emphyteuſis 1. *Eclog.* 2. c. 14. D. GOTH.

c. 1. *Harmenop.* 1. §. 16. D. GOTH.

Ulpian. in *Timocrateam*: λεπτολόγειαν ἦν ἡ Ἀττική, [Thucyd. Maximus Tyrius *diſſert.* 13. in *fi.* Galenus in περὶ ἐμπ. πρὸς τὰς τέχνας. *Edit.* 2.] FABR.

Conſuli quoque poſſunt Salmaſ. *de Modo Uſur.* p. 193. & S. Petitus ad L. Attic. L. V. T. 5. qui plenius agunt de legib. Atticis frumentariis: licet mirari ſubeat, Legem hanc de immunitate frumentariorum à vectigalibus, Theophilo memoratam, Petiti diligentiam fugiſſe. MEERMAN.

d. Scholiaſt Ariſtoph. in *Pluto*. [Naucleris quoque conceſſam immunitatem portorii & vectigalis, qui frumentum, oleum, aut alias ſpecies invexiſſet, ſcribit Æneas *Poliorcetici* cap. 10. *Ed.* 2.] FABR.

e. Alexandria frumenti copia commendatur *Edicto Juſtiniani* 13. *c.* 5. & paſſim fit mentio αἰσίας ἐμβολῆς καὶ σιτοπομπείας. ſolemnis illationis ſpecierum quæ quotannis Alexandria Conſtantinopolim mittebatur: quæ ſacra embola. *l.* 10. *Cod. de ſacroſ. eccleſ. & l. ult. Cod. de navibus non excuſandis. & Novell.* 163. de quo etiam dixi illo loco *edicto* 13. *& in l.* 5. *Cod. de epiſcopali audientia.* D. GOTH.

f. Lacedæmoniorum ξενηλασίας meminit Suidas in ξενηλατεῖν. D. GOTH.

Joſeph. 2. cont. App. Plut. in Agi. & Cleom. Dion. Hal. ant. 2. Liban. Ariſtid. Heraclid. *de Polit.* Themiſt. Philoſt. Xenoph. Iſidor. Peluſ. Tzetz Chil. FABR. I.

Xenophon in *Lacedæm. republ.* Joſephus 2. *adverſus Apion.* Dionyſ. Halicarn. 2. *Antiq.* Ariſtides *orat.* 2. Platon. *pro Quat.* Liban. in *Archidami Apol. & orat. pro Saltator.* Heraclid. *de Polit.* Philoſtr. VI. *de vita Apollonii* cap. 10. Syrianus in *Hermogenem*, Tzetzez in *Chiliad.* Procedente tamen tempore Lacedæmonii cum animadverterent inhumanum eſſe peregrinos urbe pelli: morem illum obſoleſcere paſſi ſunt. Theodoretus *gr. aff. curat.* 9. FABR. II.

g. Ὅπως μὴ ῥᾳδιουργίας οἱ πολῖται ἀπὸ τῶν ξένων ἐμπίπλαιντο. Xenoph. FABR.

h. Joſeph. d. lib. 2. Liban. *declam.* 17. vid. eund. in *Antioch.* FABR.

i. Hu-

σοῦτον τῆς ξενηλασίας ἀφεστῶτες, ὅτι καὶ βωμὸς [i] ἐλέου τιμᾶται παρ' αὐτοῖς· ἕτως ἑτοίμως τοὺς εἰς αὐτοὺς φοιτῶντας ὑποδεχόμενοι, ὅτι πολλάκις ἀφ' φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν [k] καὶ πολεμεῖν ὑπὲς αὐτῶν ἐκ ὤκνησαν.

pud Lacedæmonios; Athenienſes vero eam adſpernantur, in tantum ab expellendis peregrinis alieni, ut & ara Miſericordiæ apud eos colatur: tam promte eos qui ad ſe commeant, excipientes, ut ſæpe ob humanitatis exceſſum bellare quoque pro iis non dubitaverint.

§. I. Ἅπας οὖν δῆμος, [l] ἢ ἐγγράφοις κέχρηται νόμοις, ἢ ἀγράφοις. καὶ [15] πῇ μὲν ἰδίοις, τουτέστι πολιτικοῖς, [16] πῇ δὲ [m] κοινοῖς, τοῦτέστι [17] jure gentium. ὅσα γὰρ νόμιμα ἑκάστη πόλις ἑαυτῇ συνεστήσατο, [18] καὶ μέχρις αὐτῆς [19] ἴσταται, ταῦτα jus civile ὑποσαγορεύεται. ὅσα δὲ ὁ φυσικὸς ἤτοι ἐθνικὸς λόγος μεταξὺ πάντων ἀνθρώπων ἐφεῦρε, ταῦτα παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι φυλάττεται [n], [20] καὶ jus gentium ὑποσαγορεύεται. καὶ ὁ δῆμος οὖν ὁ Ῥωμαϊκὸς, ποτὲ μὲν πο-

§. I. Omnis igitur populus aut ſcriptis utitur legibus, aut non ſcriptis, & partim propriis, id eſt civilibus, partim communibus, id eſt jure gentium. Quæcumque enim jura civitas quælibet ſibi conſtituit, & intra eam conſiſtunt, ea Jus civile appellantur: quæcumque autem naturalis aut gentilis ratio inter omnes homines invenit, ea apud omnes gentes cuſtodiuntur, & Jus gentium appellantur. Et populus igitur Romanus alias

15. 16. τῇ μὲν - τῇ δὲ Gothofr. 17. *juribus gentilibus*, F. ἰσοσυστοῖς, τουτέστι νομίμοις ἐθνικοῖς ἤτοι φυσικοῖς, ex vet. Cod. Salmaſ. *de Uſur. p.* 242. MEERM. 18. καὶ deeſt. F. 19. ἵσανται ante F. qui ſtatim ταῦτα καὶ *jura civilia* πᾶ. 20. *jura gentilia*. F.

i. Hujus aræ meminit Pauſanias in *Atticis*. Cui adjungendum quod de ara ſalutis legitur *l.* 3. *Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt. ubi dixi.* D. GOTH.

Cic. [Senec. controv. L. X. *Ed.* 2.] Stat. 12. Thebaid. *Schol vet. ibid.* Serv. in 8. Æneid. [Claudian. *de bello Gildon.* (vſ. circiter 400. *ſi flentibus aram*) *Et proprium miſeris numen ſtatuiſtis Athenæ.* Lucian in Timone & alibi. *Ed* 2.] Philoſtr. 2. *Sophiſt. in Poll.* [Sext. Empir. *Ed.* 1.] Liban. in Demoſth. relat. *de Ara.* Pauſan. in Attic. Diodor. Sic. 13. Zenob. centur. 2. ad. 61. [Sopater in diviſ. Quæſt. p. 377. *Ed.* 2.] FABR.

Imo ap. Athenienſes etiam lex vigebat, ne peregrini injuria afficerentur. Vitruv. L. VI. *de Archit.* Vid. Petitus ad *Leg. Att.* VIII, 4. 12. MEERMAN. Et maxime a Cl. Weſſelingio ib. citatus Spanhemius ad *Ranas Ariſtoph. vſ.* 470. G. O. R.

k. Exemplo ſint Theſei bella, præſertim duo: quorum alterum, adverſus Creontem, cæſos in obſidione Thebana ſepeliri prohibentem; alterum adverſus Euryſtheum pro Heraclidis, qui Athenas confugerant, in Poloponeſum deducendis ſuſcepit. Addi poſſunt Jonum Peloponeſo quoque ejectorum ſuſceptio, & coloniæ in Aſiam à Codri filiis deductæ, aliaque hujusmodi. J. DOUJ.

l. Theoph. legiſſe videtur: *legib. aut morib.* Quidam enim legibus reguntur, quidam moribus. Cæſarius λόγῳ. ἐθ'. cujus verba refert Cedrenus, & Georgius Phranz. Chron. 3. c. 3. Legibus ut Athenienſes; moribus ut Lacedæmonii, & Cretenſes, Joſeph. 2. *con. Ap.* Lycii, Heraclid. *de Pol.* & gentes barbaricæ, Sopater in *Hermogen.* Quidam legib. & morib. ut pop. R. jam ab ipſo Romulo, Dion. Halic. 2. Liv. 1. FABR.

Diſtinctius hic Juſtinianus *populos omnes, qui legibus & moribus* (ſive ut legiſſe Th. videtur, *legibus aut moribus*) *reguntur, partim proprio, partim communi jure uti.* Ubi etiam πῇ Theophili eſt *partim*, non *alias*, ut verſum erat. J. DOUJ.

Nec tamen Doujatius verſionem hic correxit. Qui plura velit, conſulat Schultingii notas ad Cajum pag. 2. G. O. R.

m. Ariſtot. Rhet. ad Theoph. 1. c. 13. Corn. Nep. in Themiſt. Lactant. ep. Inſt. cap. 6. B. Chryſoſt. homil. *de Fide & Lege naturali.* FABR. I.

n. *Jura Gentilia* minus commode noſter dicit, pro iis quæ ſunt *Juris Gentium.* J. DOUJ.

Capitalis χρῆσις. Non aliud ac Juſtinianus dicit noſter: *Jura* autem *Gentilia* eſt lectio Fabroti. G. O. R.

o. In hoc loco error eſt, ut à Viglio notatum

πολιτικοῖς, ποτὲ δὲ ἐθνικοῖς κέχρηται νόμοις, ἅ τινα καθ' ἕκαστον καὶ ὁποῖα τὴν φύσιν ἐστὶν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἐκθησόμεθα τόποις.

alias quidem civilibus, alias autem gentilibus utitur legibus, quæ ſingula, & qualia natura ſint, ſuis exponemus locis.

§. II. Αλλὰ τὸ πολιτικὸν νόμιμον ἐκ μιᾶς ἑκάστης πόλεως προϊὸν, ἐν ᾗ καὶ κρατεῖ, δέχεται τὴν ὀνομασίαν, [21 οἷον τῶν Αθηναίων ἢ Λακεδαιμονίων.] εἰ γάρ τις ἐθέλει τῷ Σόλωνος [τῷ τῶν Αθηναίων νομοθέτῃ,] ἢ [τῷ] Δράκοντος [τῷ τῶν Λακεδαιμονίων] jus civile Athenienſium [vel Lacedæmoniorum,] τουτέστι πολιτικὸν νόμιμον τῶν Αθηναίων, [ἢ Λακεδαιμονίων [22 προκαλέσαι, οὐκ ἂν ἁμάρτοι, οὐδὲ σφαλῇ τῆς ἀληθείας· ὡσαύτως καὶ τὸ νόμιμον, ᾧπερ ἡ Ρωμαϊκὴ κέχρηται πολιτεία, 23 jus Quiritum, τουτέστιν ᾧ κέχρηνται οἱ Κυϊρῖται p. οἱ γὰρ Ρωμαῖοι ἀπὸ Κυϊρίνου, τουτέστι Ρωμύλου τοῦ ἐξ

§. II. Sed jus civile ex unaquaque civitate proficiſcens, in qua etiam obtinet, appellationem accipit, [veluti Athenienſium vel Lacedæmoniorum]. Nam ſi quis velit *leges* Solonis [Athenienſium legiſlatoris] vel Draconis [Lacedæmoniorum] jus civile Athenienſium [vel Lacedæmoniorum] appellare, non peccaverit neque a veritate aberraverit. Similiter & jus, quo Romana utitur civitas, jus Quiritum *dicitur*, id eſt, quo Quirites utuntur. Romani enim a Quirino, id eſt Romulo, qui ex Marte ortum habere jactabat, Quirites appellantur.

21 -- 22. Quæ inter hos numeros cancellis incluſa ſunt, Fabrotus ejecit: cujus & aliorum vide Notas. Ceterum in Græcis vel νόμος, vel νόμιμον excidit, aut ſaltim articulus τὸς ante τῷ Σόλωνος. G. O. R. 23. *jus civile Romanorum* προσαγορεύεται, ἤτοι *jus civile Quiritium*. F.

tum eſt. [in præfat. §. 46.] Fuit enim Draco non Lacedæmoniorum, ſed Athenienſium legislator, cujus leges ob atrocitatem ſuppliciorum, ſanguine olim ſcriptæ dicebantur. Huic quum ob gloriam latarum legum in Theatro populus petaſos, tunicas, aliaque veſtimenta ex benevolentia & cum fauſtis acclamationibus injiceret, ſub pondere miſſilium ſuffocatus interiit. Niſi Viglius hunc errorem Theophilo imputaret, poſſet ita locus emendari: Εἰ γάρ τις ἐθέλει τῷ Σόλωνος τῷ τῶν Αθηναίων νομοθέτῃ καὶ τῷ Δράκοντος, ἢ Λυκούργῳ τῷ τῶν Λακεδαιμονίων. &c. Mirum autem eſt, Græcum hominem res Græcas ignoraſſe, præſertim quum Latina incorrupta extarent, quæ transferebat. P. NAN.

Draconem hic facit inepte legiſlatorem Lacedæmoniorum: cùm fuerit Αθηναίων νομοθέτης. Draconis meminit Ariſtotel. 2. *politicon ultimo*. Plutarchus & Laërtius *in Solone* Gell. D. GOTH.

Videtur interponendum eſſe *Lycurgi* nomen. H. ERNST.

Καὶ τῷ Δράκοντος ἢ Λυκούργῳ. Et ita hic omnino legendum eſt. Nam & Solonem & Draconem Athenienſis reip. legiſlatores, non Lacedemoniorum fuiſſe conſtat, cum ſolummodo Lycurgus apud Lacedemonios leges tulerit. ANON.

Turpe gloſſema ex hoc loco ejecimus ope manuſcript. codd. in quor. margine Græculus quidam ad vocem Δράκοντος adnotaverat; τῷ τῶν Λακεδαιμονίων νομοθέτῃ· Sol. enim, & Drac. legum Atticarum fundatores fuere. Draconis leges propriè Θεσμοὶ, Solonis a. νόμοι. Ælian. ποικίλ. 8. c. 10. Etymolog. M. in Θεσμοθέται. FABR.

En tibi levius forte remedium, (*quam audacior Nannii criſis.*) η τῳ Δρακ. η τῳ των Λακεδ. Poſt η τῳ itaque ex præcedenti membro νομοθέτῃ erit ſub audiendum. Similis locutio ap. Aelian. XIV. v. H. 45. γυναικας των Ελληνων επαινεθῆν, πενταλοφην, Αλκεστιν, ΚΑΙ ΤΗΝ προφατεσιλαου. C. V. VONCK.

p. Adde Feſtum in *Quirites*. D. GOTH.

Rom. Quirinus eſt cognominatus. Corn. Nep. Illuſt. c. 2. Dion. Hal. 2. Ant. Julian. Cæſar. Gloſſ. Gr. Lat. ῥώμυλος, *Quirinus*. Arnob. 1. adv. G. Liv. 2. Quirites à Curibus appellatos tradit, vid. Strab. 5. Plutarch. Rom. & Num. Serv. in 1. & 8. *Æn.* Corn. N. *d.* c. 2. FABR. I.

Ex h. l. Theophili patere ait *Petr. Burgius*, verba

ἐξ Ἀρεως q τὴν γένεσιν ἔχειν *23 αὐχοῦντα r Κυρίτας προσαγορεύονται. ἡνίκα δέ τις ἀπροσδιορίστως εἴποι jus civile, ὑ προστιθεμένου τοῦ τῆς δεινα πόλεως, τὸ Ρωμαϊκὸν σημαίνει. ὥστερ ἡνίκα ποιητὴν εἰποντες, καὶ μὴ προστιθέντες τὸ κύριον ὄνομα, παρ' Ελλησι μὲν δηλοῦμεν τὸν Ὅμηρον s, παρὰ δὲ Ρωμαίοις τὸν Βιργίλιον t.

tur. Si autem quis indefinite jus civile dicat, non addito hujus illiusve civitatis, Romanum significat: ſicuti, quum Poëtam dicentes neque proprium nomen addentes, apud Græcos quidem Homerum, apud Romanos autem Virgilium ſignificamus.

Τὸ δὲ ἐθνικὸν νόμιμον, κοινὸν τοῦ παντὸς 28 ἀνθρώπων γένους ἐστί. 24 τῆς χρείας γὰ 25 καλούσης, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἀνάγκης ἀπαιτούσης, τὸ ἡμέτερον γένος ἐφεῦρεν ἀφ' ἑαυτοῦ πάμπολλα, ἤτοι κατεστήσατο. καὶ γὰ ἀνεφύησαν u πόλεμοι, καὶ τούτοις ἐπηκολούθησαν αἰχμαλωσίαι, καὶ εἰσηνέχθησαν δουλεῖαι, ὅπερ ἐναντιοῦσθαι τῷ Φυσικῷ συμβαίνει νόμῳ. ἡ γὰ Φύσις ἐξ ἀρχῆς πάντας ἀνθρώπους ἐλευθέρους οἶδε τικτομένους. ἐκ x τούτου τοῦ ἐθνικοῦ νομίμου καὶ πάντα σχεδὸν y ἐπενοήθησαν τὰ συναλλάγματα. οἷον ἀγορασία, πρᾶσις, μίσθωσις, ἐκμίσθωσις,

Gentile autem jus commune eſt omni hominum generi. Ulu enim jubente, & humana neceſſitate exigente, noſtrum genus permulta ex ſeſe invenit ſive conſtituit. Etenim bella ſunt orta, & ea captivitates ſecutæ & ſervitutes introductæ, id quod juri naturali contrarium accidit. Natura enim ab initio omnes homines liberos naſci novit. Ex hoc jure gentili etiam omnes pæne contractus inventi ſunt, veluti emtio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum,

*23. αὐχοῦντες F. 2. forte per errorem, nam utrobique *gloriabatur* retinuit ex Curtio. 24. τῆς γὰρ τῆς χρ. F. 25. An κελευούσης; adſcripſit Frater Optimus JO. FRED. quod parum abfuit, quin in textum reciperem. Ita certe verti.

ba *a Romulo* in textu Latino gloſſema eſſe: neque nos in MS. Gottorp. aut Dorvill. invenimus. Cujacius quoque ejecerat. Contra Ev. Otto ob eumdem hunc Th. locum male ejectum putat. Ceterum *de Jure Quiritium* & *Civitatis* vide ſingularem MYLII *Diſſert.* & nos ad eam G. O. R.

q. Fabius Pict. ut refertur in *Origine gent.* R. Flor. 1. c. 1. Eutrop. 1. Tzetz. in *Lycoph.* FABR. I.

r. Cariſ. 1. *hi Quirites*, οἱ πολῖται ῥωμαῖοι, idem Gloſſ. Lat. Gr. hinc vindicatio ex *lege Quiritium*, i. ex *jure Romano* l. 1. §. 1. D. *de rei vind.* v. Ovid. *Faſt.* FABR. I.

s. Cic. Top. Sen. ep. 58. Philo *de Abr.* Theon περὶ χρείας. Galen. 1. κριτ. ἡμ. & lib. Quod animi morb. Proclus in *Chreſtom.* Strabo 1. Zenob. *Cent.* 1. 93. Apollonius Alexandr. *Artis* 1. ὁ ποιητὴς ὑπαγορεύει τὸν Ὅμηρον. excellentia ejus commune nomen vertit in proprium, Boët. in Top. FABR. I.

t. Serv. Poëtam dicimus, & intelligimus Virgilium. FABR. I.

u. Bella juſta. Pop. R. non indicebat præter pium, purumque duellum. Diodorus in *Excerptis Valeſii*: σφόδρα οἱ ῥωμαῖοι φιλοτιμῶνται δικαίως συνίσασθαι τὰς πολέμους, καὶ μηδὲν εἰκῇ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιούτων ψηφίζεσθαι. vid. Suidam in ἀμυνόμενοι & ἐμβαίνειν. FABR. I.

x. Lex hoc jure 5. *ff. eod.* D. GOTH.

y. Τὸ fere additum eſt δι' εὐλάβειαν φιλοσόφων, ut ait Euſtrath. in 5. Nicom. c. 8. ſive ut ait Acc. Philoſophicum temperamentum eſt. Græci ad l. 5. *de Juſt. & Jur.* excipiunt literarum obligationem & emphyteuſim. Sic enim accipi poſſe videntur Græcorum verba, ὡς ἡ ἀγωγὴ ἡ μετατιθεῖσα τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινόν. Theodor. Hermopolites lib. 2. tit 1. Καὶ τὰ συναλλάγματα καὶ αἱ ἐνοχαὶ, πάντα σχεδὸν τῶ ἐθνικῶ ἐστι. τινὰ δὲ καὶ ὁ πολιτικὸς ἐφεῦρεν, ὡς τὴν literis ἀγωγὴν, τὴν μετατιθεῖσαν παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν, καὶ τὴν περὶ ἐμφυτεύσεως. Vid. infr. *de liter. oblig.* Cujac. interpretatur ſtipulationem Aquilianam. & literarum obligationem. FABR. I.

z. 2. *Ecl.* 2. *c.* 14. *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* D. GOTH. Jus aliud ſcriptum eſt, aliud inſcriptum. Ariſt.

Ethi-

σις, κοινωνία, ϖδιαθήκη, δάνεισμα, καὶ ἕτερα πάμπολλα συναλλάγματα.

tuum, & alii quam plurimi contractus.

§. III. Εἰπόντες οὖν τὴν πρώτην τῶν νόμων29 διαίρεσιν, ὅτι οἱ μέν εἰσι Φυσικοὶ, οἱ δὲ ἐθνικοὶ, οἱ δὲ πολιτικοὶ, καὶ ἕκαστον 26 ὁρισάμενοι, καὶ ϖδιδείγμασι σαφηνίσαντες, ἔλθωμεν ἐπὶ δευτέραν τῶν νόμων διαίρεσιν. Τῶν z νόμων, οἱ μεν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. καὶ ἔγγραφοι μὲν νόμοι εἰσιν, οἷον ἡ lex, τὰ plebiscita, senatusconsulta, διατάξεις βασιλικαὶ, ἀρχόντων ἐδικτα, τῶν σοφῶν ἀποκρίσεις.

§. III. Quum igitur primam legum divisionem diximus, quod *earum* aliæ sint naturales, aliæ gentiles, aliæ civiles, & unamquamque definivimus exemplisque declaravimus, veniamus ad alteram legum divisionem. Legum aliæ sunt scriptæ, aliæ non scriptæ. Et scriptæ quidem leges sunt, ut lex, plebiscita, senatusconsulta, constitutiones Imperatoriæ, magistratuum edicta, prudentum responsa.

§. IV. Ηδέως δὲ ἐμάνθανον, πόσοι παρὰ Ρωμαίοις εἰσὶν νομοθέται, καὶ τίνες ἦτοι, καὶ πῶς τὰ παρ' ἑκάστε νομοθετήμματα κέκληται Ἐξ ϖδὲ Ρωμαίοις εἰσὶ. 27 νομοθέται a, δῆμος, χυδαῖος δῆμος, σύγκλητος, βασιλεὺς, ἄρχοντες τῆς Ρώμης, aa σοφοί. Καὶ τί ἐστι δῆμος; κοινῆς τύχης b σύ-

§. IV. Libenter vero discerem, quot apud Romanos sint legumlatores, & quales ii, & quomodo ea quæ a singulis sanciuntur, nominentur? Sex apud Romanos sunt Legumlatores, Populus, Plebs, Senatus, Imperator, Magistratus *urbis* Romæ, Prudentum

26. ὡρισάμενοι ante Ed. Lugd. 27. οἱ νομ. F.

Eth. Nic. 8. c. 15. & *Rhet. ad Theod.* 1. c. 13. Ulpian. in *or. Dem. contra Lept.* Isidor *Orig.* 5. c. 3. *Omne jus legibus & moribus constat.* Vet. Schol. Horat. Sat. 1. 1. Seneca Controv. 1. lib. 1. Quædam enim jura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt. Quintil. 12. c. 3. ἔγγραφος καὶ ἄγραφος θεσμοθεσία. Can. 7. Syn. 7. & ibi Zonar. "Jus scriptum „ Ulp. *positivum* appellat, in fragm. Regul. ut Chal„ cidius in Timæum Platon. justitiam positivam „ opponit æquitati naturali" FABR. I.

a. Tametsi hæ juris civilis constituendi formæ variæ sint: sunt tamen, qui hic enumerantur vere νομοθέται. Interim *vide* 2. *Eclog.* 1. *c.* 4. ubi paulo aliter hic locus exprimitur. Vult enim jus civile scriptum venire ἀπὸ δωδεκαδέλτε (ex legibus dixit Papinianus in *l.* 7. *ff. eod.*) τῶν τε δημοσίε δογμάτων (hoc est plebiscitis) τῶν τῆς συγκλήτε θεσπισμάτων, βασιλικῶν δογμάτων, τῆς αὐθεντίας τῶν σοφῶν. Facit quoque τὸ πραιτώριον νόμιμον ζῶσαι φωνὴν τοῦ πολιτικοῦ. D. GOTH.

Juris Conditorum sex Romæ erant vel fuerant genera; sed non eodem tempore, nec eadem ratione. [*Nusquam hoc ait Theoph.*] Populus & plebs, itemque Magistratus in Rep. sub Imperatoribus autem, Senatus ipsis volentibus, ut & Jurisprudentes; deinde Imperatores [*facto ab Hadriano initio*] soli ac per se. J. DOUJ.

Memoriæ causa his versiculis omnes inclusi:

Jus scriptum faciunt Populus, Plebs atque Senatus,
Prætor & Ædilis,) Princeps, Jurisque peritus.
Cumque Magistratu,)

G. O. R.

aa. Ante Fabrotum distinguebatur ἄρχοντες, τῆς Ρώμης σοφοί. unde Curtius male verterat: *Magistratus, & prudentes urbis Romæ.* sed mirum, quod §. 8. in f. *eod. tit.* eum in viam non reduxerit, ubi ait Th. ἢ ἀρχόντων τῆς Ρώμης, ἢ τῆς τῶν σοφῶν ἀποκρίσεως. G. O. R.

b. Hæc vox mihi suspecta. placet itaque potius populum ita definire, κοινῆς σύνοδον, hoc est universitatis concilium, cœtum, seu universos cives simul congregatos & collectos. Nisi communicationis causa institutam esse hanc societatem, id est populum innuere velit, quemadmodum Halicarnasseus uxorem viro adjungit κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων, & lex 4. *Cod. de crimine expilatæ hereditat.* divinæ & humanæ domus sociam. Isidorus 1. c. 4. Populum

σύνοδ@ c, κατὰ ταυτὸ συναριθμεμένων τοῖς ἰδιώταις καὶ τῶν συγκλητικῶν. Τὸ δὲ ὡθ' τοῦ δήμε νομοθετέμενον, λέγεται 28 lex, ἐπειδὴ ἐγγράφως ὁ δῆμ@ ἐνομοθέτει. κοινὸν δὲ τῶν ἐγγράφων d νόμων ὄνομα 29 τὸ lex, 30 [καθὸ ἐξ αὐτ῀ καλάγονται αἱ λοιπαὶ νομοθεσίαι] ἐπειδὴ e κορυφαιότατός 31 ἐστιν ὁ δῆμος τῶν νομοθετῶν, ἔδει καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ νομοθεσίαν κεκοσμῆσθαι τῷ κοινῷ τῶν ἐγγράφων νόμων ὀνόματι. Ἐγίνετο δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Τοῦ συγκλητικοῦ ἄρχοντος, οἷον τοῦ ὑπάτου f, ἐρωτῶντος, εἰ χρὴ τόδε νομοθετεῖν, ὁ δῆμος ἐπένευεν.

Prudentes. Et quid eſt Populus? communis ſtatûs concilium, una cum plebejis *ſive privatis*, etiam connumeratis Senatoribus. Quod autem a populo ſancitur, dicitur LEX, quia in ſcripto populus legem ferebat. Commune autem ſcripti juris nomen *eſt* lex : [ſiquidem ex ea reliquæ juris ſanctiones deducuntur.] Quoniam vero ſummus legiſlatorum eſt populus, oportebat etiam jus ab eo conſtitutum communi ſcripti juris nomine ornari. Fiebat autem *lex* in hunc modum : Senatorio magiſtratu, veluti Conſule, interrogante, an hoc conſtitui oporteret, populus adnuebat.

Ὁ χυδαῖος g δῆμός ἐστι, τὸ λοιπὸν ἅπαν πλῆθος, ἐξῃρημένων τῶν συγκλητικῶν

Plebs eſt reliqua omnis multitudo, exceptis Senatoribus. Jus autem ab ea

28. λὲξ ante F. 29. τὸ λέξ. ante F. 30. Incluſa omiſit F. perperam, judice M. RÖVER *ad Fr. vet. JC.* §. 3. 31. ὁ δῆμος ἐσι F.

lum definit ſociatum humanæ multitudinis juris conſenſu & concordem communione. D. GOTH.

Vox τύχης Gothofredo ſuſpecta, & merito ſi cum Curtio *fortuna* reddas. Sed Fabrotus verſionem jam correxit. vid. *Gloſſar.* noſtrum *Theophilinum.* G. O. R.

c. Conventum, concilium, & ut ex Iſidoro antea dixi, ſociatus. Sane Ariſtoteles 1. *Politicon* 1. πόλιν ſeu civitatem facit κολωνίαν τινὰ & 3. *c.* 1. Civitatem ita definit πλῆθος ἱκανὸν ὡς᾽ς αὐτάρκειαν ζωῆς. D. GOTH.

d. *Lex* omne ſcriptum jus dicitur. ut etiam Cic. L. III. *de legib.* ſcribit : *populariter legem eam eſſe, quæ ſcripto ſancit, quæ vult, aut jubendo, aut vetando, pag.* 426. ANON.

Locus Cic. hic videtur deſignari ex *L.* 1. *de LL. cap.* VI. ſeu §. 19. *populariter interdum loqui neceſſe erit, & eam legem, quæ ſcripto ſancit quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus, appellare.* G. O. R.

Sic legis nomen χυικῶς accipitur in *l.* 1. *C. ne fidejuſſ. dot. dent.* FABR.

e. [Legum enim rogandar. & abrogandar. jus & poteſtas penes populum erat, ſive ut ait Polyb. 6. ἔχει τὴν κυρίαν καθ᾽ ὡς᾽ς τῆς τῶν νόμων δοκιμασίας. *Ed.* 1.] Theoph. autem σολοικίζει ex Luciani ſententia : debuit enim dicere, κορυφαῖον. [Phrynichus : κορυφαιότατον, σὺνεκαλυψαμὴν ἐυρὼν ὡθ᾽ φαβωρίνῳ. λέγε ὃν, κορυφαῖον. *Edit.* 2.] Plutarchus tamen ita loquitur in Pompejo, [& adverſ. Colot. *Edit.* 2.] κορυφαιότατος Πάπας Concilii VI. act. 18. κορυαφιότατ@ τῶν κακῶν, Iſidorus Peluſiot. lib. 5. epiſt. 482. FABR.

Dionyſium Halic. inſuper & Joſephum & Laërtium præter alios hoc ſuperlativo uſos, docet Græv. ad *Luciani Solœciſtam*, novæ Edit. T. III. *p.* 565. G. O. R.

f. Cicer. Antoniana 1. Conſules populum jure rogaverunt (hoc enim à majoribus accepimus jus rogandi) populusque jure ſcivit. lex igitur eſt, quam populus centuriatis comitiis ſciverit. Boët. in Top. FABR. I.

g. Πλῆθος. 2. *Eclog.* 1. *c.* 238. *ff. de verb. ſignificat.* D. GOTH.

h. Ἀξιωματικῶν. *Eclog. d. loco* & infra eodem πολιτικῶν. D. GOTH.

Th. & h. l. & mox verſ. ὀχυδαῖ@ rectius addidiſſet verba κὴ πολιτικῶν, quemadm. ea non omiſit in fine huj. §. ubi verborum Juſtiniani nudum tranſlatorem agit. TREKELL.

i. Plebiſcitum ἀπ᾽ τὲ ſciſcere ἢ ψηφίζεσθαι, quod eſt decernere & conſtituere, non ἀπ᾽ τὲ ſcire. FABR.

Ideo addidit Th. καὶ κυρωθὲν : ut taceam γινώσκω ſigni-

τικῶν h. Τὸ δὲ παρ' αὐτοῦ νομοθετούμενον, πλεβίσκιτον 32 ἐκαλεῖτο, τουτέστι τὸ ὑπὸ τοῦ πλήθους i γνωσθὲν, καὶ k κυρωθέν. Τοῦ γὰ 33 πλεβισκίτου l ἄρχοντος, m τουτέστι τοῦ τριβούνου, (οὗτος δέ ἐστιν ὁ n δήμαρχος) o ἐρωτῶντος, ἐνομοθέτει τὸ πλῆθος.

ea conſtitutum, Plebiſcitum vocabatur, id eſt a plebe cognitum & decretum. Plebejo enim magiſtratu, id eſt Tribuno, (hic *Græcis* eſt δήμαρχος) interrogante, plebs jus conſtituebat.

Τὸ δὲ χυδαῖον πλῆθος τοῦ δήμου τούτῳ διενήνοχεν, ᾧ διενήνοχε γένος p ἀπὸ εἴδους. Τῇ γὰρ τοῦ δήμου προσηγορίᾳ, πάντες σημαίνονται πολῖται συναριθμουμένων πατρικίων, καὶ συγκλητικῶν. τῇ δὲ τοῦ 34 plebis ὀνομασίᾳ, δίχα q πατρικίων τε καὶ συγκλητικῶν r οἱ λοιποὶ πολῖται δηλοῦνται.

33 Plebs autem a populo *in* eo differt, quo genus differt a ſpecie. Populi enim appellatione omnes ſignificantur cives, connumeratis Patriciis & Senatoribus: Plebis autem appellatione ſine Patriciis & Senatoribus reliqui cives ſignificantur.

§. V. s Ἐν τρίτῃ τάξει 35 νομοθετοῦσι καὶ Ῥωμαίοις ἡ σύγκλητος. Σύγκλητος δέ ἐστι, σύστημα ἐξ ἐπιλέκτων ἀν-

§. V. Tertio loco apud Romanos jus conſtituit Senatus. Senatus autem eſt cœtus ex ſelectis viris, purus ab

32. κέκληται F. 33. *plebis* legend. vid. Not. 34. πλέβις ante F. 35. νομοθετεῖ F. quod & mihi magis placeret.

ſignificare etiam *judico, decerno, conſtituo.* G. O. R.

k. [*Gloſſæ Ed.* 2.] κυρῶ, *decerno, ſancio.* FABR.

l. Vox iſta plane ſuſpecta: non enim tribunus erat magiſtratus plebiſciti, ſed plebis. Itaque videtur legendum πλέβις. ED. GEN.

Eamdem emendationem propoſuit G. D'ARNAUD in Conject. pag. 148. Ego tentabam vel πλεβείης vel convenientius *plebis τῆ.* G. O. R.

m. Melius ὅιον *veluti.* FABR. II.

Immo recte Th. mentem expreſſit, namque Latinum *veluti* hic valet, *id eſt*: quæ duo inter ſe confundi, monui in *Obſ. Miſc. Nov.* T. V. *pag.* 381. Tribuni enim & ædiles plebeji, proprii plebis magiſtratus erant, ut VINNIUS h. l. ait, ſed ædiles rogationes ad plebem tuliſſe, nemo prodidit. G. O. R.

n. Gloſſæ: δήμαρχος. *tribunus.* FABR. II.

o. Inter. ἀντὶ τῆ rogante: hinc rogationes pro legibus & plebiſcitis. Gell. 10. 20. lex rogata in l. 1. D. ad leg. Falc. Notæ Probi: P. l. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P. populum jure rogavit, populusque jure ſcivit in foro pro roſtris, & ante diem pridie. Gloſſ. lat. gr. rogatæ ſunt, ἐκυρώθησαν κύρωσις. εἰσφορὰ νόμε. rogatio legis. FABR. I.

Jure rogante, [*l.* interrog.] pro rogante. Gloſſæ: ἐρωτᾷ, *rogat.* Hinc rogationes pro legibus & plebiſcitis. FABR. II.

p. Immo quo differt ὅλον σύνολον ἀπὸ τῆ μέρες. Nam populus eſt totum quoddam, cujus pars eſt plebs. vid. Iſid. I. c. 4. & Feſt. in *Populus.* GEN. ID. *& alii.*

q. d. c. 238. adde Iſid. 1. c. 4. Feſtum in Populi. D. GOTH.

r. L. 238. D. de verb. ſig. Idem ſcripſerat Feſt. in *ſcitum populi.* prout ſcilicet à Romulo in Patricios & Plebejos Romani diſcreti ſunt, atque ita plebs exponitur in Gloſſ. gr. lat. δῆμος μικρὸς, & plebiſcitum, λεπτὸ δῆμε ψήφισμα. Livius 2. *Conſul Appius negare jus eſſe Tribuno in quemquam niſi in plebejum: non enim populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe.* & lib. 29. *Ea mihi populo, plebique Romana.* Populus igitur ex omni conditione conflatur, plebs patres non continet, Gell. 10. 20. Interdum tamen populum pro plebe dixerunt. Gloſſ. gr. lat. δῆμος, populus, vulgus. Plin. Paneg. *Datumque congiarium populo.* Martial. 8. 15. *Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus.* Plutarch. in Rom. ποπούλας ὠνομάσθη πολῆτος. FABR. I.

s. In his quæ ſequuntur, confundit Theoph. Senatusconſultum cum lege. Lex erat populi conſtitutio. Senatusconſultum Senatus annua conſtitu-

tio.

ἀνδρῶν, καθαρεῦον [t] ἰδιώτου [u] παντός. Τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον, λέγεται *35 ἰδικῷ [x] ὀνόματι senatusconsultum [y], τουτέστι τῆς συγκλήτου τὸ δόγμα. Ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν, Πῶς δυναμένου τοῦ δήμου συνιέναι, καὶ 36 legem 37 [ἤτοι τὸν νόμον] ποιεῖν [z], εἰς διαφόρους 38 διηρέθησαν τὸν νόμον ὀνομασίας; ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη. ἐν τῇ Ῥώμῃ πολυανθρώπῳ οὔσῃ, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, στάσις καὶ διχόνοια τὶς *38 ἀνεφύη, μέλαξὺ τῶν [a] συγκλητικῶν καὶ τοῦ χυδαίου δήμου, τυχὸν περὶ τιμῆς ἔχειν βουλομένων τῶν συγκλητικῶν. Τούτου χάριν ἀλλήλων ἐχωρίσθησαν [b] καὶ ἰδίᾳ δῆγον, καὶ

ab omni plebejo *sive privato*. Jus autem ab illis conſtitutum ſpeciali nomine Senatusconſultum dicitur. Sed poſſit aliquis dicere: quomodo, cum populus poſſet convenire legemque facere, in diverſas appellationes *ipſam* legem diſtraxerunt? Cauſa autem hæc eſt: In *urbe* Roma, *utpote* populoſa, ut fieri amat, ſeditio & diſcordia aliqua exorta fuit inter Senatores ac Plebem, Senatoribus forte principatum habere cupientibus. Hujus *rei* cauſa a ſe diſcedebant & ſeparatim agebant, ſeparatimque respublicas adminiſtrabant. Et quoniam in republica

*35. ἰδιωτικῷ F. v. Not. 36. λέγειν ante F. 37. de: F. & ſane gloſſam ſapit. 38. διηρέθησαν τῶν νόμων ὀνομ. F. & ſic Vigl. primo ediderat, ſed in Emend. corrigitur, διήρεσεν τὸν νόμον ὀνομ. pro quo Lovan. & reliquæ διήρησεν τ. ν. ὀν. Reliqua in Not. *38. ἀνεφύει F.

tio. Dionyſius Halicarnaſſeus Antiq. 9. Boët. in Top. *Senatusconſulta ſunt, quæ fuerunt Senatus auctoritate decreta.* FABR.

Inanis & vana criſis, quam refellunt præter alia capp. 36. 37. & 40. Nam neque TREKELLIUS neque ego hanc *SCti* & *Legis* confuſionem in noſtro deprehendere poſſumus. Adde Not. *i.* ad cap. 39. Quæ autem alii de *SCtorum* vi in libera rep. diſputant, adverſus Juſtinianum magis quam adv. Th. faciunt. G. O. R.

t. Adde *l.* 2. §. 25. 26. *de origine juris.* D. GOTH.

Initio ita ſe res habuit. At honoribus, qui ab origine Senatorii fuerant, cum plebe communicatis, patuit in Senatum aditus plebejis, qui Magiſtratum adepti erant. J. DOUJ.

Rurſus in immerentem Th. faba cuditur. Ut enim taceam, Juſtiniani ævo, immo ante illum (vid. ex. gr. l. 8. *de Senatorib.*) Viros Senatorios & illuſtres plebi exemtos fuiſſe: vertamus græcam vocem ἰδιώτης per *privatum hominem*, ut vel gloſſæ docent; & cogitemus, noſtrum hic Senatum opponere populo ac plebi in eo, quod in legibus plebiſcitisque rogandis nonniſi *privati cives*, aut ita ſaltem conſiderati, in ſuffragium mitterentur, at in SCtis faciendis publicæ tantum perſonæ conſulerentur. G. O. R.

u. Vide *l.* 2. §. 20. & 24. *ff. de origine juris.* D. GOTH.

x. Priores editiones ἰδικῷ. Henricus Erneſtius amicus noſter vir doctiſſ. mallet ἰδίῳ cum Curt. ego puto lect. vett. Codd. retinendam, & ita vertend. *vulgariter*, ἰδιωτικῶς. FABR. I.

Priores editiones, ἰδικῷ ὀνομ. quod eſt *ſpeciali nomine*. Curtius videtur legiſſe, ἰδίῳ. Hoc forte voluit Th. id quod Senatus jubet atque conſtituit, Latino ſermone Senatusconſultum dici. FABR. II.

Immo ſpeciali nomine *SCtum*, generali *Lex* appellatur. confer cap. 30. &c. Nec tamen damno ἰδίῳ i. e. *proprio*. G. O. R.

y. Senatusconſultum ut differat à Senatus decreto, vide apud Feſtum *in Senatus decreto*. D. GOTH.

Alibi legitur συγκλήτου δόγμα, & ſimpliciter δόγμα. Quod ſi probe notaveris, multa loca à paucis intellecta, perſpicua deprehendes. H. ERNST.

z. Ex duabus editionis Viglianæ lectionibus unam, ni fallor, veram conſtitui. Namque primo ἀνακόλεθον foret non tolerandum, τῦ δήμυ δυναμένυ . . . . ὁ δῆμος διήρησε. Deinde verbum διαιρέω in aor. 1. act. nusquam adhuc reperi. Tertio, verba autem paſſiva ſæpius pro mediis & activis uſurpari, lectori vel notum eſt, vel innoteſcet ex *Kuſtero de Verb. med* §. 35. atque alibi: cui comitem do Laſcarin p. m. 257. Πλεῖστα δὲ τῶν παθητικῶν κοινῶς λαμβάνονται, ἐνέργειαν καὶ πάθος σημαίνοντα ἔθει Ἀττικῷ· καὶ μάλιστα οἱ καλούμενοι μέσοι χρόνοι αὐτῶν, adde pag. 283. & *Vigeri* Idiot. Cap. V. Sect. 3. §. 14.

καὶ ἰδίᾳ ἐπολιτεύοντο. καὶ ἐπειδὴ ἐν πολιτείᾳ ὄντας δίκα πραγμάτων ἐκ 39 ἦν βιοῦν, ἀλλ' τὸ τὰς ἐγειρομένας καταπαύειν φιλονεικίας τε καὶ δίκας, ἐτίθεντο νόμοι ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν · ἐνομοθέτει δὲ 40 καὶ κεχωρισμένῳ bb ὁ χυδαίῳ δήμῳ, καὶ εἰκότως 41 ἐδέχετο τὰ παρ' αὐτῶν νομοθετήματα ἀλλόφορον προσηγορίαν. Τὸ γοῦν ὑπὸ τῆς συγκλήτου 42 νομοθετούμενον, lex ἐκ ἠδύνατο προσαγορεύεσθαι, ἀλλ' τὸ μὴ προσεῖναι τὴν τοῦ χυδαίου δήμου προαίρεσιν, καὶ' ἀναγκαίως ἐκ τῶν εὐρόντων, ἐκλήθη Σενάτους κονσούλτον, τουτέστι τῆς συγκλήτου τὸ δόγμα. Senatus γάρ ἐστιν ἡ σύγκλητος · c consulere δὲ τὸ προνοιαν ποιεῖσθαι · d ἐπειδὴ 43 οὖν ἡ σύγκλη-

blica verſantes ſine negotiis vivere non poterant, ad exorientes controverſias ac lites tollendas, a Senatoribus leges ponebantur. Sed & plebs 36 ſeorſum jura conſtituebat, & merito quæ ab his conſtituebantur, diverſam acceperunt appellationem. Jus enim a Senatu ſancitum, non poterat Lex appellari, quum plebis voluntas non acceſſiſſet; ac neceſſario ab auctoribus dicebatur Senatusconſultum. Senatus enim eſt *cœtus ille*: conſulere autem curam agere. Quoniam ergo Senatus, curam agens eorum qui in lites incidebant, jura 37 conſtituebat, merito Senatusconſul-

39. ἐνῆν. F. 40. καὶ Fabroti fide adjecimus. Præſtatne mox κεχωρισμένως; ut Huber. citat & ego verti. 41. ἐδέχ. διάφ. παρ' αὐ. τὰ νομ. προσηγ. F. 42. τιθέμενον ἐκ ἠδύνατο *lex* F. 43. ἓν προν. ἡ σύγκλ. F.

14. cum quo ſic concludo: *Monuiſſe ſat eſt.* Vide tamen Gloſſarium noſtrum h. v. Τῶν autem νόμων quis ferat? G. O. R.

a. Hæc enarrantur ap. Liv. L. II. ANON. DUK.

b. Non una fuit ſeceſſio, ſed plures: quarum præcipuæ tres; in montem Sacrum [A. U. 260] in Aventinum [A. U. 305.] in Janiculum [A. U. 467.] J. DOUJ.

Num plures fuerint, quam tres, non ſat ſcio: niſi paucorum militum ſeceſſiones adnumeres. Sed quid hic Theophilus commiſit, qui non plebis R. ſed plebiſcitorum pro legibus obſervatorum hiſtoriam nobis tradit. Atqui id tertia ſeceſſione valide impetratum G. O. R.

bb. ULR. HUBERUS in *Digreſſ. Juſtin.* P. II. L. I. c. X. primo contendit adverſus Sigonium, minus recte cum Imperatore exiſtimaſſe Theophilum, Patricios ac Senatores a comitiis tributis fuiſſe excluſos, id eſt: quemadmodum Senatus ſeorſum a plebe ſua decreta fecerit, ita etiam in plebiſcitis condendis Senatores & Patricios non fuiſſe admiſſos, &c. Sed primo Th. hic non de omnibus plebiſcitis, ſed de illis tempore ſeceſſionis factis differit: ſecundo ſi *plebs* definitur, ceteri cives ſine patriciis & ſenatoribus, quid inde ſequitur? tertio Livii & Lælii Felicis ap. A. Gellium auctoritas apud me prævalet Dionyſ. & Plutarchi dictis, quæ ap. Huberum invenies, qui & ipſe tandem pro Sigonio & noſtro contra Gruchium diſputat, ejusque objectionibus ſatisfacit. G. O. R.

c. *Conſulere* quidem interdum idem eſt, quod providere, & proſpicere, & inde conſules dictos putant Pompon. in l. 2. §. quod ad magiſtratus D. de orig. jur & Florus lib. 1. c. 9. Martian. Capella lib. 5. [D. Hieron. cap. 3. in Eſaiam. *Senat. quoque conſulta dicuntur & principes quondam Romani, Conſules appellati ſunt vel à conſulendo civibus, vel ab agendo cuncta conſilio.* Ed. 2.] Sed conſulere Senatum eſt rogare, ut olim populus rogabatur, id eſt, conſulebatur. Sed & Senatus conſulere dicitur, quod eſt decernere, ut in Senatusconſulto Velleiano, [unde *conſulta* pro SCtis, Tertull. *ad Nationes* l. c 10. Edit. 1.] [Juſtinus 1. 7. *Si quid in Crœſum crudelius conſuluiſſet* & lib. 11. ult. *Ne in ſe gravius conſulatur.* & lib. v. 3. *Crudeliter in plebem conſuleret.* Ed. 2.] FABR.

d. Raro privatarum litium (1) cauſa fiebant tempore Reip. SCta aut plebiſcita, præterquam ſi crimen majeſtatis verteretur. Raro etiam in dubium a plebejis (2) revocata eſt SCtorum vis, niſi in iis, quæ populo ab ipſis Urbis primordiis reſervata erant: jus ſcil. legum condendarum, creandorum Magiſtratuum, belli indicendi, pacisve ſanciendæ: in quibus ipſis magni ſemper momenti fuit auctoritas Senatus; quæ cum populi ſcita initio ſequeretur & confirmaret, poſtea ut præiret, conſtitutum eſt. Lege Valeria ſancitum eſt jus

continet legitimam cognationem, id eſt agnationem: agnatione autem ſublata, diſſoluta eſt etiam cognatio: Nam quoniam eam agnatam vocare non poſſum, conſequenter nec cognatam.

Διὸ ἐάν τις τὸν ἴδιον γαμβρὸν n εἰς θέ-167 σιν 53 βάληται λαβεῖν, ὀφείλει πρότερον τὴν θυγατέρα ποιεῖν *53 ἐμαγκίπατον· εἰ δέ 54 τις ἔχων υἱὸν καὶ νύμφην, βούλεται εἰς θέσιν λαβεῖν τὴν νύμφην, ἐμαγκιπατεύειν πρότερον ὀφείλει τὸν υἱόν· εἰ γὰ μὴ τοῦτο *54 πράξῃ, τῇ θέσει τοῦ γαμβροῦ ἢ τῆς νύμφης ο ὁ γάμος ἀλυθήσεται· εὑρεθήσονται γὰρ 55 ἀδελφοί· μεταξὺ δὲ ἀδελφῶν, οὐδὲ 56 ἐὰν ὦσιν θετοί, συνίσταται γάμος.

Ideo ſi quis ſuum generum in adoptionem velit accipere, debet prius filiam emancipare. Si quis autem filium habens & nurum, nurum in adoptionem velit accipere, filium prius emancipare debet. Niſi enim hoc fecerit, per adoptionem generi vel nurus nuptiæ diſſolventur; invenientur enim fratres: atqui inter fratres, neque ſi adoptivi ſint, conſiſtit matrimonium.

§. III. Τὴν p τοῦ ἀδελφοῦ 57 μου, ἢ τῆς ἀδελφῆς μου θυγατέρα, λαμβάνειν πρὸς γάμον οὐ θέμις· ἀλλ' οὐδὲ τὴν τούτων ἐγγόνην q, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τετάρτου εἰσὶ βαθμοῦ· 58 ἐξ οὗ βαθμοῦ [οὐ] r δύναμαι λαμβάνειν πρὸς γάμον, οἷον τὴν 59 θε-168

§. III. Fratris mei aut ſororis meæ filiam, uxorem ducere fas non *eſt:* ſed neque horum neptem, etiamſi maxime quarti ſint gradus: ex quo gradu uxorem poſſum ducere, veluti patrui vel amitæ, *avunculi vel materteræ*

*52. Si quis malit ἀπόλυται, non refragabor. Aliud foret ἀλέλυται. G. O. R. 53. βάλεται ante F. *53. ἐμαγκιπάταν F. 54. τις de: Lugd. & Goth. *54. πράξει ante hanc. 55. οἱ ad: Lugd. & Goth. male. 56. εἰ pro ἐὰν F. 57. μοῦ de: F. 58. ἐξ οὗ βαθμοῦ δύναθαι λαμβ. πρὸς γάμον οὐ θέμις, οἷον F.

filiam ſuam emancipavit, Suet. Claud. c. 27. ἵνα μὴ ἀδελφοὺς συνοικίζειν δοκῇ, Dio 60. FABR. I.

o. Th. ſententia confirmatur, l. pen. §. 3. D. de rit. N. [& l. 17. pr. & §. 1. *eod.*] ad quam rectè Theod. Balſ. ὥστερ γάμῳ λύεται, ὑνίκα τις τὸν ἴδιον γαμβρὸν ὑοθετήσηται, Phot. Nom. t. 13. c. 2. idem ſcribit gr. int. 28. baſil. Itaque volenti generum adoptare ſuadetur ut filiam emancipet, & ei qui nurum velit adoptare, ut emancipet filium, l. 17. eod. v. infrà de adopt. in princ. FABR. cap. 193. not. *h.*

p. *l.* 17. *Cod. de nuptiis.* 1. Gajus 4. §. 4. *l. ult. Cod ſi nuptiæ ex reſcripto.* D. GOTH.

Ex 3. gradu non licet uxorem ducere, Ambroſ. octavo ep. præter fratris filiam, Ulp. Rufini t. 6. quod Claudius invexit. Suet. Cl. 26. Tac. an. 12. Schol. Juven. Auctor Octaviæ act. 1. *Genitamque fratre conjugem captus, ſibi Toris nefandis flebili junxit face.* Nerva prohibuit, Xiphilin. in N. Sororis autem filiam ducere nunquam licuit, ut conſtat ex Paul. Pap. & edicto Dioclet. & Max. d. t. 6. Hodie ſublata eſt ejusmodi differentia. FABR. I.

q. Imo ne proneptem quidem, *l. ſororis proneptem* 39. *ff. de ritu.* D. GOTH.

r. Contra ſententiam Juſtiniani negationem adjecit [Th. ex jure novo *Ed.* 1.], quamquam, ſi verum amamus, τὸ ϐ non videtur a manu Theophili eſſe: imo quod ait Juſtinianus, non licere fratris neptem ducere, quamvis quarto gradu ſit, Theophilus exemplo ducto ex §. ſeq. illuſtrat, licere ſcilicet patrui filiam ducere, quæ quarto gradu eſt: hoc eſt inter duorum fratrum liberos eſſe matrimonium, quaſi, quod dicitur de fratris nepte, ſit vitium regulæ quæ definit, ex quarto gradu, licere uxorem ducere, quia fratris nepti parentis loco ſum, ac per hoc tollenda erit negatio ex §. *duo.*

De-

59 θετὴν θυγατέρα τῦ θείυ ἢ τῆς θείας· καναὼν γὰρ ἔτω σοι καθολικὸς, s ἐκείνου τοῦ ωρσώπυ, ὃ τὴν θυγατέρα ὑ δύναμαι λαβεῖν πρὸς γάμον, τούτου οὐδὲ τὴν ἐγγόνην· εἰ δὲ ὁ φυσικός μου πατὴρ λάβῃ τινα κόρην εἰς 60 θέσιν, γένηται δὲ ἐκ ταύτης θυγάτης, δύναμαι 61 λαβεῖν ταύτην πρὸς γάμον, ἐπειδὴ t κοσνάτα *61 μοῦ ἐστιν αὕτη, ὡς ἐκ θηλυγονίας γινωσκομένη· εἰρήκαμεν δὲ, 62 τὸν ἐν φύσει κογνάτον ἐν θέσει *62 μηδὲν εἶναι.

teræ, filiam adoptivam. Generalis enim tibi sit regula: illius personæ, cujus filiam non possum uxorem ducere, hujus neque neptem. Si autem pater 169 meus naturalis puellam aliquam adoptaverit, & ex ea nata sit filia, possum eam uxorem ducere, quia hæc cognata mihi est, quasi per femininum sexum *me* contingens. Diximus autem, cognationem naturalem in adoptione nullam esse.

§. IV. Δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων ἢ 63 θηλύων παῖδες, ἢ ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς, ἀλλήλοις *63 οὐ u δύνανται πρὸς γάμον συναπτεσθαι.

§. IV. Duorum fratrum vel sororum liberi, aut fratris & sororis, inter se non possunt matrimonio conjungi.

§. V. §. V.

59. θετὴν F. cum Curtio ejecit. 60. θετὴν Lugd. & Goth. male. 61. λαμβάνειν F. *61. μοι F. 62. legendum τὸ neutro genere, ut cap. 163. & 173. *62. ὐυδὲν F. 63. Sic omnes editt. Vid. θῆλυς in Gloss. Th. *63. ὐυ de: in sola Lovan. vid. Not.

Denique non aliter legit Curtius, apud quem libris opinor auctoribus heic & in d. §. δύο negatio deest in editione Pictaviensi, quæ prodiit anno 1539. alioquin videri poterit Theoph. non satis bona fide interpretis officio functus. FABR.

Primus Gothofredus negationem in versione Curtiana addidit, quæ in omnibus editionibus ipso vetustioribus, non in sola Pictaviensi, deest. Plane autem facio cum G. d'Arnaud, qui in *Var. Conject.* pag. 161. lectionem Viglianam Fabrotianæ præfert, dummodo negatio ex ultima syllaba vocis præcedentis βαθμοῦ orta, tollatur, quam ideo cancellavi. Quod cum pluribus explicuisset, sic concludit: „ Aliquam autem differentiam fuisse, „ quod ad prohibitiones nuptiarum, inter adoptio„ ne & natura conjunctos, inde colligo, quod „ Justinianus in §. 5. de amita loquens, eam *licet* „ *adoptivam* uxorem ducere licere neget. Et „ Theophilus τὴν ἐμὴν ἄμιταν" &c. G. O. R.

s. Intellige fratris vel sororis. D. GOTH.

Hoc ita verum, si filiam ideo ducere non possim, quod ei sim loco parentis, ut in hypothesi proposita a Justiniano. Alias enim avi neptem, quæ mihi amitina est, ducere possum, licet ejusdem avi filiam, amitam nempe meam, non possim uxorem habere. J. DOUJ.

Sed nec avi mei neptem tum temporis, quo Theophilus scribebat, mihi nubere potuisse, patebit ex Notis atque Excursu X. ad seq. § G. O. R.

t. Imo ne cognata quidem est hæc sororis adoptivæ filia, secundum ea quæ ipse Th. supra commentatus est, & quæ paulo post subjicit ex l. 23. D. *de Adopt.* & l. 12. §. ult. *de R. N.* J. DOUJ.

Itane ex sola semper versione sapit Professor Primicerius? nonne & hic sibi constat Th. qui ὡς ἐκ θηλυγονίας dicit? G. O. R.

u. Bene ὐυ a Rescio ablatum est: quamquam enim nulla gens castius gradus affinitatis [cognationis *dicendum erat*, G. O. R.] observavit quam Romana, ut argumento est, quod apud Persas inter matrem & filium, apud Græcos inter fratrem & sororem nuptiæ coibant, tamen inter patrueles, atque eos qui ejusdem gradus sunt, licitæ semper nuptiæ fuere: supra hunc gradum incestæ habitæ sunt. Primus autem Claudius Cæsar Agrippinam, cui patruus erat, in uxorem duxit, sed nonnisi unum imitatorem Talledium Severum invenit. Vide Corn. Tacitum Lib. XII. P. NANN.

Th. h. l. legit negative: ut & Ivo Carnotensis Pannonias parte 7. & Damianus in epist. ad Rusticum ait suo tempore negativam fuisse lectionem in omnibus exemplaribus. Cajus quoque, qui hodie exstat, negative legit. Habeo etiam duo exemplaria manuscripta, in quibus negativa est lectio: quorum alterum aliquando ostendi Cujacio nostro. Puto tamen nihilominus Justinianum scripsisse affirmative: idque ait Gregorius in responsione ad Augustinum Angliæ episcopum. Hanc autem quæstionem tractavi fusissime L. II. *subsecivarum lectionum* cap. 1. A. CONT.

Quin etiam [præter Cod. Theodos. & Cajum] Tigurinus liber manuscriptus [& Codex Gottorpiensis a prima manu, G. O. R.] negationem habet hoc loco, *conjungi NON possunt*, quæ tamen in altero quodam codice deleta est. Theophilus autem eam omnino retinet; atque ut verum dicamus,

§. V. Τὴν ἐμὴν ἄμιταν [x] (ἄμιτα δέ 170 ἐστιν ἡ πρὸς πατρὸς θεία) οὐ δύναμαι 61 λαβεῖν πρὸς γάμον, εἰ καὶ θετή ἐστιν· οὐ μὴν οὐδὲ τὴν ματερτέραν, (ματερτέρα [y] δέ ἐστιν ἡ πρὸς μητρὸς θεία) ἐπειδὴ μητρῶν [z] τάξιν ἐπέχουσι· τούτῳ 64 τῷ λόγῳ οὐδὲ τὴν μεγάλην ἄμιταν, οὐδὲ τὴν μεγάλην ματερτέραν, ἐπειδὴ μαμμῶν τάξιν ἐπέχουσι· 65 καὶ ἔστι μεγάλη [a] ἄμιτα ἡ τοῦ πάππου μου ἀδελφή, ἣν ὁ ἐμὸς πατὴρ ἄμιταν, 66 ἐγὼ δὲ μεγάλην ἄμιταν ἀποκαλῶ· μεγά 171 λη δὲ [b] ματερτέρα ἡ ἀδελφὴ τῆς ἐμῆς μάμμης, ἣν ἡ ἐμὴ μήτηρ ματερτέραν καλεῖ, ἐγὼ δὲ μεγάλην ματερτέραν· Εἰρηται 67 ἐπὶ τῆς ἀμί-

§. V. Amitam meam (amita autem est patris soror) haud possum uxorem ducere, etsi adoptiva est: quin nec materteram, (matertera autem est matris soror) quia matrum locum obtinent. Eadem ratione neque amitam magnam, neque materteram magnam, quia aviarum locum obtinent. Est autem amita magna avi mei soror, quam pater meus amitam, ego vero magnam amitam nomino: matertera autem magna aviæ meæ soror, quam mea mater appellat materteram, ego autem magnam materteram. Dictum est in ami-

64. τούτῳ δὲ τῷ F. 1. sed in 2. simpliciter τούτῳ. 65. ἔστι καὶ F. 66. ἐκάλει ad: F. 67. δὲ injicit F.

mus, noster hic locus ita scriptus a Justiniano est, ut series orationis negationem potius flagitare, quam repudiare videatur. FR. HOTOM. *in Comm. Inst.*

Quidam negationem tollunt: quorum adjuvare sententiam videtur, quod in l. *Celebrandis C. de Nuptiis* hujusmodi nuptiæ permittuntur. Variasse tamen hac in re Romanorum leges, multis ex locis intelligitur. &c. *Ex edit. Lugdun.* FR. HOTOM.

Eadem negatio extat apud Gajum 1. *tit.* 4. §. 7. [vid. Brisson. in libro de Jure Connubior. GEN. ED.] Deest autem in ipso institutionum authentico, quod etiam confirmatur *l.* 3. *ff. de ritu l.* 19. *C. de instit. & substitutionibus.* D. GOTH.

Negativa particula οὐ videtur desumpta ex Codice Theod. tit. *de Incest. nupt.* l. 3. & l. un. C. Th. *Si nuptiæ ex rescripto petantur.* In textu enim Justiniani neque in sacris litteris ejusmodi conjunctio prohibita est. Vid. Harmenop. lib. δ'. tit. ς'. H. ERNST.

In vett. Inst. deest negatio. Quid ergo faciemus Theophilo, qui legisse videtur, *non poss.* In duob. enim Th. R. codicib. leg. οὐ δύναντ[αι], in tertio deest neg. sed recentiore manu adjecta est. versus incipit à verbo δυν. & alieno loco & ordine præponitur neg. [Certe mihi constat, recte abesse negationem apud Justinian. in §. *duorum*, ac Theophilum ita legisse & vertisse persuasissimum habeo. vide ad §. 3. *Edit.* 2.] Sed & hic ex jure noviss. adscripta est, eademque ratione l. celebrandis eod. non est in lib. basil. propter junior. Principum constitutiones. Anianus quoque sæculi sui jus, & barbariem obtrusit. [Conjunctionem hanc divina lege concessam quidam putant, argumento ejus, quod relatum est de filiab. Salphaad, quæ nupserunt filiis patrui sui. Num. c. ult. Sanctus Athanasius in Synopsi S. Scripturæ: γίνεται ἀσύστασμα κυ-

ρίᾳ καὶ νόμῳ, νόμιμον εἶναι γάμον, τὴν ἀσεβῆ συζυγίαν. Apud Græcos justæ erant nuptiæ inter consobrinos, Andocid. or. 1. Isæus or. 7. Ex Theodosii magni constitutione justæ non sunt, Liban. ἀγγαρειῶν. utique autem hoc jure justæ sunt. His jam editis nactus sum Fr. Florentis Anteceff. Aurel. eruditiss. disputationem de nuptiis consobrinar. prohibitis aut permissis, ex ipsius auctoris dono: in qua de tota hac re peritissime & ingeniosissime tractat, quam operæ pretium videre. Addam tantum, mihi constare, recte abesse (*& ut modo ex Edit.* 2. *dedimus.*) Ex Edit. 1. & add.] FABR.

Justinianum hac in materia variasse, in Institutionibus ejus vetitas, in Codice repetitæ prælectionis permissas esse, (cum Sirmondo, etsi nescius) censet probatque G. D'ARN. quorum uti & aliorum diversas sententias atque argumenta excutiemus in *Excursu X.* G. O. R.

x. *l.* 17. §. 2. *ff. de ritu nuptiarum.* ἄμιτα glossis θεία ἀσὲς πατρὸς. quasi à me tertia Festo. D. GOTH.

Plut. in Rom. Q. FABR. I.

y. Ματερτέρα glossis μητρὸς ἀδελφή. D. GOTH. Ματερτ. gloss. ἡ ἀσὲς μητρὸς θεία. GEN. ED.

z. Hinc Festo materteia quasi mater altera. D. GOTH.

Dionys. Halicarn. 4. Ταρκυνίαν δὲ τὴν ἐκείνης γυναῖκα, ἣν ἀσέβησεν αὐτῷ τιμωρὸν ὥσπερ μητέρα, πατρὸς ἀδελφὴν οὖσαν. Sicut patruus, aut avunculus penè pater. certè fratris filium τέκνον patruus appellat in l. 60. §. 4. *Mand.* ideoq. sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor, apud Germanos auct. Tac. de morib German. FABR. I.

a. Magna amita, avi soror *l.* 1. §. 6. *l.* 10. §. 15. *ff. de grad.* D. GOTH.

b. Matertera patris & matris, mihi magna

ἀμίτας, ὅτι οὐ δύναμαι ταύτην λαβεῖν, εἰ δὲ ἐξ ὑπάρχει θετή, [c] οὐκέτι δὲ [68] ἐπὶ τῆς ματερτέρας.

Καὶ πῶς [d] συμβαίνει εἶναι θετὴν ἄμιταν, ἢ μεγάλην θετὴν ἄμιταν; οἷον [69] ὁ πρὸς πατρὸς πάππῳ μου ἔχων υἱὸν τὸν ἐμὸν πατέρα, ἔλαβε κόρην τινὰ εἰς θέσιν, καὶ ὁ μὲν ἐμὸς πατὴρ ἐκάλει αὐτὴν θετὴν ἀδελφήν, ἐγὼ δὲ θετὴν ἄμιταν.

Μεγάλη δὲ θετὴ ἄμιτα πῶς [70] συμ-172 βαίνει; ἔπλασθου, ὅτι ὁ πρόπαππός μου ὁ πρὸς πατρὸς, ἔχων υἱὸν τὸν ἐμὸν πάππον, ἔλαβεν εἰς θέσιν κόρην τινὰ, ἣν ὁ ἐμὸς πάππος ἐκάλει θετὴν ἀδελφήν, ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ θετὴν ἄμιταν, ἐγὼ δὲ μεγάλην θετὴν ἄμιταν· διὰ τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς ἀμίτας προσετέθη τὸ τῆς θέσεως, εἰ μὴ ἐπὶ τῆς ματερτέρας, ἐπειδὴ κατὰ ἀρρενογονίαν μοι συναπλομένη [71] εὑρίσκετο ἀδιάτα· ἦν δὲ αὐτὴ καὶ κοσνάτα· ὁ γὰρ ἀδιάτος πάντως καὶ κοσνά-173 τος· ἐπὶ δὲ τῆς ματερτέρας [72] ἡ θέσις πάντως οὐκ ἐνεπόδιζε τῷ γάμῳ ματερτέρας

amita, quod non possim eam ducere, neque si adoptiva sit; non autem in matertera.

Et quomodo contingit, ut amita sit adoptiva, aut magna amita adoptiva? Veluti avus meus paternus habens filium, meum patrem, accepit puellam quamdam in adoptionem, & pater quidem meus vocabat eam sororem adoptivam, ego autem amitam adoptivam.

Magna autem amita adoptiva quomodo contingit? Finge, proavum meum paternum, habentem filium, meum avum, accepisse in adoptionem puellam quamdam, quam meus avus vocabat sororem adoptivam, & pater meus amitam adoptivam, at ego magnam amitam adoptivam. Ideo autem in amita adoptionis *appellatio* addita fuit; non item in matertera, quia per virilem sexum mihi conjuncta, inveniebatur agnata: erat autem ipsa & cognata. Agnatus enim omnino & cognatus *est*. In matertera autem adoptio plane non im-

68. καὶ addit F. 69. ὁ πάππῳ μὲν ὁ πρὸς πατρὸς. F. 70. προβαίνει F. 71. ἐυρίσκεται F. 72. ματερτέρας, ὁ γάμῳ πάντως ἐκ ἐνεπόδιζε ματερτέρας ἐστὶ Vigl. ediderat, sed emendari jubet: ματ. ἡ θέσις πάντως ἐκ ἐνεμπόδιζε τῷ γάμῳ ματ. ἐστ. quod ceteras Editt. occupavit, nisi quod Lovan. & F. 1. recte habent ἐνεπόδιζε, & F. insuper in utraque ματερτέρᾳ οὖσα. ANON. DUK. prius correxerat ἐνεποδίζετο, postea Viglianam emendationem adscripsit. Quid si post γάμῳ distinguamus; & tum sic legamus? ἐπειδὴ γὰρ ματερτέρᾳ οὖσα ἀπὸ θηλυγ. &c. G.O.R.

matertera est. (Sic enim legendum apud Festum, non mater magna). Igitur magna matertera soror est aviæ. *d.* §. 6. *d.* §. 15. D. GOTH.

c. Harmenopulus contrariam opinionem tuerur: quæ defendi etiam posse mihi omnino videtur per vulg. lect. l. 17. D. *de R. N.* H. ERNST.

Ego tamen pro Theoph. pronuntiare non dubito. Nam quod Harmenop. L. IV. T. 6. §. 22. περὶ κεκωλυμένων γάμων inter alia ait: ἀλλ' οὐδὲ τὴν [περὶ addendum, uti mox dicam] τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητρός μου θείαν, εἰ καὶ εἰσὶ θετάι: ejus longe apud me inferior est auctoritas quam Theophili: maxime quando ille id simpliciter tantum dicit, hic autem dicta sua ex ipsis Jurisprudentiæ R. fontibus ita probat, ut vix dubitare de veritate possit, qui sequentia in nostro perlegerit. Περὶς autem addendum, & in Merceri versione pro his, *Item nec patris aut matris mea amitam aut materteram*, substituendum esse, *Item nec meam amitam aut matert.* patet primo, quia sequitur, ἐπειδὴ μητέρων τάξιν ἐπέχουσι; & statim, καὶ πῶς συμβαίνει εἶναι θετὴν θείαν: deinde quia de magna amita & mat. sive avi sorore postea loquitur. At cum Harmenop. facit vulgata l. 17. *de R. N.* lectio? Sed falsam erroneamque eam esse & Haloander docuit, & Taurelliana Pand. Florent. editio deinde comprobavit.

ρας οὔσης, ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ 73 θηλυγονίας ἐγινώσκετό μοι, κοσνάτα ἐστίν· ἐποκειμένης δὲ θέσεως, οὐδὲ ἐν εἴδει ἔχει πρός με συγγενείας 74, ἀλλὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, τὸ ἐν Φύσει κοσνάτον, ἐν θέσει οὐδὲν εἶναι νομίζεται· ὡς οὖν μὴ κεκωλυμένε τοῦ γάμε, διὰ τοῦτο οὐκ 75 ἐθεμάτισα θετὴν ματερτέραν.

impediebat nuptias: nam quum matertera per femininum ſexum me contingat, cognata eſt: ſed adoptione interjecta, nullam cognationis ſpeciem adverſus me habet, propter regulam dicentem, naturalis cognatio in adoptione nulla eſſe intelligitur: itaque quum hæ nuptiæ non prohibeantur, idcirco non appoſui *in ficta ſpecie* adoptivam materteram.

Πῶς δὲ ἐνταῦθα συμβαίνει, 76 γενέσθαι 174 ἐκ θέσεως ματερτέραν; οἷον ὁ πάππος μου ὁ πρὸς μητρὸς ἔχων θυγατέρα, τὴν ἐμὴν μητέρα, ἔλαβεν εἰς θέσιν κόρην τινὰ, ἣν ἡ ἐμὴ μήτηρ ἐκάλει θετὴν ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ θετὴν ματερτέραν.

Quomodo autem hic contingit, ut matertera per adoptionem fiat? veluti avus meus maternus habens filiam, matrem meam, in adoptionem accepit puellam quamdam, quam mea mater appellabat ſororem adoptivam, ego autem materteram adoptivam.

§. VI. Εἰρήκαμεν ἐν τοῖς πρόσθεν τὰς διὰ συγγένειαν κεκωλυμένας γάμους· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, οὐ διὰ θεσμὸν συγγενείας, διὰ δὲ ἀγχιστείαν μὴ προσβαίνοντες· ἀγχιστεία e δέ ἐστιν, οἰκειότης 175 προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν 77 συνημμένων συγγενείας ἐκτός· οἷον, οὐ δύναμαι 78 ἐγὼ λα-

§. VI. Diximus in ſuperioribus nuptias propter cognationem prohibitas. Sunt vero etiam aliæ, non propter jus cognationis, ſed propter adfinitatem haud procedentes. Adfinitas autem eſt neceſſitudo perſonarum per nuptias nobis conjunctarum extra cognationem.

73. θήλεως ἐγιν. μοι προσώπου F. 74. Ejecimus cum Curtio & Fabroto, quæ vulgo hic legebantur: ἐπειδὴ τὴν θετὴν ματερτέραν δύναμαι λαβεῖν, τετέστι τὴν μάμμην μου τὴν πρὸς μητρὸς, τὴν δὲ θετὴν ἔμπαλιν οὐ δύναμαι, τετέστι τὴν μάμμην μου τὴν πρὸς πατρός. Nam & Viglius in Emend. ait: „ a „ verbo ἐπειδὴ usque ad verbum ἀλλὰ omnia in caſtigato exemplari deſunt; tolerari tamen „ utcumque poſſunt, ſi pro μάμμην, θείαν legerimus." Pariſ. & Lovan. hanc admonitionem in marg. adpoſuerunt: ſed ipſa tantum verba ſuſpecta cancellarunt Lugd. & Goth. 75. ἐθεμάτησα Omnes ante hanc. 76. οὐκ θέσεως γίν. F. 77. συνημμένη F.

bavit. Eo enim pertinet & Haloandri emendatio & illa Viglii in præfat. ad Carol. V. comprobatio §. 41. in Excurſu V. exhibita, ad quam lectu digniſſimam lectores remittimus, ne hic nimis longi ſimus: ita ut humani aliquid paſſus ſit Vir Conſultiſſ. qui dictam emendationem in notis Criticis ad §. 5. Inſt. h. t. non ad d. l. 17. retulit. Haud minor poſtea JCtorum digladiatio fuit circa l. 55. §. 1. *eod.* de qua conſuli poſſunt Hotom. V. *Obſ.* 27. & *Amic. Reſp. pag.* 238. Cujac. XXIII. *Obſ.* 36. & Noodtius *Comment. p.* 494. a. G. O. R.

d. Adde 28. *Eclog.* 5. *c.* 2. D. GOTH.

e. Adfines, qui? *v.* 25. *Eclog.* 5. *c.* 2. *l.* 4. §. 5. *ff. de gradibus*; unde dicti pete ex Feſto. Adde 4. Harmenop. 6. *c.* περὶ ἀγχιστείας. D. GOTH.

Callicratidas apud Stob. 83. οἰκῆοι δὲ ἐπίκτητοι συγγενέες ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβάνοντες τὰν καταρχάν. Sunt igitur adfines, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενεῖς. Gloſſ. lat. gr. FABR. I.

Carpit verſionem Curtii Nannius in Apol. §. 22. cui nos cum Fabroto paruimus. Callicratides (ſic eum nominare debuerat Fabrotus) librum *de familiarum felicitate* ſcripſerat, unde longum locum excerpſit Stobæus in λόγῳ Οἰκονομικῷ, qui Geſnero

λαβεῖν τὴν ἐμὴν f προγόνην ἢ g νύμφην, ἐπειδὴ h θυγατέρων τάξιν 79 ἔχουσι· καὶ νύμφη i μέν ἐστιν ἡ τοῦ υἱοῦ γαμετή, προγόνη k δὲ 80 ἡ τῆς ἐμῆς γυναικὸς θυγάτηρ· δεῖ δὲ προσεθῆναι l τὸ Ποτὲ, καὶ λέγειν, ὃ δύναμαι λαμβάνειν πρὸς γάμον τὴν ποτέ μου νύμφην, ἢ τὴν ποτέ μου προγόνην· m προστι-176θέντες γὰρ τὸ Ποτὲ δεικνύομεν, μὴ ὄντα τὰ τῆς ἀγχιστείας αἴτια γεγονότα 81 πρόσωπα· καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως δύναμαι συναφθῆναι, καὶ ἀπογενομένων τῶν προσώπων, δι' ὧν ἡ ἀγχιστεία γέγονεν, καὶ αἰδοῦ τῆς ἀγχιστείας τὴν συνάφειαν ἐπέχομεν· ἐὰν γὰρ εἴπω τὴν ποτέ μου νύμφην, ἔδειξα ὅτι 82 ἐτελεύτησεν ὁ ἐμὸς μὲν υἱός, αὐτῆς δὲ ἀνήρ· ἐὰν δὲ177εἴπω τὴν ποτέ μου προγόνην, ἔδειξα ὅτι ἐτελεύτησεν ἡ αὐτῆς μὲν μήτηρ, ἐμὴ δὲ γα-

nem. Veluti, non poſſum ego ducere meam privignam vel nurum, quia filiarum locum tenent: & nurus quidem eſt filii uxor; privigna autem meæ uxoris filia. Sed addendum eſt Quondam, dicendumque, non poſſum uxorem ducere, *quæ* quondam mihi nurus, vel *quæ* quondam mihi privigna *fuit*. Addentes enim Quondam oſtendimus, non ſupereſſe perſonas quæ adfinitatis cauſæ fuerunt. Et tamen ne ſic quidem poſſum *matrimonio* jungi, etiam mortuis perſonis, per quas adfinitas exſtitit, ſed pudore adfinitatis conjugium prohibemus. Quum enim dixero meam quondam nurum, oſtendi obiiſſe meum filium, illiusque virum. Quum autem dixero meam quondam privignam, oſtendi mortuam eſſe illius ma-

78. λαμβάνειν ſine ἐγὼ F. 79. ἐπέχεσι F. 80. ἣν ἔχει ἐξ ἑτέρων γάμων ἡ ἐμὴ γαμετή. F. Mox ego malim προστιθέναι. 81. πρόσωπα. καὶ ὅμως & *reliqua usque ad* καὶ αἰδοῦ *omiſit* Fabr. Neſcio cur? 82. ἐτελεύτησε μὲν ὁ ἐμὸς υἱός F.

eſt 83. al. 58. in edit. Wechel. 173. pag. m. 590. ſq. Male autem Fabr. τῷ γάμῳ ediderat dativo caſu, cum ſine ἴῶτα ſubſcripto Laconicus ſit genitivus. G. O. R.

f. Paul. apud Rufin. t. 6. Nec ſocrum, nec nurum, privignam, nec novercam quondam citrà pœnam inceſti uxorem ducere licet. FABR. I.

g. Jure gentium, l. ult. D. de cond. ſine cauſa. FABR. I.

h. Philo περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων· δυνάμει γὰρ ὅ γε πατρὸς πατὴρ, ὀφείλει τὴν ἐκ τῆς γυναικὸς ὡν τάξει θυγατρὸς τίθεσθαι. Tacit. Annal. 12. *Privignis parentis loco futura.* Ovid. 4. de Ponto el. 8. *Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis: Nam tibi quæ conjux, eadem mihi filia pene eſt, Et quæ te generum, me vocat illa virum.* & in fin. -- *pro ſocero pœnè precare tuo.* Nurus quoque filiæ loco eſt, ut gener filii. Diod. Sic. 17. Plin. 7. c. 13. *Nurus verò generosque & omnes, qui ſe patris appellatione ſalutarent viginti ſeptem.* FABR. I.

i. Adde *l.* 4. §. 6. *ff. de gradibus.* D. GOTH.

k. Feſto privignus, qui, antequam mater fecundo nuberet, progenitus. Adde *l.* 4. §. 6. *ff. de gradib.* D. GOTH.

l. Ut apud Paul. ſup. [not. *f.*] FABR. I.

m. *l.* 17. *Cod. de nuptiis.* 1. Gajus 4. 6. D. GOTH. Soluto matrimonio dirimitur adfinitas. [Vid. omnino Heinecc. ad L. Jul. & Pap. Popp. p. 310. ſqq.] Philo *legat. ad Caj.* Sed tamen reſpectus honeſti nuptias inter ejusmodi perſonas impedit. FABR. I.

n. v. *l.* 18. *Cod. ad l. Jul. de adult.* & quæ ſcripſi *ad l.* 7. *Cod. de Judæis.* D. GOTH. L. 2. *C. de inc. nupt.* Sext. Empir. Pyrr. 3. c. 24. Theodoret. in 1. ad Timoth. Auguſt. de bono communi c. 27. & lib. 22. contra Fauſt. Caſſiod. 9. 18. etiam jure Attico, Athen. δειπν. 13. Ariſtoph. Schol. ad Plut. Valentinianus tamen πολυγαμίαν permittere voluit. Theophan. ἔγραψε δὲ καὶ νόμον παράνομον τῷ θέλοντι δύο γυναῖκας ἔχειν κατ' αὐτὸν μὴ κωλύεσθαι. Niceph. Calliſt. lib. 11. c. 33. Julius Pollux *in Chronico*: νόμον γράψας ἐξεῖναι τῷ θέλοντι δύο ἔχειν γυναῖκας νομίμας. & Leo imp. Cedren. Glycas 4. FABR. I.

o. Bigami pœna capitalis, *ut hic* & §. 7. *inf.* eo quod Romanus *ſingulari* 533. notavit ex *d. l.* 18. ſanè infamem eſſe ex eadem lege conſtat, ubi plenius dixi. D. GOTH.

Ut

γαμετή· εἰ γὰρ ἔτι ἡ μέν ἐστι νύμφη, ἡ δὲ προγόνη, μείζονι κεκώλυμαι λόγῳ ταύτην ἀγαγέσθαι· εὑρίσκεται γάρ, ἢ ὁ ἀνὴρ ἔχων δύο n γαμετὰς, ἢ ἡ γυνὴ δύο ἔχουσα ἄνδρας· ἐὰν γὰρ λάβω γυναῖκα τὴν νῦν μου νύμφην, εὑρίσκεται ἐκείνη ἔχουσα τὸν ἐμὸν παῖδα, καὶ ἐμέ· εἰ δὲ τὴν 83 νῦν μου προγόνην, συμβήσεταί 84 μοι δύο γαμετὰς ἔχειν, τὴν νῦν 85 μου γαμετὴν καὶ τὴν αὐτῆς θυγατέρα, τὴν ἐμὴν προγόνην· κεφαλικὴ ο δὲ ὥρισται τιμωρία κατὰ τῶν 86 διπλοῦν γάμον συνιστώντων· οὐδεὶς οὖν τὴν μείζονα 87 κώλυσιν p ἀφεὶς, λέγω 88 δὲ τὴν κεφαλικὴν τιμωρίαν, τρακταίζει τὴν ἐλάττονα, καὶ λέγει κεκωλύσθαι τὴν συνάφειαν διὰ τὴν τῆς ἀξιοχιστείας τιμήν.

matrem, meamque uxorem. Si enim adhuc illa quidem nurus, hæc autem privigna eſt, majori ratione prohibeor eam ducere: invenitur enim aut vir duas habens uxores, aut mulier duos habens maritos. Si enim uxorem duxero *quæ* nunc mihi nurus *eſt*, invenitur illa habens & filium meum & me: ſi vero *eam quæ* nunc mihi privigna *eſt*, eveniet mihi, ut duas uxores habeam, *eam quæ* nunc mea uxor *eſt*, & illius filiam, privignam meam. Capitalis autem ſancita eſt pœna contra *eos qui* duplex matrimonium contrahunt. Nemo igitur majorem prohibitionem negligens, ſcilicet pœnam capitalem; minorem tractat, dicitque conjunctionem eſſe prohibitam propter adfinitatis honorem.

§. VII. §. VII.

83. νῦν omittunt Pariſ. Lugd. & Goth. νῦν τὴν μὲ habet F. 84. με F. 85. μου deeſt F. 86. διπλοῦς γάμους F. 87. Sic Egnatii exemplar & F. κώλασιν Baſ. κόλασιν cæteræ. *Vid. Not.* 88. δὴ F.

Ut adulter punitur, vel ut eſt in 60. Baſil. tit. 37. c. pen. ὁ δύο γυναῖκας ἔχειν πειραθεὶς, οὐ νόμῳ, ἀλλὰ φάκτῳ τῇ αἱρέσει, καλῶς ὑποκείσεται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι. rectè: nam ut ait Tertull. 4. adv. Marc. Manente matrimonio nubere adulterium eſt. [Nonn. Dionyſ. 42. οὐδὲ κελεύει Θεσμὰ γάμων ἅχρωντα μίαν ξυνήονα κέρην Ζεῦξαι διχθασίοισιν ἀμοιβαίοις παρακόιταις. *Edit.* 1. *in Add.*] [Lactantius IV. 3. *Cultus duorum veri eſſe non poſſunt; eodem modo, quo matrimonium dici non poteſt, ubi mulier una multos viros habet, ſed hæc aut meretrix, aut adultera nominabitur.* Græci apud Matthæum Blaſtar. δύο γαμετὰς ἐν ταυτῷ ἔχων τυπτέσθω, ἐκδιωκομένης τῆς ἐπεισακτῆς γυναικὸς μετὰ τῶν τεχθέντων ἐξ αὐτῆς παίδων. eoque jure nos utimur. *Edit.* 2.] FABR.

Pro adulteris puniuntur polygami, arg. l. 18. Cod. *Ad L. Jul. de adult.* & l. 2. C. *de Inc. & inut. N.* &c. Apud nos hi binubi ſuſpendio plectuntur. J. DOUJ.

Menochio & Bezæ ſtatuentibus, bigamum committere adulterium, reſpondens A. MATTHAEUS *de Criminib. pag.* 369. *ſq.* ſic concludit: Quapropter concludimus, polygamum ſtupri, non adulterii reum eſſe, ſed ſtupri gravioris, cujus pœna, auctore Theophilo, ad mortem usque extendatur. Theophilo tamen adverſari videtur l. *miles* 11. §. *mulier* D. *ad L. Jul. de adult.* quæ mulierem duobus nubentem pro admiſſi qualitate, plectendam dicit: niſi dixeris, vel his ipſis verbis pœnam capitis deſignari; vel ævo Papiniani pœnam capitis nondum fuiſſe ſancitam. *Hæc Matthæus.*

p. Græce eſt in edit. Baſil. κώλασιν, quod nihili verbum eſt. Ideoque aut κόλασιν legendum eſt, aut κώλυσιν. Editio Lovan. habet κόλασιν. Ego malui κώλυσιν. J. CURT. Malint alii nonnulli κόλασιν. *Additum in plerisque Curtianæ verſ. editionib.* Adde reſponſum NANNII in *Apologia* §. 9. Excurſ. V. cum quo facit FR. HOTOM. quia ſequatur λέγω δὲ τὴν κεφ. τιμ. ſed Curtianum probat H. ERNST: rectiſſime, non modo quia VIGLIUS in Epiſt. 3. (quam idem Excurſ. V. exhibebit) litem a Curtio decidit, cum ſic legatur in Exemplari Egnatiano; ſed maxime, quia ſententia loci hoc poſtulat: ſicut enim Th. cap. 177. dixerat μείζονι κεκώλυμαι λόγῳ, ita idem hic repetit: ſunt enim hæc duo, κεφαλικὴ τιμωρία & ἀξιοχιστείας τιμὴ, *major & minor κώλυσις prohibitio*, non *major & minor κόλασις pœna.* G. O. H.

§. VII. Οὐ δύναμαι *88 λαβεῖν τὴν 179 ποτέ μου πενθεράν, ἢ τὴν ποτέ μου PP μητρυιάν, 89 ἐπεὶ μητρῶν τάξιν ἐπέχουσι· καὶ πενθερὰ μέν ἐστιν ἡ τῆς ἐμῆς γαμετῆς μήτηρ· μητρυιὰ *89 δὲ ἡ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς γαμετή, ἐξ ἧς οὐκ ἐτέχθην· 90 προστέθεικα δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ Ποτὲ, ἵνα δείξω μὴ ὑπόντα τὰ τῆς ἀγχιστείας αἴτια πρόσωπα, ἀφ' τὸ τελευτῆσαι τὴν ἐμὴν γαμετὴν, ἢ γοῦν τὸν ἐμὸν πατέρα· 180 εἰ γὰρ ἔτι ζῶσι, δίπλωσις ἐπεισάγεται γάμου· εἰ γὰρ λάβω τὴν ἐμὴν πενθεράν, εὑρίσκομαι δύο ἔχων γαμετὰς, τὴν πενθεράν καὶ τὴν αὐτῆς θυγατέρα· εἰ δὲ τὴν νῦν μητρυιάν, ἀποτελεσθήσεται ἐκείνη δύο προσώπων γαμετή, τῶ πατρός μου καὶ ἐμῶ αὐτῶ· οἶδας δὲ, κεφαλικὴν εἶναι τὴν ἐπὶ τῶν διπλῶν γάμων τιμωρίαν.

§. VII. Non possum ducere *eam quæ* mea quondam socrus, aut mea quondam noverca *fuit*, quia matrum locum obtinent. Et socrus quidem est uxoris meæ mater; noverca *autem* patris mei uxor, ex qua non sum natus. Addidi vero & hic Quondam, ut ostendam non supereſſe personas *quæ* adfinitatis causæ *exstiterunt*, quia mortua est mea uxor aut pater meus: si enim adhuc vivunt, duplicitas matrimonii introducitur. Namque si meam socrum duxero, invenior duas habens uxores, socrum atque ejus filiam: sin *eam quæ* nunc noverca *est*, efficietur illa duarum personarum uxor, patris mei & mea ipsius. Scis autem, capitalem esse in duplici conjugio pœnam.

§. VIII. 91 Πατρῖμος, ἔχων υἱὸν 181 ἀπὸ Τιτίας, ἔλαβε 92 Πατρίμαν πρὸς γάμον, ἔχουσαν θυγατέρα ἀπὸ Τιτίου 93 ἢ

§. VIII. Patrimus habens filium ex Titia, duxit uxorem Patrimam habentem filiam ex Titio: aut etiam ex

*88. λαμβάνειν F. 89. ἐπειδὴ F. *89. δὲ de: Lugd. & Goth. 90. προστέθηκα omnes præter Lovan. quam sequimur. Alioqui προσέθηκα legerem. G. O. R. 91. Πρῖμος F. 92. Πρῖμαν F.

pp. *l.* 4. §. 7. *ff. de gradibus.* Adde 1 *Corinth.* 5. D. GOTH.

Phocylid. vers. 168. Philo περὶ τῶν ἐν εἰδ. νόμ. ἀφ' τε τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμὴν, ᾗ διότι μητρυᾶς καὶ μητρὸς ὄνομα συγγενές. Sic apud Lycophron. δευτέρων τεκοῦσαν, Isaac. Tzetzes μητρυὰν interpretatur. Aristænet. 2. ep. 8. de socru: αὕτη μοι τὸν κηδεστὴν ἐξ εὐνοίας παῖδα καλεῖ· πῶς ἐρωτικῶς οὖν διαλέξομαι γυναικὶ, ἣν ποκάκις μητέρα προσεῖπον; FABR. I.

q. Latine possent dici *comprivigni*, nempe quorum alterius pater alterius matrem in uxorem duxerit. Sicuti a Tranquillo in vita Claudii *consoceri* dicuntur, quorum alterius filia alterius filio nupsisset. JAC. CURT.

Specie quadam & commento affinitatis Ap. Syllanus a Tranquillo in Claudio c. 29. *consocer* est dictus Claudii Cæsaris, postquam is L. Syllanum Ap. F. sibi generum in Octavia filia destinavisset. Quo vocabulo & Domitius Ulpianus e nostris utitur, l. 32. §. 1. D. *de* Donat. *int. V. & U.* Qua figura eos *comprivignorum* nomine (quanquam id insolens valde est) quondam complexus sum, quorum parentes simul matrimonio coissent. Hos Th. & Harmenop. ἀλληλοπροπάτορας vocarunt; id est, si latine ad verbum interpreteris, *invicem & inter se privignos.* Non satis (ut opinor) recte: nec enim, si Q. Mævii pater (ut exemplo rem ostendam) Sexti Titii matrem in matrimonium accepit, Q. Mævius Sexti Titii, aut Sext. Titius Q. Mævii (id enim est invicem & inter se) privignus erit; quod tamen ἡ τῶν ὡδὶ ἀλλήλα vis, potestas & causa exigit, ficut ἀλληλεγγύας Græci dixerunt, qui inter se mutuum & invicem alter pro altero fidejusserunt; ἀλληλοφάγας, qui mutuo laniatu vivunt; ἀλληλοφόνους, qui mutuis vulneribus cadunt, & multa id genus alia. *&c.* IDEM III. Εἰκασῶν c. 17.

Vereor, ne hoc nimis sit philosophatum: nec enim ita ipsi respectu sui, sed parentium, quorum

93 ἡ μὲν ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὁ μὲν εἶχε θυγατέρα, ἡ δὲ υἱόν· οἱ τούτων παῖδες, οἱ ἐν 94 τῷ συνήθει λεγόμενοι ϙ ἀλληλοπρόγονοι, καλῶς ἀλλήλοις συνάπτονται· εἰ μὲν τὰ μάλιστα ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ αὐτοῖς τεχθεὶη ἐκ τοῦ 95 συστάντος μετὰ τὴν *95 αὐτῶν γέννησιν γάμου.

ex contrario, ille quidem filiam habebat, hæc autem filium. Horum liberi, vulgo dicti comprivigni, recte inter ſe junguntur: etiamſi maxime frater aut ſoror iis nata fuerit ex matrimonio poſt ipſorum nativitatem contracto.

§. IX. Ἡ ἐμὴ γαμετὴ, τὸν πρὸς ἐμὲ 182 ῥεπουδίῳ διαλύσασα γάμον, ἀνδρὶ δευτέρῳ συνήφθη· ἔσχεν ἐκ τούτου θυγατέρα· ζητοῦμεν, εἰ τὴν ἐξ αὐτῆς θυγατέρα δύναμαι 96 λαβεῖν; καὶ φημὶ μὴ εἶναι μὲν αὐτὴν προγόνην 97, (προγόνη 98 γάρ ἐστιν, ἡ 99 πρὸ τῶν ἐμῶν τεχθεῖσα γάμων) πλὴν διὰ τὸ εὐσεβεπὲς s ἀπέχεσθαι δεῖ με τῆς πρὸς αὐτὴν συναφείας· καὶ γὰρ ἡ γενομένη μνηστὴ τοῦ ἐμοῦ παιδὸς 183 ὑὸς γέγονέ μου t νύμφη, γάμου μὴ παρακολουθήσαντος· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τοῦ πατρός I μου μνηστὴ γέγονέ μου μητρυιὰ, τῶν γάμων ἐμποδισθέντων· καὶ ὅσον ἐκ τῶν εἰρημένων ἠδυνάμην ταύτας λαμβάνειν πρὸς γά-

§. IX. Uxor mea meum matrimonium repudio diſſolvens, ſecundo viro ſe conjunxit: ex hoc peperit filiam. Quærimus, an *hanc* ejus filiam ducere poſſim? Et fateor, eam non eſſe privignam; (privigna enim eſt, *quæ* ante meas nuptias *fuit* nata) verum propter honeſtatem abſtinere me oportet ab illius conjunctione: nam & *ea* 183 *quæ* filii mei ſponſa *fuit*, mihi nurus non facta eſt, nuptiis non ſubſecutis; neque patris mei ſponſa mihi noverca facta eſt, impeditis nuptiis: & quantum per *jam* dicta poteram eas uxores ducere: ſed etiam hic propter ho-

93. εἰ καὶ Lugd. Goth. F. 1. male. 94. ἐν τῇ συνηθείᾳ F. 95. συνιστάντος Lugd. & Goth. *95. αὐτοῦ male ante F. cui præivit Curt. in verſ. 96. πρὸς γάμον λαμβάνειν F. 97. ἐμὴν ſubdit F. 98. μὴ adjicit F. 99. πρὸς F. male. 1. με deeſt Goth.

rum ultro citroque privigni ſunt, appellantur: ſicut belgice eosdem, & rectiſſime (opinor) *wederzydſche voorkinderen* vocare ſoleo. Sed licet demus, vocabulum illud non ſatis Græcum eſſe, nihil tamen peccavit Th. qui eos ipſe ſic non appellat, ſed *vulgo* ſic appellari ait. Liceat his addere, *comprivigni* vocabulum, quod Curtius primus effinxit, ſed hic fere repudiat, recte ab Jurisconſultis in familiam verborum juris fuiſſe adſcitum, quum deterius non ſit quam *contutor*, *concurator*, *compatronus*, quibus non minus uti audebo, quam Ciceroni placuerunt *conſponſor* VI. *ad Famil.* 19. *conſuaſor* Orat. pro Quinct. §. 12. aut eidem cum Terentio *conſervus* & *conſerva*, Plauto *collibertus*. &c. G. O. R.

Ἀλληλοπρόγονοι comprivigni. privigni ſimpliciter dicuntur *in l.* 34. §. 2. *ff. de ritu.* D. GOTH.

L. 34. §. inter. D. *de rit. N.* l. Titia 134. D. *de verb. ob.* FABR. l. 1. *l.* 12. §. *uxor* 3. *ff. de ritu.* D. GOTH.

Scholiaſt. τοῦτο νῦν ἐ γίνεται, εἰ μὴ παρὰ Ῥωμαίοις ἤτοι Λατίνοις. Verùm & ante hunc Schol. deſierant quoque apud Latinos bonâ gratiâ matrimonia diſſolvi. [de jure quod anteà obtinebat, Auguſtin. 1. ad Valer. de Nupt. & concup. c. 10. & de bono conjug. c. 8. *Edit.* 1.] FABR.

s. Honeſtatem ſpectamus in conjunctionib. l. 42. de rit. N. κατὰ δὲ τὸν Θεοφύλακτον μέγαν Βασίλειον, ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον τὸ ἐπιτετραμμένον ζητεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπές, ut ajunt canonum interpretes. Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor. FABR.

t. Nurus non propriè dicitur, & noverca l. 12. §. 1. *eod.* nurus tamen appellatione ſponſa continetur, l. 6. D. *de grad.* eſt enim ſperata, ſive ſponſa, quaſi uxor; & ſponſus, quaſi maritus. Tertull. de veland. virg. *Deſponſata enim quodammodo nupta.* Ambroſ. de Inſtit. virg. c. 6. *Deſponſata enim*

γάμον· ἀλλὰ καὶ ταῦθα ἀφ' τὸ εὐσεβὲς ἐπαινεῖ [2] ἡμῖν Ἰουλιανὸς τοῖς τοιούτοις μὴ [3] προσιέναι γάμοις.

honeſtatem ſuadet nobis Julianus, ut ne ad tales accedamus nuptias.

§. X. Ἆρα δὲ ἡ συγγένεια [u] ἡ ἐν δουλείᾳ ἐμποδὼν γίνεται τῷ γάμῳ; οἷον [4] συνηλευθερώθη τις τῇ οἰκείᾳ [5] ἀδελφῇ· ζητοῦμεν, εἰ ἐπιτέτραπται γάμους [6] γενέσθαι αὐτῶν ἀναμεταξύ· καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὴν ἀκρίβειαν, οὐ νομίζεται τὶς [7] ἀναμεταξὺ αὐτῶν εἶναι [x] συγγένεια· πλὴν ἀφ' τὸ τοῦ αἵματος δίκαιον, ὅ ἐστι [8] jus ſanguinis, [9] ἡ συνάφεια κεκώλυται.

§. X. An vero cognatio ſervilis impedimento eſt nuptiis? veluti, aliquis manumiſſus eſt cum ſua ſorore: quærimus an permiſſum ſit, nuptias inter illos contrahi. Et quantum quidem ad *juris* ſubtilitatem, haud cenſetur aliqua inter illos eſſe cognatio: ſed propter jus ſanguinis conjunctio prohibita eſt.

§. XI. Εστι δὲ καὶ ἕτερα πρόσωπα, ἅτινα διαφόρων αἰτιῶν χάριν [10] δύναται λαβεῖν πρὸς γάμον· ταῦτα δὲ ἐν τοῖς Διγέστοις, [11] ἤγουν τῷ [12] Πανδέκτῃ, ἐκ πολλῶν ἀρχαίων [13] συναχθέντα, ἐγγραφῆναι ὁ θειότατος ἡμῶν [14] ἐπέτρεψε βασιλεύς.

§. XI. Sunt autem & aliæ perſonæ, quas ob diverſas cauſas uxores ducere non poſſum. Sed has in Digeſtis ſive Pandecte ex multis veteribus collectas, inſcribi ſanctiſſimus Imperator noſter permiſit.

§. XII. Εἰ δέ τις [15] ὑπεναντίον [y] τῶν εἰρη-

§. XII. Si quis vero adverſus *jam* dicta

2. ἡμᾶς F. 3. προσιόντας F. 4. συνελευθ. ante F. 5. θυγατρὶ ἢ τῇ οἰκείᾳ inſerit F. forte ex Codd. forte ex ingenio ad Inſtit. textum. 6. γίνεσθαι αὐτῶν μεταξύ. F. 7. μετιζὺ F. 8. jure ſ. *F.* 9. ἦγεν δίκαιον αἵματος vulgo additum cum F. ejecimus. 10. λαμβάνειν F. 11. ἤτοι F. 12. Πανδέκτῳ Omnes ante F. 13. συναχθέντι, F. procul dubio, ut textui Lat. reſponderet. 14. ἐπέστρεψε Lugd. Goth. F. male. 15. ἐπεναντίον Lugd. & Goth. ἀπ' ἐναντίας F.

enim viro conjugis nomen accepit: cum enim initiatur conjugium, tunc conjugii nomen adſciſcitur. Theophylact. in Mat. c. 1. Baſil. de div. Ch. diſpenſ. Baſil. Seleuc. de vita Th. 1. Cyrill. Hieroſ. cath. 12. FABR. I.

u. *l.* 14. §. *ſerviles quoque cognationes ff. de ritu.* D. GOTH.

x. Non facilè ulla ſervilis videtur eſſe cognatio, l. 1. §. 1. D. *unde cogn.* græci: τὸ δὲ ἐυχερῶς ἀφ' τὰς γάμους ἀσθένειαν, 45. baſil. t. 2. naturale enim jus & pudor inſpiciendus eſt in nuptiis. FABR. I.

y. Delinquunt qui prohibitas nupt. contrahunt, l. ult. D. *de leg.* 1. l. 3. §. 1. D. *de donat. int. vir.* l. ult. D. *de rit. N.* hic igitur §. pœnas injuſtar. nuptiar. continet. FABR. I.

z. Recte, opinor, hæc de cognatione, cæterisque prohibitionibus ſive impedimentis nuptiarum interpretatur Theoph. Cæterum ex aliis cauſis, veluti deficiente patris conſenſu, injuſtæ nuptiæ, propter utilitatem publicam ſuſtinentur. Paul. J. C. 2. *Sentent.* 19. & patre comprobante, aut morente conciliantur, ut l. 6. Cod. *de Nupt.* J. DOUJ.

Videndi omnino Schulting. ad d. l. *Pauli* §. 2. *pag.* 300. & Otto præf. ad *Tom. V. Theſ. Jur. pag.* 18. At l. 6. *Cod.* plane aliam tractat ſpeciem. G. O. R.

a. *Libro* 13. *tit.* 2. *add. Titul. Cod. de inceſtis nuptiis. l.* 18. *Cod. de nuptiis, & Cod. de interdicto matrimonio.* & ſimiles: 28. *Eclog.* 5. 4. Harmenopul. 6. περὶ κεκωλυμένων γάμων. D. GOTH.

b. *Novell.* 12. *c.* 1. Adde *l.* 4. *C. de inceſtis.* 1. Gajus 4. §. 8. Nuptiæ inceſtæ, nuptiæ non intelliguntur. D. GOTH.

Concil. Matiſcon. c. 18. *Inceſtam copulationem in qua nec conjunx, nec nuptia rectè appellari leges ſanxerunt.* Uxor enim propriè vocatur uxor legitima, Thalel. 45. baſil. t. 5. vir & uxor, ἔννομα ὀνόματα, Chryſ. hom. in Nativ. Salv. Joannis 4. *Quinque enim viros habuiſti: & nunc quem habes,*

non

εἰρημένων ἀγάγηταί τινα πρὸς γάμον, [z] ἐκ
ἀισχυνθεὶς τὴν τῶν ἀνιόντων ἢ κατιόντων
συγγένειαν, ἐδὲ τὰ ἐκ πλαγίου κεκωλυ-186
μένα προσωπα, ἐδὲ ἐν νῷ λαβὼν [16] τὴν
τῆς αἰσχιστείας κώλυσιν, καταφρονήσας δὲ
καὶ τῶν συνελευθερωθέντων συγγενῶν, οὔτε
[17] αὐτὸς ἀνὴρ, [a] οὔτε ἐκείνη γαμετὴ κλη-
θήσεται, ἀλλ' οὐδὲ [b] γάμος τὸ πρᾶγμα,
οὐδὲ προὶξ [c] τὸ ἐπιδιδόμενον· ἀλλ' ἐπειδὴ
ταῦτα τῶν ἀκολάστων ἐπισχεῖν ἐ δύναται
τὴν προαίρεσιν, μείζονα ποινὴν ἐπιτίθησιν ὁ
νόμος· λέγει γὰρ, τοὺς ἐκ [18] τοιαύτης συνα-187
φείας τικτομένους [d] ὑπεξουσίους μὴ γίνεσθαι
τῷ πατρὶ, καὶ ὃς ἡ Φύσις [e] ἐδωρήσατο, ὁ
νόμος ἀγνοεῖ, ὡς μὴ κατὰ τὴν αὐτοῦ τεχθέν-
τας προαίρεσιν· ἀλλ' ὅσον ἀνήκει εἰς τὴν τοῦ
πατρὸς ὑπεξουσιότητα, τοιοῦτοί εἰσιν, οἵοις
εἶναι συμβαίνει τοὺς ἀπὸ [f] πορνείας συλλη-
φθέντας· καὶ [19] γὰρ οὐδὲ οὗτοι [20] πατέ-
ρας ἔχειν νοοῦνται, ὁπότε ἄδηλος [g] οὗτός
ἐστι

cta aliquam uxorem duxerit, non reveritus adſcendentium aut deſcendentium cognationem, neque perſonas ex transverſo prohibitas, neque animadvertens adfinitatis prohibitionem, *aut* negligens etiam cognatos una *ſecum* manumiſſos: neque ipſe maritus, neque illa uxor vocabitur, immo neque matrimonium *eſt ille* actus, neque dos *quod* datum *fuerit*. Sed quoniam hæc impudicorum propoſitum coërcere non poſſunt, majorem pœnam imponit lex: dicit enim ex tali conjunctione natos in poteſtate patris non fieri, & quos natura donavit, lex ignorat, tamquam non natos ſecundum ſuam voluntatem: ſed quantum pertinet ad patris poteſtatem, tales ſunt, quales contingit *eos* eſſe *qui* ex meretricia conſuetudine ſunt nati, nam

16. τὴν ἐκ τῆς F. Sed vulgata ſuſtineri poteſt. 17. αὐτὸς deeſt F. 18. τῆς præmittit F. 19. γὰρ de: Goth. 20. πατέρα F.

non eſt vir tuus. - - οὐ γνήσιός ἐστιν ἀκοίτης, Nonni paraphr. quem ibidem νόθον ἀκοίτην vocat. Ovid. 2. de Arte: *Quos faciet juſtos ignis & unda viros.* Quintil. declam. 247. FABR. I.

c. *l.* 52. *ff. de ritu*, unde infra negat γίνεσθαι φρονικὸς ἀπαίτησιν. D. GOTH.

Ubicumq. enim matrim. nomen non eſt, nec dos eſt, l. 3. D. *de jur. dot.* l. 20. C. *de don. ant. nupt.* FABR. I.

d. 1. Gajus 4. §. 9. Ulp. 5. §. 7. D. GOTH.

Nec filii legitimi habentur, nec in patris ſacris ſunt, l. 4. C. Th. *de inc. nupt.* i. e. in patris pot. non ſunt. Excerpta ex Vat. Gloſſ. *in ſacris patris*, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατρός. FABR. I.

e. Eſt perſpicuus error Th. dum hujusmodi natos *naturales filios* eſſe dicit, &c. OISEL. *ad Cajum* l. 4, 8.

Th. dicit, ita natos eſſe tales, *quos natura dedit, lex ignorat*, quod veriſſimum eſt: natura enim illos produxit, idque meri facti eſt, nec negari poteſt: at hos liberos eſſe naturales eo ſenſu, quo dicuntur naturales in jure noſtro, vel illorum loco haberi, non dicit Th. verum ſubjungit, illos, quod ad patriam poteſtatem attinet, perinde haberi, ac ſi ex meretricio coitu eſſent concepti, uti & verba Imperatoris exigebant. Nihil ergo peccavit Theoph. SCHULTING. *ibid.*

f. Qui ex injuſto coitu naſcuntur, conveniunt cum ſpuriis, & his qui ex ſcortis meritoriis, atque in vulgarem libidinem proſtitutis, progeniti ſunt, quòd in parentum poteſtate non ſunt. FABR. I.

g. Et in hoc ſpuriorum & injuſtorum liberorum conditio ferè par eſt, quod ſicut ſpuriis pater incertus eſt, Cic. pro Roſc. Sen. Cont. 2. 4 Calphurn. Flac. decl. 30. Auſon. ep. 25. nam πάντας ὅσους ἐρωτὰς ἔχειν ἡ μήτηρ, ἐπιγεφύρονται πατέρας, ἐνὸς ἀγνοίᾳ τῇ φύσει. Philo de Decal. & lib. de vict. offer. Clem. Alexand. μήτηρ. & mater tantùm certa. Syneſ. ep. 3. ita qui naſcuntur ex injuſto coitu, patrem habere non creduntur: pater dicitur, l. 1. C. de nat. lib. ſed pater non eſt, quoniam licet patrem demonſtrare poſſint, eum tamen habent, quem habere non licet, l. 23. D. de ſt. hom. & viciſſim filii non dicuntur: filius enim dicitur, qui ex viro & uxore ejus naſcitur, l. 6. D. de his qui ſui vel al. l. 6. C. de int. mat. Calp. Fl. decl. 44. Procop. Gaz. in Levit. *Semen eor, non recenſebitur inter liberos, quod quidem*

ἐστι δῆλον τὸ πλῆθος τῶν μιγνυμένων, ἀλλ' εἰώθασι τούτους σποριους καλεῖν, ἢ ἀπ' ἑλληνικῆς φωνῆς, quasi σποράδην conce-188 pti, [21] οἷον σποράδην συλληφθέντες, ἢ [h] quasi sine patre [22] filii, [23] ἤγουν ἐπειδὴ παῖδές εἰσιν ἀπάτορες · [24] ἀκολούθως οὖν ἐστι λέγειν, τῆς τοιαύτης διαλυθείσης συναφείας, μὴ γίνεσθαι προικὸς [i] ἀπαίτησιν · οἱ δὲ τοὺς ἀθεμίτους ἀσπαζόμενοι γάμους ἀ μόνον τὰς εἰρημένας ὑφίστανται ποινὰς, ἀλλὰ γὲ καὶ ἑτέρας τινὰς, ἃς ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐστι μαθεῖν διατάξεων.

nam neque hi patres habere censentur, quoniam incertus hic est propter multitudinem coëuntium: sed solent hos spurios nominare, vel a Græca voce, quasi σποραδην concepti, vel quasi sine patre filii. Consequenter igitur dicendum est, tali conjunctione dissoluta, non fieri dotis repetitionem. Qui autem illicitas amplectuntur nuptias, non solum dictas sustinent pœnas, sed quasdam etiam alias, quas ex Imperialibus constitutionibus discere licet.

§. XIII. Εστι δὲ ἰδεῖν ποτε, *[24] τις ἅμα μὲν τῷ τεχθῆναι οὐκ ἔστιν [25] in potestate τοῦ πατρὸς, [26] μετὰ ταῦτα δὲ γίνεται in potestate : καὶ ποῖος οὗτός ἐστιν;

189 §. XIII. Porro videre aliquando licet, *quod* aliquis simul ac natus est, in potestate patris non sit, sed postea in potestate fiat. Et qualis hic est? Con-

21. ὅια F. 22. *filios* F. sed sic & *conceptos* edere debuisset & συλληφθέντας. Vide *Anacol.* in Gloss. Th. 23. ἤγεν de: F. 24. ἀκόλεθον F. *24. ὅτι excidisse credo. 25. ἰν ποτεσάτε hic & deinceps ante F. 26. μετὰ δὲ ταῦτα F.

Romani sanxerunt observandum in omnibus nuptiis incestis. Denique utrique spurii dicuntur, & vulgò concepti, d. l. 23. Ulp. t. 5. FABR. I.

h. Spurii dicuntur quasi sine patre nati, §. 3. inf. *de succ. cog.* l. 25. D. *de captiv. & postl.* Plutarch in *Rom.* Q. non quòd sine patre sint: ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ ἔιη ποτ' ἄν, ut ait Euripid. Sed quoniam pater illis incertus est, & ut *Pan* dicitur à Poëtis ἀπάτωρ, quod ex promiscuo procorum concubitu natus sit, ἐκ τῆς πανσπερμίας γεννάμενον, ut ait Leo Imp. *homil.* 2. Joann. Pediasimus in *Theocriti Syr.* ἀπάτωρ, ἤγουν πολυπάτωρ · ἐκ πολλῶν γὰρ τῶν μνηστήρων γεγόνηται. FABR. I.

Utraque edit. Fabr. & Doujat. *concepti.* Curtius verterat : *sed receptum est, ut spurii vocentur - - quasi - - concepti.* Fabr. cum pro *receptum est, ut sp. voc.* posuisset, *solent eos spurios vocare*, retinuerat *concepti :* & tamen pro eo, quod mox sequitur ap. Curt. *vel quasi sine patre filii*, dederat *vel qs s. p. filios.* EDITOR LEID. Hoc ad versionem Latinam pertinet: at eamdem in Græco negligentiam notavimus *lect. var.* 22. G. O. R.

i. 28. *Eclog.* 5. περὶ γάμων ἀθεμίτων 24. 4. Harmenop. 6. §. 60. *l.* 52 *ff. de ritu.* D. GOTH.

Scholiastes notat, dotem caducam fieri. v. ad Institut. Iustin. FABR. II.

k. Errat Theoph. nam qui ex illicito coitu nascuntur, naturalium appellatione non censentur, l. 44. C. de Episc. & cler. Nov. 74. c. 6. Balsam. ad c. 1. Syn. Laodic. οἱ δὲ νόμοι τὰς ἐκ πορνείας τεχθέντας, ὡς ἐκ νομίμου συναφείας γενηθέντας λογίζονται, ἐὰν ὕστερον τὴν μητέρα αὐτῶν νομίμως ἀγάγηται ὁ πατήρ. Errat: nam, ut idem ait, concubina legibus cognita est, non meretrix ad can. 26. epist. S. Basilii ad Amphiloch. naturales appellare solemus eos, qui ex concubinatu progeniti sunt. D. Aug. Conf. 6. c. 17. FABR.

Si ex Novellis pro Th. argumentari liceret, (ante quas omnes ipse παραφρασιν composuit) hac ipsa Nov. 74 *praef.* §. 1. *fin.* & *cap.* 6. uterer: sed ficuti concedo, proprie & olim naturales tantum dictos, qui ex concubina nati fuerint, ita deinde etiam illos eo nomine appellatos, quos pater naturalis pro suis, i. e. ex se natis agnosceret, patet ex l. 1. & 7. Cod. *de Natur. lib.* & l. 1. C. Theod. *eod* In prima harum dicit Constantinus A. „ Se„ natores . . . . placet maculam subire infamiæ „ . . . si ex ancilla . . vel liberta . . vel sceni„ ca . . vel tabernaria [de qua vid. omnino l. 1. „ Cod. Theod, *de Adulter.* & ibi Jac. Gothofr.] „ . . . . susceptos filios in numero legitimorum „ habere voluerint . . . seu illos legitimos seu

„ na-

ἐστιν; 27 ἐμιγνύμην μὴν ἐγὼ *27 τινι γυναικὶ, πρὸς ἣν νόμιμον οὐκ ἐκωλυόμην συνήσασθαι γάμον· 27 ἐμιγνύμην δὲ αὐτῇ, οὐχ ὡς γαμετῇ, ἀλλ' ὡς πόρνῃ τυχὸν, ἢ παλλακῇ· ἐτέχθησαν παῖδες ἐντεῦθεν· οὐκ εἰσὶν in poteſtate, διὰ 28 τὸ γάμον μὴ προηγεῖσθαι, ἀλλ' ἔστι k φυσικὸς ὁ παῖς· kk τοῦτον 29 ἐπιδέδωκα l μοι ταῦτα εἰς βουλευτήριον m· γενήσεταί μοι in poteſtate. Τὸ δὲ αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ συνεκάθευδον γυναικί τινι, οὐχ ὡς γαμετῇ, ἣν ἔχειν με γυναῖκα οὐχ ὁ νόμος, ἀλλ' ἡ τῆς διαθέσεως ἐκώλυσεν 30 ἔλλειψις· ἐτέχθη παῖς, οὐκ ἔστιν 25 in poteſtate. εἰ δὲ μὴ ταῦτα, 31 καθὰ εἴρηκεν ἡ διάταξις τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως, 32 προικῶα γένηται n πρὸς αὐτὴν, ἃ μόνον

Concubui ego mulieri cuidam, cum qua legitimas contrahere nuptias non prohibebar. Concubui autem illi, non ut uxori, ſed ut meretrici forte vel concubinæ. Nati inde ſunt liberi. Non ſunt in poteſtate, quia nuptiæ non præceſſerunt, ſed naturalis eſt filius. Hunc poſtea in curiam tradidi; fiet mihi in poteſtate. Idem quoque eſt, etſi mulieri cuidam concubui, non ut uxori, quam me uxorem habere non lex, ſed voluntatis impedivit defectus. Natus eſt puer: *is* in poteſtate non eſt. Si vero poſtea, ſicuti conſtitutio religioſiſſimi Imperatoris noſtri ſancivit, dotalia *inſtrumenta* cum ea fiant, non modo nati

27. ἐμιγνύην Lugd. & Goth. Sed Baſil. & Pariſ. priori loco ἐμιγνύην, poſteriori ἐμιγνύμην. *27. γυν. τινι F. 28. τὸν ante Goth. 29. ἐπιδέδωκε ante F. 30. Sic Lovan. & F. 2. ceterae ἔλλειψις. 31. κατὰ ἔιρηται διατάξει F. 32. προικῶα & προικώων ſine ἰῶτα ante F. 2. qui in 1. προϊκῶα & προϊκώων edidit.

„ *naturales* dixerit," ſcil. pater. In l. 1. C. Th. *de Nat. lib.* (ut temporis ordinem ſequar) Imppp. Valent. Val. & Grat. dicunt, *ſi ex conſortio* NB. *cujuslibet mulieris* naturales *ſuſceperit*, quod quidem ad natos ex concubina reſtringit Gothofr. ſed ex præjudicio tantum. Denique Juſtinianus in d. l. 7. ſic: „ Legem Anaſtaſii divinæ recordationis, quæ „ ſuper *naturalibus filiis* emiſſa eſt &c. ita tamen „ ut non *aliunde* progenitis ſubveniſſe credatur, „ quam non ex nefario nec inceſto conjugio. *Na*„ *turalibus* inſuper filiis vel filiabus ex *cujuslibet* „ *mulieris* cupidine, non inceſta, non nefaria pro„ creatis". &c. Nunc vero in argumentum Novellam quoque 74. citare licebit, quum oſtenderim, cujusmodi liberi jam ante eam *naturales* ſint dicti, plane ut loquitur Balſamo, injuria a Fabroto notatus, & Thomas Mag. in Τίθη ſub fin.: φυσικὸς υἱὸς, ὁ ἐκ πορνείας γεγονώς τινι, ᾧ σύαντίον ὁ γνήσιος. Intellige autem ſemper ſoluti ex ſoluta; ut & Jus Canonicum & hodierni mores ſervant, de quibus Vinnius *in Comment.* ad §. 12. & Huberus in *Prælect.* h. t. G. O. R.

kk. Ante τοῦτον Curtius in verſione ſupplet εἰ aut ἐὰν· Gavellius noſter καὶ ſupplendum cenſet poſt βουλευτήριον. Sed conſideremus, Theophilum hoc capite conciſe loqui ſine conjunctionibus & copulis. Obſervanda etiam numerorum enallage: nam plurali ἐτέχθησαν --- εἰσὶν ſubjungitur ſingularis, ἀλλ' ἔστι φυσικὸς ὁ παῖς. G. O. R.

l. Nov. 83. c. 2. & 8. D. GOTH.

Potius l. 3. & 4. Cod. *de Natural. lib.* &c. G. O. R.

m. Βουλευτήριον gloſſis curia, ordo. Unde βουλευτὴς Decurio, curialis. *l.* 53. *Cod. de Epiſcopis.* D. GOTH.

Liberi naturales oblatione curiæ legitimi efficiebantur propter onera curialium, Theophylact. in Marc. c. 15. itaque Chriſtiani inviti ad decurionatum vocabantur, Sozom. 1. c. 8 FABR. I.

n. Injuſti liberi juſti fiunt accedente honeſto nomine matrimonii, maritali honore, & affectione, ut in l. 31. D. *de donat.* Libanius declam. 22. D. Auguſt. Confeſſ lib. 6. c. 12. & de bono conjug. cap. 14. D. Hieron. de ſupp. cont. vit. Senec. in Hippol. act. 2. ſc. 3. *forſan jugali crimen abſcondam face.* Ovid. epiſt. Parid. ad Helen. *Nunc ea peccemus, quæ corriget hora jugalis.* Tabulæ tamen matrimoniales neceſſariæ ſunt, aliter quam in juſtis nuptiis l. 13. C. eod. Hebræorum tamen jure juſta uxor eo differebat à concubina, quòd uxor

νον οἱ προτεχθέντες τῶν προικῴων, ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ τοῦτα, ὅ ἐι τινας 33 συμβαίη τεχθῆναι, ὑπεξούσιοί μοι γενήσονται, κατὰ τὰ προεχόμενα τῇ τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως διατάξει.

nati ante *instrumenta* dotalia, sed & qui postea, si aliquos nasci contigerit, in potestate mea fient, secundum *ea* quæ sanctissimi Imperatoris nostri constitutione continentur.

[ΠΕΡΙ DE

33. συμβάινει F.

bb. Plus artis habet hæc altera definitio. Verba quæ generis locum tenent, a Gothofredo [Curtium *nominare debuisset, neque is* legis, *sed* juris civilis *habet*:] vertuntur, *Accidens ex circumstantia legis*; minus proprie, nec satis, ut videtur, efficaciter. πάθος enim est *passio* s. *afflictio*, cui respondet vox finalis πάσχοντος *patientis*. Vox μεταστάσεως obscurior est: significat *casum* & *circumstantiam*, ut Gothofredus reddidit; item *necessitudinem*, qua quis constringitur, denique *cladem* aut *afflictionem*; quo sensu accipi à Th. propter sequentia ἐλαττῶν & πάσχοντος videtur, & quia ut est in Synopsi Attal. tit. 3. capitis minutio hominem semper redigit εἰς τὸ χεῖρον, in statum *deteriorem*. Denique verbotenus Theophili definitio reddenda videtur: *Passio ex afflictione legum eveniens, mutans aut minuens statum ejus qui patitur.* . . . . Sed emancipatus, ex alterius potestati obnoxio, fit sui juris, & capite ac facultate augetur. Hunc nodum solvit Paulus in l. 3. §. 1 de Cap. min. *Emancipato filio*, inquit, *capitis minutio manifesto accidit cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus.* &c. HUBER. *Digress. pag.* 164.

c. Auson. Id. 11. *Triplex libertas, capitisque minutio triplex.* Trib. cap. dem. ea adimuntur, quæ à genere, à civitate, à rer. natura tribuuntur, l. 3. D. *de int & releg.* id est familia, civitas, & libertas: tria enim sunt quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam l. ult. D *eod.* quæ complecti videtur Ter. *Eun. act* 4. Sc. 7. his vers. *--principio eam esse dico liberam.* T. *Hem! C. civem Atticam.* T. *Hui! C. meam sororem.* FABR. I.

d. Maximam cap. dim. patiuntur servi pœnæ, revocati in servitutem ob ingratitudinem, qui se ipsos vendiderunt, ut hic: qui in insulam deportati ob delictum *Ecl. d.* c. 33. de quo tamen v. §. 2. inf. *eod.* qui liberi censeri noluerunt. Ulp. 11. §. 11. Cicero pro Cecinna. Livius 1. Halicarnas. 4. & ex S. C. Claudiano, quæ sciens prudens alicui servo se conjunxit, denuntiante id servi domino. Ulp. d. §. 11. D. GOTH.

περὶ e τὸν πάτρωνα, καὶ διὰ τοῦτο καταδικασθέντες· ἢ οἱ ἀνασχόμενοι ad pretium participandum ἑαυτοὺς 7 διαπραθῆναι· τούτων ἕκαστος περιπεσὼν τῇ μεγάλῃ κάπιτις διμινυτίονι, τῇ πολιτείᾳ συναπόλλυσι τὴν ἐλευθερίαν.

ideo condemnati sunt: vel qui se ad pretium participandum venumdari passi fuerunt. Horum quisque in magnam capitis diminutionem incidens cum civitate libertatem amittit.

§. II. Μέση f κάπιτις διμινυτίων ἐστὶν, ὁπότε ἡ μὲν πολιτεία ἀπόλλυται, ἡ δὲ ἐλευθερία μένει ἀκέραιος· ὅπερ συμβαίνει 8 ei, g cui aqua & igni interdictum fuerit, ἢ τῷ εἰς νῆσον δεπορτατευθέντι h· ἑκάτερος γὰρ ἐλεύθερος ὤν, ἐκπίπτει τῆς Ρωμαϊκῆς πολιτείας, καὶ ἐν τούτῳ μὲν ἰσότης· διαφορὰ δὲ 9, ὅτι ὁ μὲν δεπορτάτος τόπῳ 10 περικέκλεισται, τουτέστι τῇ νήσῳ· ὁ δὲ, 11 cui aqua & igni interdictum est, 12 παντὸς i εἴργεται τόπου.

§. II. Media capitis diminutio est, quando civitas quidem amittitur, sed libertas integra manet: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit; vel qui in insulam deportatus fuerit. Uterque enim manens liber, Romana civitate excidit; atque in hoc quidem æqualitas *est*: differentia autem, quod deportatus loco circumcludatur, id est insula; is autem, cui aqua & igni interdictum est, omni arceatur loco.

§. III. Ελαχίστη k δέ ἐστι κάπιτις διμινυτίων, ὁπότε καὶ ἡ πολιτεία καὶ ἡ ἐλευθερία διακατέχεται 13 ἤγουν φυλάττεται,

§. III. Minima capitis diminutio est, quando & civitas & libertas retinetur sive servatur, sed status præsens

7. διαπραθῆναι F. 8. τῷ ὑδατι καὶ πυρὶ *aqua & igni interdicto.* F. 9. F. addit hæc: δεπορτάτε καὶ *aqua & igni* ἰντερδίκτε. 10. περικλείεται F. 11. aqua & igni ἰντερδίκτος F. 12. *vid. Not.* 13. ἤγ. φυλ. de: F.

e. Libertus ingratus, quem superbiæ reum vocat Valentin. Nov. *de Libert.* Attico jure retrahebatur in servitutem, Plato 11. *de Leg.* Plut. *in Sol.* Val. Max. *lib.* 2. c. 1. Donat. & Eugraph. *in Terent.* Jure quoque civili R. libertus ingratus jure libertatis exuitur, l. 2. Cod. *de libert.* FABR. I.

f. Μέση hic & d. c. 33. *Eclogæ* dicitur, quæ apud Justinianum *minor*, apud Ulpianum 11. §. 12. & Paulum l. ult. ff. *eod. media.* D. GOTH.

g. Festus: *Deminutus capite appellatur, cui aquâ ignique interdictum est.* Ulp. t. 11. FABR. I.

h. Deportatio hic species *mediæ* capitis diminutionis, constituitur apud auctorem *Eclog.* d. c. 33. *maximæ.* D. GOTH.

Vide Huberi *Prælect.* h. t. §. 3. & in *Digress.* pag. 503. Ger. Noodt II. *Obs.* c. 21. Ottonis Comment. h. l. aliosque. G. O. R.

i. In duob. Codd. deest vox παντὸς, [πάντως Edit. 2.] & ità legisse videtur Schol. Interdictus aqua & igni arcetur certo loco: τετέσιν ἵνα μὴ μεταχῇ ἐν τῷ τόπῳ ἐξ οὗ ἐξορίζεται, ἢ πυρὸς, ἢ ὕδατος, τετέσιν ἵνα μὴ πολιτεύεται [leg. πολιτεύηται] ἐκεῖ· ταῦτα γάρ εἰσι θεὸς ζωὴν τῷ ἀνθρώπῳ· sive ut ait Fest. *hæ duæ res humanam vitam maximè continent.* Lactant. de orig. err. cap. 10. FABR.

Et Ulpianus meminit interdictorum aqua & igni simpliciter l. 18. D. *de statu hom.* l. 10. §. 2 D. *ad L. Jul. de vi publ.* & tit. 10. §. 3. & horum simul & deportatorum, tanquam talium, inter quos aliquid esset discriminis l. 1. §. 2. D. *de Legat.* 3. nec multo aliter Imp. hos distinguit §. 2. Inst. *de Cap. deminut.* Et Th. hoc discrimen agnoscit, dum ait: διαφορὰ &c. ubi illud παντὸς *omni* in quibusdam libris non esse testatur Fabrotus. Et certe arcetur quidem interdictus talis certo loco, sed non omni loco. Ceterum videtur sensim magis magisque observatum esse, ut ita damnati in insulas deportarentur. . . . . Sed & nuda tamen interdictio aqua & igni aliquando usurpari, atque

inter

τεται, ἡ δὲ παρῶσα καταστάσις ἀμείβεται· ὅπερ συμβαίνει 14 ἐπ' ἐκείνων, οἱ αὐτεξούσιοι ὄντες δεδώκασιν ἑαυτοὺς εἰς 1 ὑοθεσίαν, καὶ γεγόνασιν ὑπεξούσιοι· 15 ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὁ ὑπεξούσιος γέγονεν m αὐτεξούσιος· ἐνταῦθα γὰρ μόνης τῆς ὑπεξουσιότητος ἢ αὐτεξουσιότητος γέγονεν ἐναλλαγή.

sens mutatur : quod in his accidit, qui quum patresfamilias essent, in adoptionem sese dederunt, & filiifamilias sunt facti. aut ex contrario, filiusfamilias factus est paterfamilias. Hic enim solius potestatis alienæ aut suæ facta est commutatio.

§. IV. Ἆρα 16 δὲ ὁ οἰκέτης ἐλευθερωθεὶς ὑφίσταται κάπιτις διμινουτίονα; καὶ λέγομεν, οὐδαμῶς· ἐπειδὴ οὐδεμίαν πάλαι εἶχε κεφαλὴν, n ἀλλὰ νῦν μὲν τὴν ἐλευθερίαν ἤρξατο ἔχειν κεφαλὴν, καὶ γνωρίζεσθαι ὑπὸ τῶν νόμων.

283 §. IV. An vero servus manumissus capitis diminutionem patitur? & dicimus, nequaquam; quoniam nullum quondam habebat caput, sed nunc post libertatem caput habere cœpit, & a legibus agnosci.

§. V. Ὧν δὲ τὸ ἀξίωμα βασιλεὺς ἀφείλετο, οὐχ 17 ὑφίστανται κάπιτις διμινουτίονα· ὥστε οὐ ὁ τῆς συγκλήτου ο ἐκβληθεὶς οὐκ ἔστι capite 18 diminutus.

§. V. Quibus autem princeps dignitatem ademit, capitis diminutionem non patiuntur : itaque senatu *quis* motus non est capite diminutus.

§. VI. 19 Ἡ μὲν ἀδνατίων ἀναιρεῖται διὰ284 τῆς κάπιτις διμινουτίονος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· (ἀφ' οὗ τί δὲ 20 προσετέθη P τὸ ὡς ἐπὶ

§. VI. Agnatio ut plurimum quidem per capitis diminutionem tollitur, (cur autem UT PLURIMUM additum

14. ἐπὶ F. 15. ἢ καὶ F. 16. οὖν pro δὲ F. 17. ὑφίσταντο ante F. 18. *deminutus* Lugd. & Goth. διμινουτῶ F. 19. Ἡ μὲν οὖν ἀδγνατίων ἀναιρεῖται τῇ *capitis* διμινουτίονι F. 20. προστιθεται F.

inter hos interdictos & deportatos differentia, de qua in præcedentibus dixi, manere potuit. SCHULTING. *ad Caj. p.* 48.

Ulr. Huberus in *Digress. pag.* 175. ne cum Theophilo interdicti ac deportati differentiam agnoscat, & Institutiones & Digesta vel corrigere vel mire detorquere sustinet : mihi, quod rursus moneo, satis est Theophilo convenire cum suo Imper. Vocabulum autem παντὸς defendendum omnino videtur ex l. 5. D. *de Interd. & releg.* quam varii varie emendant, ut A COSTA *h. l.* Cujacius ad *Pauli R. S.* 5, 17, not. 4. & post alios G. Noodt III. *Probab.* 3. Sed vulgatam rectius tuetur atque ex Theophilo illustrat Huberus in *Digress.* pag. 167. & maxime p. 504. sqq. item in *Prælect. ad Dig.* III. pag. 709. G. O. R.

k. l. ult. ff. *eod.* Ulp. 11. §. 13. *Eclog.* d. §. 10. & 33. D. GOTH.

l. Minima capitis diminutio fit adoptione, emancipatione, ut hic : in manum conventione Ulp. 11. §. 13. Cicero *in topicis loco ab adjunctis*, ubi dicam aliquando plenius. D. GOTH.

m. Emancipatus capite minuitur, l. pen. C. *de usufr.* l. 8. in fi. conj. l. seq. D. *eod.* & significat Gell. 1. 12. FABR. I.

n. l. 3. in f. ff. *eod.* D. GOTH.

Scholiast. ἐπειδὴ ἡ κεφαλὴ, καὶ τὸ πρόσωπον τῷ οἰκέτῃ ὁ δεσπότης ἐστίν· ὥστε ἐν ἐλευθερίᾳ ὁ οἰκέτης μέλλει ἔχειν πρόσωπον παρ' αὐτοῖς νόμοις. FABR.

o. l. 3. ff. *de Senatoribus.* D. GOTH.

Senator remotus Senatu, capite non minuitur, l. 3. D. *de Senat.* sed minuitur tantùm ejus existimatio, l. pen. D. *de extraord. cogn.* FABR. I.

p. Multa quidem promittit Th. quando dicit μαθησόμεθα. Sed ubi quæso in hoc libro? ERNST.

Aut spurius est hic versic. Ἀφ' οὗ τί δὲ, &c. aut Th. ex oblivione discessit à promisso : illud enim duntaxat mox explicat, cur dixerit cognationis jus plerumque non perimi. [Nisi forte hæc sint Schol. & legas μεμάθηκας, *didicisti*, nempe in Sch. ad §. ult. t. 15. *Edit.* 2.] FABR.

Dicemus ad Histor. Th. Mylianam. G. O. R.

ἐπὶ τὸ πλεῖστον, μαθησόμεθα·) ἡ δὲ κοσνατίων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ ἀναιρεῖται· ἀλλὰ τοῦτο δὲ εἶπον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἐπειδὴ ἡ [21] ἐλαχίστη κάπιτις διμινυτίων παρεντεθεῖσα, ἐπὶ σχήματος φυλάττει q τὰ κοσνατικὰ δίκαια· ἡ [22] μεγίστη κάπιτις διμινουτίων συμβᾶσα, καὶ τὴν κοσνατιόνα r διαφθείρει· εἰ γάρ τις καταδουλωθῇ, οὐκέτι μένει κοσνάτος, οἷς ἦν κοσνάτος· ἀλλ' οὐδὲ ἐλευθερωθεὶς, ὁ πρώην s ὢν ἐλεύθερος, τὴν παλαιὰν, [23] ἤγουν τὴν μετὰ τῆς δουλείας, ἀναλαμβάνει κοσνατιόνα. Εἰ δὲ καὶ τὴν μέσην κάπιτις διμινυτιόνα τις ὑποστῇ, οἷον δεπορτάτος γενόμενος, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλύεται ἡ κοσνατίων.

dirum ſit, diſcemus.) at cognatio ut plurimum non tollitur. Ideo autem dixi, ut plurimum, quoniam minima capitis diminutio interveniens in ſtatu conſervat cognationis jura. Nam maxima capitis diminutio accidens, etiam cognationem corrumpit. Si quis enim in ſervitutem redigatur, non jam manet cognatus, quibus fuerat cognatus. Sed neque manumiſſus, qui antea fuerat liber, priſtinam, ſive *quam* ante ſervitutem *habebat*, cognationem recipit. Sed etſi quis mediam ſubierit capitis diminutionem, veluti deportatus, etiam hoc modo ſolvitur cognatio.

§. VII. Ἡνίκα [24] πούπιλλος δεῖται ἐπιτροπῆς, οἶδας ὅτι, τεσταμνταρίας μὴ ὑποκειμένης, χώρα τῇ ἀδνατικῇ· εἰ δὲ πολλοὶ εἶεν t ἀδνάτοι, οὐ πρὸς πάντας ἅμα κάτεισιν u ἡ ἐπιτροπὴ, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐγγύτερον x ἐπιγραφομένους βαθμόν· οἷον,

§. VII. Quando pupillus tutela indiget, noſti, quum teſtamentaria non ſit, locum *eſſe* agnatitiæ. Si vero multi ſint agnati, non ad omnes ſimul pervenit tutela, ſed ad eos qui proximiore cenſentur gradu: veluti, agna-

21. μὲν ad: F. 22. δὲ Ego malim, inprimis ſi ſupra cum F. μὲν admittatur. 23. quinque voces ſqq. deſunt F. 24. δὲ inſerit F.

q. Schol. τουτέστι τὴν ἀδγνατιόνα· οἱ γὰρ ἀδγνάτοι λέγονται καὶ κοσνάτοι. leg. κοσνατιόνα. utique enim minima cap. dem. perimitur adgnatio, l. 4. §. pen. D. *de grad.* l. 7. D. *de cap. min.* l. 11. D. *de ſu. & leg. her.* §. 1. infr. *de adq. per adrog.* Cognatio autem non perimitur, quia jura ſanguinis nullo jure civili dirimi poſſunt, l. 8. D. *de reg. jur.* Pet. Cellenſis 1. ep. 9. Hinc civile jus, inde jus naturale de me conqueritur. Sed quid? civilia nunquam naturalia corrumpunt. maxima tamen & media cap. min. perit cognatio, quia morti comparantur. FABR. I.

r. Κοσνατιόνα dixit improprie pro jure cognationis: hoc jure civili tolli poteſt, cognatio tolli non poteſt. v. l. 8. ff. *eod.* l. 8. ff. *de reg. jur.* D. GOTH.

s. L. 7. ff. unde cognati: l. 2. §. 2. ff. ad Sc. Tertuli. D. GOTH.

t. Curtius *cognati* imprudens, ut credo, hic habet: quod caſtigat Nannius in *Apologia* §. 13. G. O. R.

u. Gajus lib. 12. ad edictum provinciale dixit, omnes tutelam nanciſci l. ſi plures. 9. ff. *de legitimis tutorib.* quod ultimum verbum ex lege XII. tabularum eſt. Feſtus in Nancitor. D. GOTH. ED. GEN. ſic: " Gajus in l. 9. D. *de Legit. tut.* ait, omnes tutelam nanciſci: ſed hoc accipito de iis, qui ſunt ejusdem gradus." Gothofredus ſcil. per inconſiderantiam, quæ utinam mihi nusquam accidat! huic loco ſuam notam adſcripſit, quam in fine hujus tituli ponere debuiſſet. G. O. R.

x. Proximus adgnatus intelligitur etiam qui ſolus eſt, quique neminem antecedit, l. 9. D. *de reb. dub.* l. 34. D. *de vulg.* ſicut interdum idem primus poſtremusque, qui ſolus occurrit, l. 2. §. 3. D. *de ſu. & legit. her.* Itaque primogenitus dicitur etiam qui unigenitus. Theophylact. in Matthæum: οὐχ ὡς δευτέρου τινὸς τεχθέντος λέγει τοῦτον πρωτότοκον, ἀλλ' ἁπλῶς, ὡς πρῶτον τεχθέντα, καὶ μόνον, quod repetit in c. 2. Lucæ. FABR. I.

οἷον, ἔστιν [25] ἀδνάτος ὁ ἀδελφὸς [26] καὶ θεῖος, ὁ ἀδελφὸς μᾶλλον προσγίνεται· εἰ δὲ πολλοί εἰσι τῷ αὐτῷ βαθμῷ, οἷον πολλοὶ ἀδελφοὶ ἢ πολλοὶ θεῖοι, [y] πάντες ἅμα [z] κληθήσονται.

agnatus est frater & patruus; frater potius pervenit. Si vero multi sunt ejusdem gradus, veluti multi fratres aut multi patrui, omnes simul vocabuntur.

25. ἀδνάτος deest F.

26. ἔστι δὲ ad: F.

y. Uni tamen decerni poterit administratio, ut hic notat Schol. quod confirmat l. 5. §. 1. D. *de legit. tut.* FABR.

z. Huc proprie pertinet superior Gothofr. nota *u*, ubi dixi. G. O. R.

[ΠΕΡΙ ΝΟΜΙΜΟΥ [a] ΠΑΤΡΩΝΩΝ ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΕΩΣ.]

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΖ.

TITULUS XVII.

ΑΠελεύθερος ἢ ἀπελευθέρα ἐδέοντο [287] ἐπιτρόπου, διὰ τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας· τίς αὐτῶν ἐπιτροπεύσει; [1] τεσταμεντάριος; ἀδαμῶς· τούτους γὰρ καταλιμπάνει ὁ ἔχων ὑπεξουσίους τοὺς ἀνήβους· οὗτοι δὲ ὑπεξούσιοι οὐκ εἰσὶν, ἐκ δουλείας ἐλευθερωθέντες, οὓς γὰρ ἔχουσι τοὺς ἀνιόντας· [2] ἀλλὰ λεγίτιμοι; καὶ πῶς ὁ μὴ ἔχων ἀνιόντας, ἔχειν δύναται τοὺς ἐκ πλαγίου; ἐξ ἐκείνων [b] γὰρ οὗτοι καταλαμβάνονται· τί οὖν; ὁ νόμος ὁ [3] δωδεκάδελτος τοὺς [c] [288] πάτρωνας, καὶ τοὺς τῶν πατρώνων παῖδας

LIBERTUS aut liberta tutore indigebant, propter ætatis defectum. quis eos tuebitur? testamentarius? Nequaquam: hos enim relinquit qui impuberes in *patria* potestate habet; hi autem in potestate *patria* non sunt, ex servitute manumissi, non enim habent parentes. *An* vero legitimi? Et quomodo qui parentes non habet, habere potest *propinquos* ex latere? ex illis enim hi deprehenduntur. Quid ergo? Lex XII. tabularum patronos &

1. τεσταμεντάριος. ἀδαμῶς. absque medio interrogationis signo, ante F. cui præivit Curtius. 2. Sic Lovan. Curt. & F. Ceteræ ἀλλὰ λεγίτιμοι. per colon distinguunt. 3. δωδεκαδ. Paris. Lugd. & Gothofr. δυοδεκαδ. F. hic & deinceps.

a. Superior tit. est de legitima adgnatorum tutela, hic de quasi adgnatorum: nam ut ait Justin. in constit. de jure patron. δοκοῦσι συγχωρεῖς εἶναι τῶν ἐλευθερωμένων οἱ ἐλευθεροῦντες. Imò patroni quasi patres, Servius in 6. Æn. & extraneus manumissor, qui erat quasi patronus, pater fiduciarius appellatur à Cajo lib. 1. inst. t. 6. Boët. in Top. lib. 3. *Tutela quatuor ferè modis est: aut enim consanguinitatis gradu, aut patronatus jure defertur, aut testamento patris eligitur, aut Urbani Prætoris jurisdictione formatur.* FABR. I.

b. *Cum hi per illos comprehendantur*, Fabr. in prima Edit. cum Curtio dederat: [at in Corrigendis legi jussit, *ex illis enim istos accipimus:*] In secunda, *ex illis enim assumitur:* quod & Doujatio placuit. Hoc quid sit, intelligi non potest. Sententia est a parentibus oriri sive accipi propinquos ex latere. Sic inf. pr. de Success. libert. ubi omnes verterunt, *cum hi ex illis intelligantur*, & ibid. *nam hi ab illis procedunt.* Forte Fabrotus hic edi voluerat *assumuntur.*. EDITOR. LEID.

c. L. 3. ff. *de legitim. tutorib.* D. GOTH.

δας ἐπὶ τὴν τούτων ἐπιτροπὴν καλεῖ· εἶπον γὰρ προλαβὼν, ὅτι ἐπὶ τῇ δόσει τῆς ἐλευθερίας τὸ βάρος ἕπεται τῆς ἐπιτροπῆς· λέγεται δὲ καὶ αὕτη λεγίτιμα, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ δυωδεκαδέλτου εὑρέθη· ἀλλὰ ἔχει τις εἰπεῖν, καίτοι ἀναγνοὺς τὰ τῶ δυωδεκαδέλτου ῥήματα, μνήμην οὐχ εὗρον ταύτης τῆς ἐπιτροπῆς· ἀλλ' ἐρῶμεν, ὡς [d] εἰ μὴ σαφῶς [e] τοῖς ῥήμασι τοῦ νόμου περὶ αὐτῆς διηγόρευται, ἀλλ' οὖν ἐκ τῆς ἐννοίας [f] τῶ δυωδεκαδέλτου ἐστὶ τοῦτο λαβεῖν· φησὶ γὰρ ἔν τινι μέρει τῆς οἰκείας νομοθεσίας, Ἐάν τις ἄπαις καὶ ἀδιάθετος τελευτήσῃ, οἱ ἀδνάτοι [g] προσγενέσθωσαν ἐπὶ τὴν τούτου κληρονομίαν· καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει φησίν, Ἐάν τις δεῖται [4] ἐπιτροπῆς, [h] οἱ ἀδνάτοι ἐπιτροπεύουσιν· οὓς τοίνυν ἀδνάτους παρεμυθήσατο τῷ κέρδει τῆς κληρονομίας, τούτους ἐβάρυνε τῇ ἐπιτροπῇ· ταῦτα περὶ εὐγενῶν· ἐλθὼν δὲ εἰς τοὺς ἀπελευθέρους εἶπεν,

& patronorum liberos ad tutelam horum vocat. Dixi enim ſuperius, libertatis dationem ſequi tutelæ onus. Aſt etiam hæc vocatur legitima, quoniam *lege* XII. tabularum inventa eſt. Sed dicere quis poſſit, etſi *legis* XII. tabularum verba legi, mentionem *ta-*
289 *men* hujus tutelæ haud inveni? Sed dicemus, etiamſi non diſerte verbis legis de illa cautum ſit, attamen ex mente *legis* XII. tabularum hoc deprehendere licet. Dicit enim in quadam ſuæ legiſlationis parte: SI QUIS SINE LIBERIS ET INTESTATUS OBIERIT, AGNATI PERVENIANT AD EJUS HEREDITATEM: & in alia rurſus parte ait: SI QUIS TUTELA INDIGEAT, AGNATI TUTORES ERUNT. Quos igitur agnatos conſolata eſt hereditatis emolumento, eosdem tutela one-
290 ravit. Hæc de ingenuis: ad liber-

tos

4. ἐπιτρόπε cum Curt. F. Statim malo ἐπιτροπεύσουσιν. G. O. R.

d. Ex lege eſſe dicitur, quod ex ejus interpretatione eſt l. 6. §. 1. ff. *de verb. ſignif.* D. GOTH.

e. Σαφῶς nominatim & aperte. Ulpianus 11. §. 3. *propalam* dixit. D. GOTH.

f. Forte ἑρμηνείας, nam hîc apud Juſtinianum dicitur eſſe per interpretationem introducta, tametſi ἐννοία ſeu intellectus legis, idem quod ejus interpretatio. D. GOTH.

Legitima patronorum tutela non ex verbis deſcendit, ſed ex legis interpretatione. Ulp. t. 11. ait *tutelam hanc ex lege* 12. *tab. introduci per conſequentiam*, ſive ut idem ait in l. 3. D. de leg. tut. *per conſequentias hereditatum, quæ ex ipſa lege patronis datæ ſunt*, l. 11. D. *de jur. patron.* & legitimum igitur eſt, tam quod ex lege proficiſcitur, quam quòd ex ejus interpretatione: imò etiam, cum ad aliud producitur interpretatio, id quoque legitimum eſt. FABR. I.

g. V. l. 53. ff. *de verborum ſignific.* Authorem ad Herennium 1. & 2. *de inventione*, Gajum 3. Inſtitut. apud Ruffin. tit. 16. collat. legum Moſaicarum. Adde inf. *de legitima agnatorum ſucceſſ.* & quæ ſcripſi ad leges XII. tabularum tit. *de hereditatib. ab inteſtato.* D GOTH.

Vid. l. 73. D. *de R. J.* & ibi P. Fabr. GEN. ED.

Verba legis v. apud Licin. Rufin. t. 16. & Regul. Ulp. t. 26. FABR.

h. l. 1. l. 5. pr. ff. *de legit. tutorib.* & ſup. *de legit. agnat. tutela* Ulp. 11. §. 4. l. 1. Cod. *de legit. tutela.* D. GOTH.

i. Adde Ulpianum tit. 29. §. 1. & paſſim, ubi de bonis libertorum & eorum ſucceſſione. D. GOTH.

k. Κατὰ μίμησιν, id eſt ad ſimilitudinem & imitationem: Ulpianus 11. §. 3. per conſequentiam tutores liberorum dixit patronos: agnatos propalam tutores agnatorum ſuorum in legibus duodecim tabularum. D. GOTH.

l. V. 5. Harmenop. 11. §. 20. Hic autem notandum, quòd tutelas deferri ait ex ratione heredi-

εἶπεν, Ἐὰν ἀπελεύθερος ἢ ἀπελευθέρα ἄπαιδες καὶ ἀδιάθετοι τελευτήσωσιν, τὴν τούτων κληρονομίαν i οἱ πάτρωνες, ἤγουν οἱ παῖδες τῶν πατρώνων *4 διαδέχονται· περὶ δὲ ἐπιτροπῆς οὐδὲν εἶπεν· ἐπειδὴ οὖν ἐκάλεσε τοὺς πάτρωνας εἰς τὴν τῶν ἀπελευθέρων κληρονομίαν, κατὰ μίμησιν k τῶν ἀνδρῶν, ἐξ ἀνάγκης οἱ παλαιοὶ καταστοχαζόμενοι τοῦ νόμου λέγουσι, τὸν291 αὐτὸν τρόπον καὶ βαρύνεσθαι αὐτοὺς τῇ ἐπιτροπῇ· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γάρ, ἔνθα l τῆς διαδοχῆς ἐστι τὸ κέρδος, ἐκεῖ καὶ τῆς ἐπιτροπῆς 5 τὸ βάρος εἶναι χρή.

tos autem deveniens ait: SI LIBERTUS VEL LIBERTA SINE LIBERIS ET INTESTATI DECESSERINT, HEREDITATEM EORUM PATRONI AUT PATRONORUM LIBERI ACCIPIENT. Sed de tutela nihil dixit. Quoniam ergo patronos vocavit ad libertorum hereditatem, ad similitudinem agnatorum, necessario veteres legis *mentem* considerantes dixerunt, eodem modo ipsos etiam tutela onerari. Ut plurimum enim, ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse decet.

Διὰ τοῦτο δὲ εἶπον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἐπειδὴ, ἐὰν θηλεία ἄνηβον ἐλευθερώσῃ, τελευτήσῃ δὲ ὁ ἄνηβος ἀπελεύθερος, καλεῖται μὲν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κληρονομίαν, οὐ βαρύνεται δὲ τῇ αὐτοῦ ἐπιτροπῇ· ἐπειδὴ τὸ ἐπιτροπεύειν ἀῤῥένων, m θηλειῶν δὲ 6 ἀλλότριόν ἐστιν.

Ideo autem dixi Ut plurimum, quoniam, si mulier impuberem manumittat, & libertus impubes moriatur, *ipsa* quidem ad ejus hereditatem vocatur: sed ejus tutela non gravatur, quia tutorem esse virorum est, & alienum a feminis.

[ΠΕΡΙ DE

*4. & hic malo ἀμφιδέξονται, quomodo verti. 5. τὸ de: Lugd. & Goth. 6. ἐστιν οὐκ. F.

reditatis, aliàs in l. quo tutela. ff. *de reg. jur.* hereditas deferri dicitur pro ratione tutelæ. D. GOTH.

m. L. 16. & l. ult. D. *de tut.* & l. 1. Cod. *quando mul. tut. off.* Denique feminæ ob omnib. officiis civilib. vel publicis remotæ sunt, ὡς ἀλιθηρὸν καὶ ἐναπάτητον ἔχουσαι φρόνημα, ut ait Theodorus Hermopolites ad l. 2. D. *de reg. jur.* imò mulieres erant in perpetua tutela. Boet. in Top. lib. 2. FABR. I.

Absurdum enim videbatur, feminas quæ veteri Jure in perpetua erant tutela, ipsas aliorum tutelam gerere. Id itaque incognitum fuisse videtur ante Valentinianum ac Theodosium, qui matri filiorum tutelam postulare certis conditionibus permiserunt, si nulli essent sive testamentarii sive legitimi tutores, l. 2. *Cod. Quando mul.* Justinianus matres atque avias transversalibus in eo munere antepositi. *Nov.* 118. *c.* 5. J. DOUJ.

[ΠΕΡΙ [a] ΝΟΜΙΜΟΥ ΓΟΝΕΩΝ ΕΠΙΤΡΟΠΕΥΣΕΩΣ]

ΤΙΤΛΟΣ ΙΗ.

ΕΠοίησα τὸν ἐμὸν υἱὸν, ἢ τὴν ἐμὴν292 θυγατέρα, ἢ ἔγγονον ἢ ἐγγόνην, ἀνήβους ὄντας, ἐμαγκιπάτους· τίς [1] αὐτῶν ἐπιτροπεύσει, ἐπειδὴ ἐπιτρόπου δέονται; τεσταμεντάριον δὴ ἔστιν εἰπεῖν· τὸν γὰρ τεσταμεντάριον καταλιμπάνει ὁ ἔχων τὸν ἄνηβον ὑποξύσιον· ἀλλὰ ἀγνάτον; ἀλλὰ διέφθαρται τῇ ἐμαγκιπατιόνι τὰ ἀγνατικὰ δίκαια· τίς οὖν κληθήσεται ἐπὶ τὴν ἐπιτροπήν; καθὰ καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν, ὁ πατὴρ καὶ ὁ πάππος, οἱ ἐλευθερώσαντες αὐτοὺς, καὶ [2] ἐπιτροπεύσουσι κατὰ μίμησιν τῶν πατρώνων, λεγόμενοι καὶ αὐτοὶ λεγίτιμοι ἐπίτροποι.

[ΠΕΡΙ

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

TITULUS XVIII.

FILIUM meum aut filiam meam, vel nepotem neptemve, impuberes cum eſſent, emancipavi. quis eos tuebitur, quandoquidem tutore indigent? Teſtamentarium non licet dicere: teſtamentarium enim relinquit, qui impuberem in poteſtate habet. An ergo agnatum? Sed jura agnatitia emancipatione ſunt corrupta. Quis ergo ad tutelam vocabitur? Sicuti in ſuperioribus etiam diximus, pater & avus, qui eos emancipaverunt, & tutores erunt ad patronorum ſimilitudinem, dicenturque & ipſi tutores legitimi.

DE

1. Lugd. & Goth. αὐτὸν male pro αὐτῶν. Fabrotus inverſe: ἐπιτρόπε δέονται; τίς αὐτῶν ἐπιτροπεύσει; 2. ἐπιτροπεύσει ante F.

a. Apud Ulpianum 11. §. 5. filii filiæve emancipatorum tutor fiduciarius dicitur, is qui liberum caput mancipatum ſibi, vel à parente, vel à coëmptore, hoc eſt, fiduciario patre manumiſit: idque per ſimilitudinem patroni. Erit igitur hæc tutelæ ſpecies non modo legitima ſed & fiduciaria. D. GOTH.

Vid. Cujac. hic & ad tit. Ulp. XI. GEN. ED.

Parens emancipati filii ſui tutor eſt, l. 15. §. 1. D. *de excuſ. tut.* l. 28. §. 3. D. *de liber. leg.* id eſt, parens manumiſſor exemplo patroni legitimus tutor efficitur, ſive ut ait Ulp. *vicem legitimi tutoris ſuſtinet*, l. 3. §. ult. D. *de leg. tut.* id eſt, patroni: filius enim fam. parenti ſervi loco eſt: poſt manumiſſionem autem libertus. Pater verò velut dominus tam civili, quàm naturali ratione. Euſebius, ut refert Epiphanius diaconus, act. 6. Concilii Nic. 2. νόμοις φύσεως παντὸς υἱοῦ πατὴρ κύριος ἂν εἴη αὐτῷ· poſt manumiſſionem autem patronus. Ejusmodi tamen ſervitus magis ad ſpeciem eſt, quàm vera ſervitus: & liberi noſtri dicuntur ſuſtinere conditionem liberæ ſervitutis, ut loquitur Servius de muliere, quæ in viri manum convenerat, quæque ei filiæ loco erat. & rectè Auguſt. 1. de morib. Eccl. cath. c. 30. *filios parentibus libera quadam ſervitute ſubjungi.* Petrus Chryſologus ſerm. 1. *Eſt penes patrem dulcis conditio, libera ſervitus.* In ſumma ſervus veram ſervitutem ſervit, filius imaginariam, ut tangit Th. t. ſeq. Et rectè igitur ad tit. *de Curat.* ait, Sub tutela patronorum contineri parentum manumiſſorum tutelam. Imò legitima parentum tutela dicitur hic, & in l. 5. Cod. *de dol. mal.* Legitimi ergo tutores ſunt adgnati & patroni. FABR. I.

[ΠΕΡΙ ΤΕΘΑΡΡΗΜΕΝΗΣ [b] ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ.]

DE FIDUCIARIA TUTELA.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΘ.

TITULUS XIX.

ΠΡΟΣ ταῖς εἰρημέναις ἐπιτροπαῖς 293 ἐστὶ καὶ ἑτέρα, ἥτις λέγεται [1] φιδουκιαρία· ἐὰν γὰρ ἐμαγκιπάτον [c] ποιήσω τὸν ἐμὸν υἱὸν ἢ θυγατέρα, ἢ ἔγγονον ἢ ἐγγόνην, ἢ προέγγονον ἢ προεγγόνην, ἀνήβους ὄντας, ἐγὼ, [2] καθάπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου [3] διεξήλθομεν τίτλῳ, γίνομαι [d] αὐτῶν λεγίτιμος ἐπίτροπος· ὁ γὰρ [4] ἐλευθερωτὴς ἐλευθέρας [e] κεφαλῆς, κατὰ μίμησιν τοῦ ἀπ' ἀληθοῦς δουλείας ἐλευθερῶντος, κληθήσεται ἐπὶ τὴν ἐπιτροπήν· εἰ δὲ συμβῇ [5] με τελευτῆσαι ἔχοντα παῖδας ἄρρενας, γενήσονται οἱονεὶ [6] φιδουκιάριοι ἐπίτροποι τοῦ ἀνήβου, οἷος ἦν τὴν ἐμαγκιπατιόνα γέγονα λεγίτιμος ἐπίτροπος.

Συμβαίνει δὲ, ὁ μόνον ἀδελφὸν ἀδελφῷ γίνεσθαι φιδουκιάριον ἐπίτροπον, ἀλλὰ καὶ

293 PRAETER dictas tutelas est etiam alia, quæ vocatur fiduciaria. Si enim filium meum aut filiam, vel nepotem aut neptem, vel pronepotem aut proneptem, cum impuberes essent, emancipavero, ego, quemadmodum in *proximo* ante hunc titulo diximus, legitimus eorum tutor fio. Nam manumissor liberi capitis, ad similitudinem *ejus* qui ex vera 294 servitute manumittit, ad tutelam vocabitur. Si vero accidat, ut ego moriar habens liberos masculos, hi fient tutores fiduciarii impuberis, cujus per emancipationem tutor legitimus factus eram.

Evenit autem, ut non solum frater fratri fiat tutor fiduciarius, sed & pa-

1. *fiduciaria* F. 2. μὲν ingerit F. 3. διεξήλθωμεν Lugd. Goth. F. 4. ἐλευθεραθεὶς Goth. male. 5. με addidi ex F. 6. *fiduciarii* F.

b. Τεθαρρημένην ἐπιτροπὴν vocat fiduciariam tutelam, unde fiduciarii tutores, qui infra authori nostro φιδεκιάριοι. D. GOTH.

Sed Rubricæ Græcæ non sunt a Theophili manu, neque is usquam τεθαρρημένην nominat tutelam. G. O. R.

c. Rectiùs Th. utitur verbo ἐλευθεροῦν in §. 6. supra: *quib. mod. jus pat. pot. solv.* & prox. tit. supra: pater enim manumissor tutor est legitimus. FABR.

Nescio, cur illud rectius: nisi ne qua vituperandi Theophili occasio elabatur. nam postquam Anastasius & Justinianus l. 5. & 6. C. *de Emancip.* nec non §. fin. Inst. *de Legit. agnat. succ.* emancipationem ad simplicissimam redegissent juris observantiam, pater filium verius emancipabat quam manumittebat. At objiciat quis, ipsum Imperatoris textum dicere: *nam si parens filium - - - manumiserit*: non respondebo, hoc ex veteri Jurisconsulto desumtum; neque dico, Theophilum illustrandi causa aliis hoc verbis παραφράζειν; sed oppono & tit. super. & ipsum Ulp. l. 3 fin. *de Legit. tut.* ubi ait: *Si parens filium* EMANCIPET, *vicem legitimi tutoris sustinet.* G. O R.

d. Justin. decemvirali verbo uti videtur: *Legitimam*, inquit, *nanciscitur eorum tutelam*, argumento ejus, quod scribit Festus in *nancitor*, & Caj. in l 9. *de legit. tut.* FABR. I.

e. Liberum caput opponit servili, ut in §. 1. infr. *de bonor. poss.* Liv. 31. *Servitia inde cum cætera præda abduxit, & libera capita sine pretio dimisit* Sic accipitur liberum caput apud Ulp. Reg. t. 11. §. *qui liberum.* FABR. I.

καὶ θεῖον ἀνεψιῷ, καὶ πατέρα παιδί· καὶ ἀδελφὸν μὲν ἀδελφῷ ὕτως· εἶχον δύο παῖδας, τὸν μὲν 7 κε ἐνιαυτῶν f, ἢ καὶ μείζονος ἡλικίας, τὸν δὲ ἄνηβον· τὸν 295 ἄνηβον ποιήσας ἐμαγκίπατον, 8 ἐπετρόπευον αὐτῷ ὡς λεγίτιμος· ἐμοῦ τελευτήσαντος, ὁ ἀδελφὸς ὁ τέλειος γενήσεται αὐτοῦ Φιδουκιάριος ἐπίτροπος.

Patruus fratris filio, & pater filio. Et frater quidem fratri ſic: Habebam duos filios, alterum viginti quinque annorum, aut majoris etiam ætatis, alterum impuberem. Impuberem emancipans tuebar eum tamquam legitimus. Me mortuo, frater perfectæ *ætatis* erit tutor ejus fiduciarius.

Θεῖος δὲ 9 ἀνεψιῷ, τίνα τρόπον; εἶχον γὰρ μείζονα τῶν κε ἐνιαυτῶν, καὶ ἔγγονον ἢ ἐγγόνην ἀπ' υἱῷ 10 τελευτήσαντος· ἐποίησα τὸν ἔγγονον ἐμαγκίπατον· ἐγὼ μὲν ὡς λεγίτιμος ἐπιτροπεύσω· μετὰ δὲ τὸν ἐμὸν θάνατον, ὁ θεῖος ὡς Φιδουκιάριος ἐπιτροπεύσει.

Patruus autem fratris filio, quomodo? Habebam filium, majorem viginti quinque annis, & nepotem aut neptem ex filio mortuo. Emancipavi nepotem. Ego quidem ut legitimus, tutor ero: poſt meam vero mortem, patruus ut fiduciarius tuebitur.

Πατὴρ δὲ 11 παῖδα τοῦτον τὸν τρό- 296 πον· εἶχον 12 γὰρ μείζονα 13 κε ἐνιαυτῶν, καὶ ἄνηβον ἔγγονον ἐκ τούτου· τὸν ἔγγονον ἐμαγκίπατον ἐποίησα· ἐγὼ μὲν ὡς λεγίτιμος ἐπιτροπεύσω, μετ' ἐμὲ δὲ ὁ πατὴρ ὡς Φιδουκιάριος ἐπιτροπεύσει.

Pater filio hunc *in* modum: Habebam filium majorem viginti quinque annis, atque ex eo nepotem impuberem. Nepotem emancipavi. ego quidem ut legitimus tuebor, poſt me autem pater ut fiduciarius tuebitur.

Ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν, τί δήποτε; οἱ μὲν τοῦ πάτρωνος παῖδες, λεγίτιμοι λέγονται 14 ἐπίτροποι, οἱ δὲ τούτων τῶν πα-

Sed poſſit aliquis dicere: Curnam patroni quidem liberi, legitimi tutores dicuntur: at horum patrum libe-

7. ὄντα εἴκοσι ἓξ F. *v. Not.* 8. ἐπιτρόπευον Baſil. Lugd. Goth. 9. ἀνεψιῷ F. 10. ἀπελ. F. cum Curtio. 11. παιδὸς F. Ego ſcriberem παιδί. 12. ἐγὼ injicit F. 13. τῶν εἴκοσι πέντε F. 14. ἐπίτροποι τῶν ἀνήβων ἀπελευθέρων, ὥσπερ καὶ οἱ πάτρωνες, οἱ δὲ τῶν πατέρων τῶν ποιησ. F.

f. Fabrotus in utraque edit. & Doujat. *alterum viginti ſex annorum.* Græca hic variant. Vigl. τὸν μὴ κε ἐνιαυτῶν: Fab. τὸν μὴ ὄντα εἴκοσι ἓξ ἐνιαυτῶν. Prior ſcriptura verior eſt. Cur enim viginti ſex anni memorentur, quum ut aliquis tutor eſſe poſſit, ſufficiat eum viginti quinque annis minorem non eſſe? §. 2. Inſt. *Qui teſt. tut. d. p.* & §. 13. *de Excuſ. tut.* Et ſic mox, ubi de patre legitimo tutore filii agit Th. etiam Fabroti edd. εἴκοσι πέντε: & in fine tituli, *præfati omnes ad dictas tutelas vocantur, cum majores fuerint* τῶν κε ἐνιαυτῶν. EDITOR LEID.

g. Th. hic interpretatur verba illa Juſtin. *& cæterorum.* quæ perperam abſunt à quibusdam libris tam veteribus quam recentioribus. FABR.

h. Vertit hunc locum Curtius ac retinuit Fabrotus, *Nam parentes legitimi tutores dicuntur* contra mentem Theophili non tantum, qui *de patronorum liberis* hoc ait, ſed & contra ipſum jus, quod *cap.* 296. *pr.* modo docuit, ubi videmus *patrem ipſum* filii ſui ab avo emancipati non legitimum, ſed *fiduciarium* eſſe tutorem. G. O. R.

i. Hoc vult Juſtinianus: Quoniam in poteſtatem fratris frater non erat recaſurus, nec etiam in ejus tutela futurus erat: tutela enim hæc à manumiſſione deſcendit: is autem manumittit, qui in poteſtate habet. Atqui nepos emancipatus ab avo recaſurus erat in poteſtatem patris ſui. & verum igitur eſt Juſtiniani rationem claudicare. Vera eſt in fratre, & patrono: in patre non item. FABR. I.

Præivit Fabroto Cujac. *ad Ulp.* XI. §. 5. Joſ. Nerius II. *Anal.* 17. ſubtilius quam verius poteſtatem, quam pater in filium habuiſſet, diverſam facit

πατέρων παῖδες, τῶν ποιησάντων ἐμαγκιπάτους τοὺς ἀνήβους, μαλλάττουσι τῇ ϖροσηγορίᾳ· οἱ [h] μὲν γὰρ λέγονται λεγίτιμοι ἐπίτροποι, οἱ δὲ τούτων παῖδες φιδουκιάριοι· ἀλλ' ὁ λογισμός ἐστιν ἕτος· εἰ μὴ συνέβη [15] με ποιῆσαι ϖρόντα τὸν ἐμὸν υἱὸν αὐτεξούσιον, τῇ ἐμῇ τελευτῇ [16] γίνεται αὐτεξούσιος, [i] οὐ μεταπίπτων εἰς τὴν ὑϖεξουσιότητα τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ, ἢ τοῦ ἰδίου ϑείου· διὸ οὐδὲ τὴν αὐτὴν ἕξει ἐπιτροπὴν ὁ παῖς τὸ ἐμαγκιπατεύσαντος, ἀλλὰ κληθήσεται φιδουκιάριος· ὁ δὲ ἀπελεύϑερος, εἰ μὴ ἠλευϑέρωτο, ἀλλ' ἔμεινεν ἐν τῇ δουλείᾳ, πάντως οἰκέτης ἐγίνετο τῶν παίδων τοῦ τελευτήσαντος.

liberi, qui impuberes emancipaverunt, differunt appellatione? illi enim dicuntur tutores legitimi, at liberi horum fiduciarii. Sed ratio hæc eſt: niſi eveniſſet, ut ſuperſtes ego meum filium ſui juris feciſſem, morte mea fit ſui juris, non recidens in fratris ſui aut patrui poteſtatem. Ideo neque filius emancipatoris eamdem habebit tutelam, ſed vocabitur fiduciarius. Libertus autem, niſi manumiſſus eſſet, ſed in ſervitute manſiſſet, omnino ſervus fieret liberorum defuncti.

Τότε δὲ οἱ ϖροειρημένοι πάντες εἰς τὰς ϖρολεχθείσας ἐπιτροπὰς ἕλκονται, ἡνίκα συμβῇ μείζονας [k] αὐτοὺς εἶναι τῶν κε ἐνιαυτῶν· τοῦτο γὰρ γενικῶς διάταξις τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἐπὶ πάσης ἐπιτροπῆς καὶ [17] κουρατωρείας ἐϑέσπισεν, ἄτοπον [18] ἡγησάμενος, τὸν δεόμενον τῆς ἑτέρου κηδεμονίας, τὴν ἑτέρων διοικεῖν ϖρουσίαν.

Tunc autem prædicti omnes ad dictas tutelas vocantur, quum ipſi majores ſint viginti quinque annis. Hoc enim generaliter conſtitutio Imperatoris noſtri in omni tutela & cura ſanxit: abſurdum ducens, *eum* qui alius cura indigeat, aliorum adminiſtrare patrimonium.

[ΠΕΡΙ DE

15. μοι F. 2. 16. ἐγίνετο F. 17. ἐπιτροπῆς τε καὶ κουρατωρείας κρατεῖν F. qui poſtremum verbum forte ex Curtiano *obſervari* addidit. 18. ἡγησαμένη F. ſed alterum poteſt ἀνακόλουθον eſſe pro ἡγησαμένου.

cit ab avi poteſtate, & ſic concludit: "Id ipſum „ forte vult Th cum dicit, *neque eamdem habi-* „ *turum eſſe tutelam*, quia neque eamdem omnino „ poteſtatem. Ita cum nec emancipator ſit, nec „ emancipatoris in hac parte ſucceſſor, ſequitur „ nec patrono comparari poſſe," &c. Fr. Broëus dictæ objectioni ſic reſpondet: recaſurum quidem nepotem a poteſtate avi in poteſtatem patris; ideoque patrem legitimum filii tutorem poſſe eſſe, non tantum quod manumiſerit, ſed quod potuerit manumittere: ſed nullo caſu fratrem in fratris poteſtatem poſſe recidere; ideo nullo caſu legitimum eſſe poſſe fratri emancipato. Verius Vinnius in *Comment.* & Ulr. Huberus in *Prælect. ad h. t.* adæquatam rationem hanc dant, quod Lex XII. liberos patronorum ad ſucceſſionem libertorum vocaverit; ergo & ad tutelam legitimam: ſed liberi emancipatoris ab hereditate emancipati fuerint alieni; ergo & a tutela legitima. Denique G. d'Arnaud in *Conject. pag.* 86. ex Theophilino δὲ τὴν αὐτὴν ἕξει ἐπιτροπὴν apud Juſtinianum legendum cenſet *ideoque nec in tutelam* ILLAM, ut vox *illam* referatur ad tutelam legitimam patris, cujus initio tituli meminerat Imp Sed nec Th diverſum quid ab Juſtiniano ſignificare videtur, neque vox *illam* præter omnes Codd. inſerta totam difficultatem tollit. G O. R.

k. Hoc eſt perfectæ ætatis. l. 4 ff. *de legitim. tutoribus.* D GOTH.

Ætas perfecta in omnibus tutorib deſideratur, l. 1. C. *de tut. vel curat. ill.* ne minor facilis juventâ rem pupilli perire, vel deminui facile pateretur. Scholiaſt. πάντες οἱ ἐπίτροποι κἂν ἐξωτικοὶ, κἂν πατέρες, κἂν ἀδιγνάτοι, κἂν πάτρωνες, ἢ τέκνα πατρώνων, κἂν fiduciarii, κἂν dativi, πλεῖω [ſic] ϑέλωσιν, εἶναι τῶν κε χρόνων, ἵνα ἐπιτροπεύσωσι, ᾗ κουρατωρες δὲ ὁμοίως. FABR.

[ΠΕΡΙ ΑΤΙΛΙΑΝΟΥ [a] ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ, Η ΕΚ ΤΟΥ ΝΟΜΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙ ΤΙΤΙΟΥ ΔΙΔΟΜΕΝΟΥ.]

DE ATILIANO TUTORE, ET EO QUI EX L. JULIA ET TITIA DABATUR.

ΤΙΤΛΟΣ Κ.

TITULUS XX.

299 ΠΟύπιλλος ἢ πουπίλλα ἐδέοντο ἐπιτρόπου· τεσταμεντάριος οὐχ ὑπῆν, οὐδὲ μὴν ἀδνάτος· ἤγετο δὲ καὶ [1] πατρωνικὴ ἐπιτροπή· οὐδὲ πατὴρ ἦν [2] ὁ κατὰ μίμησιν τῶν πατρώνων ἐπιτροπεύειν ὀφείλων· ἐσχόλαζε δὲ καὶ φιδουκιαρία ἐπιτροπή· τίς κληθήσεται ἐπὶ τὴν ἐπιτροπήν; καὶ λέγομεν, ὅτι ἐν τῇ Ρώμῃ [b] ὁ πραίτωρ ὁ ἀστικὸς, μετὰ τοῦ μείζονος μέρους τῶν [c] δημάρχων, (3 τ δὲ ἦσαν οἱ πάντες) τουτέστι μετὰ τῶν 4 ε ἢ ζ, ἐπιζητήσας, τὸν ἐπιτήδειον δίδωσιν, 5 Ατιλίου νόμου τοῦτο νομοθετήσαντος, ὃς [6] ἐκ τοῦ νομοθέτου τοῦ εὑρόντος λέγεται Ατιλιανός· στενοτάτη δὲ ἡ τούτου νομοθεσία· μέχρι γὰρ τῆς Ρώμης, καὶ ὀ περαιτέρω προβαίνει· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις κατὰ μίμησιν

PUPILLUS aut pupilla indigebant tutore. teſtamentarius non erat, nec quidem agnatus. ceſſabat quoque patroni tutela. neque pater erat, qui ad ſimilitudinem patronorum tutor eſſe deberet. Vacabat autem & fiduciaria tutela: quis ad tutelam vocabitur? Et dicimus, in *urbe* Roma Prætorem urbanum cum majori parte Tribunorum plebis (omnes autem decem erant) id eſt cum ſex aut ſeptem, inquiſitione habita, idoneum dare, lege Atilia hoc ſanciente, qui ex legislatore auctore dicitur Atilianus. Anguſtiſſima autem hujus *legis eſt* conſtitutio; nam intra Romam, nec ulterius procedit. Sed in provinciis ad ejus

1. πατρονομικὴ Lugd. & Goth. 2. ὁ cum F. addidi. 3. δέκα F. 4. ἓξ ἢ ἑπτὰ F. 5. Ατιλ. conſtanter Lugd. & Goth. 6. ἐπὶ pro ἐκ F.

a. Vide Ulpianum 11. §. 18. 1. Gajum 7. Hi dari dicuntur. [unde *tutores dativi* dicuntur, & *tutela dativa*, l. 52. C. *de Epiſc. & Cler.* GEN. ED.] Et tamen Harmenopul. lib. 5. tit. 11. §. 13. λεγιτίμους vocat, *ut qui lege dati ſint.* lege, inquam, hoc eſt, à magiſtratibus & Judicibus, quorum officii & muneris eſt ſecundùm Leges exque legibus judicare. D. GOTH.

b. Liv. 39. *Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a Tribunis & Prætore petito, cum teſtamentum faceret, unum Æbutium inſtitueret heredem.* Scholiaſt. Juvenal. in Satiram 3. Uti ſibi Prætor tutorem det. Prætor tutelaris, vet. inſcript. FABR. I.

c. Tribuni plebis totidem, id eſt decem fuere creati L. Minutio & M. Horatio Pulvillo Coſſ. Itaque hic major pars tribunorum, ſex tribuni. D GOTH.

Duo primum Tribuni pleb. creati. Hi tres collegas ſibi creaverunt, Liv. 2. unde Dionyſ. quinq. tribunos plebis creatos ſcribit lib. 6. poſt creati ſunt decem ex Senatusconſulto l. 2. §. capta D. *de orig. jur.* Dionyſ. 10. Liv. 3. Aſcon. in Cornelianam. Prætor autem in medio ſedebat, ut ferè magiſtratus & judices ſolent. Lucian. in Amoribus, ὁ μέσῳ πάνυ δικαστικῶς ἐκαθεζόμην. Appianus 4. Civil. τῇ συνήδρευον οἱ τρεῖς, Καίσαρος ὁ μέσῳ ἀφ' τὴν ἀρχὴν προκαθίσαντος. FABR. I.

Vide ad Juſtinianum. FABR. II.

d. Unica lex eſt, lex Julia, & Titia, ut lex Julia & Papia [Cæterum ante legem Jul. & Tit. Præ-

μησιν τούτου [d] γεγόνασι β νόμοι, Ιούλιος καὶ [7] Τιτιανὸς, οἱ ἐκέλευσαν ἐν ἀπορίᾳ ἐπιτρόπου, κρίσει τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας δίδοσθαι ἐπίτροπον, [8] ὃς ἐξ αὐτῶν ὠνόμασαι [9] Ιούλιος Τιτιανός.

ejus exemplum, duæ factæ ſunt leges, Julia & Titiana, quæ jubebant deficiente tutore, præſidis provinciæ judicio tutorem dari, qui ex illis dictus eſt Julius Titianus.

§. I. Οὐ μόνον δὲ τῷ μὴ ἔχοντι ἐπίτροπον δίδοται Ατιλιανὸς, ἢ Ιούλιος Τιτιανὸς, ἀλλὰ καὶ ; [10] εἰ ὑπέστιν, ἐμποδίζεται δὲ ἐπί τινος αἰτίας ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐπιτροπῆς· τί γὰρ *[10] ὅτε τελευτῶν τις τὸν ἴδιον υἱὸν [11] ἐνεστήσατο κληρονόμον, δέδωκε δὲ αὐτῷ ἐπίτροπον ἐπὶ [e] αἱρέσει, εἰ navis ex Aſia [12] venerit, τουτέστιν εἰ ἡ ναῦς ἀπὸ Ασίας ἔλθῃ, [f] ἢ in diem, τουτέστι μὴ διετίαν τῆς [13] αὐτοῦ τελευτῆς· ἐφ' ὅσον ἡ αἵρεσις ἢ ἡμέρα ἤρτηται, Ατιλιανὸς ἤτοι Ιούλιος Τιτιανὸς ἐπίτροπος δίδοται· εἰ δὲ [14] πούρως ἐδόθη, ὁ δὲ γραφεὶς κληρονόμος διασκέπλεται, εἰ δεῖ προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ, (ἐπειδὴ γὰρ ἐξωτικὸν γεγράφθαι κληρονόμον, [g] exheredatum δὲ γενέσθαι τὸν παῖδα, ἐπίτροπον δὲ αὐτῷ πούρως καταλελεῖφθαι, καὶ [15] διεσκέπλετο ὁ γραφεὶς κληρονόμος ἐν τῷ μεταξὺ·) καὶ ταῦτα δίδοται ὑπὸ Ατιλιανὸς ἤτοι ὑπὸ Ιούλιος Τιτιανός· ἐὰν δὲ συμβῇ

§. I. Non ſolum autem non habenti tutorem Atilianus vel Julius Titianus datur, verum etiam ſi eſt *tutor*, ſed ex aliqua cauſa prohibetur tutelam ſuſcipere. Quid enim? quum moriens quis ſuum filium inſtituit heredem, deditque ei tutorem ſub conditione, ſi navis ex Aſia venerit; aut in diem, hoc eſt poſt biennium mortis ſuæ: quamdiu conditio aut dies pendet, Atilianus vel Julius Titianus tutor datur. Si autem pure datus eſt, & ſcriptus heres diſpicit, an adire hereditatem oporteat: (finge enim extraneum ſcriptum eſſe heredem, filiumque eſſe exheredatum, & tutorem ei pure relictum, atque interim deliberare ſcriptum heredem:) & hic Atilianus vel Julius Titianus datur. Si vero eveniat, ut conditio exſiſtat, aut

7. Τίτι@ F. 2. 8. ὡς ante Goth. „ ὡς pro ὅστε i. e. *quare*: ſed melius legeremus „ ὃς, i. e. *quæ lex.*" ANON. DUK. 9. Ιουλιοτιτιανὸς F. ubique. 10. καὶ ad: F. Ego ſolum καὶ pro γὰρ ſubſtituerem. *10. Sic Lovan. aliæ ὅτι, quod Gavellio magis placet. 11. Sic in emend. Lov. ceteræ ἐστήσατο. 12. *veniret*, ἢ *in die*, omiſſis mediis. F. *vid. Not.* f. 13. αὐτοῦ Lugd. & Goth. 14. καὶ ad: F. 15. Anacoluthon pro διασκέπλεσθαι τὸν γραφέντα κληρονόμον, ut verti cum Curtio.

Prætores, qui præerant provinciis, quæ venerant in ditionem Pop. Rom. tutores dabant. Diodor. Sicul. in Excerptis Valeſii viri doctiſſimi operâ editis. *Ed.* 1.] FABR.

Vide Excurſum noſtrum numero XII. G. O. R.

e. Vide l. 11. ff. *de teſtament. tutela.* D. GOTH.

f. Legend. *ex die.* FABR. Ante Fabr. *ἐπὶ in diem* legebatur: quamquam autem cum eo & Curtio ἢ recepimus, non potuimus tamen neque illud *in die* neque alterum *ex die*, quomodo Curtius jam dederat, recipere: quum dictio *in diem* duplici ſignificatione gaudeat, notetque vel *ex die* vel *ad diem.* Poſterius probatione haud indiget. Prius ex his auctoritatibus adparebit: §. 2. Inſt. *de V. O.* ubi ipſe Fab. *in diem* habet; l. 8. D. *eod.* l. 46. & 49. D. *de C. & D.* l. 213. D. de V. S. &c. G. O. R.

g. Exheredato tutor rectè datur à parente, qui in poteſtate habet [ut ſupra d. eſt ad tit. *de tut.* Ed. 1.] FABR.

βῇ τὴν ἄιρεσιν ἐξελθεῖν, ἢ τὴν ἡμέραν παραγενέσθαι, ἢ τὸν κληρονόμον h ἀδιτεῦσαι, τότε ὁ τεσταμεντάριος 16 ἀνθέξεται τῆς ἐπιτροπῆς· οὗτοι δὲ 17 παύονται.

aut dies veniat, aut heres adeat; tunc teſtamentarius ſuſcipiet tutelam: hi autem deſinunt.

§. II. Εἰ δὲ ὁ ὑπὸ τῶν ἐπίτροπος γενόμενος i πολεμίων ληφθῇ, πάλιν ἐν μὲν τῇ Ρώμῃ Ατιλιανὸς, ἐν 18 δὲ ταῖς ἐπαρχίαις Ιουλιοτιτιανὸς δίδοται· ὃς παυθήσεται, ἐὰν ὁ ὑπὸ πολεμίων ληφθεὶς διαφύγῃ τοὺς πολεμίους· ὑποστρέψας γὰρ ἀναλαμβάνει τὴν ἐπιτροπὴν δικαίῳ τοῦ ποστλιμινίου.

§. II. Sed et ſi tutor ab hoſtibus fuerit captus, rurſus in *urbe* quidem Roma Atilianus, in provinciis autem Julio-Titianus datur: qui deſinet, ſi ab hoſtibus captus effugerit hoſtes. Nam reverſus tutelam recipit jure poſtliminii.

§. III. Αλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν· νῦν δὲ ταῦτα ἡ τῶν Ατιλιανῶν καὶ Ιουλιοτιτιανῶν ἀνῃρέθη δόσις· ἤρξαντο γὰρ κατὰ μὲν πρώτην τάξιν, k οἱ ὕπατοι τῆς ἑκατέρας φύσεως 19 ἀνηβοις ἐπιτρόπους κατὰ 20 ἰνκουϊσιτιόνα l δίδοναι· τουτέστι ζητοῦντες, εἰ ἔυποροί εἰσιν οἱ ἐσόμενοι ἐπίτροποι, 21 εἰ χρηστὸν ἔχουσι βίον, ἢ δυνάμενοι διοικεῖν 22 ἀλλοτρίαν οὐσίαν· νῦν δὲ τοὺς ὑπάτους, καὶ οἱ m πραίτωρες ἐκ τῶν διατάξεων τὰ αὐτὰ ἐποίουν· οἱ γὰρ προειρημένοι νόμοι, ὁ Ατίλιος 23 καὶ ὁ Τίτιος, οὔτε οὐ

§. III. Sed hæc antea *obtinebant*: poſtea *tutorum* Atilianorum & Julio-Titianorum datio ſublata eſt. Cœperunt enim primo loco conſules utriusque ſexus pupillis tutores dare ex inquiſitione; id eſt inquirentes, num locupletes ſint tutores futuri, an honeſtam ducant vitam, aut alienum poſſint adminiſtrare patrimonium. Poſt conſules autem, Prætores etiam ex conſtitutionibus eadem fecerunt: nam prædictæ leges, Atilia ac Titia, neque

16. ἀντέξεται omnes ante hanc. 17. παύσονται F. 2. 18. δὲ de: ante F. 19. ἀνήβους F. male. 20. *jurisdictionem* ante F. *v. N.* 21. εἰ χρηστῆ βίᾳ, ἢ F. An ἄγουσι pro ἔχουσιν, & pro ἢ ſequenti legend. εἰ? 22. ἀλλοτρίων F. 23. Nos hic Fabrotianam & vulgatam lectionem conjunximus: ille habet καὶ Τιτ. hæc ſine copula ὁ Τιτ.

h. *Schol.* intellige heredem extraneum. FABR.

i. l. 15. ff. *de tutoribus.* D. GOTH.

k. Ex conſtitutione Claudii tutores à Conſulibus dabantur, Suet. Claud. cap. 23. Plin. 9. ep. 13. *Datum ſe à Conſulibus tutorem Helvidii filiæ.* FABR. I.

l. Ex conſtit. Imper. Claudii. Vid. Suet. & Capitol. in Marco. GEN. ED.

Magis arriſiſſet fateor, ſi dixiſſet *inquiſitionem.* ERNST.

Sic eſt in MSS. perperam igitur anteà legebatur, κατὰ *jurisdictionem*: & non rectè quidam Juſtinianum ad eum modum emendant. FABR.

Fr. Hotomanum tangit in *Comment. Inſt.* h. l. In quid inquiratur, pluribus docemur inf. T. 24. c. 331. G. O. R.

m. Prætoris tutelaris fit mentio in l. 1. Cod. *de Tutor. illuſtr.* & ap. Capitol. in Marco. GEN. ED.

Capitolin. in M. Anton. *Prætorem tutelarem primus fecit, quum ante tutores à Conſulibus poſcerentur.* De cujus officio libros ſingulares ſcripſerunt Ulp. & Paul. FABR. I.

n. An quia compellendi non viderentur dati à magiſtratu, non magis quàm teſtamentarii, quos ἑκόντας καὶ ὁμολογοῦντας ἐπιτροπεύσεις [*ſic*] dari lege Platonica cavetur 11, *de Leg.* FABR. I.

o. L. penult. §. Romæ ff. *de excuſat. tutorum.* D. GOTH.

p. Scholiaſtes, ὁ γὰρ ἔπαρχος τοῖς στρατευομένοις, καὶ ἔχουσι πολλὴν ὑπόστασιν δίδωσιν ἐπίτροπον, τοῖς δὲ ἐλαχίστην ἔχουσιν [l. ἔχουσιν] ὑπόστασιν δίδωσιν ἐπίτροπον ὁ Κονσαντινιακὸς πραίτωρ, τουτέστιν ὁ μάγιστρος cen-

περὶ ἀσφαλείας ὀφειλούσης εἶπον [24] ἐπιτρόπων προσχεθῆναι διελέγοντο, ὡς σῶα φυλάξουσι τὰ τῶν ἀνήβων πράγματα, ὅτε περὶ τοῦ χρῆναι [n] συνωθεῖσθαι τὸν ἐπίτροπον τὰ τοῦ νέου διοικεῖν πράγματα [25] διηγόρευόν τι.

neque de cautione a tutoribus præstanda loquebantur, se res pupillorum salvas conservaturos, neque de compellendo tutore ad res pupilli administrandas quidquam cavebant.

§. IV Τούτῳ οὖν χρώμεθα τῷ νόμῳ, ὥστε ἐν μὲν τῇ Ρώμῃ [o] τὸν τῆς πόλεως ἔπαρχον, ἢ τὸν πραίτωρα κατὰ τὴν οἰκείαν ἰουρισδικτιόνα διδόναι· (διὰ τοῦτο δὲ εἶπον κατὰ τὴν οἰκείαν [p] ἰουρισδικτιόνα, ἐπειδή [26] εἰσί τινες, οἷς ὁ ἔπαρχος, οὐ μὴν ὁ πραίτωρ, δύναται χειροτονεῖν ἐπίτροπον·) ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις [q] οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, ἢ οἱ στρατηγοὶ [r] κελεύσει τῶν ἀρχόντων, ἐν ᾧ τῶν ἀνήβων εἰσὶν εὐτελεῖς αἱ οὐσίαι, τοὺς ἐπιτρόπους διδάλλονται.

§. IV. Hoc ergo jure utimur, ut in *urbe* quidem Roma Præfectus urbis, aut Prætor secundum suam jurisdictionem *tutorem* det; (ideo autem dixi, secundum suam jurisdictionem, quoniam sunt quidam, quibus Præfectus, non Prætor, tutorem constituere potest:) in provinciis vero, provinciarum Præsides, aut Magistratus jussu Præsidum, quando facultates pupillorum exiguæ sunt, tutores creant.

§. V. Ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς οἰκείᾳ διατάξει [s] τὰς τοιαυτοτρόπους τῶν ἀνθρώπων δυσκολίας ἐκτέμνων, προσέταξε τοὺς ἐκδίκους [t] τῶν πόλεων, τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκ ἀναμένοντας κέλευσιν, ἐν ᾧ ἡ τοῦ ἀνήβου, ἤγουν τοῦ ἀφήλικος [27] ἔκτασις ἕως φ̄ [u] νομισμάτων ἐστὶν, ἅμα τῷ τῆς

§. V. Verum noster Imperator sua constitutione hujuscemodi hominum difficultates resecans, jussit defensores civitatum, haud exspectantes Præsidum jussum, quando pupilli vel minoris patrimonium usque ad quingentos solidos valent, una cum religio-

24. των ad: F. 25. διηγόρευντο Goth. 1. διηγορεύοντο Goth. post. 26. τινές εἰσιν. F. 27. ἡ hic repetit F.

censor, lege μάγιστρος censu, vel κήνσου, aut, μαγιστρόκηνσος. FABR.

Ex hoc loco, juncta l. 1. Cod. *de tut. vel curat. illustr.* textum Lat. illustrat adversus alios G. D'ARNAUD *in Conject. tag.* 87.

q. Prætermisit illa Justiniani *ex inquisitione*, quæ tamen maximè necessaria sunt. Videtur enim jus, quod obtinebat, cum tutorum datio pertineret ad Consules, in usum revocatum. FABR.

r. Στρατηγοὶ hic, & 5. Harmenopul. 11. §. 19. magistratus, *ut hic*: magistratus municipales l. 3. ff. *de tutoribus datis*, qui & Duumviri. Idem, quod de duumviris seu magistratibus municipalib. constitutum in defensoribus plebis, qui ἔκδικοι. *Novel.* 15. D. GOTH.

i. e. Duumviri, magistratus municipales. Vide sis Contium J. C. olim præstantissimum, in Instit. eod. tit. qui hæc habet ex Antonio Augustino: cui homini, Clerico licet, omnes tamen non immerito assurgant Juris consulti, *ad Modestinum fol.* 256. [Thes. Jur. T. IV. *pag.* 1580.] Ex utroque sua descripsit Dionys. Gothofredus. ERNST.

Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum. Vid. *Tit.* XXV. *cap.* 350. *not.* c. G. O. R.

Schol. ὡσανεὶ οἱ προτίκτωρες τῆς πόλεως, καὶ διοικοῦντες δημόσιον πρᾶγμα. videtur leg. προτίκτορες. [voluitne προτίκτωρες i. e. *defensores?*] Magistratus autem hic intellige, vel etiam adde, municipalis, ut in l. 2. §. si mater D. *ad Sc. Tertull.* & l. 3. D. *de tutor. dat.* quanquam magistratuum appellatione ferè municipales intelligimus. [Græci στρατηγὸς appellant, ut Th. hic & Basilica, & vett. gloss. nec aliter vertit interpres vetus novi testamenti. *Ed.* 1.] FABR.

s. L. 30. Cod. *de episc. audientia.* D. GOTH.

t. Adde *Novell.* 15. περὶ τῶν ἐκδίκων. D. GOTH.

S. Chrys. hom. 50. to. 5. ἔστιν ὁ τῆς πόλεως ἔκδικος, ἔστιν ἀνώτερος ἐκείνου ὁ τὰ ἔθνους ἡγεμών. FABR.

u. Aureus antiquus festertios centum valuit,

τῆς πόλεως εὐλαβεστάτῳ [x] ἐπισκόπῳ, συνόντων καὶ ἑτέρων δημοσιευόντων [y] προσώπων, τουτέστι στρατηγῶν, ἢ ἐν Αλεξανδρείᾳ τοῦ [28] ἰουριδίκου, [z] ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας χειροτονεῖν, ἀσφαλείας ἐννόμου, καθὰ τῇ αὐτῇ διατέθειται διατάξει, παρεχομένης, κινδύνῳ τῶν [29] ταύτην κομιζομένων, εἰ συμβῇ τοὺς ταύτην τὴν ἀσφάλειαν δόντας ἀπορῆσαι.

giosissimo civitatis Episcopo, præsentibus etiam aliis personis publicis, id est magistratibus, aut in Alexandriæ *urbe* Juridico, tutores vel curatores constituere: cautione legitima, prout eadem constitutione continetur, præstanda, periculo *eorum* qui illam accipiunt, si accidat, ut egeant qui hanc cautionem dederunt.

§. VI. Τὸ δὲ τοὺς ἀνήβους ἐπιτροπεύεσθαι, τῷ φυσικῷ συνᾴδει νομίμῳ· δίκαιον γάρ ἐστι τοὺς ἀτελῆ [a] τὴν ἡλικίαν ἄγοντας, τῇ ἑτέρων ἰθύνεσθαι διοικήσει.

§. VI. Impuberes autem in tutela esse, naturali juri concinit. Aequum enim est, imperfectam ætatem agentes aliorum administratione regi.

§. VII. Ἐπειδὰν δὲ ἔφηβοι [30] γένωνται οἱ ἄνηβοι, ἔξουσι κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τὴν [31] τουτέλας [b] ἀπαίτησιν.

§. VII. Sed postquam pupilli facti fuerint puberes, habebunt adversus tutores tutelæ exactionem.

[ΠΕΡΙ DE

28. ἰουεισδίκου ante F. 29. ταύτη ante Lugd. 30. γίνωνται F. an voluit γίνονται? 31. τουτέλας, [τετέλαι Edit. 2.] ἀπὸς ἀπαίτησιν τῶν λογισμῶν F. non male: imo optime, si constaret ex MSS. desumtum: intelligitur autem more solito ἀγωγὴν h. m. *habebunt adversus tutores tutelæ* actionem, *ad rationum exactionem.* G. O. R.

ut cuivis notum, hoc est, libras nostrates ferme decem: si aurum inter & argentum rationem more veterum decuplam ponas, quam posterior ætas non parum intendit: [hodie ultra quaterdecies tanto ampliorem æstimationem:] Justiniani tempore *aureus* sive *solidus*, & ponderis tertia parte imminutus & probitate, pretium liliatorum nostrorum, qui septem libris Francicis expendebantur, haud multum (opinor) superabat. J. DOUJ.

Non dabo hic Catalogum eorum, qui de veteri scripserunt pecunia, sed moneo tantum, aureum veterem Belgis taxari tribus nummis Imperialibus, quos thaleros vocamus, sive septem Carolinis cum semisse: Justinianeum autem solidum vulgo in tribunalibus uno ducato aureo æstimant. G. O. R.

§. VI. Τῆς δὲ ὁμάδος [f] ἤτοι universitatis εἰσὶν, οὐ μὴν τῶν καθ' ἕκαστον, οἷον τὰ ἐν ταῖς πόλεσιν ὄντα [g] θέατρα, [h] στάδια, δημόσια [i] λουτρὰ, στοὰς, καὶ εἴ τινα ἄλλα κοινὰ ταῖς πόλεσίν εἰσιν. 8

§. VI. Universitatis autem ſive multitudinis ſunt, non ſingulorum, veluti quæ in civitatibus ſunt theatra, ſtadia, balnea publica, porticus, & ſi qua alia civitatibus ſunt communia.

§. VII. §. VII.

34. δὲ de: F. 35. *publica* ἤτοι *juris gentium* ἐστὶν, F. 36. ἑαυτοῖς ante F. 37. αὐτοῦ τοῦ ante F. 38. ᾧ addidi cum ANON. DUK. & F.

a. L. *fluminum* 24. D. *de damn. inf.* Virg. 1. Æneid. --- *hoſpitio prohibemur arenæ.* Servius: *Litus jure gentium commune omnibus fuit, & occupantis ſolebat ejus eſſe poſſeſſio*, &c. Virg. 7. Æneid. --- *littuſque rogamus Innocuum, à cunctis undamque auramque patentem.* FABR. I.

b. καλύβη hic pro *caſa*. In lege 180. D. de verb. ſign. pro *tugurio*. Definitur autem καλύβη, τὸ ἀγροικικὸν οἴκημα 2. Eclog. 2. *c.* 180. Gloſſis, caſa. tugurium, pergula. D. GOTH.

Καλυβοποιεῖν. Heſych. καλύα, οἰκία, καλύβη, οἴκησις ἢ αὐλὴ Ρωμαίων. Gloſſæ gr. lat. καλύβη, *caſa*, *tugurium*, *pergula*. FABR.

c. Et ibi ædificare, l. 6. D. *eod.* l. 50. *de adq. rer. dom.* Plin. lib. 9. ep. 7. FABR. I.

d. Deducere eſt in mare mittere. Juven. 13 *& deducendum corio bovis in mare:* reducere autem eſt in terram trahere. FABR. I.

e. Scholiaſtes, ἀδέσποτοι οἱ αἰγιαλοὶ, καὶ ἡ ψάμμος. l. 51. D. *de cont. empt.* FABR.

f. Ὁμὰς hic & t. prox. inf. & §. 25. infra *de legat.* Gloſſis, *univerſitas*, hinc ὁμάδι διοικεῖν, edicto 13. Juſtiniani in prin. ὁμάδι μισθοῦσθαι lib. 53. baſil. in univerſo, noſtri *averſione*. l. 1. §. 15. D. *de exercitoria* ὁμάδι κάπηλος 53. Eclog. 17. c. 10. Sed nemo apertius Harmenopul. quid ὁμάς, ὁμάδος μιᾶς εἰσιν, οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς χωρίας, 3. tit. 3. §. 118. & inf. §. ult. Tit. *per quas perſonas cuique adquiritur.* καθομάδα κτήσεις per univerſitatem adquiſitiones, quibus opponuntur ἰδικαὶ, hoc eſt ſingulares adquirendi modi, & καθομάδα φιδεικομμίσσα, quibus opponuntur ἰδικά. D. GOTH.

g. Baſilica ad l. 6. D. *eod.* θέατρα, κυνήγια, theatra, amphitheatra. FABR. I.

h. Stadium, Scamma, locus in quo Athletæ decertabant. Cælius Aurelian. paſſ. 2 cap 1. *ordinat idem in arena ſpatio, quod appellant ſcamma.* FABR I.

i. Chryſoſt. in prior. ad Timoth. cap. 4. homil. 12. ἐποίησε καὶ ἄλλα κοινὰ, οἷον λουτρὰ, πόλεις, ἀγορὰς, θεάτρους. Injuriarum tenetur, qui in publicum lavare prohibet, lege 13. §. 7. D. *de injur.* FABR. I.

k. Et ideo hæc quaſi noſtra vindicare non poſſumus, l. 23. §. 1. D. *de rei vind.* & interdicta, quæ de his locis proponuntur, veluti proprietatis cauſam continere dicuntur, l. 2. §. *quadam*, D. *de interd.* FABR I.

l. κατὰ τρόπον ὀρθὸν, idem quod *rite*, unde Gloſſis ὀρθῶς rite, quod & ἐθίμως *rite & ritu.* D. GOTH.

Serv. in 3. Æneid. *Sacrum dicitur quod rite ſacratur Deo, ut ades, ara, ſimulacra, dona*, rite, id eſt,

§. VII. Ἀθέσποτα [k] δέ [39] ἐστι [40] τὰ ἅγια, καὶ τὰ θελεγίζα, καὶ τὰ σάγκτα· ὅπερ γὰρ divini juris ἐστὶ, τοῦτο ὑπ' οὐδενὸς τελεῖ δεσποτείαν.

§. VII. Nullius vero ſunt ſacra, & religioſa, & ſancta. Quod enim divini juris eſt, hoc ſub neminis cadit dominium.

§. VIII. Σάκρα [41] δέ ἐστιν, ἅτινα [9] [42] κτ' [1] τρόπον ὀρθὸν καὶ διὰ τῶν ἱερέων Θεῷ καθιέρωται· ὁποῖαι [m] αἱ ἐκκλησίαι, καὶ τὰ [43] μαρτύρια [n], καὶ τὰ εὐκτήρια [o], καὶ τὰ δῶρα [p], ἅτινα κατὰ τὸ πρέπον πρὸς ὑπηρεσίαν ἀφώρισται τοῦ Θεοῦ, οἷον τὰ τίμια κειμήλια [q]· Ταῦτα δὲ διάταξις τοῦ [44] ἡμετέρου βασιλέως ἐκποιεῖσθαι ἢ ἐνεχυριάζεσθαι ἐκώλυσεν, ἐξηρημένης τῆς αἰτίας τῆς [45] ἀναρρύσεως [r] τῶν αἰχμαλώτων· εἰ γὰρ συμβῇ ληφθῆναί τινας ὑπὸ βαρβάρων, [46] ἡ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης ἁγιωτάτη ἐκκλησία [s] χρημάτων ἀπορεῖ, παρρησία [47] δίδοται τῷ τῆς

§. VIII. Sacra ſunt, quæ juſto ritu & per ſacerdotes Deo ſunt conſecrata: cujuſmodi *ſunt* eccleſiæ, & ſacella martyrum, & oratoria, & donaria, quæ decenter ad miniſterium Dei deſtinata ſunt, veluti vaſa pretioſa. Hæc autem conſtitutio Imperatoris noſtri alienari vel oppignerari vetuit, excepta cauſa redemtionis captivorum: ſi enim contingat, ut aliqui a barbaris capiantur, ſanctiſſima autem civitatis illius eccleſia pecuniis egeat, licentia datur civitatis epiſcopo aut diſpenſatori, pretioſa vaſa ven-

39. ἐισι F. 2. 40. τὰ *ſacra*, καὶ τὰ *religioſa*, καὶ τὰ *ſancta*, F. hic & deinceps: Pariſ. autem θελιγ. ſemper ſcribit. 41. δὲ de: F. 42. ἀρθῶς καὶ κατὰ τρόπον, F. omiſſo ἀρθὸν. 43. μαρτυρεῖα ante F. 44. ἐυσεβεστάτου ἡμῶν. F. 45. ἀναῤῥύσεως Pariſ. Lugd. Goth. & Fabr. 1. 46. Melius [pro ἡ] legeretur εἰ id eſt *ſi*. ANON. DUK. καὶ pro ἡ δὲ habet F. Mihi vulgata ſatis placet, quam Curtius bene expreſſit, & convenit textui Latino. G. O. R. 47. δέδοται Lugd. cum ſqq.

eſt, δικαίως τε καὶ ὁσίως, Syneſ. epiſt. 67. Ovid. 1. Faſtor. *Templa ſacerdotum rite dicata manu.* FABR. I.

m. Juſtin. *ades ſacræ.* FABR. II.

n. Sic in l. ult. Cod. Theod. *de ſepulcris violatis*: martyrum ſedes in l. 2. Cod. *de Sacroſ. Eccleſ.* D. GOTH.

[Matthæus Blaſtares: μαρτύρια (καλῶν) τοὺς εἰς ὄνομα μάρτυρος ἀνεγερθέντας σηκούς. *Edit.* 2.] Walafridus Strabo de reb. Eccleſ. cap. 6 *Martyria vocabantur Eccleſiæ, quæ in honorem aliquorum Martyrum fiebant.* Palladius in Lauſiaca [c. de Amm. *Edit.* 1.] θάπτεται ἐν τῷ μαρτυρίῳ. FABR.

o. εὐκτήρια oratoria, ut & Novella Leonis 4. D. GOTH.

Gloſſæ gr. lat. εὐκτήριον, *oratorium.* Antiochus in Pand. hom. 106. καὶ ἔξω τοῦ τῶν εὐκτηρίων δωμάτων ἀυλιζόμεθα. [Oratoria erant monachorum, *Edit.* 1.] FABR.

p. Plutarchus in Gracchis: ἱερὸν δὲ καὶ ἄσυλον ἐδέν ἔτως ἐστὶν, ὡς τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα. Juſtinianus, *donaria.* Gloſſæ: *donaria*, ἱερὰ ἀναθήματα, Heſychius: ἀνάθημα, κόσμημα, *Ornamentum*, Macrob. Saturn. III. c. XI. Suidas: ἀνάθημα πᾶν τὸ ἀφιέρωμα θεῷ. [Theodorus Balſamon in collectione conſtitut. Eccleſ. σεπτὰ κειμήλια vocat, quæ Juſtinianus ἱερὰ σκεύη, Novel. CXX. cap. 10. *Edit.* 2.] FABR.

q. Intelligere videtur res protioſas in eccleſiarum theſauris ſepoſitas ac reconditas. JAC. CURT.

Hinc κειμηλιαρχεῖον l. 20. §. 1. Cod. *de agricolis.* κειμηλιάρχης Novell. 40. κειμηλιοφυλακεῖον. Novell. 74. c. 4. in f. D. GOTH.

Theodorus Balſam. in Paratitlis, σεπτὰ κειμήλια vocat, quæ Juſtin. ἱερὰ σκεύη, Novell. 120. c. 10. FABR. I.

Adde Cujac. Comment. ad Inſt. h. l. Tom. VIII. Operum. MEERM.

r. dixi ad lib. 21. Cod. *de Sacroſ. Eccleſ.* D. GOTH.

L. 21. C. *de Sacroſ. Eccleſ.* can. 22. Concil. Remenſ. Anna Comnena Alex. 6. καὶ ἄλλως δὲ κατωμαθεῖν ἐστὶ τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἐν ἑτέροις ἐνδιδόντας τὰ ἱερὰ πιπρᾴσκεσθαι ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως αἰχμαλώτων. Theoph. Schol. ἐπειδὴ ἀφίεμάται τῶν ἀψύχων τὰ ἔμψυχα. FABR. I.

τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ ἤτοι οἰκονόμῳ, τὰ τίμια κειμήλια πιπράσκειν 48 καὶ ὑποτίθεσθαι ἐπὶ λήψει χρημάτων, ὥστε ἐντεῦθεν τοὺς αἰχμαλώτους ἀγοράζαι.

vendere & opponere pro accipiendis nummis, ut inde captivos redimat.

Εἰ δέ τις κατ' [t] οἰκείαν αὐθεντίαν ὡσανεὶ σάκρον ἑαυτῷ κατέστησε τόπον, οὐκ ἂν τις τοῦτο καλέσοι σάκρον· εἰρήκαμεν γὰρ ἅπαξ τὸν τρόπον, πῶς τὰ σάκρα εἴωθε γίνεσθαι· ἀλλὰ φαμὲν τὸν τοιοῦτον τόπον [u] βέβηλον 49 εἶναι ἤτοι ἰδιωτικόν.

At si quis propria auctoritate quasi sacrum sibi constituerit locum, nemo hoc adpellaverit sacrum; semel enim modum diximus, quo sacra soleant fieri: sed dicimus ejusmodi locum profanum esse sive privatum.

Εἰ [x] δὲ συμβῇ ναὸν ἱερὸν σεισμοῦ γενο- 11
μένου καταπεσεῖν, ἢ καὶ ὑπὸ παλαιότητος κατενεχθῆναι, οὐδὲν ἧττον ὁ τόπος, ἐν ᾧ 50 ὁ ναὸς ἱστήκει, σάκρος ἐστὶ καὶ ἀδέσποτος, ὡς 51 ὁ Παπινιανός [y] φησιν· ὁ γὰρ γενόμενος [z] σάκρος, οὐδενὶ τρόπῳ παύεται τοῦ εἶναι σάκρος.

Si vero accidat, ut sacra ædes facto terræ motu corruat, aut etiam vetustate collabatur, nihilominus locus, in quo templum steterat, sacer est & nullius, ut Papinianus ait: qui enim sacer *semel* factus est, nullo modo sacer esse desinit.

§. IX. Τῶν ἀδεσπότων ἐστὶ καὶ τὰ 12
ῥελεγιόζα 52. Τὸ δὲ ῥελεγίοσον 53 ὁ καθ' ἕκαστον ἄνθρωπος οἰκείᾳ συνίστησι γνώμῃ, νεκρὸν

§. IX. Nullius sunt etiam *loca* religiosa. Religiosum autem quilibet homo sua constituit voluntate, proprio

48. ἤτοι pro καὶ F. 49. πτ. ἰδ. εἰν. F. 50. ὁ de: F. 51. ὁ de: F. & in 2. legitur Παπιανὸς, latine tamen *Papinianus*. 52. ὡς εἴρηται ad: F. 53. ὁ καθ' ἕκασ- ante F.

s. Hic dispensator pauperum in l. 33. §. 4. Cod. *de Episcopis*. Plura v. l. 35. & 42. d. tit. Novell. 7. c. 10. & 12. Novell. 123. c. 23. D. GOTH.

t. L. 6. §. 3. D. *de rer. divis.* D. GOTH.

Fest. [in v. *Sacer mons*] ex Æl. Gallo Jc. *Quod autem privati suæ religionis causa aliquid earum rer. dedicent, id Pontifices Romanos non existimare sacrum.* domestica consecratio sacrum non facit. FABR. I.

u. Sosip. Char. 2. *Profanus locus, id est, non sacer, quasi porro à fano positus, quod Graci βέβηλον dicunt.* FABR. I.

x. 2. Harmenop. 1. §. 73. l. unica. C. *de usucap. transform.* D. GOTH.

Posterior citatio perversa est, nisi ultima huj. Constit. verba eo perperam traxerit, quod vix credibile. G. O R.

y. L. 73. D. *de contr. empt.* Cic. Philipp. 9. Trajan. ad Plin. 10. ep. FABR. I.

z. Expressis verbis hoc negatur in l. 36. D. *de Relig. & sumt.* cui adde l. 9. D. *hoc tit.* [§. 2.] H. ERNST.

Prior lex de locis sacris & religiosis ab hoste captis agens, quum dicat ea postliminio restitui, non tam tollit quam suspendit eorum religionem: posterior de evocandis sacris ita intelligenda est, ut quocumque quid modo contrahatur, eodem & dissolvatur, l. 35. D. *de Reg. Jur.* cujusmodi exceptiones hanc nostri regulam parum infirmant. Alioqui nec nuptiæ *individua vitæ consuetudo* dici possunt. G. O. R.

a. Græci ad l. 1. D. *eod.* religiosa, τὰ δὲ τὴν οὐσίαν, ἤτοι τὴν τῶν τελευτησάντων ἀφωρισθέντων ταφήν. Æl. Gall. Jc. apud Fest. in *religiosus: Religiosum sepulcrum, ubi mortuus sepultus, aut humatus sit.* Cur. Fortunat. 2. *loco*, inquit, *religioso, ut mausoleo.* Frontin. de limitibus agr. Cenotaphium autem sive inane sepulchrum, inanis tumulus, κενὸς τάφος, κενὸν μνῆμα, non est locus religiosu, ut Antonino, & Vero placebat. l. 7. D. *eod.* Scitu dignum est, quod relatum est, Pythagoræos cenotaphia struxisse iis, qui defecissent à philosophia, velut mortuis, ut scribit Origen. contra Celsum, lib. 2. & 3. vel qui minus idonei viderentur, ut scribit Olympiod. in Alcibiad. Plat. cap. 15. cujus verba hic subjiciam è Regio cod. ἐκεῖνοι γὰρ ἀνεπιτηδείους ἐξέβαλον ἐκ τοῦ ὁμακοΐδος [*sic*] σὺν τοῖς οἰκείοις χρήμασι, καὶ κενοτάφιον ποιοῦντες ἀπωδύροντο αὐτούς, καὶ

νεκρὸν [a] ἐπεισφέρων τῷ τόπῳ τῷ οἰκείῳ· εἰ δὲ ἐπίκοινος ὁ τόπος εἴη, εἰ μὲν καθαρός [b] ἐστι, καὶ ὅπως γέγονε ῥελεγίοσος, ἄκοντος τοῦ κοινωνοῦ [c ἐπεισφέρειν 54 ἐκείνῳ μὴ βουλομένῳ] οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ ἀποτίθεσθαι [d] λείψανον· εἰ δὲ κοινὸν 55 ὑπάρχει μνῆμα, καὶ μὴ βουλομένων τῶν 56 κοινωνῶν, ἔξεστιν αὐτῷ ἀποτίθεσθαι λείψανον.

prio loco mortuum inferens. Quod si communis sit locus, siquidem purus est, & nondum religiosus factus, invito socio [illum inferri nolente] non licet illi reliquias *ibi* condere: sin commune sit monumentum, etiam nolentibus sociis, licet ei reliquias *ibi* condere.

Εἰ δὲ τόπου τινὸς ἕτερος μὲν 57 ἔχει τὸν 13 οὐσούφρουκλον, (οὐσούφρουκλος δέ ἐστι δικαίου τι φανεροῖς 58 τρόποις συνιστάμενον, νῷ [e] καταλαμβανόμενον, ὃ ποιεῖ με κατὰ τῆς ἑτέρου δεσποτείας ἔχειν χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν [f]) εἰ τοίνυν τοῦ 59 αὐτοῦ τόπου ἕτερος μὲν ἔχει τὸν οὐσούφρουκτον, ἕτερος δὲ τὴν 60 proprietatem, ὁ προπριετάριος ἐν τῷ εἰρημένῳ τόπῳ ἀποτιθέμενος λείψανον, παρὰ γνώμην τοῦ 61 οὐσουφρουκτουαρίου, ῥελεγίοσον [g] οὐκ ἀποτελεῖ τὸν τόπον· ἐπειδὴ γὰρ ῥελεγίοσος 62 γενόμενος οὐκ οἷός 14 τέ ἐστι δεσπόζεσθαι, κατὰ δὲ τῆς ἑτέρου δε-

At si loci alicujus alius habeat usumfructum, (Ususfructus autem est jus quoddam certis modis constitutum, quod mente comprehenditur, atque efficit ut in alterius proprietate usum & fructum habeam:) si igitur ejusdem loci alius usumfructum habeat, alius proprietatem, proprietarius in dicto loco reliquias condens, præter voluntatem usufructuarii, locum religiosum non facit. Quum enim religiosus factus in dominio esse nequeat, sed ususfructus definitio nos do-

54. sic editt. principes. Lugd. & Goth. ἐκεῖνο. Fabrotus ut in nota *c* dicam. 55. ὑπάρχοι F. 56. λοιπῶν ad: F. 57. ἔχει Lugd. Goth. F. 58. τόποις Lugd. Goth. F. 1. Statim malo συνεσταμένον. 59. αὐτοῦ Lugd. Goth. & F. 1. 60. *proprietariam*. F. 61. ὑσυφρεκταρίε omnes ante hanc. Vide Gloss. Th. 62. γιν. ante F.

καὶ ὡς περὶ ἀποιχομένων διελέγοντο. idemque repetit Scholiis in Phædon. FABR. I.

b. Locus purus est locus privatus & profanus, l. 2. §. 2. D. *de relig.* Livius. FABR. I.

Quid ex Livio velit, quis intelliget? G. O. R.

c. Si socius non velit, ut in illum locum inferantur, non licet invito socio ipsi inferre cadaver. Nannius putavit ante μὴ βουλομένῳ interponendum ἤτοι id est *sive*. ANON. DUK.

Quod ego neque apud Nannium invenio, neque satis intelligo, nisi voluerit ἤτοι interponendum ante ἐπεισφέρειν. Fabrotus omissis quæ obstabant, longe aliter edidit: ἐπεισφέρειν ἐκεῖ οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ λείψανον. Curtius liberrime vertit, quasi legeretur: οὐκ. τοῦ κοιν. καὶ μὴ βουλ. [τὸν νεκρὸν] ἐπεισφ. ἐκεῖ οὐκ ἔξ. αὐ. καὶ ἀποτ. λείψ. Mihi vix dubium est, quin quæ inclusi, pro Scholio τοῦ Ἀκοντος ejicienda sint. Alioqui si καὶ post κοινωνοῦ inferatur, & ἐκεῖνον, id est νεκρὸν legatur, sanatus etiam erit locus. Sin ἐκείνῳ malis, intellige τόπῳ: sin οἰκείῳ, subaudi λείψανον. Monuit doctiss. Gavellius, posse & ἐκείνῃ legi, sc. τοῦ κοινωνοῦ. G. O. R.

d. Hinc λείψανα ἁγίων, sanctorum reliquiæ. 3. Harmenop. 3. c. 40. 1. Eclo. 1. c. περὶ λειψάνων ἁγίων. D. GOTH.

e. *V.* quæ dicam infr. titulo *de usufructu*. D GOTH.

f. Ἐπικαρπία Glossis *ususfructus*. Idem igitur, quod χρῆσις. D. GOTH.

Interdum dicitur χρῆσις ἐπικαρπίας. Gloss. Labb. GEN. ED.

Miror, Gothofredum χρῆσιν & ἐπικαρπίαν confundere, quod Grammatici forte Græculi, Dositheo similes, in Gloss. Labbæi, non JCti facerent. Videantur tantum Tit. IV. & V. hujus Libri ap. nostrum Th. G. O. R.

g. De religioso adde l. 6. §. 4. D. *de rerum divisione*. Festum in *religiosum* & *religiosus*. D. GOTH.

δεσποτείας τὸν οὐσούφρουκλον συνεστάναι, ὁ ὅρος ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ τοῦ οὐσουφρούκτου· εἰκότως ἀναγκαία τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου ἐστὶν ἡ συναίνεσις, 63 καὶ οὐδὲν ἔσται ὀχυρὸν τῶν ὑπὸ τοῦ θεσπριεταρίου γινομένων ἐπὶ βλάβῃ τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου.

docuerit, in alterius proprietate uſumfructum conſiſtere: conſequenter neceſſarius eſt uſufructuarii conſenſus, nihilque erit firmum *eorum* quæ a proprietario in damnum uſufructuarii fiunt.

Καὶ ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ, συγχωροῦντος τοῦ δεσπότου, ἔξεστι λείψανον ἀποτίθεσθαι, καὶ θρελεγίοσος ὁ τόπος ἀποτελεῖται. Εἰ δὲ καὶ παρὰ γνώμην ἀπέθετο, μαθὼν δὲ 64 τοῦτο κύριον ἡ ἠγήσατο τὸ πραχθὲν ὁ δεσπότης, καὶ οὕτως γίνεται θρελεγίοσος ὁ τόπος.

In alieno quoque loco, permittente domino, reliquias condere licet; & locus fit religioſus. Sed etſi præter voluntatem condiderit, dominus autem hoc intelligens factum ratum habuerit, & ſic locus fit religioſus.

§. X. Τὰ 65 δὲ σάγκτα πράγματα, οἷον i τείχη, k πύλαι, τρόπον τινὰ divini juris ἐστι, 66 καὶ ὑπ' οὐδενὸς δύναται δεσπόζεσθαι. Διὰ τοῦτο δὲ τὰ τείχη εἰρήκαμεν σάγκτα, ἐπειδὴ κεφαλικὴ l ὥρισται τιμωρία κατ' ἐκείνων, οἵτινές τι κατὰ τῶν τειχῶν ἥμαρτον, οἷον, λίθον λαβόντες, ἢ καὶ ὅπως δήποτε βλάψαντες τὸ τεῖχος. Ὅθεν κἀκεῖνα τὰ μέρη τῶν νόμων, ἐν οἷς μέρεσιν αἱ τιμωρίαι 67 εἰσὶν, αἱ γεγραμμέναι κατὰ τῶν ἐναντιωμένων τοῖς νόμοις, σαγκτι-

§. X. Porro res ſanctæ, veluti mœnia, portæ, quodammodo divini juris ſunt, atque a nemine poſſideri poſſunt. Ideo autem mœnia diximus ſancta, quoniam capitalis pœna ſtatuta eſt adverſus eos, qui quid in mœnia deliquerint, veluti lapidem eximentes, aut quomodocumque murum lædentes. Unde & illas partes legum, quibus partibus inſunt pœnæ, adverſus violatores legum ſcriptæ, ſan-

63. οὐδὲ γὰρ ἔσαι ἰσχυρὸν F. 64. μετὰ ταῦτα pro τοῦτο F. 65. δὲ de: F. 66. καὶ ἀφ' τοῦτο ὑπ' οὐδενὸς δεσπόζεται. F. 67. εἰσὶ γεγρ. F.

h. In quibuſdam libris apud Juſtin. *ratum non habuerit.* ſed videtur ibi abnutiva νοθέυεσθαι, ex Th. & l. 6. §. 3. D. *eod.* ſecundum ſcripturam Flor. quam confirmant Baſil. in quibus ſic habetur. εἰ δὲ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς συνεχώρησε, μεθ' ὃ δὲ τὸ λείψανον εἰσηνάχθη, ῥᾴτοναβίτευσε ὁ τούτου δεσπότης. FABR.

Lege vel εἰσηνέχθη vel εἰσενεχθῇ, & mox ῥᾴτον ἐβίτευσεν. Theophilo autem adfirmative hunc locum legenti adſentiuntur etiam Ant. Auguſtinus, Meſſaggius, Muretus, Heineccius ad Vinn. Ev. Otto aliique. G. O. R.

i. Muri ſancti. adde l. 8. l. 9. l. ult. D. *de rerum diviſione*, Feſtum *in Sanctum*. D. GOTH.

Æl. Gall. apud Feſt. [in v. *Religioſus*] *Sanctum murum, qui ſit circum oppidum.* v. eund. in *rituales*. Tull. 3. de Nat. D. Stephan. Tornac. Ep. 12. *Sicut muros almæ urbis jure civili ſanctos, & inviolabiles eſſe didicimus, adeo ut qui eos tranſierint, pœna capitali ſeveritate Romulea puniri debeant* FABR. I.

k. Portas ſanctas eſſe ait, ut & l. 2. D. ne quid in loco ſacro, quod tamen Plutarchus negat in Quæſtionibus Romanis & Romulo. D. GOTH.

Tu vide Heinecc. *Syntagma Antiq.* Otton. *præf.* T. IV. *Theſ. Jur.* p. 19. & G. d'Arnaud *Conject.* p. 94. G. O. R.

l. Scribit Pompon. Romuli fratrem Remum occiſum, ob id quod murum tranſcendere voluerit, id eſt, ἠβελήθη τε καὶ ἐπεχείρησεν. gr. ad l. ult. D. *de rerum div.* quo verbo utitur quoque Plut. *in Rom.* Ἔδοξεῖ Ῥώμυλος ἀποκτεῖναι τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἄλλως τε καὶ ἱερὸν τόπον ἐπιχειροῦντα ἁλιπηδᾶν, καὶ ποιεῖν ὑπέρβατον καὶ βέβηλον. Servius tamen fabuloſum id eſſe ait in 6. Æneid. vide eundem Plut. *in Romulo.* Feſtus quoque inde ſanctum tradit, quod ei, qui id violavit, pœna ſit multave ſancita. FABR. I.

m. Partes legis conſuetæ & ordinariæ *proœmium, capita*

68 σαγκτιόνας [m] καλοῦμεν. λέγονται δὲ καὶ ἐντεῦθεν σάγκτα· σάγκιρε [n] γάρ ἐστι τὸ ὀχυροῦν· 69 ἐπεὶ οὖν ἀσφαλίζεται [o] ἡμᾶς τὰ τείχη, διὰ τοῦτο 70 σάγκτα προσαγορεύεται.

sanctiones vocamus. Dicuntur autem & inde ſancta; nam ſancire eſt munire: quum ergo mœnia nos muniant, ideo ſancta adpellantur.

Δυνατὸν δὲ καὶ μυθώδη τινὰ αἰτίαν ἀποδῶναι τῆς προσηγορίας· φασὶ γὰρ πάλαι τοὺς θεοὺς συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀβλαβεῖς αὐτοὺς πανταχόθεν διαφυλάττειν· τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, καταγνόντας τῶν ἀνθρώπων, ἀπολιπεῖν αὐτούς· οἱ τοίνυν ἄνθρωποι τῆς ἐκείνων βοηθείας ἐρημωθέντες, πρὸς μίμησιν τῆς ἐκεῖθεν φυλακῆς, ἐπενόησαν τὰ τείχη· 71 ἐπεὶ οὖν σέβαστον ἐστὶ τὸ τίμιον, διὰ τοῦτο, ὡς 72 ἐν τάξει τῶν τιμιωτάτων ἐπινοηθέντα, τὰ τείχη καὶ τὰς πύλας ὠνόμασαν 70 σάγκτα.

16 Licet autem & fabuloſam quamdam cauſam *hujus* adpellationis reddere: ferunt enim Deos olim cum hominibus converſatos fuiſſe, atque eos undique incolumes ſervaviſſe: ſed procedente tempore hominum pertæſos reliquiſſe eos. Homines igitur auxilio eorum deſtituti, ad imitationem illius cuſtodiæ, mœnia excogitaverunt. Quum igitur ſanctum ſit *quod* pretioſum *eſt*, idcirco mœnia ac portas vocaverunt ſancta, tamquam in locum pretioſiſſimarum *rerum* excogitata.

§. XI. Εἴπωμεν λοιπὸν 73 καὶ περὶ τῶν πραγμάτων, ἅτινα ἀναφέρεται ὑπὸ τὴν δεσποτείαν 74 τῶν καθ' ἕκαστον ἀνθρώπων· ταῦτα δὲ πολλοῖς [p] τρόποις τῆς ἡμετέρας γίνεται περιουσίας· τινῶν μὲν 75 γὰρ πραγμάτων γινόμεθα δεσπόται [q] φυσικῷ 76 νόμῳ, ὅπερ (καθὰ εἴρηται) jus gentium προσαγορεύεται· τινῶν δὲ ἀκριβεῖ [r] καὶ πο-

17 §. XI. Dicamus porro etiam de rebus, quæ ad dominium ſingulorum hominum referuntur. Hæ autem multis modis noſtri fiunt patrimonii: quarumdam enim rerum domini ſimus naturali jure, quod (uti dictum eſt) jus gentium adpellatur; quarumdam vero ſtricta & civili ratione, id eſt

68. *ſanctionas*, & mox *ſancta· ſancire* F. 69. ἐπειδὴ F. 70. *ſancta* F. 71. ἐπειδὴ & mox *ſanctον* F. 72. εἰς τάξιν F. 73. καὶ de: F. 74. τοῦ κ. ἑκ. ἀνθρώπε F. 75. γὰς de: F. 76. νομίμῳ F.

capita legis varia, *ſanctio*. hac ultima parte pœnæ conſtituebantur adverſus eos, qui contra leges feciſſent, ut hoc loco. adde l. ſanctio legum D. *de pœnis*. l. 9. §. 3. in f. D. *de rer. diviſ.* caput denique ejus qui contra feciſſet conſecrabatur. Cicero pro Cornelio Balbo. adde Feſtum in Satura. *De ſanctione* v. Ciceronem 3. ad Atticum, et in fine Verrinæ de ſignis. D. GOTH.

Idem ſcripſerat Feſt. in v. *ſanctum*. Cic. in Verr. 6. *Niſi legis ſanctionem pœnamque recitaſſem* Eſt igitur ſanctio τιμωρία, Liban. in Socrat. Apolog. ſive ποινηλασία τῷ νόμῳ, id eſt, pars legis in qua deviantibus pœna ſancitur unde & ſanctæ leges, quæ pœnæ ſanctione corrumpi vetantur. Macrob. 3. c. 3. FABR. I.

n. Serv. in 8. Æneid. *Leges ſanctas dicimus, id eſt, firmas à ſancienda.* FABR.

o. Stephanus lib. 46. Baſilic. tit. 3. περιποιεῖσθαι γὰρ ἡμῖν τὸ ἀσφαλὲς, καὶ ὀχυροῦζιν ἡμᾶς, διὸ καὶ ſancta προσαγορεύονται. Serv. in 11. Æneid. *Mœnia dicta, quaſi munia, à munitione civitatis.* FABR.

p. Dio Chryſ. Rhod. μυελούς γὰρ εὑρήσετε τρόπους, καθ' οὓς ἑκάστῳ τι φαιδρὸν εἶναι· καὶ πλεῖστον διαφέρονται. FABR. I.

q. Jure gentium dominia diſtincta: nam jure naturali πάντα ἦν κοινὰ, καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων ἴδιον ἔλεγεν εἶναι. FABR. I.

r. Jus civile ſcrupuloſum, anxium, ſubtile aſperum, diligens. Jus naturale benignum, lene, manſuetum, humanum. Syneſ. Epiſt. 66. ἀλλὰ τὸ μὲν

πολιτικῷ λόγῳ, τουτέστι τῷ ἰδικῷ τῶν Ρωμαίων.

Ἔστι δὲ λυσιτελέστερον ἀπὸ τῶν ἀρ- 18
χαίων ποιήσασθαι τῆς διδασκαλίας 77 τὰ προσήκοντα· ὁμολόγηται δὲ, παλαιότερον εἶναι τὸ φυσικὸν δίκαιον, ὅπερ ἅμα τῷ γένει [s] τῶν ἀνθρώπων εἰς φῶς ἡ φύσις [t] προήγαγε· τὰ γὰρ πολιτικὰ δίκαια τηνικαῦτα ἐυρίσκεσθαι 78 ἤρξαντο, ὅτε καὶ πόλεις [u] οἰκοδομεῖσθαι, καὶ ἄρχοντες χειροτονεῖσθαι, καὶ νόμοι ἤρξαντο γράφεσθαι.

§. XII. Τὰ [uu] ἄγρια τοίνυν θηρία, καὶ 19
τὰ 79 πτηνὰ, ἔτι δὲ καὶ [x] οἱ ἰχθύες, (80 τουτέστιν, ὅσα ζῶα ἐν γῇ, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν ἀέρι γίνεται) ἅμα τῷ ληφθῆναι ὑπό τινος, κατὰ τὸν ἐθνικὸν νόμον εὐθέως ἄρχεται τῆς ἐκείνου 81 δεσποτείας εἶναι· ὅπερ 82 γὰρ πρότερον ὑπ' οὐδενὸς ἐτέλει δεσποτείαν, τοῦτο φυσικῷ λόγῳ τῷ προκαταλαμβάνοντι [z] γίνεται· ἀδιάφορον δὲ, πότερον τὰ ἄγρια θηρία καὶ τὰ πτηνὰ ἐν οἰκείῳ τις ἀγρῷ θηρᾷ ἢ ἐν ἀλλοτρίῳ ἀγρῷ, εἰσιὼν ἐπὶ τῷ κυνηγῆσαι, ἢ τοῦ ἰδεῖν χάριν.

Ορθῶς

est Romanis propria. [*id est, jure Romanis proprio.*]

Commodius autem est ab antiquis *temporibus* doctrinæ initia facere. Atqui constat, vetustius esse jus naturale, quod simul *cum* hominum genere in lucem natura produxit: namque jura civilia tum demum inveniri cœpta sunt, quum & urbes ædificari, & magistratus creari, & leges cœptæ sunt scribi.

§. XII. Feræ igitur bestiæ, & volucres, itemque pisces, (hoc est, quæcumque animalia in terra, aut in mari, aut in cœlo nascuntur) simul atque ab aliquo capta sunt, secundum jus gentium continuo in dominio ejus esse incipiunt. Quod enim prius sub nullius erat dominio, hoc naturali ratione occupantis fit. Indifferens vero, utrum feras bestias & volucres in proprio quis agro venetur an in alieno agro, ingressus ad venandum, vel aucupandi gratia.

Recte

77. τὸ προοίμιον F. 78. ἤρξατο F. 79. πετεινὰ F. 80. τετέστι πάντα τὰ ζῶα, ὅσα ἐν τῇ γῇ ἢ θαλάσσῃ ἢ ἀέρι γ. F. 81. ἔιν. δεσπ. F. 82. γὰρ de: Goth.

μοὶ ἔοικα τῷ νόμῳ, τὸ δὲ τῇ φύσει χαρίζομαι ῥεπούσῃ πρὸς τὸ φιλάνθρωπον. FABR.

Curtius satis libere, ut solet, vertit: *exacta strictaque & civili ratione, quod jus proprie Romanorum est* Quid Gothofredi operæ hic aberrarint, haud operæ est pretium memorare. Fabrotus in priore simpliciter, *jure civili, quod proprie Romanorum est*: at in posteriore tanto auctius, *stricta & civili ratione, id est jure proprio civium Romanor. quod proprie Romanor. est* Ego ad verbum quidem verti, sed addidi aliam quoque versionem, quia credo voculam νόμῳ excidisse post Ρωμαίων. G. O. R.

s. Ἐξ ἧς γένος ἀνθρώπων ἐστίν. Philo, ἀσπασάμενοι τὴν φύσιν, ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἀλήθειαν πρεσβύταλον νόμιμον. FABR. I.

t. Justin. *rerum natura* hic, & §. *in pecudum*. Gloss. lat græc. *Rerum natura*, ἡ τῶν παντὸς φύσις. Martial. 9. 12. Columella lib. 8. cap. 16. *rerum omnium mater natura*, Macrob. Satyr. 5. cap. 1. FABR. I.

u. Civitatibus constitutis jura condita Virg. 1. Æneid. — *pars ducere muros, Molirique arcem, & manibus subvolvere saxa. Pars optare locum tecto, & concludere sulco. Jura magistratusque legunt, sanctumque Senatum.* Servius, *bene post conditam civitatem addidit jura, & magistratus sanctumque Senatum.* & lib. eod. Virg. *Moresque viris, & mœnia ponet.* Servius, *Hysteroproteron in sensu: ante enim civitas, post jura conduntur.* FABR. I.

uu. Quintil Decl. 13. *Multa nihilominus quæ libera fuerant, transeunt in jus occupantium sicut venatio, & aucupatio.* FABR I.

x. Plaut. Rud. Act. 4. sc. 3. *ecquem esse dices in mari piscem meum? Quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt, habeo pro meis: Nec manu asseruntur, neque illinc partem quisquam postulat. In foro palam*

Ορθῶς a δὲ κωλύεται ὑπὸ τοῦ δεσπότου τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν τοῦτο ἐκεῖνος προείδῃ· δύναται γὰρ αὐτὸν εἰς τὸν οἰκεῖον εἰσιέναι κωλύειν ἀγρόν. Εἴ τι δὲ τῶν προειρημένων ζώων λάβῃ τις, μέχρι τοσούτου ὑπὸ τὴν οἰκείαν ἔχει δεσποτείαν, ἕως ἂ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ συνέχεται φυλακήν· εἰ δὲ τὴν τοῦ λαβόντος 83 κατοχὴν διαφύγῃ, καὶ εἰς τὴν φυσικὴν b ἐλευθερίαν ἀναδράμῃ, παύεται τῆς δεσποτείας εἶναι τοῦ πάλαι λαβόντος, καὶ πάλιν τοῦ καταλαμβάνοντος γίνεται 84 τὸ ζῶον.

20 Recte tamen prohibetur a domino agri, si hoc ille prævideat: potest enim prohibere eum in suum ingredi agrum. At si quid animalium supradictorum ceperit quis, eo usque in suo habet dominio, quousque sub ejus custodia continetur. Quod si capientis possessionem effugerit, atque in naturalem libertatem recucurrerit, desinit in dominio esse *illius* qui ante ceperat, ac rursus occupantis fit animal.

Τὴν φυσικὴν δὲ ἐλευθερίαν καταλαμβάνειν νοεῖται τὸ ζῶον, ὁπόταν ἢ τὴν ἡμετέραν ὄψιν διαφύγῃ, ἢ ὑποπέπλωκε μὲν τῇ ἡμετέρᾳ ὄψει, δυσχερὴς c δὲ ἡ τούτου καταλῆψίς ἐστι· τί γάρ, εἰ εἰς 85 ὑψηλότατόν τινα καὶ δύσβατον τόπον διέφυγεν;

21 Naturalem vero libertatem animal recipere intelligitur, quando vel visum nostrum effugerit, vel visui quidem nostro se obtulerit, sed difficilis ejus sit captio. Quid enim, si in altissimum quemdam & invium locum perfugerit?

§. XIII. Ἐκεῖνο δὲ τῶν ζητουμένων γέγονεν· ἔλαφος 86 ἢ σύαγρος ὕτως ἑτέρωθη ὑπ' ἐμοῦ, ὡς εὐχερῆ τὴν τούτου θήραν γενέσθαι. τινὲς λέγουσιν, εὐθέως τὸ τοιοῦτον ζῶον τῆς ἐμῆς γίνεσθαι δεσποτείας· ἑτέροις d δὲ

§. XIII. Hoc autem inter quæsita fuit: Cervus aut aper ita a me vulneratus est, ut facilis ejus sit captura. 22 Quidam dicunt, statim ejusmodi animal mei dominii fieri: aliis autem pla-

83. ἀφφ. κατ. F. 84. τὸ ζῶον de: F. cum Curt. 85. ὑψ. ἤγουν καὶ δυσβ. ἴστασαι τόπου; F. 86. ἤγουν σύαγρος ὃς ἔτως F.

palam omnes vendo pro meis venalibus. Mare quidem commune certo est omnibus. T. *Assentio. Qui minus hunc communem quæso mihi esse oportet vidulum? in mari inventus est, commune est.* FABR. I.

y. ἠέρανδε hic pro aëre. Unde εὐαέρια ζῶα. 2. Harmen. 1. §. 12. 50. *Eclog.* 1. c. 1. adde l. 1. §. 1. D. *de adquir. rerum dominio.* D. GOTH.

Cœlum pro aëre. Galen. Comm. 2. in 1. Hippocr. de morb. vulg. οὐρανὸν εἶπε κατὰ τὸ τῶν ἰδιωτῶν ἔθος τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα μεχρι τῆς χώρας νεφελῶν. Idem scribit Chalcid. *in Tim.* Joan. Grammat. *in* 1. *Meteor.* [Atque ita sacri etiam scriptores accipiunt, ut observant Greg. Nyss. & Basil. *in Hex.* Andr. Cæsarienf. *in Apocal.* August. *de nat. boni adversus Manich.* & *Confess.* 13. c. 31. Edit. 1.] FABR.

z. l. 3. pr. §. 1. & 2. D. *de adquir. rerum dominio.* D. GOTH.

a. l. 16. D. *de servit. rusticorum prad.* D. GOTH. Quidam enim venationis obtentu alienas fruges diripiunt. Theophylact. Simoc. Ep. 56. FABR. I.

b. φυσικὴν ἐλευθερίαν ait. Est enim libertas a natura, ut ex hoc loco possis argumentum ducere, in dubio rem præsumi liberam, neque servituti obnoxiam. D. GOTH.

c. An *difficilis* est impossibilis? ut accipit Acc. ad Justin. Sic græcis quoque χαλεπὸν pro impossibili. Zenob. cent. 6. pr. 38. ἄλλοι δὲ τὸ χαλεπὸν ἀκούουσιν ἐπὶ τῷ ἀδυνάτῳ: imo difficilis persecutio differt ab impossibili, l. 4. § 1. D *de statul.* impossibilis esse creditur, si in locum impenetrabilem καὶ ἀνόδευτον, in avia & derupta, fera vulnerata fugerit: difficilis, si in locos difficiles fera confugerit. FABR. I.

d. Errat Th. qui tres Jureconsultorum sententias hic comminiscitur. v. l. 5. D. *de adq. rerum dom.* FABR.

Hi non alii sunt: sed idemmet Trebatius autor primæ opinionis, cujus pars erat, quod subjicitur. J. DOUJ.

δὲ ἤρεσε γίνεσθαι μὴν ἐμὸν τὸ ὑπ' ἐμοῦ πληγὲν, ἅμα τῇ [87] χειρίᾳ πληγῇ, μέχρι δὲ τοσούτου ἕως οὗ ἐπιδιώκω τὸ ζῶον· εἰ δὲ [88] παύσομαι τοῦ ἐπιδιώκειν αὐτὸ, τῆς ἐμῆς εἶναι παύεται δεσποτείας, [89] καὶ τοῦ καταλαμβάνοντος γίνεται· τρίτη γέγονε γνώμη τινῶν λεγόντων, μὴ ἑτέρως ἐμὲ τὸν τρώσαντα γίνεσθαι δεσπότην τοῦ θηρίου, [90] εἰ μὴ ἕως οὗ τοῦτο δράξομαι.

placuit, fieri quidem meum, quod a me vulneratum eſt, ſtatim *ab ipſo* vulnere letali; aſt eo uſque, donec animal perſequar. Quod ſi illud deſinam perſequi, mei dominii eſſe deſinit, fitque occupantis. Tertia exſtitit ſententia nonnullorum dicentium, non aliter me vulnerantem feræ dominum fieri, niſi quousque ejus potiar.

Καὶ ταύτην μᾶλλον τὴν τρίτην [91] γνώμην βεβαιοῖ ἡμέτερος βασιλεὺς, λογισμὸν προσθεὶς [92] τοιοῦτον· φησὶ γὰρ, ὅτι πολλὰ ἐν τῷ μεταξὺ [e] συμβῆναι δύναται, ἅτινα οὐκ ἐᾷ με τὸ εἰρημένον θηρᾶσαι ζῶον· τυχὸν γὰρ θηρίον ἀπαντήσαν ἄγριον ἐκώλυσέ με περαιτέρω προβῆναι, [93] ἢ καὶ ἥρπασε τὸ παρ' ἐμοῦ τρωθέν· ἢ καὶ ἐν τῷ ἐπιδιώκειν δυσχερέσι προπεσὼν τόποις, οὐκ ἠδυνήθην ἐπιζητῆσαι τὸ θηρίον.

Atque hanc potius tertiam ſententiam confirmat Imperator noſter, hoc addens ratiocinium: ait enim multa interim accidere poſſe, quæ me dictum animal capere haud ſinant: nam forte occurrens fera beſtia prohibuit me ulterius progredi, vel rapuit etiam vulneratum a me; aut *ego* inter perſequendum in loca difficilia incidens, beſtiam indagare non potui.

§. XIV. Η τῶν μελισσῶν [f] φύσις ἐστὶν ἀγρία· ἀμέλει τοι αἱ ἐν τῷ σῷ δένδρῳ καθεσθεῖσαι μέλισσαι τῆς σῆς οὐ γίνονται δεσποτείας, πρὶν αὐτὰς τοῖς σίμβλοις [94] ἐναποκλείσῃς, ἃς λέγομεν [95] κυψέλλας·

§ XIV. Apium natura fera eſt. Scilicet apes in tua arbore conſidentes tui dominii non fiunt, antequam eas alvearibus incluſeris, quæ κυψέλλας *Græce* dicimus: uti neque aves, quæ

87. χειρίᾳ F. 88. forte παύζωμαι præſtat: certe in fine huj. cap. malim δεήξωμαι. G. O. R. 89. καὶ γὰρ τοῦ κατ. F. 90. εἰ μὴ de: F. 2. 91. βεβ. γν. ἡμ. F. 1. βεβ. γν. ὁ ἡμ. F. 2. 92. τοῦτον F. 93. ἤγουν ἥρπ. F. 94. ἐναποκλείζεις ante hanc. Mox poſt ἃς inſerunt καὶ Lugd. & Goth. 95. κυψέλας & in verſ. Lat. κυψέλην unico λ, ſola F. 2.

Balduinus h. t. primam ſententiam ridiculam pronunciat: quæ an ſit, amplius deliberandum. H. MYL. *in ſched.*

Quidni credamus alios ante Trebatium ſimpliciter & abſolute ita ſenſiſſe, ſed ipſum hoc temperamenti primum addidiſſe? quod mihi cum multis hodie JCtis magis placere quam Juſtiniani ratiocinationem fateor. Trebatii fere ſententiam in legem convertit Langobardorum rex Rothar cap. 319. ſive apud Lindenbrogium L. 1. T. 22. l. 6. Præterea Theophilum, qui integros veterum prudentium libros habuit, iniquiſſime exſolis fragmentis hodie ſuperſtitibus judicamus. G. O. R.

c. Sicut vulgo dici ſolet: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, quod proverbium præter alios uſurpat Chryſoſt. *ad vid. jun.* & potentior igitur eſt, qui tenet, quam qui perſequitur. FABR. I.

f. 2. Harmen. 1. §. 23. 50. Eclog. 1. c. 2. l. 5. §. 2. D. *de adquir. rerum domin* D. GOTH.

Plin. ait, apes nec placidas eſſe, nec feras, ſed mediæ inter utrumque naturæ, *lib.* 8. *cap.* 56. mixtæ igitur ſunt. Apium tamen naturam feram eſſe placet prudentibus. Si quis igitur inanis arboris trunco, vel cavis inventos petris, domum favos retulerit, ut eſt in Quintil. *decl.* 13. ſuos facit: & ſi apes feras, quæ in arbore tua conſederint, quis abſtulerit, non tenetur tibi furti, quia non

λας· ὥσπερ ὐδὲ τὰ ὄρνεα, ἅτινα νεοττιὰν ἐν τῷ σῷ δένδρῳ κατεσκεύασε, πρὶν ἱξευθῇ, τῆς σῆς ἐκ ἔστι δεσποτείας· ὅθεν εἴ τις φθάσας τὰς εἰρημένας μελίσσας ἐν ἰδίοις ἀπέθετο σίμβλοις, γενήσεται δεσπότης αὐτῶν.

quæ nidum in arbore tua fecerunt, antequam captæ ſint, tui ſunt dominii. Unde ſi quis anticipans dictas apes in ſuis repoſuerit alvearibus, earum dominus fit.

Καὶ τὰς [96] μελικηρίδας [g] δὲ, εἴ τινας ὑπὸ τῶν μελισσῶν γενέσθαι συμβῇ, ὁ βουλόμενος ἐξελέσθαι δύναται, ἐι καὶ κατὰ τὸν ἐμὸν ἀγρὸν αὗται [97] γεγόνασιν· ἐι δὲ, πρὶν ἕτερος ἅψηται τῶν μελικηρίδων, προθεωρήσας ἐγὼ εἰσελθεῖν αὐτὸν ἐς τὸν ἐμὸν ἀγρὸν διεκώλυσα, (δύναμαι γὰρ κατὰ νόμους τοῦτο ποιεῖν) λήψομαι τὰς μελικηρίδας, [98] οὐδενὸς ἐμποδίζοντος.

25 Porro favos quoque, ſi quos ab apibus fieri contingat, *quilibet* volens eximere poteſt, etſi in meo agro illi effecti ſunt. Sin autem, antequam alius favos adprehenderit, ego *hoc* prævidens ingredi eum in agrum meum prohibui, (hoc enim ſecundum leges facere poſſum) *ipſe* capiam favos, nemine inhibente.

[99] Ὁ τῶν μελισσῶν ἐσμὸς [h], ἐὰν τοὺς σοὺς σίμβλους καταλιπὼν ἀποπτῇ, μέχρι τοσούτου τῆς σῆς εἶναι [1] δεσποτείας νοεῖται, ἄχρις ἂ τοῖς [2] σοῖς [i] ὑποπέπλωκεν ὀφθαλμοῖς, καὶ ἡ τούτου κατάληψις οὐκ ἔστι δυσχερής· [3] εἰ δὲ τὴν σὴν διέφυγε θέαν, τοῦ καταλαμβάνοντος γίνεται.

26 Et apium examen, ſi alvearia tua relinquens avolet, eo uſque tui eſſe dominii intelligitur, quouſque tuis ſe offerat oculis, neque ejus captura difficilis ſit: quod ſi viſum tuum effugerit, occupantis fit.

§. XV. [4]Η τῶν ταώνων [k] καὶ ἡ τῶν περιστερῶν [l] Φύσις ἐστὶν ἀγρία· καὶ μήτις λεγέτω, ὅτι σύνηθές [5] ἐστιν αὐτοῖς ἀφίπτασθαι

§. XV. Pavonum & columbarum natura fera eſt. Nec quiſquam dicat, conſuetum illis eſſe avolare ac rurſus re-

96. μελικηλίδας, ἅς τινας ἀπὸ ante F. 97. γεγονυῖαι ante F. 98. μηδενὸς F. 99. Καὶ præponunt Lugd. & Goth. 1. νο. δεσπ. F. 2. σοῖς de: F. 3. εἰ γὰρ δυχερής ἐστιν ἡ κατάληψις, ἢ τὴν σὴν δ. θ. F. 4. ἡ deerat ante F. 5. ἀυτ. ἐστ. F.

non fuerint tuæ, l. 26. D. *de furt.* Lex Longobard. *Si quis de arbore ſignata in ſylva alterius apes tulerit, componat ſolid. ſex.* Et mox: *nam ſi ſignata non fuerit, tunc quicunque invenerit, jure naturali habeat ſibi, excepto de Gajo Regis.* FABR. I.

Lex eſt numero 324. Rotharis regis, apud Lindenbr. L. 1. T. 25. l. 37. *Gajum* autem ſive *Gagum* convenit hodiernæ voci Gallicæ *Gage.* G. O. R.

g. Eclog. & Harmen. d. l. 5. §. 3. D. *de adqu. rerum dominio.* D. GOTH.

Alveus eſt χειροποίητος, puta ex vimine, aut inani cortice: *favum* ipſæ ſibi apes conficiunt. Varro *de re Ruſt.* c. 16. FABR. I.

h. d. l. 5. §. 4. Harmen. & Eclog. d. loc. D. GOTH.

Schol. πλῆθος FABR. I.

i. Apes quæ adhuc quaſi feræ ſunt, quæque nondum induerunt animum revertendi, ſi evolaverint, migrationem inſtituere videntur. Itaque ſi deſierint eſſe in conſpectu noſtro, vel diff. ſit ear. perſ. fiunt occupantis. FABR. I.

k. 2. Harmenop. 1. §. 23. in f. l. 5. §. 5 D. *de acquir. rerum dom.* 50. Eclog. 1. c. 3. D. GOTH.

Ex facili tamen cicures fieri poſſunt. Hinc pavo manſuetus l. 37. D. *de furt.* & pavones olim ἐν ταῖς οἰκίαις τιθασευόμενοι, ſive cicures educatos docet Athen. 14. FABR. I.

l. Ἀγρίαν, feram ſeu agreſtem naturam eſſe ait pavonum: cum tamen Varro 3. *de re ruſtica* 5. ut rem miram referat, pavones in Samo & Planaſia inſulis

σθαι [m] καὶ πάλιν ὑποστρέφειν· [6] καὶ γὰρ αἱ μέλισσαι [n] φράτλωσι [7] τοῦτο, καὶ ἄμαχόν ἐστιν, ἀγρίαν εἶναι τὴν φύσιν αὐτῶν· Καὶ [27] ἐλάφους [8] γάρ τινες οὕτως [o] ἡμέρους ἔχουσιν, ὥστε αὐτὰς καταλιμπάνειν τοὺς δεσπότας, καὶ εἰς ὕλας ἀπιέναι, καὶ πάλιν ὑποστρέφειν· καὶ αὐτῶν δὲ [9] οὐδὲν ἧττον ἡ φύσις ἐστὶν ἀγρία.

Ἐπὶ τούτων δὲ τῶν ζώων, ἅτινα κατὰ συνήθειαν [10] ὑποστρέφειν εἴωθεν ἀπιόντα, τοιοῦτος [p] ἡμῖν ἰσχυρότατος νόμος δέδοται κανών, [11] οἷον ἐπὶ μελισσῶν, περιστερῶν, ταώνων, ἐλάφων· λέγομεν γὰρ μέχρι τοσούτου τῆς ἡμετέρας εἶναι ταῦτα δεσποτείας, ἕως ἂν λογισμὸν [q] ἔχει τοῦ πρὸς ἡμᾶς [12] ὑποστρέφειν· εἰ δὲ παύσεται τοιαύτην ἔχειν διάνοιαν, [13] παύεται τῆς ἡμετέρας εἶναι δεσποτείας, καὶ τοῦ καταλαμβάνοντος [r] γίνεται.

reverti. Nam & apes hoc faciunt, & *tamen* extra controverſiam eſt, feram earum eſſe naturam. Etenim cervas quoque ita cicures quidam habent, ut relinquant dominos, atque in ſilvas abeant rurſusque redeant: attamen harum natura nihilominus fera eſt.

In his autem animalibus, quæ ex conſuetudine reverti ſolent, poſtquam abierunt, hæc nobis firmiſſima tradita eſt regula, veluti in apibus, columbis, pavonibus, cervis: dicimus enim eo uſque illa eſſe dominii noſtri, quousque animum ad nos revertendi habent: ſi vero hanc mentem habere deſinant, & noſtri dominii eſſe deſinunt, atque occupantis fiunt.

Αλλ'

Sed

6. καὶ γὰρ καὶ αἱ. F. 7. κατὰ τοῦτο F. 2. 8. δὲ F. cum Curt. & mox αὐτὰς. ſed ſequenti ſtatim capite in genere τῆς ἐλάφου neuter quidquam mutavit: cur ergo hic? 9. οὐδὲν de: Lugd. & Goth. Fabrotus autem ἐστιν poſt ἧττον reponit. 10. ἀπιέναι καὶ πάλιν ὑποστρ. εἴωθεν, τοιούτῳ F. 11. οἷον ante F. 12. ἐπιστρ. ante F. mox πάυζονται omnes ante hanc. 13. παύονται F. ſed ſic deinde γίνονται reſcribere quoque debuiſſet.

ſulis agreſtes haberi, ut & Curtius lib. 9. [cap. 1. n. 13.] juxta Hydraotem flumen. & Sigebertus anno 1086. ſcribit, pavones è domibus evolantes feros evaſiſſe. D. GOTH.

Sed hæ quoque [columbæ] cicurari poſſunt. Agræt *columba, quæ manſueta fieri poſſunt, & domibus aſſueſcere.* FABR. I.

m. Varro *de re Ruſt.* 3. c. 7. *Columbas redire ſolere ad locum licet animadvertere*, &c. Arnob. 2. *Columba manu miſſa revolare ad dominicas ſedes.* FABR. I.

n. Quintil. decl. 13. *An non ipſa domum ſuâ ſponte revolant, finemque laboris ſui ſole metiuntur, & omnis intra ſolitas domos turba conditur, noctemque modeſto ſilentio trahunt? age porro, ut non ſit earum certa poſſeſſio dum volant: nempe quia cum remearunt, concludi, transferri, donari, vanire poſſunt, in poteſtate ſunt.* in quibus verbis antiquæ controverſiæ veſtigia comparent. de qua apud Ruſin. tit. 12. in fin. FABR. I.

o. ἡμερωθέντας τε καὶ εἰς τὸ πρᾶον ἐκ τοῦ θηριώδους μεταβαλομένους. de cerva Sertorii Plut. & Appian. 1. Civil. FABR. I.

p. idem Harmenopolus 2. tit. 2. §. 24. D. GOTH.

Animalia quæ genitalem feritatem non exuerunt, noſtra eſſe deſinunt, ſi poteſtatem noſtram evaſerint; animalia vero quæ manſuefacta ſunt, domita, & condocefacta, quæque hominem didicere pati, & manus obvia paſcit, (σκεῦνα μὲν γὰρ, B. Chryſoſt. verba, κἀκεῖνα κατὰ φύσιν ἄγρια ὄντα, ἀνθρωπίνης ἀπολαύσαντα τέχνης, ἥμερα πολλάκις γίνεται,) eouſque noſtra intelliguntur, donec animum revertendi habent. Creduntur autem deſinere animum revertendi habere, cum revertendi conſuetudinem deſeruerunt: tunc enim naturalem feritatem recipiunt, ſive ut Claudiani verbum uſurpem, ſæva feris natura redit. FABR. I.

q. λογισμὸν. *i. animum*, tribuit feris, ut & poſt, διάνοιαν: author Eclogæ d. c. 3. τῆς ὑποτροφῆς συνήθειαν vocat. ſic alibi animantia juris naturalis peritia cenſentur, ſup. *de jure naturali* in principio. D. GOTH.

Sed

Αλλ' [14] ἐπεὶ ἐπὶ ζώων τοῦτο καταλα- 28 Sed quum illud in animalibus de-
βεῖν ἀδύνατον, ἐκ τῆς περὶ τὴν ἀποστρο- prehendere nequeamus, ex reverſio-
φὴν συνηθείας τοῦτο ληψόμεθα· ὑπόθες γάρ, nis conſuetudine hoc deprehendemus.
ὅτι ἡ ἐμὴ ἔλαφος καταλιμπάνουσά με εἰώ- Finge enim, cervam meam me reli-
θει ἐπὶ τὰς ὕλας ἀπιέναι, [15] καὶ αὐθημερὸν cto conſueviſſe in ſilvas abire, atque
ἀποστρέφειν, ἢ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἥκειν [16] τῇ eopſe die reverti, aut altero vel ter-
τρίτῃ, ὑστέρῳ δὲ περαιτέρω τῶν τριῶν ἡμε- tio etiam die; nunquam vero ul-
ρῶν τῆς ἐμῆς [17] οἰκίας ἀπελείφθη· εἰ μὲν tra tres dies *a* mea domo emanſit: ſi
οὖν εἴσω [s] τῶν τριῶν ἡμερῶν, ἐν αἷς ἀπο- igitur intra tres dies, quibus reverti
στρέφειν εἰώθει, ὑπό τινος ἐλήφθη, ὡς conſuevit, ab aliquo capta ſit, ego ut-
ἀδικούμενος ἐγὼ περὶ τὴν δεσπότειαν, ἔξω pote circa proprietatem *meam* læſus,
κατ' αὐτοῦ τὴν in rem. εἰ δὲ τῇ τεταρτῃ habebo adverſus eum *actionem* in rem.
ἡμέρᾳ ἐθήρευσέ τις αὐτὴν, ἀδεμίαν κατ' Quod ſi quis quarto die eam venatus
αὐτοῦ κινήσω ἀγωγήν· πρόδηλον γάρ, ἐξ 29 ſit, nullam adverſus eum actionem
ὧν μὴ ἐφύλαξε τῆς ἀποστροφῆς τὴν συν- movebo. Manifeſtum enim *eſt*, *eam*
ήθειαν, ὅτι τῆς ἐμῆς κατεφρόνησε δεσπο- ex quo reverſionis conſuetudinem non
τείας. obſervavit, meum ſpreviſſe domi-
nium.

§. XVI. Τῶν κατοικιδίων [t] ὀρνίθων καὶ §. XVI. Domeſticarum gallinarum
τῶν [u] χηνῶν ἡ φύσις οὐκ ἔστιν ἀγρία· καὶ atque anſerum natura fera non eſt.
τοῦτο ἐντεῦθεν νοῆσαι δυνατόν, ὅτι ἕτεραί Et hoc inde intelligere licet, quod a-
εἰσιν ὄρνεις, ἃς ἀγρίας καλοῦμεν, τουτέστιν liæ ſint gallinæ, quas feras vocamus,
[18] ἀγριόρνιθας, καὶ πάλιν ἕτεροι χῆνες, itemque alii anſeres, quos feros vo-
οὓς camus.

14. ὅτι Lugd. & Goth. ἐπειδὴ F. 15. καὶ ἡ F. 16. καὶ ad: F. & mox οὐδέποτε δὲ edidit. 17. ſic Lovan. Ceteræ οἰκείας. 18. ἀγελιορνίθια F.

Sed philoſophi, e Lycæo præſertim, λογισμὸν & διάνοιαν brutis denegant. GEN. ED.

1. περιλαμβάνοντος legit Harmenopul. & author Eclogæ d. loco. D. GOTH.

s Non vult Theoph. ut quidam putant, [*Merillium tangit*] tempus trium dierum huic rei præſtitutum eſſe: ſed ex conſuetudine revertendi intra triduum puta, id eſt, quia forte intra tertium diem reverti ſolebat cerva, videri conſuetudinem revertendi deſeruiſſe, ſi per triduum non redierit. Denique exempli cauſa tantum, ſolere cervam eodem die, poſterove vel tertio redire, fingit Th. non quod ei dies certus præſtitutus ſit, nam ſi eodem die poſterove redire ſoleret, nemo dixerit, tridui lapſum expectandum. FABR. II.

Cæterum Theophilo aſſentiendum non eſt, qui ſpatio trium dierum redeundi animum amitti exiſtimavit. Interpretis enim non eſt, definire tempora; ſed ſolius legis, aut potius judicis, qui pro varia cujuſque animantis natura, adhibito peritorum in ea re hominum conſilio, hæc æſtimabit. D. GALTIER.

Mirum, quomodo hæc poſt Fabroti notam ſcribere potuerit: niſi priori editione contentus, quæ hac nota caret, poſteriorem (quis enim omnes ejuſdem ſcriptoris editiones comparare ſibi ſemper ſolet?) haud conſuluerit. G. O. F.

t. Gloſſis κατὰ οἶκον. eâdem autem forma dicitur, qua κατοικιδίῳ θεὸς lar. κατοικίδιοι θεοὶ, lares, hoc eſt Dii domeſtici. D. GOTH.

Ut Nov. 69. cap. 1. [Gloſſæ: ὄρνις, ἡ κατὰ οἶκον, *gallina. Edit.* 2.] Clem. Alex. Strom. 3. Jerocles in Ippiatricis: ἀθηρεύτων, ἢ τῶν κατοικιδίων ὀρνίθων. FABR.

u. Quidam enim anſeres ſunt manſueti, quidam feri, Varro de re Ruſt. 3. c. 10. Columella 8. c. 14. hos Servius agreſtes vocat in 1. Georgic. illos Græci σιτευτοὺς appellant, Homer. autem ἠμένους, Odyſſ. ε. FABR. I.

x. Har-

οὺς ἀγρίους καλῶμεν, καὶ λέγεται ἀγριοχηνάρια· ὅθεν εἰ μὲν οἱ σοὶ χῆνες, ἢ τὰ [x] σὰ ὀρνίθια ἔκ τινος τύχης [19] ταραχθέντα [30] ἀποπτῇ, ἢ καὶ [20] τὴν σὴν ἀφαφύγῃ θέαν, [21] εὐθὲν ἧττον τῆς σῆς ἐστι δεσποτείας, ἐν ὁτῳοῦν δήποτε τόπῳ εὑρεθῇ· καὶ ὅστις κέρδους χάριν, ἤτοι ψυχῇ ἀποστερῶν τος, τὰ τοιαῦτα ᾠδιακατέχει ζῶα, κλέπτειν δοκεῖ, καὶ γίνεται [y] τῇ furti ὑπεύθυνος.

camus. Unde si anseres tui vel gallinæ tuæ aliquo casu turbatæ avolaverint, aut tuum etiam visum effugerint, nihilominus tui sunt dominii, in quocumque loco reperiantur: & quisquis lucri causa, aut spoliandi animo, ejusmodi animalia retinet, furari videtur, atque *actioni* furti fit obnoxius

§. XVII. Φυσικὴ κτῆσίς ἐστι καὶ [22] τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων· ὁ γὰρ ἐθνικὸς νόμος ἡμέτερα [z] ᾠδιαχρῆμα βάλεται γίνεσθαι, ὅσα εἰλήφαμεν ἀπὸ τῶν πολεμίων· ἀμέλει καὶ ἐλεύθεροι ληφθέντες ἄνθρωποι, εὐθέως ἡμῖν καταδουλοῦνται· εἰ δὲ ταῦτα ἀφαφύγῃ τὴν [31] ἡμετέραν [23] ἐξουσίαν, οἷον τὰ ἀνδράποδα, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους ὑποστρέψαι συμβῇ, τὴν [24] ἀρχαίαν ἀπολαμβάνει κατάστασιν.

§. XVII. Naturalis quoque adquisitio est quæ ex hostibus *capiuntur*. Jus enim gentium nostra confestim vult fieri, quæcumque ex hostibus cepimus: itaque & liberi homines capti, statim nostri servi fiunt. Quod si hæc potestatem nostram effugerint, veluti mancipia, atque ad suos reverti *iis* contigerit, pristinum recipiunt statum.

§. XVIII. Οἱ λίθοι οἱ τίμιοι, ἔτι δὲ καὶ αἱ ψηφίδες, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐν αἰγιαλῷ εἴωθεν εὑρίσκεσθαι, φυσικῷ λόγῳ τοῦ εὑρετοῦ [25] γίνονται ᾠδιαχρῆμα.

§. XVIII. Lapides pretiosi, itemque gemmæ, & reliqua quæ in littore inveniri solent, naturali ratione inventoris statim fiunt.

§. XIX. §. XIX.

19. ἐκταρ. F. 20. τὴν de: F. 21. ἐν ὁιῳδήποτε εὑρεθέντα τόπῳ, τῆς σῆς δέ. ἧτ. ἐστὶ δεσπ. F. 22. ἡ pro τὰ F. 23. sic corrigere jubemur in Basil. pro eo quod editum fuerat δεσπότειαν, quod tamen retinuit Lugd. & Goth. 24. οἰκείαν pro ἀρχ. primo ediderat Vigl. Mox ἀναλαμβ. F. 25. γίνεται F. quod non recepi ob præced. λίθοι καὶ ψηφίδες.

x. Harmenop. 1. §. 25. 50. Eclog. 1. c. 4. in f. D. GOTH.

y. L. 5. §. pen. D. *adq. rer. dom.* l. 37. D. *de furt.* Nov. 69. c. 1. Julian. antec. Quamvis enim minima videatur hujusmodi res esse, attamen justitiæ ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis debet æstimari: Nam & quod aliis vilissimum esse videtur, hoc aliis pretiosissimum est, vide Demetrium de Eloc. Et propter rem modicam igitur furti civiliter agi potest: adeo magis voluntatem peccandi intuebantur, quam modum. v. Hieron. *Ep. ad Titum* cap. 2. Constant. Manass. *Annal.* in reb. Belisarii. Idemque jus Atticum. Plato: κλεπτὴν δὲ, ἐάν τε μέγα, ἐάν τε σμικρὸν κλέπτῃ. τις εἷς ἂν νόμῳ κείσθω. Lysias adv. Leocr. De Dracone v. Gell. 11. c. 18. Plut. in Sol. Joann. Tzetz. chil. 5. FABR. I.

z. L. 5. in f. D. *de adquir. rerum dom.* 2. Harmen. 1. §. 32. d. l. §. *eod.* Eclog. *eod.* c. 4. D. GOTH. Quæ ex hostib. capimus, ratione naturali nostra fiunt, l. 3. §. pen. D. *de adq. poss.* Arist. Polit. 1. c. 4. & 5. id est, jure gentium, ex quo bella introducta sunt, l. 5. §. ult. D. *de adq. rer. dom.* Justin. 38. *Quam jure gentium victor occupaverat.* Polyb 10. ait, ᾠδιὰ τοῖς πλείστοις πᾶν τὸ ληφθὲν ἴσην κυριεύζουσι: apud Romanos vero inquit, οἱ χιλίαρχοι ἀφαιροῦσι πᾶσιν ἴσον. vid. Isidor. *Orig.* 5. 7. Liberi quoque homines in servitutem adducuntur, Xenoph. 3. παιδ. Deorum signa, atque donaria transeunt in jus ditionemque victoris. Pausan. in Arcad. Marcellus tamen, qui Deor. quoque signa victor exportarat, dicebatur etiam de diis velut captivis triumphasse, ut scribit Plut. & templa, statuas, ejusque generis ornamenta delere, corrumpere, &

ex-

§. XIX. Καὶ τὰ ἐκ τῶν ζώων τῶν ὑπ' 32
ἐμοῦ δεσποζομένων τικτόμενα, τῆς ἐμῆς
ἐστι δεσποτείας, καθάπερ ἐκεῖνα ἐξ ὧν
26 ἐτέχθη.

§. XIX. Etiam quæ ex animalibus meo dominio ſubjectis naſcuntur, mei ſunt dominii, ſicuti illa ex quibus nata ſunt.

§. XX. Φυσικὴ κτῆσίς ἐστι δὲ ἡ τῆς 27
ἀλυβίονος · (ἀλουβίων [a] δέ ἐστιν ἡ προσ-
κλυσις ἢ πρόσχωσις ·) ὅπερ γὰρ ἀφ' τῆς
ἀλυβίονος τῷ ἡμετέρῳ ἀγρῷ ὁ ποταμὸς
28 προσποριζει, τῆς ἐμῆς γίνεται δεσπο-
τείας Φυσικῷ νόμῳ. Εστι δὲ ὡς ἐν ὅρῳ
ἀλυβίων, ἄυξησις λανθάνουσα [b].

§. XX. Naturalis etiam adquiſitio eſt alluvionis. (Alluvio autem eſt *Græce* προσκλυσις vel προσχωσις:) Quidquid enim per alluvionem flumen noſtro agro adjicit, lege naturali mei fit dominii. Eſt vero quantum ad definitionem alluvio, incrementum latens.

Διὰ δὲ ἀλυβίονος τοῦτο δοκεῖ προστί- 33
θεσθαι, ὅπερ οὕτω [c] κατὰ μικρὸν προστί-
θεται, ὡς μὴ δύνασθαί τινα νοῆσαι, πόσον
καὶ ἐν ποίῳ χρόνῳ [d] τῆς ἡμετέρας ἐστὶ δε-
σποτείας τὸ προστιθέμενον. Ὑπόθου γὰρ
δύο εἶναι ἀγρούς, τὸν σὸν, ἔτι δὲ καὶ τὸν
ἐμόν· μέσον δὲ ῥεῖν ποταμόν· ἐὰν ὁ ποτα-
μὸς κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως προσ-
θῇ τι τῇ ἐμῇ γῇ, τοῦτο 29 ἀφ' τῆς ἀ-
λυβίονος ἐμὸν γίνεται.

Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut nemo intelligere poſſit, quantum & quo tempore *id* quod adjicitur, noſtri fiat dominii. Finge enim, duos eſſe agros, tuum item & meum; medium autem fluere flumen: ſi flumen paulatim nec ſenſibiliter aliquid terræ meæ adjiciat, hoc per alluvionem meum fit.

§. XXI. Εἰ δὲ ἡ τοῦ ποταμοῦ [e] βία 34
καὶ ὁρμὴ μέρος τι τοῦ σοῦ ἀφείλετο ἀ-
γροῦ,

§. XXI Sin vero vis & impetus fluminis aliquam agri tui partem abſtulit,

26. ἐτέχθησαν ante F. 27. ἀκκβ. hic & deinceps duplici κ ſola Fabr. 2. 28. προσθῇ. Φυσ. νόμῳ τῆς ἡμετέρας γίν. δεσπ. F. unde ἡμετέρας pro ἐμῆς recipiendum videtur. 29. ἀφ' τοῦ δικαίου τῆς ἀλ. F.

exportare ſummæ eſt impietatis, Polyb. 5. de Philippo, qui Deorum aras ſpoliaverat & lib. 9. de eod. Philip. φέρε μὴν τῆς Φιλίππου δωδεκονομίας, τίς χρεία πλείω λέγειν; τῆς μὲν γὰρ εἰς τὸ θεῖον ἀσεβείας ἱκανὸν ὑπόδειγμα, αἱ περὶ τοὺς ἐν Θέρμῳ ναοὺς ὕβρεις. quod explicat lib. 11. in Fragm. Φίλιππος πορευθεὶς ἐπὶ τὴν Τελχῶνιδα λίμνην, καὶ περιφρυόμενος εἰς τὸν Θέρμον, ἔνθα ἦν ἱερὸν Απόλλωνος, ὅσα περίεργον ἀπέλειπε τῶν ἀναθημάτων, τότε πάλιν ἅπαντα διελωβήσατο· κακῶς μὲν πρὸς τὸ, κακῶς δὲ τότε χρώμενος τῷ θυμῷ· τὸν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν τῆς πάσης ἀλογισίας ἐστὶ σημεῖον. FABR. I.

a. Adde l. 7. §. 1. D. *de adqu. rerum dominio.* 2. Harmenopul. 1. §. 38. [& 150. it. III. 3. 15.] D. GOTH.

b. Incrementum non apparens, l. 9. § 3. D. *de uſufr.* lucrum quod pedetentim, & obſcurè increſcit. Donum fluminis injubjectum oculis, ut Νείλου δῶρον, Strabo 15. FABR. I.

c. Proinde *Alluvio* dicitur τὸ ἀνεπαισθήτως ἀφ' τοῦ πολαμοῦ προσγεθὲν Eclog eod. ad c. 5. in pr. [mox vide] 2. Harmenop. 1. § 41. D. GOTH.

L. 7. §. 1. D. *de adq. rer. dom* l. 1. C. *de alluv.* paulatim, eſt minuatim [*ſic*] καὶ ἀνεπαισθήτως, fallentibus & furtivis incrementis. FABR. I.

d. Χρονον hic uſurpat pro *momento* D. GOTH.

e. Alia cauſa eſt, ſi ſubito toto impetu pars fundo meo detracta ſit: conſtat enim meam permanere, d. l. 7. §. 2. Theophyl. Ep 53. quia non poſſeſſoris negligentiâ, ſed tempeſtatis violentiâ abreptum adparet; per contrarium, quicquid aqua lambendo abſtulerit, id poſſeſſor amittit, quia poſſeſſoris negligentiâ damnum id contigerit. Caſſius Longinus Jc. apud Aggenum in Frontin. *de limit. agror.* FABR. I.

γοῦ, καὶ τῷ ἐμῷ προσήγαγεν ἀγρῷ, δῆλόν ἐστιν ὅτι τὸ προστεθὲν τῆς σῆς μένει δεσποτείας, εἰδὲ γε ἀνεπαισθήτως 30 γέγονεν.

Εἰ δὲ τὸ μέρος τὸ ἐκ τοῦ σοῦ ἀγροῦ ἀφαιρεθὲν, δενδροφόρον [f] ἦν, καὶ τῷ ἐμῷ προσενεχθὲν ἀγρῷ ἐπὶ πλείονα χρόνον [g] αὐτῷ προσεπάγη, καὶ τὰ δένδρα, ἃ ἐπεφέρετο, τὰς οἰκείας ἐξέτεινε ῥίζας, ὥστε τοῦ ἐμοῦ ἅψασθαι ἀγροῦ, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου 31 ταῦτα τῆς ἐμῆς γενήσεται δεσποτείας, ἐξ οὗ 32 λοιπὸν ἤρξατο τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἐμῆς γῆς, 33 οἷον τὰς ῥίζας ἔχοντα ἐν τῇ ἐμῇ γῇ.

lit, meoque adpulit agro, manifeſtum eſt, *id quod* adjectum *fuit*, tui manere dominii: neque enim non ſenſibiliter factum eſt.

πράττειν, αὐτὸν ἐξωθῶ ἀπὸ τῆς τοῦ δόλου [m] παραγραφῆς, 95 λέγων· Αλλ' εἰ μὴ καλῇ πίστει ἔκτισα. Εἰ δὲ mala fide ἐνεμόμην τὸν τόπον, (ἠπιστάμην γὰρ αὐτὸν ἀλλότριον ὄντα) οὐδεμίαν ἔξω παραγραφὴν, ἀλλ' ἀναγκάζομαι τὸν τόπον ἀποδιδόναι μὴ τῶν ἐπιτεθέντων· δύναται γὰρ ἕκαστος ἐγκαλεῖν 96 μοι, τίνος χάριν εἰδὼς παρανόμως εἰς ἀλλότριον οἰκοδόμουν τόπον.

quod ſi contingat me ædificatorem in poſſeſſione eſſe domus, & ſoli dominus uſus regula dictante, impoſita cedere ſuppoſitis, adverſus me *actionem* in rem inſtituat: ſi quidem bonæ fidei poſſeſſor eram, (putabam enim meum eſſe ſolum) accipiam non tantum materiæ æſtimationem, ſed etiam fabrorum mercedes: & nolentem hæc facere, repello eum per doli exceptionem, dicens: AT SI BONA FIDE NON ÆDIFICAVI. Sed ſi mala fide locum poſſidebam, (ſciebam enim eum eſſe alienum) nullam habebo exceptionem, ſed cogor locum cum *ipſa* inædificatione reſtituere: poteſt enim quiſque mihi objicere, cujus *rei* gratia ſciens temere in alieno ſolo ædificaverim.

§. XXXI. 97 Εἰ [n] Τίτιος ἀλλότριον 57
δένδρον ἐν τῷ οἰκείῳ ἐφύτευσεν ἀγρῷ, Τιτίου ἔσται τὸ δένδρον· εἰ δὲ καὶ Τίτιος οἰκεῖον δένδρον ἐν τῷ ἀγρῷ ἐφύτευσε 98 Μαιβίου, Μαιβίου γενήσεται τὸ δένδρον μόνον, εἰ ἐν ἑκατέρῳ θέματι τὰς οἰκείας τὸ φυτευθὲν

§. XXXI. Si Titius alienam arborem in ſuo plantaverit agro, Titii arbor erit: ſed & ſi Titius ſuam arborem in agro Mævii plantaverit, Mævii arbor tantum erit, ſi in utraque poſitione proprias plantata arbor

93. *bona fide* F. 94. αὐτὸν hoc loco F. 95. ſeptem voculas ſeq. ad ſcholia refert F. 96. μοι παρανόμως, ἤτοι χωρὶς ἀξιατιμήτεως τῆς ὕλης. τινὸς χάριν εἰδὼς εἰς ἀλλ. ὠκ. τ. ediderat Viglius: ſed in Emend. ait: „ pro παρανόμως lege ὅτι παρανόμως, & dele ſequentia uſque „ ad εἰδὼς". & ſic Pariſ. ac Lovan. habent. Nos Lugd. & Goth. ſecuti ſumus. Fabr. dedit, μοι παρανόμως τίνος χάριν εἰδὼς εἰς ἀλλ. τόπ. ὠκοδ. Verba autem ap. Viglium ſuperflua videntur gloſſema eſſe verborum paulo ſuperiorum ἀναγκάζομαι τὸν τόπον ἀποδιδόναι. G. O. R. 97. Εἰ de: F. 98. *Mævii*, *Mævii* F.

reſtituet, quàm ſi ſumptus receperit, l. 29. §. *domus* D. *de pign.* Theodericus in Edicto, §. 137. *Si quis neſciens alienam aream eſſe, ædificium in ea conſtruxerit, ſumptus quos fecit, recipit: ſed amittit quam in ſolo alieno fecerat manſionem.* FABR. I.

l. Μισθὰς τῶν τεχνιτῶν. hoc loco ſumere videtur pro *manupretio*, quod Gloſſis χειροδόσιον. D. GOTH.

[οἰκοδόμην *Edit.* 1.] Aedium fabrorum, ſtructorum. FABR.

Voluit credo οἰκοδόμων, ſed rectius in *Edit.* 2. omiſit, quum *ædificatores* ſignificet. G. O. R.

m. l. 14. D. *de Except. doli.* D. GOTH.

Hac formula: ἀλλ' εἰ μὴ καλῇ πίστει ἔκτισα, Th. Schol. *ſi non bona fide ædificavi.* [niſi b. f. æd. ſi b. f. Vid. lib. 4. t. *de Except* ex Edit. 1.] FABR.

De formulis exceptionum conſulatur CUJAC. V. *Obſerv.* 34. G. O. R.

n. l. 7. §. 13. D. *de adquir. rerum dominio.* D. GOTH.

τευθὲν 99 ῥίζας ἐξέτεινε· πρὶν γὰ τὰς 1 οἰκείας ἐκτεῖνῃ ῥίζας, καὶ τῆς ὑποκειμένης δράξηται γῆς, τοῦ πάλαι δεσπότου ἐστὶ τὸ δένδρον· μετὰ δὲ μέντοι ῥιζωθὲν τὸ εἰρημένον φυτὸν, μετατίθεται αὐτοῦ ἡ δεσποτεία ἐπὶ τὸν κύριον τοῦ ἐδάφους, ἐν ᾧ ἵσταται.

bor radices extenderit. Antequam enim proprias radices extenderit, & ſubjectam terram adprehenderit, arbor prioris domini erit: poſteaquam autem dicta planta radices egerit, transfertur ejus dominium ad dominum ſoli, in quo ſita eſt.

Αμέλει ἐντεῦθεν ἐζητήθη τι τοιοῦτον· ὁ ἐμὸς ἀγρογείτων ἐν τέλει τοῦ οἰκείου ἀγροῦ, πλησίον τῶν ἐμῶν γηδίων, δένδρον εἶχε· συνέβη τοῦ τοιούτου δένδρου κατὰ μικρὸν ἐρπύσας ὁ ὑπὸ γῆν τὰς ῥίζας ἐφικέσθαι τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ, καὶ τῆς ἐμῆς 2 δράξαι γῆς, κἀκεῖθεν, τρέφεσθαι. Ζητήσεως γενομένης, ἤρεσεν ἐμὸν γίνεσθαι τὸ δένδρον· οὐδὲ γὰ Φυσικὸς P ἐπιτρέπει λογισμὸς, ἑτέρου τὸ δένδρον εἶναι 3 ἥπερ ἐκείνου, οὗ ἐν τῇ γῇ τὰς ῥίζας ἔχει. Ὅθεν εἰ ἐν τοῖς ὅροις q τῶν δύο ἀγρῶν 4 ἀναφύει δένδρον, ἐκτεθεῖσι δὲ αἱ 5 τούτου ῥίζαι ἑκάτερον κατέλαβον ἀγρὸν, 1 κοινὸν γενήσεται τὸ δένδρον.

58 Hinc adeo tale quid quæſitum eſt: Vicinus meus in fine ſui agri, prope terrulas meas, arborem habebat; evenit ut radices hujus arboris paulatim ſub terra ſerpentes meum ſubirent agrum, meamque terram adprehenderent, atque inde alerentur: Exorta quæſtione, placuit meam fieri arborem: neque enim naturalis permittit ratio, alîus eſſe arborem quam illius, in cujus terra radices habet. Unde ſi in finibus duorum agrorum arbor naſcatur, ſed extenſæ ejus radices utrumque comprehendant agrum, arbor fiet communis.

§. XXXII.

§. XXXII.

99. ἐξέτ. ῥ. F. 1. ἰδίας F. 2. δράξασθαι F. 3. ſic primus correxit Reſcius in Lov. probante Nannio, vertitque Curt. & edidit Fabr. pro lect. Baſil. ἤπερ, quam & Lugd. & Goth. exhibent: in Pariſ. legitur ἥπερ. G. O. R. „ Mollior lectio eſſet, ſi legeremus ἤπερ id eſt *quam.* περ autem parelcon eſt." ANON DUK. „ Mollius legeretur ἤπερ *quam.*" ANON. NISP. 4. Sic Lov. & F. 2. ἀναφυῇ F. 1. reliquæ ἀναφυεῖ. 5. αὐτοῦ F. 2.

o. Ἔρπειν ὑπὸ γῆν τὰς ῥίζας nihil aliud, quam quod à Gajo l. 7. in f. D. *de adquir. rerum dominio* dicitur, arborem ita terram preſſiſſe, ut in meum fundum radices ageret. Proinde cum hic legatur ἐρπύσας, videndum ne illo loco *ſerpſerit* pro *preſſerit* ſit legendum. D. GOTH.

De lectione d. l. 7. vid. G. d'Arnaud *Conjectur.* pag. 4. G. O. R.

p Naturalis rationis auctoritas pro lege habenda. D. GOTH.

Ratio igitur apud Gajum in l. 7. §. ult. *de adq. rerum domin.* pro ratione naturali, ſive jure gentium. FABR.

q. Ὅροι τῶν ἀγρῶν confinium, Gloſſis συνοχία. D. GOTH. & ὁροθεσία ED. GEN.

Adde G. d'Arnaud *Conject.* pag 17.

1. L. 19. D. *comm. divid.* l. 7. §. ult. D. *de adquir. rerum domin.* Varro de ling. lat. 4. *e queis nonnulla nomina in utraque lingua habent radices ut arbores, quæ in confinio natæ in utroque agro ſerpunt* FABR. l.

s. Argumentum à plantatione, ad ſationem l. 9 D. *de adquir rerum dominio.* D GOTH.

Juſtin. *quæ terræ coaleſcunt.* Coaleſcere eſt radices agere & terræ hærere, l idem Pomp. 5. §. pen. D. *de rei vind.* & l. ult D. *quod vi aut cl* Columella lib. 2. c 18. *Impetus aquarum proluit terram nudatiſque radicibus gramina non patitur coaleſcere,* id eſt, cum terra coaleſcere, ut Lucretii VI. *Saxa vides primum ſola coaleſcere calce,* id eſt *juncta una,* ut verſu l. q nec neceſſ eſt ibi legi *coaleſcere* [voluitne *coolescere*, an aliud?] quod interpretantur concreſcere. Theoph. *coaleſcere* interpretatur, in terra alî, & creſ. Sic Baſilica in d. §. pen. *coaleſcere*

§. XXXII. Ὥσπερ [6] γὰρ τὰ φυτὰ [s] τὰ 59 ἐν τῇ γῇ τρεφόμενα καὶ [7] αὐξανόμενα ἐκείνου γίνεται, [8] τοῦ δεσπότου τῆς ὑποκειμένης γῆς, τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ τὰ σπερώμενα, οἷον σῖτος, κριθὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὑπείκει τῷ ἐδάφει. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ [9] bona fide κτίσας ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ, ἐναγόμενος τῇ in rem, ἀφ' ἧς τοῦ δόλου ⟨ω⟩γραφῆς ἑαυτῷ ποιεῖ τὸ ἀζήμιον, ὁμοίως καὶ σπείρας [10] τοῖς οἰκείοις δαπανήμασι τὸν ἀλλότριον ἀγρὸν, [11] εἰ bona fide τοῦτο πεποίηκε, διὰ τῆς τοῦ δόλου [t] ⟨ω⟩γραφῆς ἕξει τὸ ἀσφαλές [12].

§. XXXII. Sicuti enim plantæ, quæ in terra aluntur & creſcunt, ejus fiunt, qui dominus eſt ſubjectæ terræ, eadem ratione etiam ſata, veluti frumentum, hordeum, & omnia ejusmodi, cedunt ſolo. Sed ſicuti, qui bona fide in loco alieno ædificavit, *actione* in rem conventus, per exceptionem doli ſibi indemnitatem procurat, ſimiliter & qui ſuis impenſis alienum agrum conſevit, ſi bona fide hoc fecit, per exceptionem doli ſecuritatem conſequetur.

§. XXXIII. [13] Ἐμάς [u] τις λαβὼν χάρτας, ἢ ἐμὰς [x] μεμβράνας, ἐνέγραψέ τι ἐν αὐτοῖς, καὶ βιβλίον κατεσκεύασε· καὶ ταῦτα κατὰ μίμησιν τῆς ἐδάφους εἶχε τὰ ἐπικείμενα τοῖς ὑποκειμένοις, εἰ καὶ τὰ μάλιστα χρυσᾶ [y] ἐστι τὰ ἐπιτεθέντα γράμματα, κἀγὼ γίνομαι τοῦ βιβλίου δεσπότης· ἀδιάφορον δέ ἐστιν, εἴτε ἔμμετρον ἔπος, εἴτε [14] ἱστορικὸν ἦγουν ῥητορικὸν ἐνέγραψε λόγον·

§. XXXIII. Meas aliquis chartas meaſve membranas capiens, in iis quid inſcripſit, & librum *inde* confecit. Etiam hic ad ſimilitudinem ſoli impoſita cedunt ſuppoſitis, quamvis maxime litteræ impoſitæ ſint aureæ, & ego libri dominus fio. Indifferens autem eſt, ſive metricum carmen, ſive hiſtoricum aut rhetoricum

6. δὲ pro γὰρ F. 7. αὐξόμενα F. 8. ὃς δεσπόζει τῆς F. 9. βοναφίδε Lov. & F. 1. βόνα φιδε F. 2. Sed aliis locis F. aut ſolus aut cum ceteris Latine ſcripſit, quod ego conſtanter ubique feci. Ceteræ βοναφίδεϊ. 10. τοῖς de: F. 11. ὡ ᾧ pro εἰ. F. 12. His ſubjuncta fuerant in Edit. Baſil. ἦγουν ὥσπερ νόμιζεν "ἰδιον τὸν ἀγρὸν ἀλλότριον, ἀναλαμβάνων τὰς δαπάνας: ſed in Emend. deleri jubentur. 13. ἐμὰς F. 1. 14. ἱστορίαν F. Statim εἴτε pro ἦγ. Lugd. & Goth.

ſcere interpretantur συναύξειν. arbores enim ex quo radices egerunt, & coaluerunt, novo terræ alimento vivere & adolere ſeu creſcere intelliguntur, Gloſſæ: *coaleſcit*, συνακμάζει. FABR. II.

t. Per doli mali exceptionem ſementem, & ſumptus ſervabit, l. 9. D. *ad adquir. rerum domin.* l. 11. C. *de rei vind.* conſita enim tollere non poteſt l. 53. D. *eod.* quam legem intelligere videtur Th. Schol. cum ait, eum qui bona fide conſevit, ſementem recipere, non fructus inde quæſitos, ut libro 2. τῶν *de judiciis* tit. 1. dig. νβ'. ſcribe, νγ'. niſi donandi animo fundum alienum conſeruerit: qui enim donationis cauſa excolit, domini res ab illo injectas continuo efficit, l. 14. D. *de donat.* [hoc eſt, ut ibi græci, ἐπειδὴ ⟨ω⟩φελήματα τὰ βληθέντα ὑπὸ τῷ ἀγρῷ ἀφ' ἧς γεωργίαν σπέρματα ὑπὸ δεσποτείαν ποιεῖ τῆς κυρίου τὸ ἀγρὸν. & ut ait interpr. anonym. ἔοικεν γὰρ τῷ ἐδάφει· εἰ δὲ μὴ κατὰ δωρεὰν ἐγεώργησε, ⟨ω⟩φελία αὐτῆς γίνεται ἀφ' ἧς τῆς τοῦ δόλου παραγραφῆς, lib. 47. Baſil. t. 1 *ex Edit.* 1.] [*cedunt enim ſolo. Sin autem non donationis cauſa, ei conſulitur data exceptione doli*; interpres anonymus lib. 47. Baſil. tit. 1. *ex Edit.* 2.] FABR.

u. Ἐμὰς fœminine legit Harmenop. 2. t. 1. §. 42. ſed dicitur etiam ὁ χάρτης. D. GOTH.

x. D. Paul. ad Timoth. 2. c. ult. verſ. 13. καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. Suid. ⟨ω⟩ξγαμηναί, αἱ μεμβράναι, αἱ δέρρεις. Euſtath. Il. ξ. ἀπὸ μεμβράνας, ἢ ἀπὸ βιβλίου. Gloſſæ lat. gr. *membrana*, διφθέρα. Græcolat. διφθέρα, *membranum*, *codex*. FABR.

y. L. 9. §. 1. D. *de adquir. rerum dominio.* 2. Gajus 1. §. 6. D. GOTH.

Ut olim ſcripti erant libri legis Judaïcæ. Ariſteas: παρελθόντων δὲ σὺν τοῖς ἀπεσταλμένοις δώροις, καὶ ταῖς ἀφόροις διφθέραις, ἐν αἷς ἡ νομοθεσία γεγραμμένη χρυσογραφίᾳ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς γράμμασι. FABR. I.

γον· ὅθεν κινῶν ἐγὼ τὴν in rem κατὰ τοῦ τὸ βιβλίον ποιήσαντος, καὶ τὰ [z] δαπανήματα τῆς γραφῆς μὴ [15] καταβαλὼν ἑτοίμως, ἐκβληθήσομαι διὰ τῆς τοῦ δόλου κῆδαγραφῆς, ἐν ᾧ [16] bonæ fidei νομεὺς ἦν ὁ ταῦτα γράψας.

cum ſermonem inſcripſerit: unde ego in rem agens adverſus eum qui librum confecit, neque ſcripturæ impenſas promte perſolvens, repellar per exceptionem doli, dummodo bonæ fidei poſſeſſor, ſit qui ſcripſit.

§. XXXIV. Λαβών τις ἀλλοτρίαν 61 σανίδα [a] ἐζωγράφησε, καὶ εἰκόνα κατεσκεύασε· τίνος ἐστὶν ἡ εἰκών, ἐζητήθη. καὶ οἱ μὲν λέγουσι τὸν ζωγράφον γίνεσθαι δεσπότην τῆς σανίδος, καὶ τὴν σανίδα εἴκειν τῇ γραφῇ· ἕτεροι [17] δὲ τὸν τῆς σανίδος [b] δεσπότην καὶ τῆς γραφῆς [18] κύριον γίνεσθαί φασιν, ὁποιαδήποτε εἴη γραφή· ὁ δὲ ἡμέτερος [c] βασιλεὺς τὴν [19] πρεσβυτέραν μᾶλλον ἐδέξατο γνώμην, καὶ τὸν ζωγραφήσαντα τῆς εἰκόνος [20] βέλεται γίνεσθαι δεσπότην· καταγέλαστον [d] γὰρ ἐνόμισεν εἶ- 62 ναι, τὴν Ἀπελλοῦ [e] ζωγραφίαν (ζωγράφος δὲ οὗτος, τῶν παρ' Ἕλλησιν ἀριστευσάντων) ἢ [21] Παρράσιος (εὐδοκίμησε δὲ οὗτος παρὰ Ῥωμαίοις [f]) ὑπείκειν τῇ εὐτελεστάτῃ σανίδι·

§. XXXIV. Capiens quis tabulam alienam pinxit, & imaginem expreſſit: cujus ſit imago, quæſitum eſt. Et alii quidem dicunt pictorem fieri tabulæ dominum, tabulamque cedere picturæ: alii autem dominum tabulæ dicunt etiam picturæ fieri dominum, qualiſcumque ſit pictura. At noſter Imperator priorem potius probavit ſententiam, ac pictorem vult imaginis dominum fieri: ridiculum enim eſſe cenſuit, picturam Apellis (pictor autem hic *fuit unus eorum*, qui apud Græcos excelluerunt) aut Parrhaſii (hic vero apud Romanos claruit) viliſſimæ cedere tabulæ.

Ὅθεν Un-

15. Curtius vertit, quaſi legens καταβαλεῖν ἑτοίμως, non adeo male. 16. βοναφίδει Baſil. βονεφίδει reliquæ. Vid. lect. 9. præced. 17. δὲ de: F. 18. γίν. κύρ. F. 19. πρεσβυτέραν Goth. 20. γίν. βέλ. F. 21. Sic Lugdun. & F. Παρασίου ante Lugd. Παρρησίς Goth. ſtatim ἠυδοκ. F.

z. Sepiaticum. quanti ſcriptura conſtet. FABR. I.

a. *Inſ.* [cap. 225.] per quas perſonas unicuique adquir. v. l. 9. §. 2. D. *eod.* 2. Harmenop. 1. §. 42. D. GOTH.

b. In ea ſententia fuit Gajus 1. tit. 2. §. 6. in f. Paulus l. 23. §. 3. D. *de rei vindicat.* Sane Gajus l. 9. §. 2. D. *de acquir. rerum dominio* nominatim putat, tabulam picturæ cedere. D. GOTH.

c. Juſtin. ſequitur Cajum ſuum, l. 9. §. 1. D. *de adq. rerum domin.* utique igitur ζωγραφία efficacior eſt pictura literarum. FABR.

d. Nec tamen potior ratio eſt clariſſimorum pictorum, quam ignobiliorum artificum. Sed quia ridicula res eſt, non modo Parrhaſii, Apellis, aut Phidiæ, ſed præſtantiſſimi cujuſque picturam exigui pretii tabulæ in acceſſionem cedere, placuit in univerſum tab. picturæ cedere, non in gratiam obſcuri pictoris, ſed ne pictoribus eximiis injuria fieret, nam plerumque plus in manibus eſt, quam in tabula. Phidias Olympium in Elide Jovem feciſſe dicitur, *cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur; adeo majeſtas operis Deum æquavit*, ut ait Quintil. 12. c. 10. FABR. I.

e. De Apelle Origenes 8. contra Celſum: ἐπὶ τῶν ἀγαλματοποιῶν οἱ μέν τινες εἰσι θαυμαστῶς κατορθοῦντες τὸ ἔργον, ὅσπερ [l. ὥσπερ] εἶπεῖν Φειδίας, Πολύκλειτος, ἢ ζωγράφοι Ζεῦξις καὶ Ἀπελλῆς [vide Theophylactum *de quæſtion. phyſic.* ex Edit. 2.] [vid. Quintil. *declam.* 10. Edit. 1.] FABR. I.

Immo XII. *Inſtit. Orat.* 10. G. O. R.

f. De Parrhaſio non memini, quod apud Romanos claruerit: uterque certe, & Appelles & Parrhaſius Græci fuere. Parrhaſius autem Epheſi natus, Zeuxim in pictura ſuperavit: idem poſtea a Timanthe in Samo victus fuit. Conſule Plinium L. XXXV. *Natur. hiſt.* c. 10. P. NANN.

[Textus hic vitioſus eſt, & illa videntur ab aliquo

Ὅθεν εἰ ὁ τῆς σανίδος δεσπότης ἐν κατοχῇ γέγονε τῆς εἰκόνος, ὁ δὲ ζωγραφήσας ἔλθῃ κινῶν κατ' αὐτοῦ τὴν in rem, ἐὰν μὴ καταβαλὼν τὸ τῆς σανίδος τίμημα, ἀφ' ἧς τοῦ δόλου ἀποζωγραφῆς ἐκβληθήσεται. Εἰ δὲ ὁ ζωγραφήσας νέμεται τὴν εἰκόνα, τότε ὁ τῆς σανίδος δεσπότης [22] διέκταν μὲν ἔχειν in rem οὐ δύναται, (ἐξέπεσε γὰρ τῆς δεσποτείας τῆς γραφῆς ἐπιτεθείσης) δίδοται δὲ αὐτῷ [23] utilis in rem, ἵνα κινῶν οὕτω λέγῃ, ὡσανεὶ [24] ὑπῆρχον δεσπότης· τῇ δὲ εἰρημένῃ utili in rem χρώμενος, εἰ μὴ παράσχῃ τὰ ἐπὶ τὴν ζωγραφίαν γενόμενα δαπανήματα τῷ bona fide ζωγραφήσαντι, ἐξωθεῖται ἀφ' ἧς τοῦ δόλου ἀποζωγραφῆς· καὶ ταῦτα μὲν τετρακταΐσαι, ὅσον ἐπὶ τῇ δεσποτείᾳ τῆς εἰκόνος· ἐκεῖνο γὰρ τῶν ὡμολογημένων ἐστὶν, ὅτι εἴτε ὁ ζωγραφήσας ἔκλεψε τὴν σανίδα, εἴτε ἕτερός τις, δίδοται τῷ δεσπότῃ ἡ [25] furti κατὰ τοῦ κλέπτου.

Unde si tabulæ dominus in possessione sit imaginis, & pictor veniat adversus eum in rem acturus, non persoluto tabulæ pretio, per exceptionem doli repelletur. Sin autem pictor imaginem possideat, tunc dominus tabulæ directam quidem *actionem* in rem habere nequit, (excidit enim dominio imaginis impositæ) sed datur illi utilis in rem, ut agens sic dicat: Quasi dominus eram. Dicta autem *actione* in rem utili utens, nisi impensas circa picturam factas bona fide pingenti præbuerit, repellitur per doli exceptionem. Atqui hæc tractata sunt, quantum ad imaginis dominium: illud enim inter confessa est, sive pictor tabulam subripuerit, sive alius quis, dari domino adversus furem furti *actionem*.

63

§. XXXV. Ὑποπτεύσας εἶναί [26] σε δεσπότην [h], ἀλλότριον ἠγόρασα παρὰ σοῦ ἀγρὸν,

§. XXXV. Opinans te esse dominum, alienum de te agrum emi, aut dono

64

22. *directam μὲν in rem ἔχειν* F. 23. *utilia* F. Cur ergo Græce non scripsit, uti mox ὑτιλίᾳ? 24. Sic Anonym. in utroque correxit, & F. edidit pro vulg. ὑπῆχεν. 25. *φέρτι* ante F. 26. *σε* de: ante F.

quo in margine adjecta. Nam *Cod. Nisp.*] Parrhasius nec Romanus fuit, nec Romæ claruit, sed in Epheso natus est. Ap. Plin. lib. xxxv. [Et ante Romulum isti claruerunt, cum gens illa inculta nullas humaniores artes nosset. *Cod. Duk.*] ANON. *media in utroque Cod.*

Quod *ante Romulum* dicit, valde errat: post quem totis annis trecentis floruit Parrhasius. utpote Socrati æqualis, teste Quinctil. XII. *Instit.* 10. pag. m. 1086. G. O. R.

Parrhasium hic falso Romanum facit, cum fuerit Ephesius. Simili errore Faber *Apellem* Judæum facit, cum fuerit Cous. unde κατ' ἐξοχὴν Cous dicitur Ovidio 4. *de Ponto.* D. GOTH.

Ephesius erat, [non Romanus *Edit.* 1.] de quo vid. Harpocration. in Παρράσιος. [Quintil. *declam.* cap. 10. Plin. 35, 5. *Edit.* 1.] FABR.

Utraque citatio falsa: priorem correximus ad not. *e*, posteriorem rectius citat Nannius; sed Fabrotus desumsisse videtur ex *H. Ernstii* notula, qui cum *Hotomano* in Lugdun. Theophili errorem similiter castigavit. Quin enim Th. cum optimo quoque in quæstionibus facti errare potuerit, haud diffiteor: licet alius forte vel cum Anon. Nisp. Glossatori hoc adscribere mallet; vel dicere, ἐνδοκιμεῖν hic non vertendum, *floruisse* ac *vixisse*, sed *in summa existimatione & fama celebratum esse.* G. O. R.

g. Et quidem directam l. 9. §. 2. D. *de adquir. rerum dominio.* D. GOTH.

h. Aut jus vendendi habere, l. 109. D. *de verb. signif.* FABR. I. i. A.

ἀγρὸν, ἢ κατὰ [i] δωρεὰν ἔλαβον, ἢ ἐξ ἄλλης αἰτίας εὐλόγου, bona fide μέντοι, οἷον ἀπὸ περμυτατιόνος· ὁ φυσικὸς λόγος βούλεται [27] δεσπότην [k] γίνεσθαί με τῶν ληφθέντων καρπῶν, διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν φροντίδα, ἣν ἐν αὐτοῖς ἐποιησάμην. Διὸ μὴ ταῦτα ἀμφισβητουμένου ὁ τοῦ ἀγροῦ δεσπότης, καὶ διὰ τῆς in rem ἐνδικῶν τὸν ἀγρὸν, εὐδεμίαν ἀγωγὴν ἕξει κατ' ἐμοῦ περὶ τῶν καρπῶν, ὡς ἐντεῦθεν λαμβάνων ἐδαπάνησα· Εἰ δὲ εἰδὼς ἀλλότριον ἐνεμήθην ἀγρὸν, ὃ τεύξομαι αὐτῶν· ἀμέλει τοι τὸν ἀγρὸν ἀποκαθιστᾷν [28] ἀναγκάζομαι μὴ τῶν ἐντεῦθεν ληφθέντων καρπῶν, εἰ καὶ τούτους ἔτυχον ἀναλώσας.

dono accepi, aut ex alia juſta cauſa, bona tamen fide, veluti ex permutatione: vult ratio naturalis me fructuum perceptorum fieri dominum, propter diligentiam & curam, quam in iis adhibui. Quapropter agri dominus poſtea ſuperveniens, & per *actionem* in rem agrum vindicans, nullam adverſus me de fructibus habebit actionem, quos inde percipiens conſumſi. Si vero alienum agrum ſciens poſſedi, illis non potiar: immo agrum reſtituere cogor cum fructibus inde perceptis, etſi eos conſumſero.

§. XXXVI. Τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ ἐγὼ μὲν [65]

§. XXXVI. Ejuſdem agri ego proprie-

27. μὲ δισπ. γὶν. F. 28. ἀναγκάσομαι Goth. & F. male.

i. A non domino. Sed & domino donatum mortis cauſa vindicante, donatarius lucratur καρποὺς καὶ τοκετοὺς καὶ πᾶσαν ἐπαύξησιν, ut notant gr. ad l. 14. D. *de mort. cauſ. don.* FABR. I.

k. Fructus naturali ratione fiunt ejus, qui bona fide tanquam ſuum aut tuum eſſe exiſtimans, alienum coluit atque ex eo fructus percepit, de quo vide, quæ ſcripſi ad l. 22. C. *de rei vindic.* D. GOTH.

Vid. Ant. Fabr. l. IV. *Conject.* c. 17. ED. GEN.

Aut fructus ex facto, diligentiâ & operâ bonæ fidei poſſeſſoris perveniunt, veluti ſerendo, l. 45. D. *de uſur.* multa enim cura ſata perducuntur ad ſegetem. *Nihil in fructum pervenit, quod non à primo uſque ad extremum æqualis cultura proſequitur*, ut ait Sen. *de Benef.* lib. 2. cap. 11. Horum numero cenſentur fructus pecudum, quæ ſine procuratione hominum ſalvæ eſſe non poſſunt: ut puta ovium, quæ quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum, & procuratione potuiſſent, ut ait Tull. 2. *de Nat. Deorum.* Idem *offic.* 2. *Qui denique ex beſtiis fructus, aut quæ commoditas, niſi homines adjuvarent, percipi poſſet?* Frumenta igitur manu ſata, & ejuſmodi fructus conſumptos bonæ fid. poſſeſſor naturali ratione ſuos facit pro cultura & cura. Aut fructus ſine facto proveniunt, & αὐτομάτως qui naturales ſunt, & ſpontanei, id eſt per ſe & ſponte naſcuntur. Virgil. Georg. 2. *Principio arboribus*, &c & circa fin. *Contra non ulla eſt oleis cultura*, &c. Columella 3. *de re ruſt.* c. 1. quales etiam ſunt fructus, qui ex arboribus ſylveſtribus naſcuntur, de quibus Galen. 2. περὶ τροφ. δύναμ. Syneſ. Ep. 147. Sponte igitur nata, & nulla ſatione prolata, ſponte edita, αὐτόματα, ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα: ejuſmodi inquam fructus, & arborarii proventus, arborei fœtus, bonæ fid. poſſ. non fiunt, l. 45. D. *de uſur.* & evicto fundo ipſi conſumpti reſtituentur. Malæ fid. poſſ. omnes fructus reſtituit, etiam conſumptos, l. 22. C. *de rei vind.* tenetur quoque de percipiendis, l. 62. §. 1. D. *eod.* l. 4. C. *und. vi.* l. 2. C. *de fruct. & lit. exp.* l. 1. C. *de ſid. & jur. haſt. fiſc.* l. 1. C. Th. *de fruct. & lit. exp.* FABR I.

M. Aur. Galvanus Diſſ. *de Uſufr.* cap. 28. § 10. notat Th. quod verba Juſtiniani *pro cultura & cura* reſtringat ad ſolos fructus induſtriales, & putet, rationem naturalem eſſe, quæ ſuadet ut, qui ſenſit incommodum culturæ curæque pro his fructibus, pro hiſdem pariter commodum dominii capere debeat: nam & falſum eſſe, hunc poſſeſſorem ſolos induſtriales, non etiam naturales lucrari. Quapropter verba illa *pro cultura & cura* non ad fructus referenda cenſet Galvanus, ſed ad fundum ipſum, qui proprie dicitur coli, ut & *agricultura* nomen evincit Verum Zach. Huber. III. *Diſſert.* 3. cap. 1. §. 19. docet, Th. recte percepiſſe mentem Juſtiniani, & ejus ſententiam congruere cum Paulo l. 48. pr. *de A. R. D.* MEERMAN.

l. ἀσπειστείαν hic accipit pro *proprietate.* D. GOTH.

Schol. τὴν δισποτείαν. Gloſſæ gr. lat. δισποτεία, pro-

μὴν εἶχον τὴν l προπριεταρίαν, σὺ δὲ τὸν ὑσούφρυκτον· οὐχ ἑτέρως σὺ ὑσουφρυκτουάριος τῶν καρπῶν γενήσῃ δεσπότης, εἰ μὴ τούτους λάβῃς ἀπὸ τῆς γῆς· διὸ, εἰ πεπείρων ὄντων τῶν καρπῶν, καὶ τῇ γῇ 29 συνημμένων, συμβῇ σε τελευτῆσαι, οὐ λήψεται τούτους ὁ σὸς κληρονόμος, ἀλλὰ τῷ προπριεταρίῳ διοίσουσι. Τὰ αὐτὰ σχεδόν ἐστι καὶ ἐπὶ τοῦ κολονοῦ, τουτέστι τοῦ μισθωσαμένου m· ἐὰν γὰρ μισθώσω σοι ἀγρὸν, οὐ πρότερον γενήσῃ δεσπότης τῶν ἐντεῦθεν λαμβανομένων καρπῶν, εἰ μὴ τότε ἐξέλῃς τῆς γῆς. [30 τὸ n fere δὲ ἤτοι σχεδὸν παρέλκεται o.]

prietatem habebam, tu uſumfructum: non aliter tu uſufructuarius fructuum fies dominus, niſi eos a terra ſuſtuleris. Quapropter, ſi maturis fructibus ac terræ cohærentibus, mori te contingat, non capiet eos heres tuus, ſed ad proprietarium pertinebunt. Eadem fere ſunt *jura* & in colono, id eſt qui mercede conduxit. Si enim agrum tibi locavero, non prius fies dominus fructuum inde perceptorum, niſi hos a terra exemeris. [Aſt *illa vocula* FERE ſupervacua eſt.]

§. XXXVII. Ἐπειδὴ δὲ περὶ οὐσουφρύκτου 66

§. XXXVII. Quoniam vero de uſu-

29. συνημμένων F. ſed tum ſcribend. συνημμένων. 30. Τὸ δὲ *ferè* παρέλκεται. F. Ego incluſi, & delendum cenſeo. *vid. Not.* n.

proprietas. FABR.

m. V. 3. Harmenop. 8. §. 3. D. GOTH.

De objectione Merilliana VIII. *Obſerv.* 27. vide Fabroti *Apolog. pro Gracis & Th. Antec.* in Excurſu noſtro I. G. O. R.

n. Th. *ferè* parelcon eſſe putavit, explendæ orationis cauſſa adjectum: quod verum eſt, ad acquiſitionis naturalis modum quod attinet. Uterque enim ità demum fructus facit ſuos, ſi eos perceperit, non ſi alius a terra ſeparaverit: quod faciunt, qui loco dominorum habentur, ut b. f. poſſeſſor, vectigalis, &c. EG. BARO *in Comment.*

Fructuarius fructus ſuos ante non facit, quam à terra eos ſeparaverit. *Eadem fere* dicuntur de colono: Imo *pene eadem.* Theophilus putat, *fere* ſupervacuo adjungi: ſane falſo. Eſt enim uſufructuarii & coloni differentia. Mortuo uſufructuario, perit uſusfructus, mortuo colono non perit. l. 10. C. *de locato* § ult. inf. *de locat.* § ult. inf. *de uſufr.* Colligitur & alia differentia ex l. 26. D. *de furtis*, & l. 12. §. Julianus D. *de uſufructu.* D. GOTH.

Quantum ad acquiſitionis naturalis modum attinet, verum eſt; quantum ad differentiam coloni & fructuarii nequaquam: nam colonus ad heredes transmittit fructus, fructuarius non item, §. ult. inf. *de Loc. & cond.* Adde Eg. Bar. H. ERNST.

Nec minus ineptum eſt, quod in eod. §. ſubjicit, τὸ *ferè* παρέλκεται: non enim eſt ſuperfluum, ſed expreſſim additum: quia licet in perceptione fructuum colonus & fructuarius comparentur, in aliis differunt. Etenim fructuarius, qui maturis fructibus & nondum perceptis deceſſit, jus percipiendorum fructuum ad heredem non transfert, ut colonus: §. ult. Inſt. *de Locat. & cond.* E. MERILL VIII *Obſerv.* 27.

Imo neceſſario adjicitur. Nam & hoc intereſt, quod uſusfr. morte perimitur: conductio autem ad hæredes transmittitur, l. 10 C. *de loc.* FABR.

Τὸ *fere* παρέλκεσθαι, verum eſt dumtaxat, quantum attinet ad naturalem adquirendi modum, de quo ibi agitur. IDEM *in Apolog. pro Gracis.*

Quantum tamen attinet ad ipſum colonum, verum eſt eum percipere debere, ut fructuum dominus fiat, l. 61. §. 8. D. *de Furt.* J. DOUJ.

Th non modo particulam *fere* abundare putat, ſed & pe us h. §. explicat, a Merillio ea propter recte reprehenſus, fruſtra renitente Fabr. in *Apolog.* EV. OTTO *in Comm.*

Nullus dubito, quin æquus Lector, integro ap. Th. loco attentius conſideratо, mecum pronuntiaturus ſit, incluſa a me verba non videri a Theophili eſſe manu, atque adeo illas doctorum velitationes ferire aërem. Ego certe pro Scholiaſtæ male ſeduli verbis habeo: primo, quia Th. unus (ut hodie inter Eruditos ſatis conſtat) ipſarum Inſtitutionum architectus, nuſquam ſciens prudensque Latino textui contradicit, namque variantium lectionum alia eſt ratio: deinde, ſi contradicere voluiſſet, haud addidiſſet ſuperius τὰ αὐτὰ ΣΧΕΔΟΝ ἐστι, ne ſic ſibi ipſe videretur contrarius: tertio, quia (ut Fabr. ait) neceſſaria omnino eſt illa vocula, quod ſane Th. non magis ignoravit, quam ejus adverſarii. Accedit nunc quarto, quod in Niſpiano exemplari adſcriptum lego ab ANON. „*videtur hoc adjectum fuiſſe in margine*". G. O. R.

o. Παρέλκον Suidæ περιττὸν. D. GOTH.

φρούκτου διελέχθην ἀγροῦ, ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι ἐσούφρουκτος θρεμμάτων P ἐστὶν ἡ ἐξ αὐτῶν γονὴ, ὥσπερ καὶ τὸ γάλα, καὶ αἱ τρίχες, καὶ Q τὸ ἔριον· τοιγαροῦν οἱ ἀρνοὶ, καὶ οἱ ἔριφοι, καὶ οἱ μόσχοι, καὶ οἱ μικροὶ R ἵπποι, ἅμα τῷ τεχθῆναι, φυσικῷ λόγῳ τῆς δεσποτείας γίνονται τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου.

Οἱ δὲ τοκετοὶ τῆς θεραπαίνης οὐκ εἰσὶν 67 ἐν καρπῷ· ὅθεν εἰ ἐχώρησα σοὶ ἐγὼ τῆς ἐμῆς θεραπαίνης τὸν οὐσούφρουκτον, σὺ μὲν ἔξεις ἐν καρπῷ S τὴν ὑπηρεσίαν αὐτῆς, καὶ τὴν ἀπὸ χειρῶν ἐργασίαν· τὸ δὲ τεχθὲν T τῆς τοῦ προπριεταρίου 31 γίνεται δεσποτείας· ἀνόητον γὰρ ἐνομίσθη, ἄνθρωπον συναριθμεῖσθαι τοῖς καρποῖς, ὁπότε πάντας U τοὺς καρποὺς ἡ τῶν πραγμάτων X φύσις χάριν ἐπενόησε τῶν ἀνθρώπων.

§. XXXVIII. Εἰ δὲ ἀγέλης ἔχει τις 68 οὐσούφρουκλον, εἰς τάξιν τῶν 32 τελευτησασῶν κεφαλῶν, ἐκ τῆς Y γονῆς ὁ οὐσούφρουκτουάριος ὑποβάλλειν, καὶ τὸν ἀριθμὸν ἀνα-

usufructu agri differui, scire debes, pecorum usumfructum esse feturam ex illis, uti & lac, & pilos, & lanam. Itaque & agni, & hœdi, & vituli, & equuli, simul atque sunt nati, naturali ratione in dominio fiunt usufructuarii.

Partus autem ancillæ in fructu non sunt: unde si ego ancillæ meæ usumfructum tibi cessero, tu quidem in fructu habebis ministerium ejus, & manuum operam; partus autem in dominio nascitur proprietarii: absurdum enim creditum est, hominem connumerari fructibus, quum fructus omnes rerum natura hominis gratia comparaverit.

§. XXXVIII. Quod si quis gregis usumfructum habet, in locum capitum demortuorum ex fetura usufructuarius subjicere, numerumque explere

31. γυήσεται F. 32. τελευτησάντων κεφαλαίων F.

p. L. 28. D. *de usuris.* l. 68. D. *de usufructu.* D. GOTH.

q. Pili vel capilli caprarum sunt, lana ovium. A. Gell. 12. c. 1. Varro *de re Rust.* 2. c. ult. FABR. I.

r. Μικροὶ ἵπποι, nostris equuli & equulei & eculei. de quo plura scripsi ad l. 14. §. 15. D. *de furtis.* D. GOTH.

s. In homine enim usuf. operæ sunt. l. 2. & 3. D. *de oper. serv.* FABR. I.

t. Hoc fuit olim controversum. Nam Manilius & Scævola partum ancillæ in fructu esse sentiebant, Cic. 1. *de finib.* ac Brutus negabat, l. *fœtus* D. *de Usufr.* cujus sententia prævaluit, vid. l. *ancillarum* 28. D. *de Petit. hared.* Consule Connan. IV. *Comment. Jur. Civ.* 2. GEN. ED.

Fructuarii proventus ad fructuarium pertinent, non etiam partus ancillæ: homo enim in fructu hominis esse non potest, l. 28. D. *de usur.* l. 68. D. *de usufr.* l. 10. §. 2. *de jur. dot.* FABR. I.

u. Omnes fructus hominum emolumentis destinantur, Arist. Polit. 1. cap. 5. & 2. Phys. Xenophon ἀπομν. 4. Plin. lib. 7. procem. Porphyr. περὶ ἀποχ. Theophyl. 1. ad Autolyc. Ea quoque fuit Stoïcorum sententia, à quibus auctores nostri fere imbuti sunt. Lucret. 2. *Ne genus occidat humanum, quorum omnia causa Constituisse deos confingunt.* Stoïcos intelligit, qui putabant cætera nata esse hominum causa. Origenes c. 4. contra Cels. Lactantius *de ir. D.* cap. 13. Ambros. *offic.* 1. cap. 28. ex Ciceronis etiam 1. *offic.* Marcus Antoninus inter magnos sectæ hujus auctores lib. 7. Arrian. *Dissert. Ep.* l. 1. c. 16. FABR. I.

x. ἡ τοῦ παντὸς φύσις. FABR. I.

y. Fructuarius debet ex fœtura gregem supplere, & sufficere prolem. d. l. 68. & d. l. 10. §. 2. *ut ex suo genere vicaria soboles supparetur*, ut loquitur Tertullianus. FABR. I.

z. L. 7. in f. l. 18. l. 59. D. *de usufructu.* D. GOTH.

Verum si vi ventorum arbores evulsæ sunt, fructuarius non tenetur alias substituere, l. 59. D. *de Usufr.* H. ERNST.

Est enim boni patrisfamilias in demortuarum ar-

bo-

ἀναπληροῦν ὀφείλει· τοῦτο γὰρ καὶ Ἰουλιανῷ δοκεῖ· οἷον, παρεχώρησά σοι ἀσύφορτον ἀγέλης προβάτων ἑκατόν· συνέβη τελευτῆσαι τριάκοντα πρόβατα, τεχθῆναι δὲ πεντήκοντα· δεῖ σε τὰ τριάκοντα συναναμίξαι τοῖς πρωτοτύποις, ὥστε σώζεσθαι τὸν δεδομένον σοι ἀριθμὸν, καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ εἴκοσι πρόβατα ἕξεις ἐν δεσποτείᾳ.

plere debet; hoc enim & Juliano videtur: veluti, usumfructum tibi gregis centum ovium concessi; accidit ut oves triginta morerentur, quinquaginta autem nascerentur: oportet te triginta commiscere primigeniis, ut numerus tibi datus conservetur, & sic reliquas oves viginti in dominio habebis.

Εἰ δὲ ἀμπελῶνος, ἤγουν καὶ ἀγροῦ, οὐσούφρυκτόν σοι παρεχώρησα, εἰς τάξιν τῶν 33 τελευτησασῶν [z] ἤτοι γεγηρακυιῶν ἀμπέλων, καὶ εἰς τάξιν τῶν καμόντων ἤτοι καταπεσόντων δένδρων, ἕτερα ὀφείλεις ἀντικαθιστᾶν· δεῖ γάρ σε ὀρθῶς καὶ κ[ατ]ὰ [a] τρόπον 34 ἀγαθὸν ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ἀγροῦ, ᾧ παρεχωρήθη σοι ὁ ἀσούφρυκτος, καὶ οὕτω ζῆν γίνεσθαι, ὡς ἂν διεγίνετο κάλλιστα οἰκοδεσπότης. 69

Quod si vineæ, aut etiam agri, usumfructum tibi concessi, in locum mortuarum vel effetarum vitium, atque in locum defectarum aut prolapsarum arborum, alias restituere debes. Oportet enim te recte & justo modo agrum curare, cujus tibi ususfructus concessus est, atque ita versari, ut paterfamilias optimus versaretur.

§. XXXIX. Εὑρέ τις θησαυρὸν [b] ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ· ὁ θειότατος Ἀδριανὸς τὸ φύσει [c] φυλάξας δίκαιον, τῷ εὑρόντι παρεχώρησε τὸν θησαυρόν· τὸ αὐτὸ κελεύσας, ἐάν τις [d] ἐν σάκρῳ ἢ 35 βελεγιόσῳ τόπῳ ἐκ τύχης εὕρῃ· 70

§. XXXIX. Invenit quis thesaurum in agro proprio: divus Adrianus natura æquum servans, inventori thesaurum concessit; idem statuens, si quis in sacro aut religioso loco casu in-

33. τελευτησάντων & mox tamen γεγηρακυιῶν F. Goth. post. & F. adde p. 213. lect. 40. 34. ἀγαθὸν de: F. 35. βελιγ. Paris.

borum locum alias substituere. Columella 4 17. *Neque enim ea quæ feruntur à nobis, immortalia esse possunt: attamen æternitati eorum sic consulimus, ut demortuis seminibus alia substituamus: nec ad occidionem universum genus perduci patimur plurium annorum negligentia.* Sed & fructuarius cogitur adferre arbores, ἐγκεντρίζειν, l. 7. §. 2. D. *de usuf.* FABR. I.

Columella de re rust. v. c. 6. *Primam quamque senio, aut tempestate afflictam summoveat*, &c. & in fin. cap. *Primam quamque arborem senio defectam tollere.* FABR. II.

a. Κατὰ τρόπον ἀγαθὸν dixit pro *more boni patrisfamilias*: quamquam & καλλίστῃ οἰκοδεσπότου paulo post mentionem faciat. D. GOTH.

b. Adde §. ult. infr. per quas personas cuique adquiritur. D. GOTH.

c. Τὸ φύσει δίκαιον, pro *naturali æquitate* posuit. *Dei beneficium* appellat lex unica Cod. *de thesauris.* D. GOTH.

Thesaurus fit ejus qui invenerit, quia dominum non habebat, l. 31. §. 1. D. *de adquir. rerum domin.* Cassiod. 4. 34. & lib. 6. 8. Dio Chrysost. Orat. 12. ὥσπερ νόμισμα ἀρχαῖον οὐ θησαυρῷ πρέπει ἀδέσποτον. & quia fortunæ donum est, l. 63. §. 1. eod. Liban. Decl. 28. sive Dei beneficium, l. un. C. *de Thes.* θεοῦ δῶρον, Liban. Decl. 10. & 11. Philostr. de vit. Apoll. 2. cap. 15. χάρις δαιμόνων, Æsop. fab. 220. τύχης καλὸν, Eustath. ad Odyss. ζ'. Justin. 44. detectum aurum velut Dei munus colligere permittitur. v. Spartian. in Adriano. Sed & cum Herodes Atticus thesaurum inveniisset, ejusque Nervæ indicium feciisse, Nerva ei ita rescripsisse fertur: χρῶ οἷς εὗρες Philostrat. in Herode. FABR. I.

d. L. 3. §. penult. D. *de jure fisci.* D. GOTH.

e. Ut

ἔυρη· εἰ δέ τις ἐν ἀλλοτρίῳ ἀγρῷ, οὐκ ἐξεπίτηδες, ἀλλὰ [e] τυχηρῶς 36 ἔυρῃ θησαυρὸν, τὸ ἥμισυ τῷ δεσπότῃ τοῦ ἐδάφους συνεχώρησεν Ἀδριανός.

invenerit: at si quis in alieno agro, non consulto, sed casu thesaurum invenerit, dimidium domino soli concessit Adrianus.

Οὐκοῦν ἀκολούθως, ἐάν τις ἐν βασιλικῷ τόπῳ 37 ἔυρῃ θησαυρὸν, τὸ μὲν ἥμισυ τῷ θησαυροῦ παρέξει τῷ βασιλεῖ, τὸ δὲ ἥμισυ ὁ εὑρὼν ὡσαύτως ἀποκερδαίνει. Εἰ δὲ καί τις ἐν πολιτικῷ [f] τόπῳ ἢ φισκαλίῳ ἔυρῃ, ὡσαύτως τὸ μὲν ἥμισυ ὁ εὑρὼν ἀποκερδαίνει, τὸ δὲ 38 ἕτερον ἥμισυ ὁ [g] φίσκος, ἤγουν ἡ πόλις λήψεται. 71

Consequenter igitur, si quis in loco regio thesaurum invenerit, dimidium quidem thesauri præstabit Imperatori, dimidium autem inventor *sibi* retinebit. Sed & si quis in loco civitatis aut fisci invenerit, similiter dimidium inventor lucratur, & alterum dimidium fiscus, aut civitas accipiet.

§. XL.

36. Sic reſcripſi pro vulg. omnium εὕρει. ſunt F.

§. XL.

37. εὗρε ante F. 38. ἕτερον & mox ὁ de-

e. Ut puta ſi quis colendi agri cauſa fodiens humum, aurum defoſſum inveniat, non ſtudio perſcrutandi, ut apud Euſeb. demonſtrationis Euang. 6. Themiſt. in 2. Phyſ. ἔστι δὲ ὅτε τὸ διορύττειν τύχης, καθ' ἑαυτὸ, ὅτε τοῦ θησαυροῦ ἡ εὕρεσις· ὀρύξει γὰρ ἄν τις καὶ θησαυρὸν εὑρήσειν ἐλπίζων. ἀλλ' ὅταν τοῦτο ἐκείνου μὴ χρήναι χάριν, ἀπαντήσῃ δὲ ἀλλήλοις, καὶ οἷον συγκρέσει, ἡ τοῦτον συνδρομὴ τύχη καλεῖται. FABR. I.

f. Πολιτικὸν τόπον interpres hic vertit *publicum locum: civitatis* commodius vertiſſet. quod & vox ſequens πόλις ſatis indicat. Proinde ut ſingula ſingulis reddantur, Theſaurum ἐν πολιτικῷ τόπῳ repertum, pro parte dimidia fieri τῆς πόλεως dicemus, at non fiſci: ἐν φισκαλίῳ τόπῳ repertum, pro parte quoque dimidia fiſci fieri, non ipſius civitatis. D. GOTH.

Scholiaſt. εἰς τὸν φόρον, καὶ εἰς τὸ Αὐγύστειον. [ſic] Th. omiſiſſe videtur hæc verba: *in loco publico.* Cujac. autem hoc in not. prior. ait, hæc, *vel civitatis*, ſupereſſe. quæ tamen non expunxit in edit. poſter. Nam ea publica ſunt, quæ pop. Ro. ſunt l. 15. & 16. D. *de verb. ſ.* Th. ſup. §. 2. FABR.

Quum in nonnullis Inſtit. Juſtin. Codicibus legatur *in fiſcali loco vel publico*, omiſſis verbis *vel civitatis:* putaverim legend. ἐν πυβλικῷ τόπῳ ἢ φισκαλίῳ. Longe enim rectius omittere potuit & Th. & ipſe Juſtin. *locum civitatis*, quam quidem locum publicum, quum rerum publicarum appellatione res etiam civitatum contineantur, docente Ulp. l. 17. pr. *de V. S.* MEERMAN.

Obſtat inf. Tit. IX. cap. 226. ubi Th. repetit. G. O. R.

g. Niſi partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit: tunc enim totum cum altero tanto cogitur ſolvere, ut hic not. Scholiaſt. ex l. 3. in fin. D. *de jur. fiſc.* FABR.

h. Hæc definitio eſt ambigua. Nam plerunque his verbis *de manu in manum* ſignificatur mutua traditio, cum viciſſim eodem tempore datur & accipitur aliquid, ut emptione venditione, ſi quis tradenti rem numeret pretium ſtatim, ut Charondas & Plato fieri jubent . . . . . ſed ſi fidem habuerit quis alteri, (puta venditor emptori vel contra) non eſſe actionem. Ipſum enim ſibi injuriæ cauſam attuliſſe, apud Stobæum λόγῳ XLII. At jure civili P. R. longe aliter ſe res habet. . . . Et traditionem quidem hanc, quæ fit ex una parte tantum, veluti *de manu mea in manum tuam*, intellexit Th. non traditionem reciprocam. Quæ tamen definitio vim traditionis perfecte non explicat. Nam fieri poteſt, ut res cujus tu poſſeſſor non es, de manu tua in manum meam tranſeat, me etiam mox forſitan reddituro eandem ipſam rem, aut derelicturo, nec tamen ſit traditio. Et ſane verior definitio hæc eſt: Traditio eſt datio poſſeſſionis, l. 3. Cod. *de Act. empt.* l. *ſi rem tradi* D. *de V. O.* &c. CUJAC. XI. *Obſerv.* 19.

Huic [Cujacio] diceret Th. μετάθεσιν ſive tralationem dico non corporis tantum, (frigida iſtiusmodi cavilla eſt) ſed corporis cum jure, ſive corporis cum intellectu juris, ut l. 16. §. 3. D. *ad Trebell.* & vice verſa hereditas ſine ullo corpore juris intellectum habens, l. 50. §. 1. D. *de Hered. pet.* Neque iidem recte l. 3. §. 1. [immo *pr.*] D. *de Act. emti* reſcribunt *Obſ.* 35. *lib.* XIII. *Datio poſſeſſionis:* magis eſt, ut ſcripſerit Pomponius *Traditio poſſeſſionis.* [Atqui ſic in meo exemplari Cujacium quoque corrigentem video, non *datio.* G. O. R.] Tradit poſſeſſionem, qui alienat; dat etiam Prætor. MARCIL. *Interpr. L. XII.*

Ait

§. XL. Φυσικὸς τρόπος κλήσεώς ἐστι 72 καὶ ὁ τῆς τραδιτίονος· καὶ τί ἐστι τραδιτίων; h ἡ ἀπὸ χειρὸς εἰς 39 χεῖρα μετάθεσις, εὐαπάλλακτον καὶ ἀπερίεργον i καὶ φυσικὴν τὴν πρᾶξιν ἔχουσα· οὐδὲν γὰρ οὕτω τῇ φύσει συνᾴδει, ἢ τὸ βεβαιοῦσθαι τὴν τοῦ δεσπότου γνώμην, τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα μετατιθέντος εἰς ἕτερον.

§. XL. Naturalis adquisitionis modus etiam est *modus* traditionis. Et quid est Traditio? de manu in manum translatio, perfunctione facilem minimeque negotiosam ac naturalem actionem continens. Nihil enim naturæ sic convenit, quam domini suam rem in alium transferentis voluntatem confirmari.

Εἰς δὲ τὸ διὰ τραδιτίονος μεταθεῖναί με τὴν 73 δεσποτείαν, δεῖ ταῦτα συνδραμεῖν, ὥστε δεσπότην k εἶναι τὸν τραδιτεύοντα· καὶ ψυχῇ 40 τῷ βούλεσθαι l μεταθεῖναι τὴν δεσπόλειαν, ποιεῖσθαι τὴν τραδιτίονα· καὶ σωματικὸν m εἶναι τὸ τραδιτευόμενον· σωματικὸν μὲν διὰ τοῦτο εἶπον, ἐπειδὴ τὰ ἀσώματα, ἁφῆς ὄντα κρείττονα, οὐκ 41 ἐπιδέχεται τραδιτίονα· δεσπότην

Ut autem dominium per traditionem transferam, hæc concurrere debent: ut tradens sit dominus; & *ut* animo transferendi dominii fiat traditio; *ut*que corporale sit quod traditur. Corporale quidem ideo dixi, quoniam incorporalia, tactus haud capacia, traditionem non recipiunt: ut

39. χεῖρας ante F. 40. τὸ pro τῷ ante Lugd. 41. ἐπιδέχονται F. 2.

Ait [Th.] *de manu in manum translatio*; quia traditio primum locum habuit in rebus mobilibus, quæ manu tractantur; & in quibus contractus, qui jure gentium introducti sunt, cœpisse videntur, itemque omnia rerum commercia. *Etc.* A COSTA *in Comment.*

Ut apud Cic. Ep. 7. 5. itaque *manu datio* pro traditione accipitur in l. 37. D. *de adq. rer. domin.* FABR.

Traditio Theophilo definitur *de m. in m. tr.* nimis tropice, cum rebus immobilibus, quarum est vera quoque traditio, proprie utique non conveniat. ULR. HUBER. *in Prælect. P. I.*

Neutiquam tropice, sed proprie ac simplicissime loquitur paraphrastes, quum res immobiles potius pro traditis in jure habeantur, quam naturaliter ac vere tradi sive transdari possint: atque adeo Th. veram traditionis originem simul & etymon nobis tradit, ut a Costa bene expositum. Neque opus censeo, cum Marcilio *juris intellectum* hic subaudire, quoniam nuda tantum traditio sic definitur, ut ex seq. capp. 73. & 74 claret. Possem alioqui *manus* vocabulum sive de *potestate*, sive de *possessione* interpretari. Sed quid diutius disputamus, quum ex veteri aliquo JCto hanc definitionem hausisse noster videatur, uti locus Cicer. VII. *Epist. fam.* 5. opportune a Fabroto laudatus indicat: *totum denique hominem tibi ita trado* de manu (*ut ajunt*) in manum *tuam istam*, *& victoria & fide præstantem.* G. O. R.

i. Adde l. 9. §. 3. D. *de adquir. rerum dominio.* Traditionem ἀπερίεργον, hoc est *citra solemnitatem* fieri ait, qua in re à mancipatione differre colligimus, quod & indicat Ulpianus tit. *de dominiis.* 19. §. 3. 4 5. 6. 7. D. GOTH.

Mancipatio autem solemniter fiebat, Ulp. tit. 1. [vide Cujac. lib. 9. *Observ.* c. 19. ex Edit. 2.] FABR.

Si cui pressior versio mea displicet, amplectatur vel Curtianam, *naturalem quendam minimeque multa solennitatis actum*, *& qui facile absolvi possit*, *continens*: vel Fabrotianam, *facile explicabilem*, *ac liberam nimiâ juris observatione*, *seu nudam ac naturalem actionem continens.* G. O. R.

k. Tertull. de præscr. adv. hæret. *Habeo origines firmas*, *ab ipsis auctoribus*, *quorum fuit res.* FABR. I.

l. Hoc agi debet inter dantem & accipientem, ut dominium transferatur, l. 9. §. ult. ibi: sed quia non puto, D. *de jur. dot.* FABR. I.

m. August. lib. locut. de Gen. *in jure dicitur traditio corporum.* Gloss. gr. lat. σωματικὴ νομὴ, *incorporatio.* res enim incorporales proprie traditionem non recipiunt, l. 43. §. 1. D. *de adq. rerum dom.* l. ult. D. *de servit.* FABR.

σπότην εἶναι τὸν τραδιτεύοντα. Διὰ τοῦτο εἶπον, ἐπειδὴ ὁ μὴ ὢν δεσπότης, οὐ δύναται μεταθεῖναι [n] δεσποτείαν, ἣν οὐκ ἔχει· ψυχῇ 74
τοῦ βούλεσθαι ποιῆσαι δεσπότην τὸν λαμβάνοντα, Διὰ τοῦτο πρόσκειται, ἵνα ἐξέλω [nn] τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ὑποθήκην· ἐπὶ τούτων γὰρ, [42] εἰ καὶ σωματικόν τὸ πρᾶγμα, καὶ δεσπότης ὁ τραδιτεύων, ἀλλὰ παραδίδωσι, μικρὸν ὕστερον ἀναλαμβάνειν ὁ ἐλπίζων ταῦτα. Οὐ [p] διαφέρομαι δὲ, ὁποῖον δήποτέ ἐστι τὸ παραδιδόμενον πρᾶγμα ὑπὸ τοῦ δεσπότου, εἴτε ἀγρὸς Ἰταλικὸς,

ut tradens sit dominus, ideo dixi, quoniam qui dominus non est, dominium quod non habet, transferre nequit: animo volentis dominum facere accipientem, ideo adjectum est, ut usum & depositum excipiam: in his enim, etsi corporalis *est* res, & tradens dominus; attamen tradit, paullo post *se* recepturum sperans. Non distinguo autem, qualiscumque sit res a domino tradita, sive ager Italicus, sive

42. pro εἰ videtur Curtius voluisse ἐστι.

n. Nilus de Prim. Pap. 2. οὔτε γὰρ ἄν τις ἑτέρῳ μεταδοίη, ὅσῳ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν ἔσχε. FABR. I.

Epictetus Enchirid. c. 31. τίς δὲ δύναται δοῦναι ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; *Quis vero dare potest quod ipse non habet?* FABR. II.

nn. Nemo non videt, hæc duo negotia a Th. exempli tantum causa adferri. In pignore enim, in locatione conductione aliisque negotiis similiter rem sine translatione dominii tradi nimis notum est, quam ut probatione egeat. MEERMAN.

o. Possessionem & proprietatem retinet, l. 8. & 9. D. *comm.* l. 17. §. 1. D. *depos.* FABR.

p. Tandem subjicit [Justinianus], *Itaque stipendiaria quoque* &c. Ex quibus verbis dicendum videtur, olim stipendiaria & tributaria prædia per traditionem alienari non potuisse, quod tamen contrario fefe habuisse modo ex vererum monumentis constat . . . . . ut merito dicere liceret, jam *quinque Italica prædia eodem modo alienantur.* . . . . Vidit hoc incommodum orationis Justinianeæ Th. . . . . qui hujus loci incongruitatem in sua versione circumlocutus est. . . . . Rectissime sententiam novæ Constitutionis Justiniani expressit, quæ omne discrimen inter prædia tam provincialia quam Italica sustulit. *Etc. &c.* HUBER. *in Digress.* pag. 547.

Hausit hæc ex parte, & ampliavit ex *Vinnii Comment.* h. l. qui consulatur cum diatriba Meermanni *de Reb. Mancipi* Sect. 19. & 20. G. O. R.

q. Adde inf. *de usucap.* in f. prin. D. GOTH.

r. In primis Th. verbis mendum esse putat vir eruditiss. Jul. Cæs. Bulengerus, & inducendam esse vocem καὶ Τριβουτάρια, quia *tributaria* Cæsaris erant, non populi. Sed vox ista delenda non est, quæ omnino necessaria est, & ita habes in sequentibus: καὶ τὰ στιπ. καὶ τριβ. ἔχ. πάλιν κατὰ συνήθ. δήμου ἢ βασ. οὐκ ἦσ. δεσπ. Non itaque vox ista est, quæ in mendo cubat, sed alia; locus igitur ita legendus est: Στιπ. δὲ καὶ Τριβ. λεγ. τὰ οὐ τ. ἐπ. Διήκ. κτ. βασ. κελ. ἤτω τῶ δ. κρ. quibus verbis docet ea esse *tributaria* in provinciis prædia, quæ possidentur ex concessione Imperatoris: *stipendiaria* vero, quæ possidentur ex concessione populi. *Etc.*

SAM. PETIT. *in Var. Lect. p.* 88.

Voluitne ἤτω (ἤτω enim incognitum Græcis vocabulum credo) pro ἤγουν vel ἤτοι, quod posterius mihi maxime hic placeret: ita saltem verti. Curtius reddiderat *possessiones principis jussu a populo occupatæ.* G. O. R.

In ora additur. βασιλικῇ κελεύσει ὑπὸ τοῦ δήμου κρατούμενα, [quæ sunt in editione Viglii Zuichemi, *Edit.* 2.] FABR.

Hinc concludo vocem κτήματα in editt. Fabr. contra eius mentem desiderari, cum & Latine *possessiones* expresserit. G. O. R.

s. De hac divisione provinciarum Strabo in fine sui operis, & Suet. in vita Aug.

ANON. *in utroque.*

Hoc commentum est Theophili. Nam provinciæ quidem sic ab Augusto divisæ sunt, ut aliæ populi, aliæ ipsius essent: quemadm Suet. & Strabo declarant: sed multo ante Augusti imperium, denique simul atque Populi R. imperium extra Italiam propagatum est, Provinciæ vectigales fuerunt: quarum aliæ *certum* (aut in pecunia scil. aut in frumento) vectigal solvebant, quæ *stipendiariæ* dicebantur; aliæ *Decumanæ*, quæ decimam frugum partem solvebant: quod vectigal, quia ex annorum ratione & frugum copia aut inopia, modo minus modo amplius est, *non certum* appellatur.

HOTOM. *in Lugd.*

Eadem fere repetit Hotom ad *Cicer.* L. III. *in Verrem* cap. 6. pr. Atqui Th. non negat, ante Aug. provincias fuisse vectigales, sed docet ab ipso alias stipendiarias, alias tributarias factas. G. O. R.

Idem

κὸς, ἢ εἴτε στιπενδιάρια κλήματα εἴτε τριβουτάρια.

Στιπενδιάρια δὲ καὶ τριβουτάρια λέγεται τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀφωρισμένα 43 κτήματα, (r βασιλικῇ κελεύσει ὑπὸ τῶ δήμου κρατούμενα) τῆς δὲ πρεσβείας 44 αὐτοῖς γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ πρόφασις· ὁ πάλαι Ρωμαίων βασιλεὺς s πάσης κρατήσας γῆς, θαυμασθεὶς δὲ παρὰ Ρωμαίων ἕνεκα τῆς οἰκείας ἀνδρείας, διεῖλε τὰς ἐπαρχίας· καὶ τὰς μὲν 45 ἐκράτησεν αὐτὸς ἑαυτῷ, τὰς δὲ ἀφώρισε τῷ δήμῳ.

sive prædia ſtipendiaria ſive tributaria.

Stipendiaria autem & tributaria dicuntur prædia in provinciis ſita, (quæ juſſu Imperatoris aut populi poſſidentur.) Appellationis autem cauſa inde illis accidit: vetus Romanorum Imperator omnem regens terram, ac propter fortitudinem ſuam apud Romanos in admiratione habitus, provincias diviſit; & quaſdam ipſe ſibi retinuit, quaſdam populo attribuit.

Καὶ αἱ τῶ δήμου ἐκλήθησαν t στιπενδιάριαι 76 Et populo *attributæ* vocabantur ſti-

43. κτήματα cum 6. vocib. ſeqq. de: F. *vid. Not. r.* 44. αὐτῆς Lugd. Goth. Fabr. Voluerunt forte ταύτης cum Curtio. 45. αὐτ. ὑπρ. F.

Idem Scholion Harmenop. 1. tit. 2. §. 46. vide Suetonium in Auguſto, ubi de ordinatione provinciarum, Dionem & Strabonem libro 3. ubi de Hiſpanicarum provinciarum diviſione loquens, refert, Provinciarum alias populo, alias Principi adtributas. Et in populi mitti ſolitum στρατηγὸν, ταμίαν, πρεσβευτὴν, *Præſidem, Quæſtorem, legatum.* In Cæſaris, δύο ἡγεμόνας, (ſic enim lego, non πρεσβευτὰς) στρατηγικὸν, καὶ ὑπατικόν. Priori adjunctum πρεσβευτὴν, *eundemque* δικαιοδότην, (ita quidem accipio locum illum Strabonis,) alteri tres legatos. Porro, quod de diviſione provinciarum hic dicitur, idem Strabo confirmat in f. libri ult. niſi quod in Cæſaris provincias mitti ſolitos διοικητὰς refert: in populi στρατηγοὺς καὶ ὑπάτους. D. GOTH.

Quædam erant provinciæ ſtipendiariæ, quædam tributariæ, prout quædam provinciæ erant proconſulares, quædam præſidiales [*ſic*], de quibus Strabo lib. 3. & ult. Dio 53. [Illæ ſtipendia pendebant, hæ tributum. *ex Edit.* 2.] FABR.

t. Si verum eſt, quod Th. noſter ſcripſit, *ſtipendium* populo, *tributum* principi præſtari, ſicut fiſci & ærarii, ita & ſtipendii ac tributi differentia hodie nulla eſt, qui [*leg.* quia] tandem ad extremum ſenſim infracto populi jure provincias omnes ſibi ſepoſuit princeps. An igitur ea ratione Ulp. l. *Ager de V. S.* ſtipendium tributum etiam appellari ait? . . . . . Equidem exiſtimo, hoc minime omnium ſenſiſſe Ulpianum, ſed promiſcuum uſum vocabulorum notaſſe: nam ætate Ulpiani nondum erat ea differentia ſublata, quæ ab eo retinetur in l. 7. D. *de Uſufr.* &c. CUJAC. VII. *Obſerv.* 3.

Tributum eſſe puto, quod extra ordinem ſolemnium vectigalium ad exercitum alendum imperabatur civibus. . . . . Cicero pro L. Flacco cap. 9. *In ærario nihil habent civitates, nihil in vectigalibus, duæ rationes conficiendæ pecuniæ aut verſura aut tributo.* . . . . . Tributum vocat Th. βαρὺ τέλος. eodem modo & Cicero VIII. Epiſt. fam. 3. *Niſi quod principes civitatum me poſtulaſſent, ne indictionem tributorum & illam acerbiſſimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque oſtiorum.* hoc eſt, quod dicitur tributum capitis in l. ult. D. *de Cenſib.* . . . . . Stipendium etiam a tributo differt, quod particulatim colligitur, & ut ait Th. κατὰ μικρὸν. Liv. XXXIII. 46 *Quin & pecunia, quæ in ſtipendium Romanis ſuo quoque anno penderetur, deerat, tributumque grave privatis imminere videbatur.* [Non probat hic locus, quod auctor innuit, G. O. R.] Quod autem dicitur *tributum* idem eſſe quod *ſtipendium* in l. 27. D. *de V. S.* hoc verum eſt, quando abutimur voce tributi, quod facere cogimur, ſi alendus eſt exercitus, quia tum tributum eſt ſtipendii cauſa. Tacit. IV. Hiſtor. 74. pr. *Nam neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt.* Liv. XXIII. 31. *Senatus, quo die primum eſt in Capitolio conſultus, decrevit ut, quo eo anno duplex tributum imperaretur, ſimplex confeſtim exigeretur, ex quo ſtipendium præſens omnibus militibus daretur.* Quo ſenſu tributum accepit JC. in d. l. 27. ut illa verba ſatis oſtendunt, ex eo quod militibus tribuatur. *Etc.* PERRENON, *Animadv. ult.*

διάφορα ἐντεῦθεν, 46 ὅτι στίπες [u] ἐστὶν ὁ ἔρανος, καὶ ἡ κατὰ μικρὸν γινομένη τοῦ 47 ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων συλλογή· ἐπειδὴ οὖν ὀλίγα τινὰ [x] οἱ ἐπαρχιῶται ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων συνάγοντες, ἔπεμπον τῷ δήμῳ, ἐπὶ τῷ ταῦτα δαπανᾶν εἰς οἰκείας χρείας τε καὶ [y] τέρψεις, διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν στιπενδιάριαι· καὶ λοιπὸν ἀκολούθως καὶ αἱ οἰκίαι 48 καὶ οἱ ἀγροὶ στιπενδιάριοι.

stipendiariæ inde, quia ſtipes collatio eſt, atque argenti aliarumque rerum minutatim facta collectio. Quum igitur minutula quædam provinciales ex *rebus* apud ipſos naſcentibus colligentes, mitterent populo, ut ea in ſuos uſus ac delectationes impenderent, ideo dictæ ſunt ſtipendiariæ: & porro conſequenter tam domus quam agri *dicti ſunt* ſtipendiarii.

§. V. Si habitatio alicui legata, aut alio etiam modo conſtituta ſit, neque uſus videtur id eſſe, neque uſusfructus, ſed velut ſingulare quoddam jus. Quæſitum eſt autem, an habens habitationem alii eam poſſit locare. Et multis Jureconſultis contradicentibus, ſoloque Marcello locationem permittente, facta eſt conſtitutio religioſiſſimi Imperatoris noſtri, quæ hanc quæſtionem decidit, & Marcelli ſententiam probat: permittens propter utilitatem rerum, non modo ipſum habitare ſi velit, ſed & locare aliis.

§. VI. Ἀρκεῖ ταῦτα περὶ δουλειῶν καὶ125 οὐσουφρούκτου καὶ οὔσου καὶ ἀβιτατίονος διεξελθεῖν· περὶ δὲ κληρονομίας καὶ ἐνοχῶν ἐν τοῖς οἰκείοις ἐκτεθήσεται τόποις. Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν ὡς ἐν συντόμῳ, τίσι τρόποις φυσικῶς κτώμεθα τὰ πράγματα, νῦν ἀναγκαῖον εἰπεῖν, τίσι τρόποις νομίμῳ καὶ πολιτικῷ δικαίῳ τὰ ἀλλότρια κτᾶσθαι δυνάμεθα.

§. VI Hæc ſufficit de ſervitutibus & uſufructu & uſu & habitatione diſſeruiſſe. De hereditate autem & obligationibus in propriis exponetur locis. Sed quoniam velut in ſumma diximus, quibus modis naturaliter res adquiramus, nunc neceſſarium *eſt* dicere, quibus modis jure legitimo & civili aliena adquirere poſſimus.

13. ὥστε pro καὶ F.

o. Itaque τὸ *magis* in l. 12. §. 1. D. *h. t.* θετικῶς accipitur, non συγκριτικῶς. ideoq. Tribunianus illud omiſit. [Ulpianus tamen ait, hoc amplius etiam modico lacte uſurum: *neque enim tam ſtricte*, inquit, *interpretanda ſunt voluntates defunctorum.* d. §. 1. imò in teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur, l. 12. *de reg. jur.* plenius, id eſt, largius, pinguius, impenſius, ſolutius. *ex Edit.* 1.] FABR.

p. Serv. in 1. Georg. *Pingues efficit terras cinis, intermiſſio arandi, incenſio ſtipularum, ſtercoratio.* Dio Chryſoſtom. Orat. 35. FABR.

q. Greg. Naz. in teſtamento ſuo, de habitatione Ruſſianæ virgini legata: ἵνα ᾖ οἰκίαν ἔχει δηλαδὴ ἀνενοχλήτως εἰς χρῆσιν καὶ καρπίαν μέχρι βίου ζωῆς. FABR. I.

r. L. 13. C. *eod.* D. GOTH.

[ΠΕΡΙ

[ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ [a] ΧΡΗΣΕΙ ΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΩΝ ΚΑΙ ΜΑΚΡΟΥ ΧΡΟΝΟΥ ΔΙΑΚΑΤΕΧΟΜΕΝΩΝ.]

DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBUS.

ΤΙΤΛΟΣ ς.

TITULUS VI.

Διεξελθόντες τὰς φυσικὰς κτήσεις, 126 ἀμφλάβωμεν καὶ περὶ τῶν ἐννόμων· ὅτι μὲν, ἐάν τις τὸ οἰκεῖον [1] ἐμοὶ παραδιτεύσῃ πρᾶγμα, μεταφέρει τὴν προσοῦσαν [2] δεσποτείαν, συνωμολόγηται. Τί δὲ, ὅτι ἀλλότριόν τις πρᾶγμα, ὃ οὐκ ἦν δεσπότης, ἐπαραδίτευσέ μοι; ἆρα μεταφέρει ἐνταῦθα τὴν δεσποτείαν; 3 καὶ λέγομεν, ὅτι οὐδαμῶς· πῶς γάρ, ἣν οὐκ εἶχε; τί οὖν; 4 μετήγαγεν ἐπ' ἐμὲ αὐτὴν, ἣν εἶχε νομήν, ἤτοι κατοχήν· καὶ οὐκ ἔστι τοῦτο 127 μικρόν· εἰ 5 γὰρ bona fide δέξομαι τὸ πρᾶγμα (bona fide δέ ἐστι τὸ πιστεύειν με, δεσπότην εἶναι τὸν πεπρακότα, ἢ δωρησάμενον, ἢ ἐξ ἄλλης εὐλόγου αἰτίας, οἷον ἀπὸ περμυτατίονος ἤτοι ἀνταλλαγῆς, ὡσδήποτε δεδωκότα) πάλαι μὲν, εἰ [6] κινητὸν [b] ἦν τὸ πρᾶγμα, ἐνιαυτῷ ὡσδηποτοῦν ἐγινόμην δεσπότης, εἴτε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, εἴτε ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διῆγον· εἰ δὲ ἀκίνητον, διετίας παρελθούσης, 128 ἐν ᾧ ἦν ἀγρὸς 7 ἐν Ἰταλίᾳ ἀμφοτέρωθεν ἡ οἰκία, ἐπουκαπιτεύετο παρ' ἐμοῦ, τοῦτ-

LOquuti de adquisitionibus naturalibus, differamus etiam de legitimis. Quod quidem, si quis suam mihi rem tradiderit, dominium *sibi* competens transferat, in confesso est. Quid autem, si alienam quis rem, cujus non erat dominus, mihi tradidit? Num & hic dominium transfert? Et dicimus, minime. Quomodo enim, quod non habebat? Quid ergo? transtulit in me eam, quam habebat possessionem sive detentionem. Neque hoc exiguum est: si enim bona fide accepero rem, (bona fide autem est, si credam dominum esse, qui vendidit aut donavit, aut ex alia justa causa, veluti ex permutatione, tradidit) olim quidem, si res mobilis esset, anno elapso fiebam dominus, sive in Italia sive in provinciis agerem. Si vero immobilis, biennio transacto, dum fundus aut domus in Italia

1. μοι F. 2. αὐτῷ ad: F. quod in versione expressi, pro Curtiano *adhærens*. Mox malim Τί δὲ, ὅτε ἀλλ. 3. καὶ de: F. 4. εἰ ad: F. 5. δὲ Lugd. & Goth. Mox βοναφίδε Basil. & Lovan. βοναφίδει Paris. Lugd. Goth. βόνα φίδε F. confer lect. 19. inf. Ego hic & deinceps Latine scripsi: & mox δέξωμαι lego. 6. μὲν repetit F. 2. 7. ἡ οἰκία ἐν Ιτ. ἀμφοτέρωθεν, F. Mox ἐπουκαπιτεύεται ante Lugd.

a. Usucapere est usu suum facere, l. 1. §. 1. D. *ex quib. caus. maj* Auctor rhetoric. ad Her. 4. *Te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse*, nam usucapione dominium adipiscimur. Horat. Ep. 2. c. ult. *Quædam, si credis consultis, mancipat usus* Scholiast. *Nec solum per mancipationem, sed etiam per usucapionem, proprietas adquiritur*, ideoque usucapio definitur adeptio dominii. Theodor. Hermopolit. ad l. 26. D. *de verb. S.* usucapio, ἤτοι ἀφ' χρήσεως δεσποτεία. FABR. I.

b. Adde Ulpianum tit. *de dominiis* 19. §. *usucapione* 1. D. GOTH.

τουτέστι, ἀφ' τῆς χρήσεως [c] ἐλαμβάνετο, καὶ τῆς ἐμῆς ἐγίνετο δεσποτείας, [8] τοῦ δωδεκαδέλτου [d] νόμου τοῦτο κελεύσαντος.

Καὶ μή τις νομιζέτω [e] ἄδικον εἶναι τὸν νόμον, ὅτι ἕτερος μὲν ἀφ' τῆς ἐνιαυσιαίου, τουτέστι τῆς [f] χρονίας νομῆς, ἐγένετο δεσπότης, ἕτερου δὲ τῶν οἰκείων ἐστερεῖτο πραγμάτων· τοῦτο γὰρ ἐπενοήθη ὑπὲρ τοῦ μὴ φθείρεσθαι αὐτὰ τὰ πράγματα· ἕκαστος γὰρ ἀγνοῶν, πότερον αὐτῷ ἀφαφέρει τὸ πρᾶγμα ὃ νέμεται, οὐδεμίαν ἐποιεῖτο τούτου φροντίδα, ἐλπίζων ὁτεδήποτε παραγενήσεσθαι τὸν ἀληθῆ δεσπότην, καὶ τοῦτο ἀποσπᾶν· καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης [9] αἰτίας ἐῤῥᾳθύμουν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ῥᾳθυμούντων αὐτῶν, [10] ἔμελλεν ἀφανὴς [g] τὰ πράγματα, καὶ τῶν πραγμάτων ὄντων ἀφανῶν, ἀπώλεια καὶ φθορὰ εἰκότως αὐτοῖς προσεγίνετο· καταστοχασάμενος [h] οὖν ὁ δωδεκάδελτος [11] τῆς τοιαύτης ἀνθρώπων ἐννοίας, ὥρισε χρόνον [12] ἐνιαυτοῦ ἐπὶ τῶν κινητῶν, διετίαν δὲ ἐπὶ τῶν ἀκινήτων, ἐὰν ἐντὸς εἰ μὴ ἀφαγένηται ὁ δεσπότης,

Italia eſſet ſita, a me uſucapiebatur meique fiebat dominii, lege XII. tabularum hoc ſanciente.

Nemo autem iniquam eſſe legem putato, quod alius quidem per uſucapionem, hoc eſt annalem poſſeſſionem, dominus fieret, alter autem ſuis privaretur rebus: hoc enim introductum 129 eſt, ut ne res ipſæ corrumperentur. Quiſque enim ignorans, num ad ſe pertineret res quam poſſidet, nullam ejus gereret curam, metuens quandoque adventurum verum dominum eamque *ſibi* erepturum: atque ex hac cauſa homines forent negligentes, iiſque negligenter agentibus res manerent ſine cura; &, ſi res ſine cura eſſent, interitus & corruptio iis ne- 130 ceſſario accideret. Perpendens igitur lex XII. tabularum hanc hominum cogitationem, definivit anni tempus in mobilibus, biennium vero in immobilibus; intra quod niſi advenerit do-

8. τοῦτο h. l. F. 9. ἀνοίας F. Mox ἐῤῥαθ. omnes ante hanc. 10. ἔμφυον ante F. 11. τοιαύτης τῶν F. 12. ἐνιαυτὸν F.

c. Uſucapere eſt per uſum adquirere, l. *ait prætor* 23. §. 1. D. *ex quib. cauſ. maj.* FABR. II.

d. Theoph. & Gloſſa apud Juſtin. *jus civile* accipiunt pro l. 12. tab. ut alias ſæpe accipitur, GOTH. & FABR.

Namque Imp. in pr. huj. tit. dicit: *Jure civili conſtitutum fuerat*, &c. faciuntque cum noſtro inter alios à Coſta & Ever. Otro: qui poſterior uti recte monet, per vocem *antiquiores* hic intelligi Decemviros; ita quod addit *Non dominos, ut Th. putabat*, fateor me non adſequi, quomodo hoc Theophilo exprobrari poſſit. Adde not. *i.* G. O. R.

Galvanus de Uſufr. cap. 6. §. ult. & Merillius h. l. notant Th. quod verba *jure civili* ap. Juſtin. accipiat de L. XII. Tabb. quæ illi accipienda putant de media Juriſprudentia; at ſi quid video, injuria: origo etenim uſucapionis apud Romanos omnino petenda eſt ex lege Decemvirali, quæ ſic cavit: *Uſus auctoritas fundi biennium, ceterarum rerum annuus uſus eſto.* V. Cic. in Top. c. 4. MEERM.

e. Dixerit aliquis, uſucapionem pugnare cum civili ratione, quod domino rem ſuam citra factum ejus auferat. Sed & qui uſucapit, ex alterius damno lucrifacit, quod naturalem æquitatem impugnat, l. 18. & l. ſeq. D. *ex quib. cauſ. maj.* Cic. de off. 3. *Illud quidem natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus* &c. bono tamen publico uſucapio introducta eſt, l. 1. D. *eod.* bono communi, ut Lucretius loquitur, egregio publico, ut Tacitus, & Sulpit. Sever. quo vera ac ſolida utilitas continetur: ne ſcilicet quarundam rer. dominia diù, & ferè ſemper in incerto eſſent. Uſucapio igitur dominium adſerit & certam poſſeſſionem facit, μηκέτι ἀμφισβητεῖν ἕξει, Plato 11. *de legib.* ut vetuſtior rei dominus ſuam rem eſſe, petere non poſſit. FABR. I.

f. Curtius *temporalem* vertit, quod non damno; ſed *annalem* malui, quia Græci ſequiores χρόνου

σπότης, ἀναφαίρετον μένει τὸ πρᾶγμα παρὰ τῷ νεμομένῳ, οὐκ ἀγανακτούντων [i] τῶν δεσποτῶν· ἤρκει γὰρ αὐτοῖς ἐνιαυτὸς ἢ διετίας χρόνος πρὸς ἀναζήτησιν τῶν οἰκείων πραγμάτων. [13] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν [h] ὁ δωδεκάδελτος.

dominus, irrevocabilis remanet res apud poſſeſſorem, non indignantibus dominis; nam ſufficiebat iis anni vel biennii tempus ad inquiſitionem rerum ſuarum: ſed hæc quidem *lex* XII. tabularum.

Ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς καλλίοσι καὶ [131] φιλανθρωποτέρᾳ [14] διανοίᾳ χρησάμενος πρὸς ἔταξε, [k] μὴ συντόμως [15] στερεῖσθαι τοὺς δεσπότας τῶν οἰκείων πραγμάτων· καὶ οὐδὲ ῥητῷ τόπῳ τὴν οἰκείαν ἐστένωσεν εὐεργεσίαν, ἀλλ' ἐξεφώνησεν ὑπὲρ τούτου γενικὴν διάταξιν, ἐν ᾗ διηγόρευται, [l] ὥστε τὰ μὲν κινητὰ πράγματα πανταχοῦ τῆς τριετίας παραμενούσης οὐσουκαπιτεύεσθαι, τὰ δὲ ἀκίνητα διὰ τῆς τοῦ μακροῦ χρόνου κατοχῆς· [16] εἰ μὲν πάρεισιν οἱ δεσπόται, δεκαετίας, εἰ δὲ ἀπολιμπάνουσι, εἰκοσαετίας παρελθούσης· οἷον, ἀ- [132] γρὸν ἐτραδίτευσάς μοι, ἢ οἰκίαν Τιτίῳ διαφέρουσαν, ἀποπλεύοντί μοι εἶναί σε δεσπότην, καὶ διὰ τοῦτο bona fide δεχομένῳ τὸ πρᾶγμα· εἰ μὲν ἐνδημεῖ ὁ Τίτιος, ἀρκεῖ μοι πρὸς ἐσσκαπίονα δεκαετία·

Noſter autem Imperator meliori atque humaniori uſus ſententia juſſit, ne *tam* celeriter domini ſuis privarentur rebus: neque certo loco ſuum coanguſtavit beneficium, ſed ea de *re* generalem promulgavit conſtitutionem, in qua ſancitum eſt, ut res quidem mobiles ubicumque elapſo triennio uſucapiantur, immobiles autem per longi temporis poſſeſſionem: ſi quidem præſentes ſint domini, decennio, ſin vero abſentes, vicennio elapſo. Veluti, agrum tradidiſti mihi vel domum ad Titium pertinentem, me ſuſpicante te dominum eſſe, atque ideo bona fide rem accipiente. Si quidem in loco *præſens* ſit Titius, ſufficit mihi ad uſucapionem decennium:

13. Quum in prima Gothofredi edit. ἀλλὰ ταῦτα μὲν per incuriam deeſſent, in poſter. vel pater vel filius ex ingenio ſupplevit κὴ οὕτως μὲν. 14. χρησ. διαν. F. 15. τὰς δεσπ. στερ. F. 16. τετίστιν ad: F. cum Curt.

χρόνον pro *anno* uſurparunt, ut in Gloſſario oſtendam. Sequens quoque caput idem directe per indicativos, ego oblique per ſubjunctivos verti; licet nihil obloquar, ſi quis Curtium ſequi malit. Meum tamen putavi, lectorem de eo admonere. G. O. R.

g. Contra deſides & ſui juris contemptores odioſæ exceptiones compoſitæ ſunt, l. ult. c. *de ann. except.* §. 7. h. t. FABR. II.

h. Dixi ad l. XII. tabularum tit. *de uſucapionibus.* D. GOTH.

Et alii poſt eum, inprimis Jacobus filius. G. O. R.

i. Non percepit verba Juſtin. qui ait, *antiquiores*, id eſt, legis 12. tab. conditores *putaſſe*, *dominis ſufficere*, &c. Th. verò, *hoc placuiſſe ipſis dominis.* FABR.

Nego Th. ſic vertiſſe, cujus paraphraſis h. l. plane libera eſt, nec verbis Latinis preſſe inhæret. V. paulo ante ad not. *d.* G. O. R.

k. Uſucapio olim ſpatiis concludebatur iniquis: nam per annum, vel biennium miſeri rerum domini excludebantur. Boëtius in Top. lib. 2. *Plurimarum rerum uſucapio annua eſt: ut ſi quis eis anno, & continuo fuerit uſus, id firma juris auctoritate poſſideat, velut rem mobilem fundi vero uſucapio, biennii temporis ſpatio continetur.* Ex Juſtin. autem conſtitutione minuitur uſucapionum compendioſa dominis jactura, ut loquitur Juſtin. in l. un. *de uſucap. transf.* compend. id eſt, σύντομος ζημία. FABR. I.

l. L. 1. C. *de uſucap. transformanda.* Idem 2. Harmenopul. 1. §. 52. Paul. 5. Sentent 2. §. 3. D. GOTH.

τία· εἰ δὲ ἀπολιμπάνεται, εἰκοσαετία· ταῦτα δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἐν [17] Ἰταλίᾳ διακειμένων ἀκινήτων, ἀλλὰ γὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ἐπαρχίαις, ἃ πάλαι στιπενδιάρια [m] καὶ τριβουτάρια [18] προσηγόρευται· καὶ ἁπλῶς ἐν πάσῃ [n] γῇ, ὑπὸ τὴν αὐτοῦ τελούσῃ βασιλείαν, κρατεῖν ἐνομοθέτησε· παντὰχοῦ μέντοι [19] bonæ fidei νομῆς [o] προηγουμένης.

nium: ſin abſens, vicennium. Hæc autem non ſolum de immobilibus in Italia ſitis, ſed etiam de his *quæ* in provinciis, quæ olim ſtipendiaria & tributaria *prædia* appellabantur: & ſimpliciter in omni regione ejus imperio ſubjecta *hoc* obtinere ſanxit: ubique tamen bonæ fidei poſſeſſione præcedente.

§. I. Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν, τὸν bona fide νεμόμενον δύνασθαι οὐσουκαπιτεύειν, ἔστιν εὑρεῖν θέματα, ἃ μὴ προσποιεῖ ἡμῖν [20] οὐσουκαπίονα· οἷον, ἐάν τις νέμηται [p] ἐλεύθερον πρόσωπον, ἢ σάκρον, ἢ θρελεγίοσον· ἐπειδὴ γὰ ἡ οὐσουκαπίων δεσποτείαν προσποιεῖ, κρείττονα δὲ ταῦτα τὰ πράγματα τοῦ δεσπόζεσθαι, εἰκότως οὐχ ὑποκειται οὐσουκαπίονι. Τὸ αὐτὸ νοεῖν ὀφείλομεν, καὶ ἐάν τις τὸν ἀλλότριον [21] νέμηται φυγάδα, ᾧ οὐχ [22] ὑποκειται οὐσουκαπίονι.

§. I. Quoniam vero diximus, poſſidentem bona fide uſucapere poſſe, invenire licet ſpecies, quæ nobis uſucapionem non tribuunt. Veluti, ſi quis poſſideat liberam perſonam, aut *rem* ſacram vel religioſam. Quum enim uſucapio dominium adquirat, hæ autem res dominii ſint expertes, neceſſario uſucapioni non ſubjacent. Idem intelligere debemus, etiam ſi quis alienum poſſideat fugitivum; non *enim* ſubjacet uſucapioni.

§. II. §. II.

17. τῇ ad: F. 18. προσηγορεύετο F. 19. βοναφίδεϊ Baſ. Pariſ. Lugd. Goth. βονεφίδεϊ Lovan. βόνα φίδε F. Nos Latine ubique ſcripſimus. Confer ſupra lect. 5. 20. ἡ οὐσουκαπίων· F. Optime, ſi ex MS. & tum verterem potius: *quas nobis uſucapio haud adquirit*, quam Curtianam retinerem: *in quibus uſucapio non procedat.* G. O. R. 21. νέμεται ante Lugd. 22. ὑποκείται τῇ F. An hic pro οὐχ legendum ἐ ᾧ? G. O. R.

m. Dictum eſt ſup. tit. *de rerum diviſione* §. 40. [*cap.* 74. ſeqq.] D. GOTH.

n. In orbe Romano. FABR. I.

o. Juſt. *juſta cauſa poſſeſſionis:* id eſt, juſto titulo. Sic in l. 7. C. *de adq. poſſ.* titulus dicitur in pr. & deinde cauſa poſſeſſionis: nam titulus eſt poſſeſſionis cauſa, ut ait Th. ad §. 2. j. *de interd.* & j. §. 11. veram eſſe poſſeſſionis cauſam oportet, id eſt, titulum. [Juſta traditio neceſſaria eſt lib. 4. *de Feud.* t. 87. & origo firma. Tertull. *de præſcript. adv. hær.* atque ita origo accipitur in l. 24. C. *de fideic.* & initium in l. 2. C. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* ut ibi Azoni placet: *hic autem*, inquit, *appellatur initium, vel origo, id eſt titulus.* ex Edit. 1.] FABR.

p. L. 9. in f. D. *eod.* 2. Harmenop. 1. §. 43. l. 73. §. ſacram D. *de verb. oblig.* D. GOTH.

Liberi homines, res ſacræ, religioſæ, uſucapionem non recipiunt, l. 9. D. *h. t.* Aggen. Urbic. de controv. agror. *Sed cum aut ſacra, aut religioſa nominentur, ſtatum generalem jure ordinario accipiunt: Primum enim quaritur an ea loca ullo modo uſucapi poſſint: deinde quatenus poſſint.* FABR. I.

q. Quoniam enim ſervus fugitivus ſui furtum facit, l. 60. D. *de furt.* l. ult. §. 1. C. *de his qui ad Eccleſ. confug.* ideo nec uſucapio, nec longi temporis præſcriptio in eo locum habet, l. 1. C. *de ſerv. fugit.* Cur longi temporis præſcriptio in reb. mobilib. & moventibus? quoniam etiam in reb. mobilibus longi temporis præſcriptioni locus eſt, ut notant Græci lib. 60. Baſil. & Cujac. in Parat. tit. *de furt.* C. actio tamen de fugitivis revocandis tricennio extinguitur, ſi dominus deſierit poſſidere. Azo ad d. l. 1. Cujac. *de div. tempor. præſcr.* c. 30. FABR. I.

r. 2. Harmen. 1. §. 47. l. ult. D. *vi bonorum rapt.* D. GOTH.

s. Hujus legis XII. Tabularum verba videntur ſuccedentibus ſeculis in legem Atiniam translata: fuere

§. II. Οὐδὲ τὰ furtiva [r] οὐδὲ τὰ vi [134] possessa, [23] ἤτοι τὰ βιαίως κατεχόμενα, οὐδὲ δεκαετίας ἢ εἰκοσαετίας παραβαμένης, καὶ bona fide [24] νεμομένης· ἀλλὰ τὰ μὲν furtiva δέξαι ἐπὶ τῶν κινητῶν, τὰ δὲ vi possessa ἐπὶ τῶν ἀκινήτων· ἐκώλυσε γὰρ τὴν ὑσουκαπίονα τῶν μὲν φουρτίβων ὁ δυωδεκάδελτος καὶ ὁ [s] Ατίλιος νόμος, τῶν δὲ vi [25] possessorum ὁ [t] Ιούλιος καὶ ὁ [u] Πλαύτιος.

§. II. Neque *res* furtivæ neque vi possessæ, ne quidem decennio vel vicennio elapso, quamquam bona fide possessæ. Sed furtivas cape de mobilibus, vi possessas de immobilibus. Prohibuit enim furtivarum quidem usucapionem lex XII. Tabularum atque Atilia, vi autem possessarum *lex* Julia & Plautia.

§. III. Ηνίκα οὖν ἐρωτᾷ σέ τις, εἰ ὁ [135] δεῖνα, ὃ νέμεται [26] κατὰ πρᾶσιν, δύναται ὑσουκαπιτεύειν· δεῖ σε ζητεῖν κατὰ πρώτην τάξιν, πότερον bona fide, ἢ mala fide νέμεται· καὶ εἰ μὲν μάθῃς, ὅτι bona fide, ὅρμησον εὐθέως ἐπὶ τὴν δευτέραν ἐρώτησιν, καὶ ἐρώτησον, μὴ σάκρον ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, μὴ ῥελεγίοσον, μὴ ἐλεύθερον πρόσωπον, μὴ φούρτιβον, μὴ βὶ πόσσεσσον; καὶ ἐάν τι τούτων εὕρῃς, λέγε μὴ [136] προβαίνειν τὴν ὑσουκαπίονα, διὰ τὸ πρόσον τῷ πράγματι βίτιον, [27] [ἤτοι [x] ψόγον, ἐπειδὴ φούρτιβόν ἐστιν, ἢ βὶ πόσσεσσον.]

§. III. Quum ergo roget te quis, num ille *rem*, quam ex venditione possidet, usucapere possit? oportet te quærere primo loco, utrum bona fide, an mala fide possideat: &, si cognoveris, bona fide *possidere*, decurre statim ad alteram quæstionem, & roga, anne sacra sit res, an religiosa, anne persona libera, anne *res* furtiva, an vi possessa? Et si quid horum inveneris, dicito usucapionem haud procedere, propter inhærens rei vitium.

Ara Num

23. Gr. interpr. de: F. 24. μὲ ad: F. Ego νεμόμενα lego. 25. *possessn* F. 26. πρᾶγμα pro κατὰ πρᾶσιν habet F. 27. inclusa de: F.

fuere autem hæc, *Quod subreptum erit, ejus rei aterna auctoritas esto.* Neque id mirum, exolescente enim metu antiquioris, novæ legis auctoritas quæritur: idq. in ipsis XII. tabulis factum testatur Macrob. 3. Saturnalior. D. GOTH.

Sic omnes Th. veteres & apud Pfellum Synops. vers. 640. δόγμα Ατίλειον. apud Justin. autem, *Atinia*, & in l. 4. §. 4. & l. 33. D. *eod.* [*qua verior lectio.* D O U J.] [Cujus verba hæc exstant apud Gellium 17. 7. *Quod surreptum erit, ejus rei aterna auctoritas esto:* id est, rei furtivæ jus penes dominum æternum esto, ut usucapione alii non possit adquiri. *Ed.* I.] FABR.

De orthographia huj. leg. vide præter Commentatores ad *Institut.* Heinecc. *in Antiqq.* & Otton. *præfat. Tom. IV. Thes. Jur.* pag. 16. G. O. R.

t. In uno Cod. ἰούνιος, in d. l. 33. §. 2. *Julia.* FABR. l.

L. 33. §. 2. D. *eod.* Plotia dicitur Cœlio *epistola ad Ciceronem*, & Ciceroni *in Milone.* Ibidem Asconio Plautia. IO. D. GOTH.

u. Legis Plautiæ meminit Gallus apud Diomedem lib. 2. & Asconius Pedian. in Milonianam. FABR. I.

Duas fuisse leges, Juliam, & Plautiam, & repetitio articuli ὁ indicat, nec quisquam JCtorum dubitat. Adde Excursum nostrum XII. de L. Julia & Titia. *Plautius* autem, *Claudius*, *claustrum*, *plaustrum* &c. antiquis & pronuntiata & scripta sæpe fuisse *Plotius*, *Clodius*, *clostrum*, *plostrum* &c. hodie vel pueri norunt. G. O. R.

x. ψόγον pro vitio nove posuit. Est enim culpa, vituperatio. D. GOTH.

Quia hæc inclusa cum Fabroto Theophili esse non puto, ideo in versione omisi. G. O. R.

Αρα οὖν ὁ κλέπτης [28] καὶ ὁ βίαιος δύναται οὐσουκαπιτέυειν; ἴσως προπηδήσας ἐρεῖς, ὅτι οὐδαμῶς, διὰ τὸ προσὸν [29] βίτιον, ἐπειδὴ φούρτιβόν ἐστιν, ἢ βὶ πόσσεσσον· ἀλλ' οὐ δεῖ σε τοῦτο λέγειν· ἐπελάθου γὰρ τῆς τάξεως, ἀλλὰ χρὴ σε λέγειν, μὴ προβαίνειν τὴν οὐσουκαπίονα διὰ [30] τὸν προγενέστερον λόγον, τουτέστιν ἐπειδὴ mala fide [31] νέμεται· οἶδε γὰρ, ὅτι φούρτιβον ἢ βὶ πόσσεσσόν ἐστιν· εἰ δὲ ὁ βίαιος ἢ ὁ κλέπτης ἑτέρῳ τοῦτο πίστει bona fide λαμβάνοντι, τότε, ὅσον μὲν ἐκ τῆς προτέρας ἀποκρίσεως, ἐπειδὴ bona fide νέμεται ὁ καλέχων τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἐμποδίζεται ἡ ὑσουκαπίων, ἀλλὰ διὰ τὸ προσὸν τῷ πράγματι βίτιον κωλυθήσεται· ἔστι γὰρ φέρτιβον ἢ βὶ y πόσσεσσον.

Num igitur fur vel violentus uſucapere poteſt? forte præcipitans dices, nequaquam, propter vitium inhærens, ſiquidem furtivum eſt vel vi poſſeſſum. Verum hoc te dicere 137non oportet; oblitus enim es ordinem: ſed dicere te oportet, non procedere uſucapionem propter priorem rationem, id eſt quoniam mala fide poſſidet; novit enim, furtivum vel vi poſſeſſum eſſe. Si vero violentus vel fur alii hoc tradiderit bona fide accipienti, tunc, quantum ad priorem reſponſionem, quia bona fide poſſidet, qui rem detinet, uſucapio haud impeditur, ſed propter inhærens rei vitium prohibebitur: eſt enim furtiva vel vi poſſeſſa.

Καὶ τί ἐστι φούρτιβον; φούρτιβόν ἐ-138στιν, ὃ μόνον τὸ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν λάθρα λαμβανόμενον, ἀλλὰ γὰρ πᾶν πρᾶγμα κινητὸν ἀλλότριον, ᾧδε γνώμην [32] τοῦ δεσπότου ψηλαφώμενον· ψηλαφᾶν [z] δέ ἐστι, τὸ ὡς δεσπότην ἀναστρέφεσθαι περὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ πράττειν τὰ πρέποντα [33] δεσπόταις ἐπ' αὐτῷ· ἀλλ' εἰ ἀληθὲς τὸ εἰρημένον, [a] ὐδέποτε [34] ἀλλότριον πρᾶγμα δύναται ὑσουκαπιτεύεσθαι·

Et quid eſt FURTIVUM? Furtivum eſt, non ſolum quod noctu vel interdiu clam ſubripitur, ſed omnis res aliena mobilis, quæ præter domini voluntatem contrectatur. CONTRECTARE autem eſt, ut dominum circa rem verſari, & facere quæ dominis in ea licent. Sed ſi verum eſt *hoc* dictum, nunquam res aliena poteſt uſucapi. Namque omnis, qui alienam

28. ἢ pro κὴ F. 2. 29. τῷ πράγματι ad: F. 30. τὸν de: F. 31. νέμοντα F. Idem cum aliis hic & alibi μαλαφίδε. 32. τῦ de: F. 33. δεσπότῃ F. 34. τὸ ad: F.

y. Si res ab auctore vi poſſeſſa ſit, impeditur uſucapio, l. 5. C. *de uſuc. pro empt.* propter ejus improbam fidem. FABR. I.

z. Sane non eſt ſola cogitatio. l. 1. §. 1. D. *de furtis.* [nec ſola] inficiatio. l. *inficiando* 67. D. *de furtis.* D. GOTH.

V. tit. 1. Inſtitutionis 4. FABR.

Franc. Amaya L. 11. Obſerv. 9. notat Th. quod *contrectare* rem furtivam explicet, ut dominum circa rem verſari; quum contra ſignificet rem amovere ex eo loco, ubi erat. l. 3. §. 18. *de Adquir. poſſ.* l. 21. pr. verſ. *nam etſi quis* & §. 8. l. 22. l. 56. §. 3. *de furt.* Ita Amaya. MEERM.

Hoc quidem eſt verba captare: primo enim vix intelligo quomodo ut dominus circa rem verſari, eaque quæ domini ſunt, in re agere poſſim, ſine motu & uſu rei: deinde etſi contrectatio, Belgice *de behandeling*, ut plurimum in motione conſiſtat, tamen generalius & poſſeſſionem & uſum ejus, id eſt dominium malo animo arreptum (ut Th. mox addit) comprehendit: ita ut ipſa Imperatoris verba in §. 6. *de Oblig. q. ex del.* ſatis Theophi-

σθαι· πᾶς γὰρ, ὃς νέμεται τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα, παρὰ γνώμην 35 τοῦ δεσπότου ψηλαφᾷ, εἰ δὲ παρὰ γνώμην δεσπότου ψηλαφᾷ, φῶρ ἐστιν· εἰ δὲ φῶρ ἐστιν, ἐπέχεται ἡ ὑποκαπίων· ἐλλιπῶς 36 οὖν ὁ ὅρος ἔχει, καὶ δεῖ προσθεῖναι αὐτῷ τὸ κακῇ [b] διαθέσει, καὶ λέγειν, ὅτι φῶρ ἐστιν, οὐ μόνον τὸ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν λάθρα λαμβανόμενον, ἀλλὰ πᾶν πρᾶγμα κινητὸν ἀλλότριον, παρὰ γνώμην δεσπότου κακῇ διαθέσει ψηλαφώμενον· ἔτως γὰρ ἔχων ὁ ὅρος, ἀνελλιπής ἐστιν.

§. IV. Ἀλλὰ 37 καὶ τούτου προστεθέντος, εὑρίσκομεν 38 τὴν ὑποκαπίονα μὴ προβαίνουσαν· 39 εἰ γάρ τις τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα παρὰ γνώμην δεσπότου, κακῇ διαθέσει τοῦτο ψηλαφᾷ, καὶ ἀποτελεῖ αὐτὸ φῶρ· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἀληθές· ἐνδέχεται [c] γάρ τινα ψηλαφᾶν τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα παρὰ γνώμην δεσπότου, καὶ κλοπὴν μὴ ἁμαρτάνειν, διὰ τὸ 40 ἑστερῆσθαι αὐτὸν κακῆς διαθέσεως· οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος, ἔχρησα ἐγὼ Τιτίῳ τὸ ἐμὸν βιβλίον, ἢ ἐμίσθωσα αὐτῷ τὸν ἐμὸν οἰκέτην, ἢ παρεθέμην αὐτῷ τὸν ἐμὸν δίσκον· ἐτελεύτησεν οὗτος ἐπὶ σοι

139 enam rem poſſidet, præter domini voluntatem contrectat; quod ſi præter voluntatem domini contrectat, furtivam rem efficit; ſi autem furtiva eſt, inhibetur uſucapio. Imperfecte *igitur ſe* habet definitio, eique addendum eſt malo animo, ac dicere, FURTIVUM eſſe, non ſolum quod noctu vel interdiu clam ſubripitur, ſed omnem rem alienam mobilem, quæ præter domini voluntatem malo animo contrectatur. Sic enim *ſe* habens definitio, perfecta eſt.

140 §. IV. Atqui hoc etiam addito, invenimus uſucapionem non procedentem. Si quis enim rem alienam præter domini voluntatem poſſidet, malo animo eam contrectat, furtivamque reddit. Sed hoc verum non eſt. Fieri enim poteſt, ut quis rem alienam præter domini voluntatem contrectet, & furtum *tamen* non committat, ideo quod is malo animo ca-

141 reat. Veluti in hac ſpecie: Commodavi ego Titio librum meum, aut locavi ei ſervum meum, aut depoſui apud eum diſcum meum: hic mortuus eſt

35. τῶν δεσποτῶν ante F. 36. ἓν ad: F. cum Curt. Mox προσθῆναι omnes præter Lovan. 37. δὲ ad: F. Mox εὑρίσκομεν ante F. 38. μὴ προβαίνειν τὴν ὑπ. F. 39. ὡς pro εἰ F. 1. Sed plura mutavit in 2. ſcil. ὃς γὰρ νέμεταί τι ἀλλ. cum Curt. 40. στερῆσθαι F. voluitne στερεῖσθαι?

philum defendant: *Furtum autem fit non ſolum, quum quis intercipiendi cauſa rem alienam* AMOVET, *ſed generaliter quum quis alienam rem invito domino* CONTRECTAT, id eſt quaſi ipſe ſit dominus, utitur, Belgice *behandelt*. G. O. R.

a. Quia vix eſt, ut res mobilis apud non dominum ſit ſine furti vitio: ecce enim, qui alienam rem ſciens vendit, furtum committit. Itaque licet bonâ fide quis emerit, non uſucapiet propter cohærens vitium, l. 10. C. *de furt.* FABR. I.

b. διάθεσις hic ut & §. 5. & §. 18. inf. tit. *de obligation. quæ ex delicto.* affectus l. furtum 37. D. *de uſucap.* voluntas & propoſitum in l. qui injuriæ 53. D. *de furtis.* cogitatio l. 1. §. 1. D. *de furtis.* deſtinatio l. quo deſtinaverit 4. & paſſim *de furtis.* D. GOTH.

c. l. 36. D. *de furtis.* D. GOTH.

d. Sed

σοι κληρονόμῳ· 41 εὗρες ταῦτα ἐν τῇ κληρονομίᾳ· ὑποπτεύσας αὐτὰ [d] ἐρεδιτάρια εἶναι, διεπώλησάς τινι bona fide λαμβάνοντι, ἢ ἐδωρήσω, ἢ [e] εἰς προῖκα 42 ἐπέδωκας· ἰδοὺ ἀλλότριον πρᾶγμα, καὶ παρὰ γνώμην δεσπότου ψηλαφᾷς, καὶ ὅμως φέρτιβον οὐκ ἀποτελεῖται τὸ πρᾶγμα, ἐπειδὴ πονηρᾶς [f] ἀπήλλακται ἀφαθέσεως· διὸ ὁ λαβὼν, ἀμάχως ὑσουκαπιτεύσει τὸ πρᾶγμα, ἐπειδὴ καὶ bona fide νέμεται, καὶ ἀπήλλακται βιτίου τὸ πρᾶγμα· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν εἰπεῖν κλοπὴν ἁμαρτάνειν τὸν κληρονόμον, τὸν bona fide πωλήσαντα.

eſt *relicto* te herede. Inveniſti illa in hereditate: ſuſpicans ea eſſe hereditaria, vendidiſti cuidam bona fide accipienti, vel donaſti, vel in dotem dediſti: en *hic* rem alienam; & præter domini voluntatem contrectas: & tamen res furtiva non fit, quoniam animo malo libera eſt. Ideo accipiens ſine dubio rem uſucapiet, quoniam & bona fide poſſidet, & res a vitio libera eſt. Neque enim dici poteſt, heredem qui bona fide vendidit, furtum committere. 142

§. V. Εστιν εὑρεῖν τοῦτο καὶ ἐπὶ ἑτέρου 143 ἑ ἥματος· παρεχώρησά σοι τῆς ἐμῆς θεραπαίνης τὸν οὐσούφρουκτον· (οὐσούφρουκτος δὲ [h] θεραπαίνης ἐστὶν, ἡ ἀπὸ τῆς χειρὸς ἐργασία 43 αὐτῆς καὶ ἡ ὑπηρεσία) τέτοκεν αὕτη ᾧδε σοὶ, καὶ δῆλον ὅτι ὁ τοκετὸς ἐμοὶ 44 τῷ δεσπότῃ διέφερε, κατὰ τὰ προειρημένα 45 ἐν τοῖς προλαβοῦσιν· νομίσας οὖν τὸν τοκετὸν τῆς θεραπαίνης διαφέρειν σοι τῷ ὑσουφρουκτουαρίῳ, ἐπώλησας τοῦτον ἢ ἐδωρήσω· ἰδοὺ καὶ ταῦτα ᾧδε γνώμην ἐποίησας δεσπότου, καὶ διὰ τὸ ἐλεύθερόν σε εἶναι πονηρᾶς διαθέσεως, οὐκ ἁμαρτάνεται κλοπὴ διὰ τοῦ γενομένου· καθ' ὅλου γὰρ ὀφείλεις εἰδέναι, κλοπὴν δίχα κακίστης διαθέσεως μὴ γίνεσθαι.

§. V. Hoc & in alia ſpecie invenire licet. Conceſſi tibi ancillæ meæ uſumfructum: (Uſusfructus autem ancillæ eſt manuum ejus opera ac miniſterium) hæc apud te peperit, & manifeſtum *eſt*, partum ad me dominum ſpectare, ſecundum dicta in ſuperioribus. *Tu* igitur putans partum ancillæ ad te uſufructuarium ſpectare, eum vendidiſti vel donaviſti. Ecce & hic præter voluntatem domini feciſti, & quia liber es animi mali, furtum eo facto non committitur. In univerſum enim ſcire debes, furtum ſine peſſimo affectu nunquam committi. 144

41. ἦνρες σὺ οὖν τῇ κλ. omiſſo ταῦτα F. 42. ἐπιδέδωκας· ἰδοὺ καὶ κλ. F. 43. καὶ ἡ αὐτῆς F. 44. διέφερε τῷ προειρημένῳ F. 45. ἡμῖν ad: F.

d. Sed & ipſe heres, ſi putet rem aliquam eſſe ex hereditate, quæ non ſit, poterit uſucapere, l. pen. D. *pro her.* heres enim maximè bona fide poſſidet. Aug. in Serm. de Decal. ad pop. c. 10. *Denique qui volunt res alienas tanquam juſte poſſidere, heredes ſe quærunt fieri à morientibus. Quid enim tam juſtum videtur, quam rem ſibi derelictam poſſidere, habere jure communi?* FABR. I.

e. Poſſumus exponere hic προῖκα, id eſt, *in dotem*, aut *gratis*. utrumque ſignificat. ANON. DUK. Sed dicitur hic εἰς προῖκα, & præceſſit ἐδωρήσω. G. O. R.

f. Furtum non fit ſine fraude: eſt enim contrectatio fraudulenta, l. 1. §. 3. D. *de Furt.* at fraus a doloſo animo proficiſcitur. Bargal. *de Dolo.* L. V. c. 5. GEN. ED.

g. L. 36. §. 1. in f. D. *eod.* D. GOTH.

h. L. 4. D. *de operis ſervor.* Gloſſæ juris: *opera, οἱ καρποὶ τῶν οἰκετῶν.* operæ tamen non per omnia uſumfructum imitantur. vide Cujac. Par. D. tit. *de oper ſerv.* FABR. II.

i. L. furtum 37. D. *eod.* D GOTH.

k. Ἀφεσμένου ἀγροῦ ſumit pro vacuo ſeu vacante v. l. 3. §. 1. D. *eod.* quem poſt paulo vocat ὑπ'

διαθέσεως μηδέποτε ἁμαρτάνεσθαι. Furtum [i] enim ſine affectu furandi non committitur. [46 τουτέστι, κλοπὴ ἄνευ ἀφαιρέσεως τοῦ κλέπτειν οὐχ ἁμαρτάνεται.]

mitti. FURTUM ENIM SINE AFFECTU FURANDI NON COMMITTITUR.

§. VI. Καὶ ἐγὼ μὲν 47 ὀλίγοστά σοι εἶπον θέματα· ἡ δὲ τῶν πραγμάτων περίστασις ἐπινοεῖν δύναται πάμπολλα, ἐν οἷς εὑρεθήσεται τὸ ἀλλότριόν τις ἐκποιῶν παρὰ γνώμην δεσπότου, καὶ φέρτιον αὐτὸ μὴ ἀποτελῶν.

§. VI. Et ego quidem pauculas tibi enarravi ſpecies: ſed rerum circumſtantia quamplurimas producere poteſt, in quibus invenietur aliquis alienum præter voluntatem domini alienare, nec *tamen* furtivum illud reddere.

§. VII. Ταῦτα μὲν περὶ τῶν φερτί- 145 βων· τὸ δὲ βίᾳ πόσσεσσον ἀπὸ τῆς ἐν ἔργῳ κρίνεται βίας, ὅτε τις ἐπελθών μοι, βίᾳ με 48 ἐξωθήσῃ τῆς ἐμῆς οἰκίας, ἢ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ· τὸ γὰρ φούρτιον 49 ἀπὸ νομικῶν κανόνων καταλαμβάνεται· ὥστε εἰ ἐὰν βίᾳ σε ἐξωθήσω τοῦ ἀκινήτου πράγματος, οὐ δύναμαι τοῦτο ἀσουκαπιτεύειν, ἐπειδὴ mala fide νέομαι· ὁ μὲν δὲ ὁ bona fide 146 50 τοῦτο λαβὼν παρ' ἐμοῦ, ἅμα τὸ προσὸν τῷ πράγματι βίτιον· ἔστι γὰρ βὶ πόσσεσσον· εἰ δὲ 51 καθαρεύει τῆς ἐν ἔργῳ βίας ὁ τοῦτο λαμβάνων παρ' ἐμοῦ bona fide, 52 οὐσουκαπιτεύειν δύναται.

§. VII. Hæc quidem de furtivis. Vi autem poſſeſſum ex vi in facto *commiſſa* judicatur, quum quis me adgreſſus, vi *ex* ædibus meis aut *ex* fundo meo me expulerit. Nam furtivum ex regulis juris dignoſcitur. Itaque ſi vi te expulero *ex* re immobili, non poſſum eam uſucapere, ſi-quidem mala fide poſſideo: quin neque qui bona fide eam a me acceperit, propter vitium rei inhærens; eſt enim vi poſſeſſa. Quod ſi pura ſit a vi in facto *commiſſa*, poteſt qui eam a me bona fide accepit, uſucapere.

Καὶ πῶς συμβαίνει, ἀναγκαῖον εἰπεῖν· εἶχέ τις ἀγρὸν, ἀποδημήσας 53 κατέλιπε τοῦτον k ἀπρονόητον, ἢ καὶ παρὼν ἀδεμίαν ἐτίθετο φροντίδα τοῦ ἀγροῦ· 54 ἢ ἐτελεύτησέ

Et quomodo *hoc* contingat, neceſſe *eſt* dicere. Habebat quis agrum; peregre proficiſcens eum reliquit ſine cura, vel præſens etiam nullam agri curam

46. interpretatio Gr. de: F. 47. ὀλίγιστα Goth. poſt. & F. 48. ἐξωθήσει ante hanc. τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ ἢ τῆς οἰκ. F. 49. καὶ ἀπὸ νομίμων κανν. F. 50. παρ' ἐμοῦ h. l. F. 51. καθαρέυοι F. 52. δύν. ἀσ. F. 53. τοῦτ. κατ. F. 54. ἢ καὶ F.

ὑπ' ἀδενὸς κατεχόμενον. Adde l. 38. D. *eod.* D. GOTH.

In rebus immobilibus facilius procedit uſucapio, quia furti vitium in res immobiles non cadit: jampridem enim exploſa ſententia eſt Sabini exiſtimantis, etiam fundi locive furtum fieri. Gell. 11. ult. ut puta ſi quis abſentis fundum occupaverit, ὅτε μηδενὸς ὄντος τοῦ κωλύσαντος. ut in re eadem Dio Chryſoſt. Or. 46. aut etiam præſentis, ſed negligentis, ut in l. 5. C. *unde vi*, vel ejus qui ſucceſſorem non reliquit, vel certe cujus hereditatem nullus adivit. ipſe quidem non uſucapiet, quia licet rei immobilis furtum non commiſerit, tamen ſubſeſſor eſt, & incubator: intelligit enim ſe mala fide poſſidere, l. 3. §. 2. D. *de adq. vel amitt. poſſ.* ſed is qui bona fide eam acceperit, etiamſi à mala fide poſſeſſore comparaverit, uſucapere poterit, l. 4. C. *de rei vind.* quia neque violenta poſſeſſio hic uſucapioni impedimento eſt. FABR. I.

σέ τις ἀδιάδοχ@, καὶ οὐδεὶς παντελῶς τὴν τούτου κατεδέξατο οὐσίαν· ἑωρακὼς ἐγὼ ὑπ' ἀδενὸς 55 κατεχόμενον τὸν ἀγρὸν, ἐν κατοχῇ γέγονα τούτου· οὐσουκαπιτεύειν αὐτὸν ἀδενὶ δυνήσομαι λόγῳ· mala fide γὰρ νέμομαι, εἰδὼς αὐτὸν ἀλλότριον ὄντα· εἰ μέν τοι ἑτέρῳ τοῦτον τραδιτεύσω bona fide λαμβάνοντι, προέσεισιν ἡ οὐσουκαπίων, καὶ ὁ μακρὸς χρόν@, ὡς εἴρηται, προποιεῖ τὴν δεσποτείαν αὐτῷ· τέως 56 γὰρ ἡ μὲν πρώτη ἀπόκρισις οὐκ ἐμποδίζει τῇ οὐσουκαπίονι· νέμεται γὰρ bona fide· 57 οὔτε ἡ δευτέρα, ἀπήλλακται γὰρ βιτίου τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν, φούρτιβον 58 ἀποτελεῖσθαι τὸ πρᾶγμα· ὡς ὅτι γὰρ εἰδὼς ἐγὼ ἀλλότριον ὄντα τὸν ἀγρὸν, ἐξεποίουν αὐτὸν, φούρτιβον ποιῶ τὸν ἀγρόν· ἀλλὰ μάτα@ οὕτ@ ὁ λόγ@· κλοπὴ γὰρ ἐπὶ l ἀκινήτων οὐκ ἁμαρτάνεται.

147 curam gerebat: aut deceſſit quis ſine ſucceſſore, ac nemo omnino ipſius ſuſcepit patrimonium; ego videns a nemine agrum poſſideri, in poſſeſſionem ejus intravi: uſucapere eum nulla potero ratione, namque mala fide poſſideo, ſciens eum eſſe alienum. Si tamen alii eum tradidero bona fide accipienti, procedit uſucapio, & longum tempus, ut dictum eſt, illi dominium adquirit. Utique enim neque prior reſponſio obſtat uſucapioni; nam bona fide poſſidet: neque altera; namque res vitio vacat. Sed dicere quis poſſit, rem reddi furtivam; ac ſi, quoniam ego ſciens alienum eſſe agrum, eum alienavi, furtivum reddam agrum: ſed vana hæc *eſtr* atio: furtum enim in immobilibus non committitur.

148

Ἀνηρέθη γὰρ καὶ τῆς πολιτείας 59 ἐξεβλήθη ἡ γνώμη τῶν δοξασάντων m νομικῶν, ὅτι ἐπὶ n τῶν ἀκινήτων 60 κλοπὴ ἁμαρτάνεται· ἀλλ' οὐδὲ βὶ πόσσεσσόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· οὐδὲ γὰρ ἡ πρᾶξις τῆς βίας παρηκολούθησε· λείπεται τοίνυν, δεκαετίᾳ 61 ἢ εἰκοσαετίᾳ δεσπότην γίνεσθαι τοῦ ἀγροῦ τὸν bona fide λαμβάνοντα, φυλαττόμενον ὑπὸ τῶν διατάξεων ο τῶν λεγεσῶν,

149 Nam ſublata atque civitate expulſa eſt ſententia Jurisperitorum opinantium, furtum in immobilibus committi: ſed neque res vi poſſeſſa eſt; neque enim factum violentiæ acceſſit: reliquum eſt ergo, decennio vel vicennio agri dominum fieri, qui bona fide eum accepit, quum adjuvetur conſtitutionibus dicentibus, ne cui lon-

55. ἀδιακατεχ. F. 56. μὲν h. l. F. 57. ὅυτε δὲ F. Malim οὐδὲ. 58. ἀποτ. αὐτό· ὡς γὰρ εἰδ. F. 59. ἐκβέβληται. F. 2. Ob quam vero neceſſitatem? 60. ἁμ. κλ. F. 61. ἢ κ εἰκ. τὸ δεσπ. F.

l. Adde l. 14. §. 12. D. *quod metus cauſa*, & mox 2. Harmenop. 1. §. 68. D. GOTH.

m. Subaudi veterum, hoc eſt Maſurii Sabini 31. Gell. 18. adde d. §. 12. D. GOTH.

n. Th. hæc duo, fundi locive, pro reb. immobilibus accipit. atqui differunt, l. 60. D. *de verb. S.* FABR.

Pudeat Fabrotum talia notare. differant quantumlibet *fundus* ac *locus*; immo etiamſi Imp. *ades*, *paſcua*, *agros*, *villas* &c. addidiſſet: an de his ſolis, an vero de immobilibus quibuſcumque hic ſermo eſt? Quare & ipſe Juſtin. mox generatim ait, *& eorum utilitati*, *qui* RES SOLI *poſſident* &c. G. O. R.

o. l. ult. Cod. *unde vi.* D. GOTH.

p. Adde 2. Harmenop. 1. §. 55. l. 4. §. 6. D. *eod* l. 13. §. 2. D. *de verb. ſignificat.* D. GOTH.

[Lex Atinia rei furtivæ uſucapionem impedit, niſi in poteſtatem ejus, cui ſurrepta eſt, revertatur,

σῶν, μηδενὸς ἀφαιρεθῆναι τὴν μάχραν καὶ ἀναμφίβολον νομήν.

longa & indubitata poſſeſſio auferatur.

§. VIII. Εἰρήκαμεν τὰ φούρτιβα καὶ τὰ βὶ πόσσεσσα μὴ δύνασθαι οὐσουκαπιτεύεσθαι· ἔστι δὲ ὅτε [62] ὑποπίπτει ταῦτα τῇ οὐσουκαπίονι, οἷον ἐὰν ὑποστρέψῃ P εἰς τὴν τῦ δεσπότυ κατοχήν· τότε γὰρ ἐλευθεροῦται τοῦ ϖροέχοντος αὐτὰ βιτίυ, καὶ ὑποκειται τῇ οὐσουκαπίονι· οἷον, κλέψας σὺ τὸν οἰκέτην Τιτίυ, ἢ βίᾳ λαβὼν τὸν αὐτοῦ ἀγρὸν, ἐπώλησάς μοι· ἐπείχετο τὰ τῆς οὐσουκαπίονος. συνέβη ἐν τῷ μεταξὺ [63] ἀϖ' ἐμοῦ ἐπὶ Τίτιον τὸν δεσπότην μετατεθῆναι τὴν νομήν· εὐθέως [64] παύεται τοῦ εἶναι φούρτιβα, ἢ βὶ πόσσεσσα τὰ ϖράγματα· διὸ γενόμενα μὴ ταῦτα ὑϖὸ τὴν ἐμὴν κατοχὴν, ἀκωλύτως οὐσουκαπιτευθήσεται.

150 §. VIII. Diximus, *res* furtivas ac vi poſſeſſas uſucapi non poſſe. Aliquando tamen hæ uſucapioni ſubjacent, veluti quum in domini poſſeſſionem reverterint. Tunc enim liberantur vitio quo tenebantur, atque uſucapioni ſubjacent. Veluti, tu Titii ſervum ſubripiens, aut agrum ejus vi capiens, mihi vendidiſti: *jus* uſucapionis inhibebatur. Interea evenit, ut poſſeſſio a me in Titium dominum transferretur: ſtatim res deſinunt furtivæ eſſe vel vi poſſeſſæ. Itaque poſtilla in meam pervenientes poſſeſſionem, ſine impedimento uſucapientur.

§. IX. Ἐχε ταῦτα ὡς ἐν ϖροθεωρίᾳ. ἐάν τις [65] ἐπὶ διαθήκῃ τελευτήσῃ, ὁ γεγραμμένος διαδέχεται αὐτὸν κληρονόμος· εἰ δὲ ἀδιάθετος, ἥξουσιν ἐπὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, εἰ μὲν [66] ὕϖεισι παῖδες, αὐτοί· τούτων δὲ μὴ ὑπόντων, οἱ ἀγνάτοι, [67] καὶ γίνονται heredes· ἀγνάτων δὲ μὴ [68] ὑποκειμένων, οἱ cognati, καὶ γίνονται bonorum poſſeſſores, τουτέστι διακάτοχοι τῶν ϖραγμάτων. τῶν δὲ εἰρημένων

151 §. IX. Habe hæc in modum præviæ contemplationis: ſi quis cum teſtamento obierit, ſcriptus ei heres ſuccedit; ſin inteſtatus, ad hereditatem ejus venient, ſi quidem ſint LIBERI, *hi* ipſi; his vero non exſtantibus, AGNATI, & fiunt HEREDES; agnatis autem non exſtantibus, COGNATI, & fiunt BONORUM POSSESSORES. Sed *omnibus* his dictis haud ex-

62. καὶ ad: F. 63. τὴν νομ. ἀπ' ἐμ. μετ. ἐπὶ Τ. τὸν δεσπ. F. 64. πέπαυται F. 65. ὡς ad: F. 66. Veterem lectionem ſic diſtinxi ac verti. Goth. poſt. & Fabr. dederunt: ὕπεισι, παῖδες αὐτοῦ. 67. καὶ de: F. minus recte ob *heredis* & *bonorum poſſeſſoris* diſtinctionem. 68. ὑπόντων F.

tur, l. 20. §. 1. D. *de furt.* quæ quidem verba legis prudentes ſic acceperunt, ut in domini poteſtatem debeat reverti, non in ejus utique cui ſurreptum eſt, l. 4. §. *quod autem.* D. *de uſurp. & uſuc.* vel heredis ejus, l ult. D. *vi bon. rapt.* tunc autem in poteſtatem domini rediiſſe creditur, cum dominus corporaliter rei ſuæ poſſeſſionem nactus eſt, l. 10. & 12. C. *de furt.* l. 7. C. *de uſuc. pro empt.* & quidem juſte ut avelli non poſſit. d. l. 4. §. 8. *ex Edit.* 1.] Notat [præterea] Scholiaſtes hic, videri rem in poteſtatem rediiſſe, ſi ſciat ſuam rem eſſe, ex d. §. 8. [alioquin non videbitur res in domini poteſtatem reverſa, l. 86. D. *de furt.* tantumdem juris eſt, ſi res vi poſſeſſa in domini poteſtatem pervenerit, l. 5. C. *de uſuc. pro empt.* d. l. 86. ex Edit. 1.] FABR.

q. Succedendi ordo is eſt, ut primum ſuccedatur *ex teſtamento*, ſi teſtamentum fuerit: ſin minus,

νων μὴ ὑπόντων, ἢ μὴ βουλομένων κλη- 152 exstantibus, aut hereditatem adire nolentibus, bona fiunt vacantia, & ad fiscum perveniunt, atque omnis actionem habens qualemcumque adversus defunctum, *sive* in rem, sive personalem, sive hypothecariam, eam intra quadriennium, instituet adversus fiscum. Postquam *tibi* hæc prænognita sunt, vide reliquum argumentum. In superioribus diximus, furtiva ac vi possessa usucapi non posse: ast invenire est & aliud quod usu haud capitur; veluti, res fiscalis usucapi nequit. Papinianus tamen dicit: Si quis sine successore moriatur, bonaque ejus vacantia fiant, sed antequam ea fisco denuntientur, aliquis nonnulla ex hujus bonis mihi vendat & tradat, bona fide ementi, procedere usucapionem: nondum enim res fiscales factæ sunt, quum fiscus substantiam non adprehenderit. Hoc enim non modo Pius Imperator, sed etiam Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

ρονομῆσαι, vacantia [r] γίνεται τὰ πράγματα, καὶ ἐπὶ τὸν Φίσκον ἀφαγίνεται, καὶ πᾶς ὁ ἔχων ἀγωγὴν οἱανδήποτε κατὰ τοῦ τελευτήσαντος, in rem, ἢ περσοναλίαν, ἢ ὑποθηκαρίαν, ταύτην εἴσω τετραετίας κινήσει κατὰ τοῦ Φίσκου· ἐπειδὴ [69] ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον· [70] Ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴπομεν, τὰ φούρτιβα καὶ βὶ πόσσεσσα μὴ δύνασθαι ὑσουκαπιτεύεσθαι· ἔστι δὲ εὑρεῖν, καὶ ἕτερον μὴ οὐσουκαπιτευόμενον· οἷον, τὸ Φισκάλιον [s] πρᾶγμα οὐσουκαπι- 153 τεύεσθαι οὐ δύναται· ὁ μέν τοι Παπινιανὸς [t] φησιν, ὅτι ἐάν τις τελευτήσῃ ἀδιάδοχος, καὶ vacantia αὐτοῦ [71] γένηται τὰ πράγματα, πρὶν δὲ ἢ [u] καταμηνυθῇ ἡ ὐσία τῷ Φίσκῳ, τινὰ ἐκ τῶν [72] αὐτοῦ πραγμάτων πωλήσῃ τις ἐμοὶ καὶ τραδιτεύσῃ bona fide ἀγοράζοντι, προβαίνει [73] ἡ ὐσουκαπίων· οὔπω γὰρ γεγόνασι Φισκάλια τὰ πράγματα, μὴ δραξαμένου τῆς οὐσίας τοῦ [74] Φίσκου· τοῦτο γὰρ οὐ μόνον Πῖος ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν οἱ θειότατοι.

§. X.

§. X.

69. δέ σοι ad: F. 70. Εἰρήκαμεν οὖν τ. προλ. τὰ *furtiva* καὶ τὰ *vi possessa* F. 71. γίνονται ante F. qui mox maluit, πρὶν ἢ δὲ, & προυσία pro ὑσία. 72. αὐτῆς F. 73. ἡ de: F. 74. *fiscu* F.

minus, *ab intestato*, & hoc quidem casu hic ordo receptus est, ut liberi, agnati, cognati, bonorum possessores & fiscus succedant. D. GOTH.

r. Ea sunt ἀκληρονόμητα, ἀδέσποτα, Strabo 17. quæ ad fiscum pertinent ex lege Julia caducaria. Jac. Cujac. de caducis legibus putabat accipiendam l. 4. §. *eadem* D. *de fideic libert.* ubi legitur, *caducis legionis*. Græci videntur eandem mendam in libris suis reperisse, quorum hæc verba sunt ad d. §. εἰ δὲ καὶ στρατιώτης ἔσται ἡ ὐσία τῇ λεγεῶνι αὐτὸ ἤρωσεν, ἀερωίζειν λέγομεν τὰς ἐλευθερίας, 48. Basilic. tit. 4. sed hoc interim in medio relinquamus. FABR. I.

s. l. 2. C. *de usucap.* D. GOTH.

Schol. δημόσιον. FABR.

t. Et Modestinus l. 28. D. *eod.* D. GOTH.

u. A delatoribus, qui nuntiabant aliquid cecidisse in fiscum. vacantium autem bonorum nuntiatio quadriennio finitur à die vacationis, l. 1. §. *divus* D. *de jur. fisc.* l. 1. C. *de quadr. præscr.* l. 10. D. *de diversi. temp. præsc.* FABR. I.

x. l. vitia possessionum 11. C. *de adquir. possessione.* D. GOTH.

In summa, ut procedat usucapio, res talis esse debet, ut in se non habeat vitium, ut à bonæ fidei emptore, vel qui ex alia quavis justa causa sine titulo possideat, usucapi possit. Justinianus breviter complectitur ea, quæ pariunt usucapionem. res debet vitio carere, bona fides desideratur, & titulus. FABR. I.

y. l.

§. X. [x] Ὡς ἐν τέλει δὲ [75] καὶ τοῦτο εἰδέ- 154
ναι χρή· τὸ πρᾶγμα τὸ μέλλον οὐσκαπι-
τεύεσθαι, [76] ὀφείλει τοιοῦτον εἶναι, ὥστε
παντὸς στερεῖσθαι βιτίε, καὶ bona fide
αὐτὸ ἠγοράσθαι, ἢ κατὰ δωρεὰν [77] ληφθῆ-
ναι, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας αἰτίας προσγεγονέναι.

§. X. Postremo autem & hoc scire oportet: res usu capienda, talis esse debet, ut omni vitio careat, bonaque fide emta, vel dono accepta, vel etiam ex alia causa comparata sit.

§. XI. Καὶ δεῖ ἀληθῆ γ τῆς νομῆς εἶναι
τὴν αἰτίαν· ψευδοῦς γὰρ αἰτίας πλάνη ε δί-
δωσι τῇ οὐσουκαπίονι χώραν· οἷον, ἐνεμόμην
πρᾶγμα, ἐνόμιζον [78] δὲ ἠγοραικέναι τοῦτο,
καὶ ταῦτα μὴ ἠγορακὼς, ἢ δεδωρῆσθαι
[79] αὐτὸ, ὁπότε οὐκ ἦν δωρηθέν· ἐπειδὴ
z ψευδὴς ἡ τῆς νομῆς ὑπόνοια, ἐμποδίζεται
ἡ οὐσουκαπίων.

§. XI. Etiam veram possessionis oportet causam esse: error enim falsæ causæ locum usucapioni non præbet. Veluti, possidebam rem, putabamque hanc emisse, quum non emissem, aut eam donatam esse, quum donata non esset: impeditur usucapio, quoniam falsa *est* possessionis opinio.

§. XII. Ενέμετό τις bona fide τὸν 155
ἀλλότριον ἀγρὸν, καὶ ἐδεῖτο τοῦ μακροῦ
χρόνου, εἰς τὸ γένεσθαι [80] δεσπότης· καὶ
μὴ ἢ τυχὸν [81] ἢ Ϡ ἐνιαυτὸς ἐτελεύτησεν ἐπὶ
πολιτικῷ κληρονόμῳ, ἢ πραιτωρίῳ Ἀμβό-
χῳ· ὁ τούτου κληρονόμος [a] ἢ bonorum
possessor τὸν ἐπίλοιπον χρόνον νεμηθεὶς,
ἀναφαίρετον ἕξει τὸ πρᾶγμα, εἰ καὶ ἠπί- 156
στατο [b] ἀλλότριον ὄντα τὸν ἀγρόν· τὴν γὰρ
bona fide ἀρχθεῖσαν νομὴν ἡ κακίστη τοῦ
Ἀμ-

§. XII. Alienum quis agrum bona fide possidebat, & longo ei opus erat tempore, ut dominus fieret: & post octo forte aut novem annos obiit, *relicto* herede civili, vel possessore prætorio. Hujus heres vel bonorum possessor reliquo tempore possidens, rem tenebit irrevocabilem, etsi crebat alienum esse agrum. Namque possessionem bona fide cœptam pessima

75. καὶ de: F. 76. ὀφείλειν F. 77. ἐιλῆφθαι F. 78. δὲ de: F. 79. μοι ad: F. 80. δεσπότην F. qui & sequens καὶ omittit. 81. ἢ καὶ F.

y. l. Celsus 27. D. *eod.* l. 6. D. *pro derelicto* l. 2. D. *pro legato.* l. 3. l. 4. C. *pro herede.* 2. Harmenop. 1. §. 50. D. GOTH.

Si ex ea quoque causa res tradita non sit. l. pen. D. *pro suo.* aliud juris est, si putem me ex causa venditi tibi teneri, & ideo tradam: hic enim nisi subsit causa vel titulus emptionis, usu non capies, l. pen. D. *de usurp. & usuc.* l. 2. D. *pro empt.* nisi si quæ justa causa fuerit existimandi emptionem revera præcessisse, l. 11. *eod.* FABR. I.

z. L. 2. l. 11. D. *pro emptore*: l. 3. D. *pro legato.* l. 1. D. *pro donato.* 2. Harmen. 1. §. 50. D GOTH.

Melius legeretur ψευδεῖ, & ὑπόνοιᾳ subscribatur, id est *suspitione.* ANON. DUK.

Eadem voces sic correxit ANON. NISP.

Unde patet utrumque scriptorem nec Græce nec Latine satis doctum fuisse, sed ex magistri forte dictantis ore excēpisse, qui deleto insuper articulo ἡ voluit legend. ἐπειδὴ ψευδεῖ τῆς νομῆς ὑπονοίᾳ ἐμποδίζεται ἡ ὀσκ. Neque Curtius sanum videtur credidisse locum, sed ceteris salvis in fine legisse, ἐμποδίζει τὴν ὀσκαπίονα. Sed nulla mutatione opus, si verbum subst antivum ἐστι (ut millies) subaudias, quomodo verti. G. O. R.

a. l. de accessionibus 14. §. 1. l. 15. §. 2. D. *de diversis & temporal b. præscript.* adde 2. Harmenop. 1. §. 72. Eclog. 11. c. 10. D. GOTH.

b. Nam sicuti perseverat usucapere, qui postea cognovit rem alienam esse, l. 48. §. 1. D. *de adq. rer. dom.* ita heredis mala fides non impedit

ἀμαδόχυ πίστις οὐκ ἀφανίζει· εἰ δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου mala fide τις ἐνέμετο τὸν ἀλλότριον ἀγρὸν, ὁ τούτου κληρονόμος ἢ bonorum possessor, εἰ καὶ ἠγνόει τὸν ἀγρὸν ἀλλότριον ὄντα, οὐκ ὠφεληθήσεται, ἀφ' οὗ mala fide [c] ἀρχθῆναι τὴν νομὴν ἐπὶ τοῦ τελευτήσαντος.

ma successoris fides haud corrumpit. Quod si ex contrario mala fide quis possederit alienum agrum, hujus heres aut bonorum possessor, etsi ignorat alienum esse agrum, non adjuvabitur, quoniam possessio mala fide a defuncto cœpta fuit.

Τοῦτο δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ μακροῦ χρόνου διάταξις [d] τοῦ θειοτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ ἐπὶ [82] ἀσουκαπίονα ἐξέτεινεν· ὥστε [e] τὴν bona fide ἐπὶ τοῦ τελευτήσαντος [83] ἀρχθεῖσαν νομὴν ἐπὶ τῷ κινητῷ πράγματι λυσιτελεῖν τῷ διαδόχῳ πρὸς περαίωσιν ἀσουκαπίονος καὶ [84] κοντινουατεύεσθαι τὸν χρόνον αὐτῆς, εἰ καὶ οἶδεν αὐτὸς ἀλλότριον τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, κακῶς ἀξιαμένου νέμεσθαι τοῦ τελευτήσαντος, ἡ bonæ fidei νομὴ τὸν κληρονόμον οὐκ ὠφελεῖ.

157 Hoc autem de longo tempore *dictum* constitutio sanctissimi Domini nostri etiam ad usucapionem extendit; ut possessio bona fide a defuncto inchoata in re mobili prosit successori ad consummationem usucapionis, ac tempus ejus continuetur, etiamsi ipse sciat rem *esse* alienam: atque e diverso, si male possidere cœperit defunctus, bonæ fidei possessio heredem non juvat.

§. XIII. Εἰ δὲ καί τις bona fide ἠγόρασεν [f] ἀλλότριον πρᾶγμα, καὶ χρόνον ἐνεμήθη τινὰ, εἶτα ἐπώλησεν· ἐνεμήθη δὲ καὶ

158 §. XIII. Sed & si quis bona fide rem alienam emerit, & *per* tempus aliquod possederit, postea vendiderit; pos-

82. ἀσουκατίου F. 83. ἀρχθ. νομ. post πράγματι F. 84. κομφιεματεύεσθαι ἤτοι βεβαιοῦσθαι ante F.

cœptam à defuncto usucapionem, cum initium ei bonæ fidei ratio tueatur, & heres defuncti vice fungatur, l. 22. D. *de usucap.* FABR. I.

c. Propter initii vitium, l. ult. C. *comm. de usuc.* vitia enim possessionum ab auctoribus contracta perdurant, & successorem auctoris sui culpa sequitur. Denique cum quis utitur adminiculo ex persona auctoris, uti debet cum sua causa, suisque vitiis, l. 13. §. 1. D. *de adq. poss.* nec heres ignoratione sua defuncti vitia excludit, l. 11. D. *de div. temp. præscr.* ἁμαρτίας ἐστὶ κληρονομία. FABR. I.

d. l. un. C. *de Usuc. transf.* δεσπότης hic pro imperatore, ut & inf. §. ult. in f. δέσποινα pro Augusta seu pro Imperatoris uxore. D. GOTH.

Vide nos ad Mylii præfat. Hist. Th. G. O. R.

e. Th. heic usucapionem pro triennii usucapione dici putat; alii quoque pro longi temporis acquisitione accipiendam censent. H. ERNST.

Hodie in usucapione satis est, si initio bona fides interveniat, secundum quod exigit longi temporis præscriptio, ut est in l. un. C. *de usuc. transf.* id est, ut olim obtinebat in præscriptione longi temporis, d. l. 48. §. 1. Nec igitur verum est quod putabat Jac. Cujacius, qui arcem jurisprudentiæ condidit, apud Justin. versum illum, *quod nostra constit.* &c. reponendum esse post §. *inter vend.* Nec etiam velim in d. l. un. *tricennium* in *trienninm* mutari: Justinianus enim supra de triginta annis jam erat locutus. Theodericus in Ed. §. 12. *de triennali præscriptione.* „ Ta i autem pos-„ sessori etiam auctorum, proauctorumque suo-„ rum tempora secundum leges proficere debere „ censemus". Nec mutat quod ait V. C. Justin. mox exigere justum titulum, qui in tricennio non desideratur: nec enim ait in triennio [*sic*] justum titulum exigi, sed in omni justo titulo possessionis (sic leg. ex veteribus) auctoris justam detentionem non interpellari atque interrumpi incidente mala fide ejus, qui bona fide rem mobilem possidere cœpit, sive ex donatione, sive ex alia lucrativa causa quis possideat. FABR. I.

Addantur, quæ in præf. T. V. *Thes. Jur.* pag. 9. scribit EV. OTTO.

f. l. 14.

καὶ ὁ παρὰ τὸ ἀγοραστοῦ ἀγοράσας· συζευγνύμενος ἑκατέρου προσώπου ὁ χρόνος τῆς νομῆς, τῷ δευτέρῳ ἀγορασῇ τὴν τοῦ πράγματος ἐποιεῖ δεσποτείαν, ἀντιγραψάντων τοῦτο Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.

possederit vero & is, qui de emtore emit: conjunctum utriusque personæ tempus possessionis, secundo emtori dominium rei adquirit, id quod Severus & Antoninus rescripserunt.

§. XIV. Γέγονεν ὡς ἐν εἰδίκτῳ διάταξις 159 Μάρκου ὃ τοῦ βασιλέως, λέγουσα τὸν ἀλλότριον πρᾶγμα ἠγορακότα παρὰ 85 τοῦ φίσκου, πενταετίας παραδραμούσης, γίνεσθαι δεσπότην τοῦ πράγματος. Τὸ δ' εἴδικτον ἀναγκαῖον ἦν ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων διὰ ἐλάττονος χρόνου τῆς πενταετίας δεσπόζειν τοῦ ἀγορασθέντος· οἷον, ἐπειδὴ φόρτιβον ἐκ τυχὸν ἦν, καὶ μὴ 86 τὸν πενταετῆ χρόνον ἐναγόμενος ὁ ἠγορακὼς 87 ἐξώθει παραγραφῇ τὸν ἐνάγοντα· ἃ ταῦτα μὲν Μάρκος ὁ θειότατος.

§. XIV. Facta est per modum edicti constitutio Imperatoris Marci, jubens ut, qui rem alienam de fisco emerit, elapso quinquennio, dominus rei fiat. *Hoc* autem edictum necessarium erat iis, qui per tempus quinquennio brevius *rei* emtæ domini fieri non poterant: veluti, quia forte furtiva erat, & post quinquennale tempus emtor conventus actorem præscriptione repellebat. Et hæc quidem Divus Marcus.

Διάταξις δὲ γέγονε τοῦ θειοτάτου 88 Ζήνωνος h λέγουσα, τὸν ἠγορακότα παρὰ τοῦ φίσκου, ἢ κατὰ δωρεὰν δεξάμενον, ἢ κατὰ περμουτατίονα, αὐτὸν μὲν τὸ ἀμέριμνον i ἔχειν παραχρῆμα, καὶ, εἴτε ἐνάγεται εἴτε ἐνάγει,

160 Facta est autem constitutio Divi Zenonis jubens, ut qui de fisco emerit, vel per donationem acceperit, aut ex permutatione, ipse quidem confestim securus fiat; &, sive conve-

85. τοῦ de: F. 86. τὸν de: F. 87. Sic malui pro vulg. ἐξώθη, ut imperfecti sit temporis, quam cum F. 2. ἐξωθεῖ, quod est præsentis. 88. βασιλέως ad: F.

§. V. Ἐκ τῶν εἰρημένων οὖν φαίνεται, ὅτι δι' ἐλευθέρων προσώπων, ἅτινα ἐκ ἔστιν ἡμῖν ὑπεξούσια, οὐδὲ bona fide δουλεύει ἡμῖν, ὁμοίως καὶ διὰ τῶν ἀλλοτρίων οἰκετῶν, ἐφ' οἷς οὐδὲ εὐσούφρουκτον οὐδὲ bona fide ἔχομεν νομὴν, ἐξ οὐδεμιᾶς [52] προσποριζέσθαι αἰτίας ἡμῖν τι δύναται, καὶ τοῦτο ἔστι τὸ παρὰ πᾶσι [r] λεγόμενον, δι' ἐξωτικοῦ προσώπου μηδὲν προσπορίζεσθαι δύνασθαι, ἐξηρημένου τοῦ λεχθησομένου [s] θέματος· ἐὰν γὰρ πωλήσῃ τις ἐμοὶ κτῆσιν, ἐν ἑτέρῳ διακειμένην τόπῳ, εἶτα οὐ δυνηθεὶς τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐπιστῆναι, πέμψω τὸν ἐμὸν προκυράτορα, καὶ τὴν νομὴν οὗτος παραλάβῃ τῶν κτημάτων, προσποιήσεταί μοι δι' αὐτοῦ ἡ νομή· καὶ οὐ μόνον, εἰ γινωσκόντων ἡμῶν τοῦτο συνέβη, ἀλλὰ καὶ εἰ ἀγνοούντων [53] ἐδόθη τι αὐτοῖς [t] ἡμετέρῳ ὀνόματι, ἡ νομὴ ἡμῖν προσπορίζεται, ὡς βούλεται ἡ διάταξις [54] τοῦ βασιλέως Σεβή-

§. V. Ex dictis igitur adparet, per liberas perſonas, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, neque bona fide nobis ſerviunt, ſimiliter & per ſervos alienos, in quibus neque uſumfructum neque bonæ fidei poſſeſſionem habemus, ex nulla nobis cauſa aliquid adquiri poſſe, atque hoc eſt quod ab omnibus dicitur, per extraneam perſonam nihil poſſe adquiri, excepto caſu mox dicendo. Si quis enim mihi vendat prædium in alio ſitum loco, deinde, quum nequeam in iis locis adeſſe, meum procuratorem miſero, atque hic prædiorum poſſeſſionem adprehenderit, adquiretur mihi per illum poſſeſſio: nec ſolum, ſi hoc ſcientibus nobis evenit, ſed etſi ignorantibus aliquid noſtro nomine iis datum fuit, poſſeſſio nobis

48. ἐκ τῶν δύο αἰτιῶν ad: F. 49. ἄλλό τι πρ. F. 50. δεσπότου F. 51. σεβ. ἤγ. de: F. 52. αἰτίας h. l. F. Pro ſequenti τι ANON. DUK. *melius*, inquit, *legeretur* τὶς *id eſt quis*: ſed fallitur. G. O. R. 53. εἰ hinc duce Fabroto ejecimus. 54. Σεβ. h. l. F.

r. L. 11. §. 6. D. *de pignoratitia actione* l. 1. C. *per quas perſonas*: l. 11. Cod. *de adquir. poſſeſſione.* l. ſi procurator 12. D. *de adquir. rerum dominio.* l. 1. §. 20. l. 18. D. *de adquir. poſſeſſione.* D. GOTH. L. 15. D. *de pec. conſt.* l. 24. §. 2. D. *de uſur.* ejus regulæ vitium proponit hic Juſtin. his verbis: *excepto eo*, &c. FABR. I.

s. Per procuratorem, tutorem, curatoremve poſſeſſio nobis adquiritur, l. 1. §. per procuratorem. *de adq. poſſ.* l. 1. C. *eod.* l. 1. C. *per qu. perſ. nob. adq.* in qua *poſſeſſionis cauſa* pro *poſſeſſione*, ut apud Tibullum lib. 3. Eleg. 2. *cauſſa Neæra* pro *Neæra ipſa*, ut placet Joſepho Scaligero. FABR. I.

t. Nam ſi ſuo nomine procurator nanciſcatur poſſeſſionem, mihi non adquiritur, d. §. *per procur.* FABR. I.

Σεβήρου. Λοιπὸν δὲ τῆς νομῆς ἡμῖν προσποριζθείσης, σιωπηρῶς ἕψεται ἡ δεσποτεία, ἐν ᾧ δεσπότης ἦν ὁ 55 ὧδε διδούς· εἰ δὲ οὐκ ἦν δεσπότης, διὰ [u] ἀσουκαπίονος, ἢ μακροῦ χρόνου ὧδε δρομῆς, τῶν τραδιτευθέντος κτῶμαι τὴν δεσποτείαν.

bis adquiritur, ut vult conſtitutio Imperatoris Severi. Porro autem adquiſita nobis poſſeſſione, tacite ſequitur dominium, quando dominus fuit, qui tradidit: quod ſi dominus non fuit, per uſucapionem vel longi temporis lapſum traditæ *rei* dominium adipiſcor.

§. VI. Ἀρκεῖ μέχρι τοσούτου διεξελθεῖν, τίνα τρόπον τὰ καθ' ἕκαστον ἡμῖν προσπορίζεται πράγματα· ἔστι δὲ καὶ ἕτερος 56 νόμιμος τρόπος κτήσεως, ὁ διὰ τοῦ ληγάτου, δι' οὗ τὰ καθ' ἕκαστον ἡμῖν 57 προσπορίζεται πράγματα· ἔτι δὲ καὶ ὁ τῶν φιδεϊκομμίσσων, δι' ὧν 58 καὶ αὐτῶν ἰδικὰ ἡμῖν πράγματα δύναται καταλιμπάνεσθαι· ταῦτα δὲ ἐπιτηδειότερον ἐν τοῖς 59 κατωτέροις λεχθήσεται τόποις.

222 §. VI. Hactenus ſufficit diſſeruiſſe, quemadmodum res ſingulæ nobis adquirantur: eſt autem & alius legitimus adquirendi modus, per legatum, quo ſingulæ nobis res adquiruntur: item & *per* fideicommiſſa, per quæ & ipſa ſingulares nobis res relinqui poſſunt. Sed hæc commodius in locis inferioribus dicentur.

Ὥστε ἓν ἢ φυσικαὶ κτήσεις εἰσὶν ἢ ἔννομοι. Καὶ φυσικαὶ μὲν 60 τεσσαρεσκαίδεκα· οἷον ἡ θήρα· τὰ λάφυρα· καὶ οἱ ἐν αἰγιαλῷ εὑρισκόμενοι λίθοι 61 ἢ τίμιαι ψηφίδες· καὶ ἡ ἐκ τῶν ἡμετέρων ζώων γονή· ἡ 62 ἀλλοβίων· ἡ νῆσος ἡ ἐν θαλάσσῃ ἢ ἐν ποταμῷ ἀναφυομένη· ἢ τὸ πλησίον κεκτῆσθαι τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ καταλειφθείσης νηδύος· τὸ ἀλλοτρίαν ὕλην εἰς εἶδος μετασχηματίσαι, εἰς τὴν ἀρχαίαν δ' δυνάμενον ἀναδραμεῖν ὕλην· τὸ 63 ἐξ ἀλλοτρίας καὶ οἰκείας ὕλης εἶδος κατασκευάσαι· τὸ δύο ὕλας τὰς αὐτὰς ἢ καὶ διαφόρους 64 κατὰ

223 Itaque adquiſitiones vel naturales ſunt vel legitimæ. Et naturales quidem quatuordecim, veluti I. Venatio; II. Spolia; ac III. inventi in littore lapilli vel gemmæ pretioſæ; & IV. Fetura ex animalibus noſtris; V. Alluvio; VI. Inſula ſive in mari ſive in fluvio enata; vel VII. in propinquo Alvei a flumine relicti prædium habere; VIII. alienam materiam in Speciem transformaſſe, quæ ad antiquam
224 non poſſit recurrere materiam; IX. ex aliena & propria materia Speciem con-

55. ὧδε δὲς F. 56. τρ. νόμ. F. 57. προσγίνεται F. 58. αὐτῶν καὶ F. 2. 59. κατωτέρω F. 2. 60. δεκατέσσαρες F. 2. 61. ἤτοι F. 62. ἀλλοβίων sola F. 2. Mox ego malim ἢ ἐν θαλ. 63. οἰκ. ἢ ἀλλ. 64. παρὰ F. *vid. Not.* y.

u. Ex quo ſciverim procuratorem accepiſſe meo nomine, l. 47. D. *de uſucap.* l. 49. D. *de adquir. poſſeſſ.* l. 1. C. *eod.* FABR. I.

x. MERILLIUS ad §. 11. d. R. D. ait, 14. modos, quos Th. enumerat, ad decem referri poſſe. Immo vero ad tres: namque dominium jure gentium adquirimus vel *rei* NULLIUS *Occupatione*, vel ALIENÆ *Traditione*, vel vi rei NOSTRÆ per *Acceſſionem*. Sed hæc alii ante nos jam ſatis exſecuti fuerunt. G. O. R.

MERM.

τὰ γνώμην γ μιγῆναι τῶν δεσποτῶν, ἢ ἐκ τύχης· ὁ κανὼν ὁ λέγων, εἶκειν τὰ ἐπικείμενα τοῖς ὑποκειμένοις, ὡς ἐν πολλοῖς ἐθεωρήθη θέμασιν· 65 οἷον, ἡνίκα ἐξ ἀλλοτρίας ὕλης οἶκον ἐποίησα ἐν ἐμῷ ἐδάφει, ἢ ἐξ ἐμῆς ἐν ἀλλοτρίῳ· 66 τὸ ἀλ-225λότριον δένδρον ἐν οἰκείῳ 67 φυτεῦσαι ἀγρῷ, καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἴδιον δένδρον ἐν ἀλλοτρίῳ φυτεῦσαι ἐδάφει, ὥστε 68 καὶ ῥιζωθῆναι· 66 γράμματα ἐπιτιθέμενα ἐμαῖς μεμβράναις ἢ χάρταις· ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος ὁ κανὼν παρεδαίνετο· ἐνικᾶτο γὰρ ὑπὸ τῆς γραφῆς ἡ σανίς· τὸ bona fide ἀλλότριον νέμεσθαι ἀγρὸν, καὶ σωρεῖραν τοῦτον· τὸ θησαυρὸν εὑρεῖν ἐν ἰδίῳ τόπῳ ἢ σάκρῳ ἢ βελεγιόσῳ κατὰ τύχην· εἰ γὰρ ἐν226 ἀλλοτρίῳ, τοῦ ἡμίσεως γενήσεται δεσπότης, εἴτε ἰδιώτου, εἴτε βασιλέως, εἴτε φίσκου, εἴτε πολιτικὸς ὁ τόπος ὑπάρχει· καὶ ἡ τραδιτίων δὲ περὶ τούτοις.

confeciſſe; x. duas Materias easdem aut diverſas etiam dominorum voluntate commixtas eſſe, aut caſu; xi. Regula dictitans, Impoſita cedere ſuppoſitis, ut in multis viſum eſt poſitionibus: veluti, quando ex aliena materia in meo ſolo domum ſtruxi, aut ex mea in alieno; alienam arborem in ſuo plantaſſe fundo, atque e contrario ſuam arborem in alieno ſolo plantaſſe, ita ut radicata ſit; litteræ meis membranis vel chartis inſcriptæ; ſed in imagine regula præteribatur, namque tabula vincebatur a pictura. xii. Bona fide alienum poſſidere agrum, & hunc conſeviſſe; xiii. Theſaurum inveniſſe forte fortuna in ſuo loco vel ſacro vel religioſo: ſi enim in alieno, dimidii dominus fiet, ſive privati, ſive Principis, ſive fiſci, ſive civitatis locus ſit; & xiv. Traditio inſuper.

Εννομοι δὲ κτήσεις πάλαι μὲν πέντε, νῦν δὲ τέσσαρες, οἷον ἡ οὐσουκαπίων, z ἡ χρονία νομὴ, καὶ ἡ πάλαι γενομένη προσαύξησις ἐκ προπετοῦς τοῦ ἐπικοίνου οἰκέτου

Legitimæ autem adquiſitiones olim quidem quinque, nunc vero quatuor, Uſucapio puta, Diutina poſſeſſio, & quod olim erat Jus adcreſcendi ex teme-

65. ἷον de: F. 66. ἢ ad: F. 2. 67. φυτεύσω ἀγρῷ, ἢ ὃν F. 68. ᾗ de: F.

y. Fabrotus, etſi προσὸ γν. edidit, id eſt *præter voluntatem*, tamen cum Curtio Latine habet *voluntate dominorum*. Atqui hoc unice hic verum eſt, tum quia ſequitur ἢ ὃν τύχης, quod idem foret ac προσὸ γν. tum quia noſter *de Rer. diviſ.* cap. 47. pr. ac fin. & Tit. ſeq. cap. 89. fin. itidem dicit κατὰ γνώμην, & deinde opponit εἰ δὲ ὃν τύχης ᾗ ἢ κατὰ προαίρεσιν τῶν δεσποτῶν. Confer quæ dixi ad d. c. 89. Gothofredus hic ad marginem ſingulas Tituli de R. D. paragraphos parallelas addiderat, quas omittere ſatius duximus. G. O. R.

z. Uſucapio quidem civilis adquiſitio eſt, ſed longa poſſeſſione dominium non adquiritur? non enim parit in rem actionem, ſed exceptionem. Hodie vero poſſeſſori datur tantum utilis in rem actio: debuit potius in eum numerum donationem referre, quæ hodie civilis adquiſitio eſt, ut olim quæ per mancipationem fiebat. FABR.

Miror, qui negare poſſit Fabrotus, longa poſſeſſione hodie dominium adquiri, & jus in rem. Non autem vereor, ne quis eum hic ſequatur, qui ſuperiorem Tit. *de Uſucap. & longi temp. poſſeſſ.* recte intellexerit. G. O. R.

a. Ex legati quidem cauſa dominium adquirimus, Ulp. t. 19. [§. 17.] l. 47. §. ult. D. *de pecul.* Sed non ex cauſa fideicommiſſi, l. 3. D. *ſi uſusfr. pet.* FABR. I.

Quid tricaris, Fabrote? Nonne fideicommiſſa legatis omnino ſunt adæquata ab Juſtin.? Vid. §. 2. & 3. Inſtit. *de Legatis*, &c. Immo ne quidem leges citatæ evincunt, quod Fabr. ait. G. O. R.

b. Decipiuntur, quotquot Th. ita interpretantur,

του ἐλευθερίας, καὶ τὸ ληγάτον, ἔτι δὲ καὶ τὸ [a] φιδεϊκόμμισσον· ἀλλ' αὗται μὲν 227 ἰδικαὶ λέγονται κτήσεις, ἐπειδὴ ἕν τί ἐστι τὸ γινόμενον, καὶ ἑνὶ [b] ᾧπερ τὴν ἡμετέραν δεσποτείαν ἔρχεται πρᾶγμα· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι κτήσεις [c] αἳ λεγόμεναι καθολικά, ἐν αἷς ἓν μέν τί ἐστι τὸ γινόμενον, [d] πολλὰ δὲ 69 ὑφ' ἑνὸς ᾧπερ τὴν ἡμετέραν δεσποτείαν 70 γίνεται πράγματα.

meraria communis ſervi manumiſſione, & Legatum, item & Fideicommiſſum. Verum hæ dicuntur adquiſitiones Singulares, quoniam unum eſt quod fit, atque una res in dominium noſtrum pervenit: ſunt vero & aliæ adquiſitiones, quæ vocantur Univerſales, in quibus unum quidem eſt quod fit, ſed multæ ſub uno res in noſtrum perveniunt dominium.

Εἰσὶ δὲ 68 καὶ αἱ καθολικὰ κτήσεις αὗται· κληρονομία, βονόρουμ ποσσεσσίων ἤτοι ἁρπακτοχὴ, 71 ἀδρογατίων, καὶ τὸ περισκυρωθῆναι ἡμῖν 72 ἀλλοτρίαν περιουσίαν libertatum conſervandarum cau- 228 ſa, 73 [ἤγουν τῶν ἐλευθεριῶν ἕνεκα συντηρήσεως καὶ φυλακῆς·] Καὶ δεῖ πρότερον 74 περὶ κληρονομίας διεξελθεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν κληρονομιῶν διπλῆ τίς ἐστιν ἡ κτῆσις, (ἡ γὰρ ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου ἡμῖν 75 προσγίνονται) δεῖ πρότερον περὶ τῆς ἐκ διαθήκης προσγινομένης παραλεχθῆναι· καὶ τέως ἐν προοιμίοις διδάξαι χρὴ, τίνα τρόπον αἱ διαθῆκαι γίνονται.

Sunt autem univerſales adquiſitiones hæ: Hereditas, Bonorum poſſeſſio, Adrogatio, & Aliena bona nobis addici libertatum conſervandarum cauſa. Atqui prius de Hereditate diſſerere oportet: ſed quoniam hereditatum duplex eſt adquiſitio, (aut enim ex teſtamento aut ab inteſtato nobis obtingunt) oportet prius de ea, quæ ex teſtamento obvenit, diſſerere: ac primo in exordio docendum eſt, quemadmodum teſtamenta fiant.

69. ὑφ' ἓν F. 70. γίνονται ante F. 71. ἡ ad: F. 72. τὴν ἀλλ. οὐσίαν F. 73. Inclusa omittit F. 74. περὶ de: F. 75. περιγίνεται F.

tantur, ut cum dixit, *unam* rem *adquiri*, intelligant *unum jus*: nam per contractum ſolum adquiritur jus ſive in perſonam, ut in emtione venditione, ſive in rem, ut in pignore vel hypotheca. At per modos adquirendi quæritur nobis *res ipſa* ſeu jus dominii in re.

DOM. AULISIUS *Comment. Jur. Civ.*

c. Adde 2. Gaj. 2. §. 1. D. GOTH.

d. Recte ait Th. in adquiſitionibus univerſalibus *multa* nobis ſub uno adquiri. Non autem dixit *omnia*. Nam licet olim adrogato patrefam. omnia, quæ ejus erant, exceptis iis, quæ capitis diminutione pereunt, in eum tranſirent, qui adoptabat: hodie tamen ex Juſtin. conſtit. adrogator in bonis adventitiis adrogati tantum uſumfr. habet ad ſimilitudinem naturalium parentum, l. 6. C. *de Bon. q. lib.* In hereditate etiam jura defuncti in heredem tranſeunt, ſed non rerum poſſeſſio, quæ niſi naturaliter comprehenſa ſit, ad heredem non pertinet, l. 23. pr. *de Adquir. poſſ.* l. 1. §. 15. *Si is qui teſt. lib.* Etc. DOM. AULISIUS *d. l.*

[ΠΕΡΙ ΔΙΑΘΗΚΗΣ [a] ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ.]

ΤΙΤΛΟΣ Ι.

Πρὸ τῶν ἄλλων [b] ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὸν 229
τῆς Διαθήκης [c] ὅρον ἤτοι [d] ἐτυμολογίαν· ἡ δὲ Διαθήκη ὠνόμασται Ρωμαίοις λέγεται Teſtamentum, ἐντεῦθεν δεξαμένη τὴν ἐτυμολογίαν, quod [e] teſtatio mentis ſit, [1] [ἐπειδὴ μαρτυρία διανοίας ἐστί·] καὶ γὰρ μαρτυρίαν ἔχει τῆς τοῦ τελευτήσαντος διανοίας.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

TITULUS X.

ANte alia neceſſe *eſt* dicere teſtamenti definitionem ſive notationem. TESTAMENTUM autem, apud Romanos dicitur, *quod Græcis* διαθηκη, inde notationem *ſive veriloquium* habens, quod teſtatio mentis ſit: etenim teſtimonium habet mentis defuncti.

§. I. Ινα δὲ μηδὲν [2] τῶν πάλαι πολι- 230
τευο-

§. I. Sed ut nihil *eorum* quæ olim obti-

1. Ego quæ incluſi, pro Scholio rejicerem. Fabrotus rejectis μαρτ. διαν. ἐστί. καὶ γὰρ edidit: ἐπειδὴ μαρτυρίαν ἔχει & reliqua. 2. ἡμῖν ad: F.

a 5. Harmen. 1. 35. Eclog. 1. Ulpian. 20. 2. Gaj. 2. Paul. 3. ſentent. 4. D. GOTH.

[Id eſt *de teſtamenti ordinatione*, ut *Edit.* 1.] Sic *Edit.* 2.] concipitur titulus in duob. Reg. Codd. in uno autem eoque recentiore, *de teſtamentis ordinandis.* ordinari dicuntur teſtamenta, ut apud Quintil. 6. c. 4. *ordinare ſuprema judicia.* Senec. 4. de Benef. cap. 11. A. Marcell. 28. *ſupremis judiciis ordinatis.* FABR.

b. Sic Ulp. in l. 1. de Juſt. & J. *prius noſſe oportet, unde nomen juris deſcendat.* FABR.

c. Alia definitio eſt, quæ ὀνοματώδης dicitur, ὡς ὀνόματος ἑρμηνευτική, alia οὐσιώδης, quæ τι εἶναι δηλοῦται. Galen. 4. *de diff. pulſ.* hæc eſt ὀνοματώδης οὐσιώδης, quæ in l. 1. D. *qui teſt. fac. poſſ.* FABR. I.

d. Hinc apparet, non injuria a Valla reprehenſum eſſe hunc locum. J. CURT.

Non Th. ſed ipſius Juſt. textum reprehendit Valla L. VI. *de Elegantia L. L.* c. 37. cujus nec non aliorum concertationes vide in aureolo *de Latinitate JC. vet.* libro V. CL. DUKERI pag. 23. ſeqq. Stoicæ autem huic ſive definitioni ſive etymologiæ perquam ſimilis eſt illa, quam e Gloſſa MS. Inſt. adtulimus in Miſc. Obſ. Nov. Tom. v. p. 328. quæ inter alia ſic: *dictum eſt teſtamentum, quia valet poſt* TESTA*toris* MONUMENTUM. Quid, ſi non hoc eſt ſapere? G. O. R.

e. Sic §. 1. inf. *quib. non eſt permiſſum facere teſt.* conteſtationem dixit Ulp. 20. §. 1. & quidem juſtam, in id ſolemniter factam, ut poſt mortem noſtram valeat. Modeſtinus in l. 1. D. *eod.* voluntatis noſtræ ſententiam. Author Synopſeos 35. tit. 1. c. 1. & Harmen. 5. tit. 1. c. 1. δικαίαν βάλησιν. Et inf. §. 9. definitur τῶν ὄντων Διατύπωσις ut & inf. tit. *quib. non eſt permiſſum facere teſtam.* in f. princip. D. GOTH.

Teſtamentum eſt teſtatio. Gloſſæ gr. lat. Διαθήκη, *teſtamentum, teſtatio:* ſive judicii conteſtatio, §. ult. inf. h. t. l. 24. eod. *mentis noſtræ conteſtatio:* verbum ſimplex. Servius enim Sulpitius juris civilis auctor notationem ejus verbi quærit ineptam, ut videtur grammaticis. Verum hac ſive notatione, ſive alluſione Servius innuit, hominis tantum ſani voluntatem ratihaberi, non ejus, qui mentem non habet. & Stoicos, opinor, imitatur, qui putabant nullum eſſe verbum, cujus non certa ratio explicari poſſit, ut ait Auguſtinus in princip. Dialecticæ. FABR. I.

f. Th. §. 1. [cap. 183.] inf. *de bon. poſſeſſ.* [Iſidor. Hiſpal. Orat. 5. cap. 1. *Paulatim autem antiquæ leges vetuſtate, atque incuria exoleverunt, quarum etiamſi uſus jam nullus eſt, notitia tamen neceſſaria eſt, ne quis nos putaverit antiquitatis penitus eſſe contemptores,* ut eſt in l. ult. §. & hæc. C. *de jur. delib.* Senec. 6. de Benef. cap. 1. *etiam quod diſcere ſupervacuum eſt, prodeſt cognoſcere.* ex Edit. 1.] FABR.

Ulr.

τευομένων ἄγνωστον εἴη, 3 καὶν ἡ τούτων ἄγνοια οὐδένα φέρει κίνδυνον, f ἀλλ' οὖν πρὸς ἱστορίαν, καὶ τὸ μαθεῖν πῶς κατὰ μικρὸν προϊόντος ἠμείφθη τοῦ χρόνου, εἰπεῖν οὐκ ἄτοπον. Τὸ παλαιὸν δύο γένη ἦν διαθηκῶν, καὶ τὸ μὲν ἐλέγετο calatis comitiis, τὸ δὲ procinctum. Καὶ τὸ μὲν calatis g comitiis ἐγίνετο καιρῷ εἰρήνης, δὶς h τοῦ ἐνιαυτοῦ, τοῦτον 4 τὸν τρόπον· ὁ κῆρυξ ἅπασαν περιήει τὴν πόλιν συγκαλῶν, καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνέτρεχε, καὶ ὁ βουλόμενος ἐπὶ μάρτυρι i διετίθετο τῷ δήμῳ· Εἴρηται δὲ calatis comitiis ἐντεῦθεν· Calare 5 γάρ ἐστι k τὸ καλεῖν, co-

obtinebant ignotum sit, etsi horum ignorantia nullum adfert periculum, attamen ad cognitionem & intellectum, quomodo paullatim tempore procedente mutatum sit, *hoc* dixisse non absurdum *erit*. Antiquitus duo 231 testamentorum genera erant, & alterum dicebatur Calatis comitiis, alterum vero Procinctum. Et illud CALATIS COMITIIS tempore pacis fiebat, bis in anno, hunc *in* modum: Præco totam circumibat urbem convocans, omnisque populus concurrebat, & qui volebat, teste populo testabatur. Dictum

3. εἰ καὶ ἡ F. 4. τὸν addo cum F. 5. γὰρ de: F.

Ulr. Huberus *Digr.* pag. 380. Zach. Huberus II. *Dissert.* 5. pr. & Heinecc. *Dissert. de Orig. test. fact.* §. 1. reprehendunt Th. quod dicat, antiquitatum ignorantiam nihil adferre periculi. MEERM.

Alludit THus ad juris ignorantiam, quæ regulariter periculum affert. Hæc igitur ejus mens est: *Etsi horum ignorantia non, ut juris, periculum affert; tamen.* &c. *ex Epist.* RUHNKEN.

g. Adde quæ scripsi ad Ulp. XX: §. 2. & XV. Gell. 27. D. GOTH.

h. Quod autem TH. bis in anno tantum ea fieri solita scribit, equidem non facile crediderim: cum satis constet, nullum aliorum legitimorum actuum certum tempus fuisse.

FR. HOTOM. *in Comment.*

Glossæ lat. gr. *calata comitia*, ἀρχαιρέσια δὶς τοῦ ἔτους γινόμενα. [Non recte igitur quidam (*Merillium tangit.*) Theophilum notant, quod sine auctore ullo scripserit, calata comitia bis quotannis fieri solita: auctor enim Gloss. testis optimus est, eumque ante Justinianum vixisse inter peritiores convenit. *ex Edit.* 2.] FABR.

Quæ refert Th. de populo bis in anno hujus rei causa convocato, ab eruditis vocantur in dubium: maxime ob locum Gellii N. A. XV. 27. Inde ergo patet, populum non testamentorum causa calatum, sed testamenta fuisse comitiorum veluti adpendicem. Thomas. Dissert. *de prim. init. success. testam.* §. XVI. HEINECC. *in Antiquitt.*

Duplicem hanc accusationem pluribus instruit V. Cl. A. D. Trekell *de Orig. atque progressu Test. fact.* pag. 30. seqq. Thomasii fere vestigia premens. Sed quod adtinet ad priorem de illo *bis in anno*, si cui licet & THo & Glossis fidem denegare, mihi æque ac Fabroto liceat cum Gronovio ad Gell. iis fidem habere, maxime quum Gellius ea de re nihil aut ajat aut neget. Adde quæ supra dixi pag. 26. not. (1) Posterior vero accusatio, quasi velit Th. populum testamentorum causa convocatum fuisse, nullius plane ponderis est; nec enim aliud quid dicit noster, quam ipse Gellius his verbis: *Isdem comitiis, quæ calata appellari diximus, sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant*, &c. adeoque ea comitiorum veluti adpendicem fuisse, & nos credimus. Si ex. gr. diceremus, servos variis modis manumissos fuisse, veluti testamento, censu, ac posteriori tempore in ecclesiis, teste toto populo: nonne perperam argueres, nos dixisse, testamentum non conscribi, censum non institui, ecclesias non frequentari, nisi servorum manumittendorum gratia? G. O. R.

i. Iterum falli Theophilum censet cum Thomasio idem V. Cl. p. 32. neque enim Populum R. ut testem hic, sed ut legislatorem interveniss. At enim quid prohibet, legislatorem simul esse & testem? (Ne quis autem male me intelligat, testem hic non dico eo sensu juridico, ut in Tit. Juris *de Testibus*, sed communi significatu, sicuti quum dicimus: DEUM *testem sumere* &c.) Nam si quis actus voluntariæ, immo & contentiosæ jurisdictionis, vel confirmatione vel decreto Principis aut summæ majestatis indiget, quo ratus sit: an non Princeps ejusdem actus simul testis est, atque ubi res poscit, publicum perhibet testimonium, hunc illumve actum revera sic celebratum fuisse? Ceterum Theophilinam de hoc testamenti genere doctrinam sæpius laudat & illustrat præter alios GALVANUS *de Usufr.* cap. X. §. 8. seqq. pag. 82—86. G. O. R.

k. Dionys. Halicarn. 4. ὁ γὰρ ἡμεῖς ῥῆμα περιαλικῶς

comitia δὲ [l] ἡ σύνοδος· ἐπειδὴ οὖν καλούμενοι [6] συνήεσαν, ἐκλήθη calatis comitiis. Τὸ δὲ procinctum [m] ἐγίνετο, ἡνίκα ἤμελλον ἐξιέναι ἐπὶ πόλεμον, τὸ ὄνομα δεξάμενον ἐκ τοῦ σχήματος, ὅπερ ἔχοντες διετίθεντο. Procinctus [n] γὰρ λέγεται ὁ ἐζωσμένος καὶ ἕτοιμος πρὸς παράταξιν· ἐπειδὴ γὰρ ἄδηλα [o] τὰ τῆς ἐκβάσεως, διατιθέμενοι [7] πρῶτον, εἶτα ὥρμουν ἐπὶ τὸν πόλεμον.

ctum autem est calatis comitiis inde: nam calare est vocare, comitia vero congregatio: quum ergo vocati convenirent, vocatum est calatis comitiis. At PROCINCTUM fiebat, quando exituri erant in bellum, nomen accipiens ex habitu, quem habentes testabantur. Procinctus enim dicitur instructus & ad prœlium paratus. Nam quia incerta erat *spes* reditus, prius testati, ita ruebant in bellum.

Ὄντων δὲ τούτων τῶν δύο γενῶν, συνέβαινέ τινας [8] αἰφνιδίᾳ [p] νόσῳ κατασχεθέντας, ἀδιαθέτους τελευτᾶν· οὔτε γὰρ calatis comitiis

Porro quum hæc duo essent genera, accidebat, ut nonnulli repentino morbo correpti, morerentur intestati;

6. συνίεσαν F. 2. 7. ϖρότερον F. 8. αἰφνιδίῳ θανάτῳ κατεχ. F.

κλικῶς ῥηματίσαντες ἀφέρομεν, κάλει, τοῦτ' ἐκεῖνοι λέγουσι cala. FABR.

l. Σύνοδος Gloſſis ἀνθρώπων συνέλευσις, *conventus*, *cœtus*. D. GOTH.

m. Hoc *in procinctu* tantum Latini vocant. J. CURT.

Quod pluribus exſequuntur Hotomanus, Vinnius, Huberus in Digr. Heinecc. in Antiquitt. & qui non? Sed ad Th. non pertinet, quum Juſtin. ipſe habeat: *quod procinctum dicebatur*. G. O. R.

n. Adde Feſtum in *Procincta claſſis*. D. GOTH.

Gloſſæ lat. gr. *endo procinctu*, ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ. [Hinc *procinctus* pro exercitu. Ammian 18. *procinctus adventans*. Prudentius: *Fauſtus ut ſecum det gloriam procinctus*. ex Edit. I.] FABR.

o. Non ſatisfacit hic rurſus THus Auctori *de Orig. atque progr. Teſt. fact.* pag. 48. cum negat, milites hæc teſtamenta feciſſe, antequam in hoſtem exirent: immo potius jam in ipſa pugna ſtantes, immo jam in præſentiſſimo mortis periculo conſtitutos, hoc modo teſtamenta ſua nuncupaſſe. Ego vero Lectoribus pro ſua æquitate judicandum relinquo, num Paraphraſtes contraria dicat his auctoribus, qui in aciem adv. eum producuntur. PLUTARCHUS in vita Coriol. p. 217. Ἦν δὲ τότε τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος, εἰς τάξιν καθιστάμενοις, καὶ μέλλοντες τὰς ἀρετὰς ἀναλαμβάνειν, καὶ ϖροϊζωννύσθαι τὴν τηβέννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι, τριῶν καὶ [*legend.* ἢ *Vid. Gloſſ. THin.*] τεττάρων ἐπακόντων, ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον. Vell. Paterc. II. 5. *Facientibusque omnibus in procinctu teſtamenta*, *velut ad certam mortem eundum foret* Gellius d. l. *alterum in procinctu*, *cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur*. Cicero de N. D. II. 3. *nulli viri vocantur*, *ex quo in procinctu teſtamenta perierunt*. Nec enim conſtat ſolum, Gr. πολεμου, ut Lat. *bellum* apud optimos utriuſque linguæ auctores pro ipſo prælio conflictuque hoſtili uſurpari: (unde & Curtius bis per *prælium* recte reddidit: ego autem ſæpius profeſſus, me Græca fere κατα ποδα vertere, non dubitavi vocabulum *belli* dicto ſenſu adhibere.) ſed & ipſe noſter *Procinctum* exponit ἕτοιμον ϖρὸς ϖαράταξιν. Denique nec verba τα της ὑϖοτροφης opinioni adverſæ favere, Lectores ſatis per ſe videbunt. G. O. R.

p. Anaſtaſ. Sinaïta quæſt. 96. οἱ μὲν ἄφνοι, ἢ ἀδιάθετοι ἀϖεράζονται, ἢ θνήσκουσι. FABR. I.

q. Mali ominis videtur, ſanum, & in bona valetudine poſitum de ſupremis ordinandis cogitare: teſtamentum enim quiſque fere in extrema valetudine conſtitutus facit. B. Chryſ. in Ep. Pauli ad Hebr. c. 9. hom. 16. ἡ διαθήκη ϖρὸς τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ γίνεται τῆς τελευτῆς. FABR.

Quid ergo teſtamentum per æs & libram tantumne ab ægrotis & morientibus ſeu ſtatim moriturus fiebat? Vera hujus tertiæ ſpeciei a prudentibus introductæ cauſa fuit, ut quoties liberet, teſtari quiſque libere poſſet. DOUJ.

Miſerum ſane Th. qui nihil quidquam ſine reprehenſionis nota dicere poſſit! Sed primo, nonne hodieque quamplurimos mortalium eadem teneri ſive religione ſive ſuperſtitione, ſatis notum? Deinde non video veræ illius cauſæ a Doujatio allatæ aliam cauſam ac rationem, quam eam, quod multi repentino morbo oppreſſi, ut noſter ait, morerentur inteſtati. G. O. R.

r. Vehementer nimis ob eamdem hanc cauſam in paraphraſten invehitur TREKELLIUS pag. 118. ſeq. ubi

mitiis διετίθεντο, ἀφ' τὸ μήπω ἐπιστῆναι τὸν χρόνον, οὔτε procinctu, ἀφ' τὸ μὴ εἶναι πόλεμον· ἄλλως τε 9 δὲ διατίθεσθαί τις ἀπαίσιον ἐνόμιζεν ὑγιαίνοντι σώματι. Διὰ τοῦτο r ἐπενοήθη τρίτον γένος, ὅπερ ἐλέγετο s per æs & libram, τουτέστι ἀφ' χαλκῷ καὶ ζυγοῦ· ἐγίνετο 10 δὲ κατὰ ἐμαγκιπατίωνα. Ἐμαγκιπατίων δέ ἐστιν, t εἰκονικὴ πρᾶσις· ἐπράττετο δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· παρεγίνοντο2234 u πέντε μάρτυρες καὶ x ζυγοστάτης, 11 [καὶ] πολῖται Ῥωμαῖοι y ἔφηβοι, καὶ παρόντων αὐτῶν ἐκεῖνος, ὃς ἤμελλε 12 γενέσθαι διάδοχος τῆ τελευτήσαντος, ἠγόραζε τὴν τοῦ μέλλοντος τελευτᾶν z οὐσίαν, λέγων τινὰ

ti; neque enim calatis comitiis testabantur, quia nondum tempus aderat, neque procinctu, quia bellum non erat: aliter autem testari, aliquis inauspicatum credebat sano corpore. Ideo excogitatum est genus tertium, quod dicebatur PER ÆS ET LIBRAM, fiebatque per emancipationem. Emancipatio autem est, imaginaria venditio; & peragebatur hunc *in* modum: Aderant quinque testes, & libripens, cives Romani puberes, atque his præsentibus is, qui successor futurus erat defuncti, emebat morituri patrimonium, dicens quædam verba solemnia,

9. καὶ pro δὲ F. 10. γὰρ pro δὲ F. 11. καὶ delendum omnino est, quod neque Curtius neque Fabrotus expressserunt. G. O. R. 12. γιν. F.

ubi non veretur addere, *certissime se compertum habere, Th. in tota h. §. 1. explicatione nullum bonum scriptorem pra oculis habuisse, sed eum potius ex ingenio tantum suo locum hunc, & male quidem intellectum, paraphrasi sua illustrasse.* Verum enim vero, audiamus quæ ipse deinde his substituat: *Quum itaque*, inquit, *ex Th. prudentiores hic fieri non possumus, alia nobis subsidia comparanda sunt. Sed veteres hic magis sunt muti, quam mutæ natantes squamigerum pecudes: ergo tota res res ad* CONJECTURAS *redibit.* Nihil jam aliud respondeo, nisi me auctoritati Theophilinæ confidere malle, quam nudis hujusmodi conjecturis G. O. R.

s De quo locus elegans exstat apud Clem. Alex. Stromate 5. ejus præter Fest. in *nexum*, meminit Cic. 2. de leg. FABR. I.

t. Cajus apud Boët. in Top. *Est autem mancipatio imaginaria quædam venditio, quod ipsum jus proprium Romanorum est civium eaque res ita agitur, adhibitis non minus, quam quinque testibus civibus Romanis puberibus: & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens:* quem locum citat Priscianus lib. 6. in fine. FABR. I.

u Quibus testamenta scripta offerebant, oblatarumque eis tabularum perhibere testimonium postulabant, ut est in Nov. Theod. *de testam.* Formula autem mancipationis & testationis, quæ suprema contestatio dicitur in l. 20. §. ult. D. *qui testam.* exstat apud Ulpianum t. 20. Quinque autem testes adhibiti, velut ex quinque classibus, ex quibus P. Rom. constabat, Serv. in 7. Æn. Favon. Eulog. in Cic. somn. Scip. ut coram universo populo quodammodo testamentum ordinari videretur, sicut testamentum quod fiebat calatis comitiis. FABR. I.

De classicis testibus omnium fere JCtorum opiniones recenset, & tandem ad sacram ignorantiæ ancoram confugit Trekellius pag. 94—104. Nos Scaligeri ac Vinnii sententiam ita ampliamus, ut classicos testes fuisse eos credamus, qui classes & comitia obire potuerint qua una voce significatur, non modo cives Rom. sed eosdem mares, puberes, sanæ mentis, nec improbos intestabilesque esse debere; adeoque & filiosf esse posse. G. O. R.

x. In emptionibus quæ mancipi erant, libra interponebatur auctore Plin. 33. cap. 3. quoniam veteres ad [*forte* ad libram æs] appendere, non numerare solebant. FABR. I.

Antestationis ritum hic quoque interveniisse docet Clemens Alex V. Strom. 8. Vide quæ de Antestato dixi in Diatr. de Reb. Mancipi Sect. 267. seqq. MEERM.

Adde, si vis, nostra supr. pag. 131. not. *x.* G. O. R.

y. Tam testes, quam libripens. Liv. apud Priscian. lib. 8. *Impubes libripens esse non potest.* FABR. I.

x. Non ipsa bona hereditaria, sed jus hereditarium

τινὰ ῥήματα [a] τυπικά, ἃ νῦν ἄχρηστόν ἐστι λέγειν, καὶ [13] ἐδίδου λόγῳ τιμήματος εἰκονικοῦ νοούμενον τῷ δεσπότῃ τῆς οὐσίας, καὶ ἐλέγετο [b] ὁ ἀγοράζων [14] familiæ emtor, καὶ λοιπὸν [c] ὁ μέλλων τελευτᾶν [15] διετύπου, τί ὀφείλει δοθῆναι μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν· ἔλεγε γὰρ τῷ familiæ emtori [d] ἤτοι τῷ κληρονόμῳ, ὅτι βούλομαί σε τῷδε δοῦναι ἀγρὸν, τῷδε οἰκίαν, τῷδε ἑκατὸν νομίσματα.

nia, quæ nunc dicere ſupervacuum eſt, dabatque pretii imaginarii nomine nummum domino patrimonii, & emens dicebatur FAMILIÆ EMTOR, & moriturus porro ordinabat, quid dari oporteret poſt ſuam mortem: dicebat enim familiæ emtori ſive heredi: Volo ut huic agrum, illi domum, alii centum aureos des.

Καὶ τούτου ἐπινοηθέντος τὸ γένους, τὰ πρότερα ἐκεῖνα δύο γένη, τὸ calatis comitiis

Atque hoc invento genere, priora illa duo genera, calatis comitiis & pro-

13. ἐπεδίδε F. 14. φαμιλιέμπτωρ ante F. hic & deinceps. 15. διετοπέτο, τί F.

tarium hic in ſpeciem mancipio dabatur, quemadm. jam oſtendi in dicta Diatr. Sect. 95. & fuſius adhuc probabo in altera meæ Diatr. editione, quam multo auctiorem aliquando in lucem emittam. Quum vero jus hereditarium eſſet res incorporalis, ſymbolo eam in ipſo mancipationis actu repræſentatam fuiſſe, probabiliter conjecit Ampl. BYNKERSHOEK Opuſc. de Reb. Manc. cap. 8. MEERMAN.

Quam TH. hic οὐσίαν & cap. 236. ὑπόστασιν nominat, Plutarchus Tom. II. p. m. 550. B. οὐσίαν eadem de materia adpellat: Ῥωμαῖοι δὲ, inquit, ὅταν διαθήκας γράφωσιν, ἑτέρους μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἑτέροις δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας· ὃ δοκεῖ παράλογον εἶναι. G. O. R.

a. Comprobat hoc Ulp. Fragm. tit. 20. §. 13. Hanc autem ſolemnem formulam optime mihi concepiſſe videtur JOS. FERN. DE RETES Opuſc. I. cap. 21. §. 11. *Hæc familia Lucii Titii empta mihi æſto hoc ære æneaque libra. Vos in eam rem boni Quirites teſtimonium perhibetote.* Plura dicam in nova d. Diatr. editione. MEERM.

b. Sueton. Neron. cap. 4. Quint. Declam. 308. FABR. I.

„ In Gelriæ urbe Bommelia teſtamenta, in ſcriptis vel nuncupativa, fiunt coram duobus loci „ Scabinis & Secretario, *per imaginariam venditionem & familiæ emptorem*, juxta antiquum jus „ Rom. idque quotidie ſtricte obſervatur ſub pœna nullitatis, ut latius videre eſt apud Ant. Matthæum *Rer. judicat. in Reviſ. Obſ.* 52. *n.* 8. & „ Neerl. Adv. I. Deel, Adv. 46. & 87. & ſequentes formulæ indicant". Hæc ad *Jo. Loenii Deciſ. & Obſerv.* pag. 617. adnotavit TOB. BOEL: quæ formulæ, etſi lectu digniſſimæ, hic locum habere nequeunt. Adde laudatam ſæpius Meermanni noſtri Diatr. pag. 131—132.

c. Cæterum videtur Th. exiſtimaſſe, teſtamentum per æs & libram ab initio fuiſſe nuncupativum, at recentioribus temporibus in ſcripturam redigi fuiſſe ſolitum, quod tamen haud probabile eſt. vid. Cl. TREKELL de Orig. teſtam. cap. 3. §. 35. Forte tamen eatenus excuſari poſſet Th. ſi ejus verba ita accipiamus, ut teſtator teſtamentum ſuum quidem in ſcriptis confecerit, ſed ſimul totum illud teſtibus prælegerit, quod uti in teſtamento per æs & libram abſciſſe neceſſarium haud erat, ita factum id tamen quandoque fuiſſe, ex Cicer. pro Mil. c. 18. evidens eſt. Verum ipſius nuncupationis verba non tam ad familiæ emtorem, etiamſi is forte ipſe heres ſimul eſſet, ſed potius ad quinque teſtes directa fuiſſe, ex verbis formulæ *Vos Quir. teſtim. prabitote*, adparet. Ulp. T. 20. §. 9. MEERM.

Non loquitur hic Th. de confirmatione & ultimo actu, ſed de tenore ipſius teſtamenti, in quo quid frequentius illo: DAMNO TE, HERES, &c. G. O. R.

d. Antiquiſſimis temporibus eumdem fuiſſe familiæ emtorem & heredem, pro Th. adv. Hotom. cenſet Vinnius, cui ſe ex parte opponit Huberus in Digr. pag. 383—384. Defenſionem quoque Theophili ſuſcepit F. C. CONRADI *Exercit. I. de pacto fiducia* §. 7. contra quem, præeunte Thomaſio, incaſſum diſputat Trekellius pag. 132. ſqq. Primo enim, hoc argumenti, *Ciceronis & Auguſti ætate fam. emtor & heres diverſi fuerunt; ergo & primis reip. R. temporibus*, refutatione haud indiget. (2) Clare pro Th. loquitur ipſe Imp. §. 10. h. t. *ad imitationem priſtini fam. emtoris, merito nec heredi* [hodierno ſcil.] *qui imaginem vetuſtiſſimi familiæ emtoris obtinet:* qualitercumque hæc verba pag. 229. in alium deflectantur ſenſum. Quo de loco in Addendis ad cap. 252. quædam ex Bynkershoekio exſcribemus. Accedit (3) quod regula Juris Civ. *neminem alteri adquirere poſſe* antiquitus ſtricte ac rigide

mitiis καὶ τὸ 9 procinctu, ἐκ πλείστων 16 ἤδη τ̃ χρόνων e εἰς ἀσυνήθειαν ἐχώρησε, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ per æs & libram κατεφρονήθη f κατὰ μικρόν· ἐπειδὴ γὰρ ὁ familiæ emtor αὐτὸς ἦν καὶ κληρονόμος, καὶ ἐντεῦθεν 17 λοιπὸν γινώσκων, ὅτι αὐτὸς ἔσται διάδοχος, ἐπεβούλευε τῷ δεσπότῃ τῆς οὐσίας· διὰ τοῦτο κατὰ μὲν τὸ ἀρχαῖον σχῆμα παρελαμβάνετο familiæ emtor, ὅστις εἰκονικῶς ἠγόραζε τὴν τοῦ μέλλοντος τελευτὴν ὑποστασιν· ὁ δὲ 18 διαθέμενος ἰδίᾳ g ἔγραφεν ἐν δέλτοις ἢ ἐν

procinctu, ex multis jam temporibus in desuetudinem concesserunt, atque ipsum per æs & libram paulatim spretum fuit. Quoniam enim familiæ emtor idem erat ac heres, & inde porro sciens se fore successorem, insidiabatur domino patrimonii: ideo secundum antiquam quidem formam adhibebatur familiæ emtor, qui morituri patrimonium imaginarie emebat; sed testator seorsum in tabulis

vel

16. ἤδη de: F. 17. ἤδη ad: F. Mox dedit, αὐτός ἐστιν ὁ δεσπ. 18. διαθέμ. F.

rigide observaretur. (4) ipsum s. *mancipationis* s. *emtionis fam.* vocabulum satis indicat, quæ hujus actus prima fuerit origo: ut taceam, plus quam probabilem omnino esse causam, quam factæ postea mutationis noster c. 236. adfert, procul dubio ex veteribus vel JCtis vel historicis desumtam. G. O. R.

FR. CAR. CONRADI II. Parerg. I. *de Coëmtionib. sacror. interimendor. causa factis* §. 5. Ut itaque, missis aliorum conjecturis, verisimilem rei tam obscuræ explicationem adsequamur, videamus quid Jureconsultis agendum fuerit, ut salvo jure pontificio bona defuncti patrisfam. sine sacrorum onere possent ad heredem pervenire? Et apparet, inveniendum fuisse modum, quo bona ad heredem non viderentur perveniſse morte testatoris. Hoc vero commenti genus utique procedebat, si quidem in posterum alius & ab heredis persona diversus adhiberetur familiæ emtor, (Quod, ut instituti alicujus plures possunt esse causæ, neutiquam pugnat cum eo, quod refert Th. insidias heredipetarum occasionem huic consilio præbuisse.) qui quidem adhibitus erat senex orbus, capularis & de herede sibi extituro parum solicitus, qui certa pecunia ad impensam ferendam accepta, & lucello aliquo adspersus, sacra testatoris familiaria, secum interitura, administraret. CONRADI *d. l.*

e. Neque hoc Trekellio placet pag. 117—118. quem forte Curtiana versio *in desuetudinem* ABIERANT decepit: haud videor mihi operæ pretium facturus, si plura verba perdam. G. O R.

f. Non, ut male Th. interpretatus est, *sensim & paulatim*, sed *ex parte:* tum scil. quod is, qui antiquitus emptor familiæ atque hæres verus esset, postea adhibitus sit tantum dicis ac solemnium causa emptor: ideoque jam partim desierit in usu esse genus illud testamenti per æs & libram: tum etiam, quod tractu temporis Principalibus constitutionibus, quamvis testamenta præsentibus superstitibus fierent, solemnia tamen mancipationum sublata sint, l. 12. 15. 19. 21. C. *de Testam.* Unde partim adhuc in usu esse desiit modus testamenti per æs & libram condendi; inque illius locum successit testamenti scribendi modus jure prætorio, §. 3. Inst. *de Test. ord.* l. 19. D. *de Bonor. poss. contra tab.* JAC. CONSTANT. I. Enodat. c. 36.

Partim in usu esse desiit: quia ex duabus partibus, mancipatione & nuncupatione, quibus hoc testamentum constabat, [vid. Ulp. xx. 9.] unam tantum retinemus, id est nuncupationem cum solemnibus quibusdam. A COSTA & VINN.

Partim ex vario usu hominum (testamenta ex jure Prætorio condentium), *partim* Principum constitutionibus, per quas hoc testamentum paulatim cum testamento prætorio exæquari cœpit, quem adm. optime Imp. ex se ipso §. 3. explicari posse mihi videtur, licet alii aliter. Cæterum testamenta per æs & libram tunc demum omnino exoleverunt, quando Impp. Theod. & Valent. in Nov. 9. *de Testam.* jus civile & prætorium in unam consonantiam redegerunt, ut optime docet Jac. Gothofr. ad l. 1. Cod. Th. *de Testam.* [T. I. pag. 376. al. 335.] MEERMAN.

Ergo ita *partim* & *particulatim*, (nam Gr. κατὰ μικρὸν sic quoque verti potest) ut procedente tempore omnino obsoleverit. G. O. R.

g. Hoc absurdum esse graviss. auctor Plutarch. existimabat lib. *de sera num. vind.* [vid. supr. not. z.] Id Constantinum primum sustulisse quidam putant in l. 15. C. *de testam.* quamquam d. l. verba illa, quorum imaginarius usus est, intelligi possint de inani, & supervacua verborum observatione in postremis judiciis ordinandis. Euseb. 4. de vita Constantini formulam juris antiqui, & inanem

ἢ ὃν χάρταις, ὃν ἠβούλετο ἔσεσθαι [19] αὐτῷ κληρονόμον.

vel in chartis scribebat, quem sibi vellet heredem esse.

§. II. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ εἰρημένα τῶν 237
διαθηκῶν γένη ἡ πολιτικὴ νομοθεσία ἠπίστατο μόνη· μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοῦ πραίτωρος ἐδίκτον ἕτερον τύπον [20] ἐπὶ τῶν διαθηκῶν ἐξεῦρε· κατὰ γὰρ τὸ πραιτώριον δίκαιον οὐδεμία ἐμαγκιπατίων, τουτέστιν εἰκονικὴ πρᾶσις, ἐπράττετο· ἀλλὰ [h] ἑπτὰ μαρτύρων σφραγῖδες ἤρκουν εἰς τὸ ποιῆσαι πραιτωρίαν διαθήκην· εἰ γάρ τις διέθετο, καὶ ταύτην τὴν διαθήκην [21] ἑπτὰ μαρτύρων σφραγίσιν ἐποίησε σφραγισθῆναι, ἀπετελεῖτο πραιτωρία διαθήκη, ὁπότε τὸ πολιτικὸν οὐκ οἶδεν ἀναγκαίας τὰς τῶν μαρτύρων σφραγίδας.

§. II. Verum dicta hæc testamentorum genera solum Jus civile noverat: postea vero Prætoris edictum aliam formam in testamentis invenit. Nam secundum jus prætorium nulla emancipatio, id est venditio imaginaria, celebrabatur: sed septem testium signa sufficiebant ad faciendum testamentum prætorium. Si quis enim testatus fuerat, atque hoc testamentum septem testium signis signari curaverat, perficiebatur prætorium testamentum, quum *jus* civile testium signa haud necessaria agnosceret.

§. III. Αλλ' ἐπειδὴ κατὰ βραχύ, [i] τοῦ- 238
το μὲν ἐκ τῆς διαφόρου τῶν ἀνθρώπων χρήσεως, τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ὧν [22] ἐδιωρθώσαντο αἱ διατάξεις, εἰς μίαν συμφωνίαν τὸ πολιτικὸν ἅμα καὶ τὸ πραιτώριον δίκαιον ἤρξαντο συνάπτεσθαι· [23] ἐκράτησε, ὥστε ὁ [k] ἐν καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ὅπερ ἠβούλετο

§. III. Sed postquam paulatim, partim ex diverso hominum usu, partim etiam ex iis quæ constitutiones correxerunt, in unam consonantiam jus simul civile & prætorium conjungi cœperunt: obtinuit, ut uno eodemque tempore, quod volebat *jus* civile,

19. αὐτῷ F. 20. ἐπὶ τῇ ποιήσει διαθηκῶν ἐξηῦρε. F. 21. αὐτὴν ad: F. satis pleonastice. 22. Sic Bas. Par. Lov. & Lugd. ἐδιορθώσαντο Goth. ἐδιόρθωσαν. F. Malim διωρθώσαντο vel διώρθωσαν, ut pag. 56. c. 89. 23. ἐκράτησε δὲ ante F.

verborum conquisitionem tantum sublatam à Constantino scribit: quem etiam veterum calumniosas ambages sustuliſse scribit Nazarius in Paneg. Constantini. FABR. I.

Nonnunquam tamen testator plane non occultabat in testamento per æs & libram, quosnam heredes instituerat, uti patet ex testamento Cyri Architecti per æs & libram condito, qui illud palam fecerat. Cic. pro Mil. c. 18. MEERMAN.

Mihi necdum de hoc Cyri testamento liquet, cum Cicero & obsignationis, quæ jure prætorio introducta dicitur §. 2. & 3. h. t. mentionem faciat, & heredes scriptos, non nuncupatos fuisse dicat: confer l. 21. pr. D. h. t. & Trekell pag. 146. sq. quem mecum video sentire. G. O. R.

h. Jure civili quinque testes sufficiebant, jure Prætorio septem desiderantur, l. 1. C. Theod. *de Testam.* & Nov. Valentin. *de testam.* Isidorus Hispal. Orig. 5. c. 24. D. Chrysost. in Psal. 13. ὁ μὲν πέντε, ἡ ἑπτὰ μαρτυρίας οὐ δέησαι ἀνατρέψαι θέλων, συγκατάθεσιν ἐπιδοκιμάζεται. qui locus pertinere videtur ad ea test. quæ fiebant jure civili, aut Prætorio. Idem jus secutus est Theod. in ed. §. 28. FABR. I.

i. Ad h. l. vide distinctionem Harmenopul. L. V. t. 1. pr. ERNST.

k. Ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ dixit pro eo quod Ulp. in l. *heredes* 21. §. 3. D. *de testamentis.* uno contextu actus, nullo alieno actu interjecto seu interveniente, de quo v. plura in l. 28. C. *de testamentis*· μιᾷ ὑφῇ συναπτῶς: & inf. tit. exheredat. liber. in princ. μηδενὸς οὐ μέσῳ πραγματος. D. GOTH.

Uno contextu, id est, nullo actu alieno interveniente, ἀδιαλείπτως, sine intermissione, & ut ita dicam, uno spiritu continenter. FABR. I.

l. Atqui videntur quinque testes sufficere, Nov. 107. c. 2. Sed verius est illa verba, ἢ πέν-

λετο τὸ πολιτικὸν, l ἑπτὰ 24 μαρτύρων παρόντων καὶ ὑπογραφόντων, ὅπερ ἐπενόησαν αἱ διατάξεις, καὶ σφραγίδας 25 ἐπιτιθέντων, ὅπερ ὁ πραίτωρ ἠβούλετο, ἡ διαθήκη πληροῦται. ὥστε οὖν σήμερον αἱ διαθῆκαι ἐκ τούτων τῶν τριῶν m νομίμων τὴν σύστασιν ἔχουσιν, ἐκ τοῦ πολιτικοῦ καὶ τῶν διατάξεων καὶ τοῦ 26 πραίτωρος· ἐκ μὲν 27 τοῦ πολιτικοῦ κατάγεται, τὸ παρόντων 28 τῶν μαρτύρων μιᾷ ὑφῇ συναπλῶς πληροῦσθαι τὴν διαθήκην· αἱ δὲ τοῦ n τεστάτωρος καὶ τῶν μαρτύρων ὑπογραφαὶ ἐκ τῶν διατάξεων· αἱ δὲ ο σφραγίδες καὶ ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς μαρτύρων ἐκ τοῦ ἐδίκτου τοῦ πραίτωρος.

le, ſeptem teſtibus præſentibus ac ſubſcribentibus, quod conſtitutiones invenerunt, & ſigna imponentibus, quod prætor volebat, teſtamentum 239perficeretur. Itaque hodie teſtamenta ex tribus hiſce juribus ſubſtantiam habent, ex civili & conſtitutionibus & prætoris *edicto*. Ex civili quidem deſcendit, præſentibus teſtibus uno contextu conjunctim teſtamentum perfici *debere*; teſtatoris autem & teſtium ſubſcriptiones, ex conſtitutionibus; ſigna vero & ſeptem teſtium numerus, ex edicto prætoris *deſcendunt*.

§. IV. Πᾶσα p δὲ ἡ τοιαύτη ὠφελιμωτάτη, διὰ τὸ κακουργίας πάσης ἀπηλλάχθαι τὴν τῶν διαθηκῶν ποίησιν, καὶ παντὸς αὐτὰς καθαρεύειν δόλου, ἐκ διατάξεως q τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως τεθεσπίσθαι, ὥστε 29 τὸν διατιθέμενον οἰκείᾳ χειρὶ 240

§. IV. Cunctæ autem hujusmodi obſervationi, ut teſtamentorum factio omni malitia careat, & ipſa omnis doli fint expertia, ex conſtitutione religioſiſſimi Imperatoris noſtri adjunctum eſt, ut teſtator ſua manu

24. παρ. μαρτ. F. Mox ὑπογραφέντων ante F. quod ob ambiguitatem hic locum tenere nequit. 25. ἐπιτιθέντων ante F. 2. 26. πραιτωρείου apud Harmen. V. 1. 4. æque bene: non illud, quod §. 5. κατέχεται legitur pro κατάγεται. G. O. R. 27. γὰρ ad: F. 28. τῶν de: F. 29. τὸν de: F.

τε, addita eſſe ex Leon. Nov. 41. qua in urbe quinque teſtes, in agro tres ſufficere conſtituit, quod quidem jus in Oriente receptum fuiſſe conſtat ex Mich. Pſello, verſ. 982. & ex his, quæ notant gr. ad l. 5. D. *ſi tab. teſt.* ſic enim legitur in Baſil. Ἀληθήκη ἔχουσα τὰς πέντε σφραγίδας, in Gloſſis autem: Ἀνώνυμος καὶ τὸ πλάστος ἔχει ζ'. Iidem gr. ad l. 23. D. *qui teſt.* jus vetus inflectunt ad novum, leguntque ἡ πέντε. & in l. 8. & 27. C. *de teſtam.* ſubſtituunt, ἡ πέντε. Denique græci ajunt hoc jus moribus receptum eſſe 45. Baſil. t. 1. ἡ δὲ συνήθεια ἐπὶ πάσης ἀληθήκης πέντε μάρτυρας ἐδέξατο. FABR. I.

Mich. Attal. tit. 31. Synopſ. Jur. T. II. Leuncl. αἱ δὲ σφραγίδες, καὶ ὁ τῶν ζ ἢ ε ἀριθμὸς μαρτύρων ἐκ τοῦ πραίτωρος, imperite ἢ ε ex jure ſua ætate obtinente addidit. MEERM.

m. 5. Harmen. 1. §. 4. 5. 6. & 9. D. GOTH.

n. Collatio Carthag. 1. *Non etiam morientes teſtamentis ſuis ſubſcribunt.* FABR. I.

o. Σημεῖα. οὕτω λέγουσι τὰς σφραγίδας, Harpocrat. *Sigilla.* Moſchop. σιγίλλιον λατινικῶς, ἡ σφραγίς. Gloſſ. gr. lat. σφραγὶς, ἀφὰ γλυφίδος, *ſigillum.* à ſignaculis ſignatores dicti, & ſubſcriptores, quod ſubſcriberent. FABR. I.

p. Hic locus uſque ad ἐνεστ. κλητ. ad verbum exſtat (omiſſis tantum ἐκ ἀφατ. τοῦ ἐνεστ. ἡμ. βασ.) apud Harmenop. V. 1. 8. ubi Mercerus vertit: *Caterum univerſa hujus obſervationi, quo fraude omni teſtamentorum confectio vacet, & ab omni dolo teſtamenta pura ſint ac ſyncera, illud inſuper eſt adjectum, ut* &c. Curtius apud Th. & Fabr. *Omnis autem hæc obſervatio ad hoc pertinet, ut fraudes in teſtamenti confectione removerentur & omnis dolus abeſſet:* [Fabr. 2. & Ed. Leid. *ut nulla fraus adhibeatur in teſtamentis ordinandis, & omnis dolus abſit:*] *unde & a religioſiſſimo Principe noſtro, hoc conſtitutione quadam additum eſt, ut* &c. Cum quibus & ego legendum cenſens Πασῃ δὲ τοιαυτῃ παραφυλακῇ κ. τ. λ. Græca exactius expreſſi. G. O. R.

q. L. 29. Cod. *de teſtamentis* Nov. 66. c. 1. §. 1. Quod poſtremum hodie immutatum Nov. 119.

χειρὶ τὸ τοῦ κληρονόμου ὄνομα δηλῶσαι γράφοντα, ὅτι τόνδε ἀνεστησάμην κληρονόμον· τοῦτο δὲ αὐτοῦ μὴ ποιήσαντος, ἀνάγκη τοῖς [r] μάρτυσι λέγεσθαι τὸ τοῦ κληρονόμου ὄνομα· καὶ ἁπλῶς ἅπαντα δεῖ προβαίνειν καλὰ τὰ εἰρημένα αὐτῇ τῇ [30] διατάξει.

manu nomen heredis ſignificet, ſcribens Hunc inſtitui heredem. Hoc autem illo non faciente, neceſſe *eſt coram* teſtibus heredis nomen nuncupari: & ſimpliciter omnia procedere debent ſecundum *ea quæ* illa conſtitutione *ſunt* dicta.

§. V. Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν [31] τοῖς μάρτυσι [s] χρῆναι σφραγίδας ἐπιτιθέναι, ὀφείλεις εἰδέναι, ὅτι καὶ ἑνὶ [t] δακτυλίῳ [32] δύνανται σφραγίζειν τὴν διαθήκην. τί γάρ; [33] ὅτι οἱ ἁπλᾶ μάρτυρες εἶχον δακτυλίους, μιᾶς

§. V. Quum vero diximus, oportere teſtes ſigna imponere, ſcire debes, etiam uno annulo *eos* ſignare poſſe teſtamentum. Quid enim? ſi ſeptem teſtes haberent annulos, ſed *omnes*

30. θείᾳ ad: F. 31. τὲς μάρτυρες F. *vid. Not.* s. 32. δύνανται ante F. 2. 33. ὅτι ἁπλᾶ μὲν μ. F.

119. c. 9. Auth. & non obſervato. Cod. *de teſtamentis*, cum poſſit teſtator etiam per alium nomen teſtatoris [*leg.* heredis] adſcribere: ut militibus pagani in eo ſint exæquati. vide infra tit. *de militari teſtament.* D. GOTH.

r. Si teſtator literas neſciat, aut certe ſcribere non potuerit, præſentibus teſtibus nomen heredis nuncupari debet, & ipſi teſtes in ſuis ſubſcriptionibus ejus nomen ſubſcribere, ut eſt in l. 29. C. *de teſtam.* quæ abrogatur Nov. 119. c. 9. ſufficit enim per alium ſcribi nomen heredis, ne teſtator nudaret intima, & ſecreta aperiret. FABR. I.

s. Fabrotus per accuſativum edidit, forte ex Harmenop. V. 1. 9. forte ex Codd. ſed dativo hic quoque locus eſt: Thomas Mag. χρὴ με φῆσαι πάντοτε λέγε, ϗ χρὴ μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς ἀπαξ. G. O. R.

t. 5. Harmen. 1. §. 9. An anulo tantum, an & alio ſigno. v. l. *ad teſtium* 22. §. ſignum 5. D. *qui teſtament.* D. GOTH.

Seneca Ep. 8. *Talulis teſtamenti annulum imprimerem.* Ait, *uno annulo*, Michaël Attal. ἑνὶ δακτυλίῳ, ἤτοι βαλλωτηρίῳ. FABR. I.

u. χαρακτῆρα hic & γλυφὴν pro eodem ſumit. adde d. §. 5. & 35. *Eclog.* 1. c. 26. D. GOTH.

Ἀποσφράγισμα Plin. Ep. 16. L. 1. FABR. I.

x. L. 22. §. 2. D. *eod.* 35. *Eclog.* 1. c. 22. proprio tamen chirographo adnotari convenit. l. 30. D. *eod.* D. GOTH.

y. Cum eo teſtamenti factionem uſitate habere dicimur, quem inſtituere heredem poſſumus, vel qui ipſe nos heredes inſtituere poteſt .... ſed magis, qui (teſtam.) facere poteſt, l. 3. D. *eod.* ut teſtimonii dictionem &c. Ideoque nec cum Accurſio lego, nec cum Th. cum quib. teſtamenti factio eſt, id eſt qui heredes inſtituere & inſtitui poſſunt: intelligiturque *tantum.* Sed non ſolum ii, cum quibus factio teſtamenti non eſt, teſtes adhiberi non poſſunt, verum ex iis quoque qui inſtitui poſſunt, nonnulli idonei non ſunt teſtes, ut mulier, impubes, &c. Ex THi interpretatione filiusfam. teſtis eſſe non poterit teſtamentarius §. *pater* inf. eod. quod a contrario colligitur. EG. BARO *in Comment.* p. 176.

Teſtamenti factionem habere intelligimur, ſi vel teſtari poſſumus, vel capere ex teſtam. non ſolum, ſi utrumque poſſumus, ut Th. ait, ſed pro loco uſurpatur. ID. *ibid.* p. 233.

Ex interpretatione Th. rectiſſime concluditur, quod filiusfam. teſtis eſſe non poſſit. Adi Baronem, & quæ infra notavi ad §. 4. *de Hered. qual.* H. ERNST. h. t.

Ex hoc §. (4. *de Hered. qual.*) apparet ſupra §. 6. *de Teſtam.* ita legend. eſſe: οἱ τινες ὑφ' ἡμῶν δύνανται κληρονόμοι γεγράφθαι ἢ γεγράφειν: ut in locum ᾗ ſubſtituatur ἢ, ne quid ſit ambiguitatis. ID. d. l.

['Teſtes in teſtamentis adhiberi debent, Chryſoſtom. in Epiſt. Paul. ad Hebr. c. 9. atq. inde teſtamentum dictum quidam putant, v. Gloſſ. Baſil. *ex Edit.* 1.] Teſtes (autem) adhiberi poſſunt illi, cum quibus teſtamenti factio eſt: id eſt, qui ex teſtamento ſibi vel aliis adquirere poſſunt. quod loquendi genus Theoph. non percepit. [Latinus Junianus teſtamentum facere non poterat, & cum eo tamen teſtamenti factio erat, Ulp. tit. 20. §. Latinus Junianus. 1. & 2. *ex Edit* 2.] FABR.

Eamdem cantilenam nobis multi alii occinunt: ſed ſi vel ἢ, vel quod magis placet, ἢ καὶ legamus, vel καὶ disjunctive accipiamus (vid. Gloſſ. Th. his vocibus) nulla remanebit difficultas. Optime Ev. Otto in Comment. h. l. „ *Ut cum illis* „ *eſſet*

μιᾶς δὲ γλυφῆς ἦσαν οἱ ἑπλὰ, τουτέστιν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶχον [u] χαρακτῆρα, [34] καθὰ τῷ Πομπονίῳ δοκεῖ. Καὶ ἀλλοτρίῳ δὲ [x] δακτυλίῳ ἔξεστι σφραγίζειν.

omnes ſeptem unius eſſent ſculpturæ, id eſt unam eamdemque notam haberent, ſicuti Pomponio videtur. Alieno quoque annulo ſignare licet.

§. VI. Ἐκεῖνοι [35] πρὸς μαρτυρίαν παραλαμβάνεσθαι δύνανται, μεθ' ὧν ἔχομεν [y] τεσταμέντι φακτίονα, τουτέστιν οἵτινες ὑφ' ἡμῶν δύνανται [36] κληρονόμοι γράφεσθαι, καὶ γράφειν ἡμᾶς· εἰσὶ δέ τινες παντελῶς ἐργόμενοι τῆς ὧν [37] διαθήκης μαρτυρίας, οἷον [z] γυνὴ, ἄνηβος, [38] ἄλαλος, κωφὸς, μαινόμενος, ἄσωτος, [a] οἰκέτης, ἔτι δὲ καὶ ὁ improbus [b] inteſtabilisque. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν;

242 §. VI. Ad teſtimonium ii adhiberi poſſunt, cum quibus habemus teſtamenti factionem, id eſt qui a nobis heredes ſcribi, ac ſcribere nos poſſunt. Sunt autem quidam omnino prohibiti *a* teſtimonio teſtamentario, veluti mulier, impubes, mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, ſervus, item & improbus inteſtabiliſque.

34. ὡς F. 35. δὲ ad: F. 36. γρ. κλ. F. de ſeq. καὶ *vid. Not.* y. 37. Δι᾽ ἡμᾶς F. 38. οἰκίτης, h. l. F.

„ *eſſet teſtamenti factio*, l. 18. D. h. id eſt jus co-
„ mitiorum: neque enim activa neceſſaria eſt,
„ quia filiusfam. teſtis idoneus eſt, licet teſtari ne-
„ queat: neque paſſiva ſatis erat, uti mulieris
„ exemplo docemur. Hinc *claſſici teſtes*, qui ſi-
„ gnandis teſtamentis adhibebantur". Adde HEINECC. ad Vinnium, & quæ dixi cap. 234. not. *u*.

G. O. R.

z. γυνὴ l. 20. §. 6. D. h. ἄνηβος d. l. 20. pr. 1. Harm. 6. §. 60. ἄλαλος §. 2. inf. *de Teſt. mil.* μαινόμενος d. l. 20. §. 4. ἄσωτος l. 18. D. h. niſi recepta vitæ ſanitate, ut loquitur Paulus 3. Sent. 4. §. 12. οἰκέτης d. l. 20. §. 7. inteſtabilis l. 18. §. 1. l. 26. *eod.* D GOTH.

De mulieris teſtimonio v. Schol. Harmen. lib. 1. t. 6. §. 53. FABR. I.

a. Seneca Controverſia 1. lib. 2. FABR. I.

b. Quem Th. *inteſtabilem* ait, equidem nuſquam relatum memini. E. BARO *p.* 177.

Hanc nominis rationem alius, quod ſciam, nemo tradidit. Dion L. LVII. de Auguſto commemorans ſic ſcribit: ἀπεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος ἐιεχθεῖσι μὴ Δι᾽ἡμᾶς θαι, καὶ τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεται. id eſt *Tiberius vetuit, ne, quibus aqua & igni interdictum eſſet, teſtamentum facerent:* quod etiam hodie obſervatur. HOTOM. in Lugd.

Idem extat 1. Harmenop. 6. §. 59. 15. Gel. 13. Dixi ad leges XII. tabularum tit. *de teſtament.*

D. GOTH.

Inteſtabilis, qui teſtis fieri non poteſt .... Inteſtabilis inſuper, qui nec facere teſtamentum poteſt ... Prior ille ſignificatus a decemviris, poſterior a Juriſperitis, ſive ex Juriſprudentia media ... Aliter neque recte capit hoc verbum decemviriale Theophilactus [*ſic*] §. 6. Inſt. *de Teſtam.* & notæ priores [*Cujacii*] ad d. §. In ſalebra eadem & Conſtantinus t. 6. L. 1. §. 59. Suſpicati nempe inteſtabilem primo ſignificatu eſſe, qui teſtatori pollicitus ſe teſtem fore, nec fuerit: [*immo teſtis fuit, ſed poſt illius mortem ſuum haud vult agnoſcere teſtimonium.* G. O. R.] at Decemviri communiter ad omnia libræ penſa ſive omnes contractus reſpexere. MARCIL. *ad L. XII. Cap. V.*

Videas velim Harm. L. α. t. 5. & A. Gell. XV. 13. in fine: ubi verba L. XII. Tabb. in hanc fere ſententiam interpretatur Jac. Cujac. ERNST.

Verba hæc, vilis, improbus, inteſtabilis, perditorum hominum appellationes ſunt. Saluſt. Jugurt. Tacit. Annal. 15. Plin. 30. c. 2. A. Gell. 7. 18. Apul. 2. de dogm. Plat. Joannes Lugdun. Archiep. apud Ivon. Carnot. Ep. 237. In libris noſtris inteſtabilis dicitur, qui teſtimonium dicere non poteſt. Gloſſ. vet. in Excerpt. *inteſtabilis*, ἀμαρτύρητος. l. 21. D. *de teſt* ubi probroſi carminis convictus, & damnatus inteſtabilis eſſe dicitur: Græci namque ſic interpretantur 21. Baſil. tom. 1. cap. 21. ἀπόβλητος εἰς μαρτυρίαν. & l. 5. §. pen. D. *de injur.* com. [*leg.* conj.] Baſil. interpretatione. Gloſſæ Baſ *improbus & inteſtabilis*, ἀδόκιμος καὶ ἀμάρτυρος Gloſſæ lat. gr. *inteſtabilis*, ἀπηγορευμένος, μὴ ἐξὸν δικτέος εἰς μαρτυρίαν. Schol. Horat. in Sat. 3. lib. 2. Inteſtabilis quoque dicitur, cui non licet teſtamentum condere, vel teſtamento quid ab alio accipere. verba ſunt ejuſd. Schol. Gloſſæ gr lat. ἀδιάθετος, *inteſtatus*, *inteſtabilis*: quod confirmat l. 9. C. Th. *de hæret.* cum inteſtabili vero non eſſe teſtamenti factionem putat Th. & Joannes ad l. 18. D. *qui teſtam.* FABR. I.

Caput L. XII: QUI SE SIRIT TESTARIER, LIBRIPENSVE FUERIT, NI TESTIMONIUM FARIATUR, IMPROBUS

ἐστιν; c οἷον, 39 ἀφαιρεθέντος τινὸς, ἐκλήθη243 que. Sed quisnam hic eſt? veluti: Τίτιος ἐπὶ μαρτυρίαν· ἐμαρτύρησε, τουτέστιν ὑπέγραψεν ἐν τῇ διαθήκῃ, καὶ ἐσφράγισε· τελευτήσαντος τοῦ τεστάτωρος, οὐκ ἠθέλησε d ὠφελογενέσθαι καὶ μαρτυρῆσαι, ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἥτε ὑπογραφὴ καὶ ἡ σφραγίς· μισοῦσι τὸν τοιοῦτον οἱ νόμοι, καὶ οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν e λαβεῖν τι ἐξ ἀλλοτρίας διαθήκης· οὐδὲ διδόασιν αὐτῷ τοῦ διατίθεσθαι παῤῥησίαν, οὐδὲ συγχωροῦσιν αὐτῷ μαρτυρεῖν ἑτέρου διατιθεμένου· λέγεται 40 δὲ ὁ τοιοῦτος improbus inteſtabiliſque.

teſtante aliquo, vocatus fuit Titius ad teſtimonium; teſtis fuit, hoc eſt ſubſcripſit in teſtamento & ſignavit. Mortuo teſtatore, noluit adeſſe ac teſtimonium perhibere, ſuam eſſe & ſubſcriptionem & ſignum. Oderunt hunc leges, neque permittunt eum quid capere ex alieno teſtamento: neque dant ei teſtandi licentiam, neque concedunt ei teſtem eſſe alio teſtamentum condente. Dicitur autem hic improbus inteſtabiliſque.

§. VII. Τί οὖν, ὅτι εἷς τῶν μαρτυρησάντων τῇ διαθήκῃ κατὰ μὲν τὸν καιρὸν τῆς διαθήκης ἐλεύθερος ἐνομίζετο, ὤφθη δὲ μετὰ ταῦτα δοῦλος; σκοπήσωμεν, εἰ 41 ἀκυρῶται ἡ διαθήκη· ἐπειδὴ δοῦλος, ὡς εἴρηται, κεκώλυται μαρτυρεῖν· ταύτης οὖν οὔσης τῆς ἀμφιβολίας, γέγονε 42 πρότερον μὲν διάταξις Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως πρὸς Κατόνιον f Βῆρον· πάλιν δὲ τοῦ αὐτοῦ συμβάντος, Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀντέγραψαν, ἐξ οἰκείας φιλοτιμίας τῇ τῆς διαθήκης ἰσχύϊ συν-

§. VII. Quid igitur, ſi quis teſtium in teſtamento liber credebatur *facti* teſtamenti tempore, ſed poſtea ſervus adparuit? Videamus, an teſtamentum infirmetur: quoniam ſervus, ut dictum eſt, teſtis eſſe prohibetur. Hoc ubi dubium exſtitit, facta eſt primo conſtitutio Adriani Imperatoris ad Catonium Verum. Quum vero idem accideret iterum, Severus & Antoninus reſcripſerunt, ex

39. ἀφαιρεθέντος F. 40. ὂν pro δὲ F. 41. ἀντεῦθεν ad: F. 42. πρότερον F. Mox Ἀδριανὸς legebatur ante Lugd. *vid. Gloſſ. noſtrum.*

PROBUS INTESTABILISQUE ESTO. Quod ita acceptum eſt, quaſi illi, qui denunciati teſtimonia detrectant, improbi inteſtabilesque eſſe hoc capite jubeantur; cum tamen ejus longe alia ſententia ſit, & ad eum tantum pertineat, *qui ſe ſirit*, id eſt ſiverit *teſtarier*, id eſt in teſtem adhiberi, *libripenſve fuerit*, ſive in teſtamento, quod per æs & libram fiebat, ſive alio negotio, quo emancipatio nexusve fiebat, nec teſtimonium *fariatur*, id eſt teſtimonium de eo, cui tanquam teſtis interfuit, dicere detrectet. Nam veteres *fariari* dixerunt pro *fari*. Eumque horum verborum ſenſum eſſe, aperte docet Th. licet id ad teſtem teſtamentarium (quod nec dicit Th. uti eum velle putat Rævard. ad L. XII. Tabb. cap. 10.) minime reſtringendum, ſed ad alios ſimiles, uti jam monitum, referendum ſit. WESTENB. *in D. Marco* p. 96-98.

Auctoritates veterum ſcriptorum, quibus omnia ſua dicta confirmat Weſtenb. brevitatis ſtudio hic omiſimus. Perperam ergo alii (quos omnes recenſere quid adtinet?) pro regula acceperunt, quod paraphraſtes aperte ſatis pro exemplo poſuit. G. O. R.

c. Ita cautum lege XII. tabul. ut ſcribit Cuj. heic Notis prioribus. FABR. II.

d. An ergo cogebatur teſtamenti fidem approbare? ſic videtur ex lege 12. tab. ut emend. Cujac. convenienter juri Attico, de quo Poll. 8. cap. 6. in v. λειπομαρτύριον. v. Harpocr. in κλητῆρες, ſed ei adverſatur Conſtantin. Harm. I. tit. 6. §. 59. quod & ſignificat hoc loco Th. FABR. I.

e. Inteſtabilis igitur eſt I. qui teſtimonii officio fungi non poteſt. II. cui teſtamento relinqui non poteſt. III. qui teſtamentum facere non poteſt.

Cum

συντρέχειν, ὥστε εἶναι αὐτὴν ἐν τοιαύτῃ 43 τῇ τάξει, ἐν ᾗπερ ἤμελλεν εἶναι, εἰ τὴν ἀρχὴν ἀνεπιλήπτως ἐγένετο, πάντων ἐλευθέρων μαρτυρησάντων· ἀλλὰ τὸ κατὰ τὸν ε χρόνον τῆς ποιήσεως τῆς διαθήκης, τὸν εἰρημένον μάρτυρα κατὰ τὴν πάντων γνώμην ἐλεύθερον εἶναι νομίζεσθαι, καὶ 44 μὴ ὑπεῖναί h τινα τὸν περὶ κατασάσεως 45 ζήτησιν αὐτῷ ἐπάγοντα.

ex ſua *ſe* liberalitate teſtamenti firmitati ſuccurrere, ut ea id eſſet conditione, in qua futurum erat, ſi principio inculpate factum fuiſſet, omnibus liberis qui teſtes fuiſſent: ideo quod faciendi teſtamenti tempore dictus teſtis ſecundum omnium opinionem liber eſſe credebatur, nec quisquam fuerat qui illi de ſtatu quæſtionem moveret.

§. VIII. Ἐμοῦ διατιθεμένου, δύναται 46 μαρτυρεῖν τῇ ἐμῇ διαθήκῃ Πείμων ἅμα i Σεκούνδῳ τῷ ἰδίῳ ὑπεξουσίῳ· εἰ δὲ καὶ δύο 46 ἦσαν συνυπεξούσιοι ἀδελφοὶ, ὁμοίως τὸ τῆς μαρτυρίας ἀκώλυτον· οὐδὲν γάρ ἐστι τὸ ἐμποδίζον, ἐξ ἑνὸς οἴκου ἤτοι μιᾶς φαμιλίας πολλοὺς 47 ἐν ἀλλοτρίᾳ μαρτυρεῖν k διαθήκῃ.

§. VIII. Me teſtante, teſtis meo teſtamento eſſe poteſt Primus cum Secundo filiofamilias ſuo. Sed & ſi duo ſint fratres in ejuſdem poteſtate, ſimiliter *jus* teſtimonii invetitum *eſt*: nihil eſt enim quod prohibeat, ex una domo ſive una familia plures in alieno teſtamento eſſe teſtes.

§. IX. Νῦν δὲ διατίθεταί τις, εἰ 247 βούλεται τὴν διαθήκην ἀνεπίληπτον εἶναι, 49 σκοπείτω τοὺς μέλλοντας μαρτυρεῖν, καὶ ἐξεταζέτω, μή τις τῶν μαρτύρων ὑπεξούσιός ἐστι τῷ τεστάτορι, καὶ l εὑρὼν τῆς μαρτυρίας αὐτὸν 50 ἐξελαυνέτω· οὐκ ἔτι δὲ ζητοῦμεν, μή τις τῶν μαρτύρων ὑπεξούσιον

§. IX. Quando quis teſtatur, ſi teſtamentum inculpatum eſſe vult, conſiderato teſtes futuros, atque inquirito, num quis teſtium in poteſtate ſit teſtatoris, & inveniens *a* teſtimonio eum repellito. Non item vero quærimus, num quis teſtium in pote-

43. τῇ de: F. 44. μηδὲ F. 45. αὐτῷ h. l. F. 46. εἶησαν F. 47. ἐν de: F. Ego potius adderem in pr. h. §. 48. δὲ ad: F. 49. σκόπει F. & mox ἐξέταζον in 1. ἐξέτασον in 2. Edit. 50. ἐξέλαυνε F. qui adeo perſonam ſecundam prætulit, ſatis incommode: & Latinam tamen Curtii verſionem in tertia retinuit, *videat*, *inquirat*, *repellat*. G. O. R.

Cum inteſtabili non eſſe teſtamenti factionem putat Th. & Joannes ad l. 18. D. *eod.* Cujacius contra. FABR. II.

Vide de hac quæſtione Vinnium & Huberum in Præl. ect. h. t. adverſ. Thomaſium, nec non Mylium in Hiſt. Th. pag. 26. 27. & Trekell. pag. 212. & 219. G. O. R.

f. Sic in l. 1. C. *de teſtamentis*: alias *Catonem*, ut hic apud Juſtinianum. D. GOTH.

Ego per vocalem longam ſcribere malim Κατώνιον. Varians autem lectio ad Interpretes Juſtinianeos pertinet. G. O. R.

g. L. 22. §. 1. D. *eod.* l. 1. C. *de teſtamentis*. D. GOTH.

h. Sufficit non fieri controverſiam ſtatus, nec anxie diſquiritur, an teſtis civis Romanus ſit, idemque juris eſt in heredibus, ut ſignificatur in l. 15. C. *de teſt. milit.* FABR. I.

i. L. 22. in pr. D. *eod.* 35. *Eclog.* 1. §. 22. D. GOTH.

k. Quia hic actus ad eos non pertinet. GEN. ED.

l. Quia teſtimonium domeſticum reprobatur, l. 2. & l. pen. D. *de Teſtibus*. GEN. ED.

ἐξούσιον ἔχει 51 τὸν τεστάτωρα, ἢ συνυπεξούσιός ἐστιν αὐτῷ· 52 καὶ ὁ λογισμὸς οὗτός ἐστι· τί βούλῃ τὸν διατιθέμενον εἶναι; αὐτεξούσιον ἢ ὑπεξούσιον; εἰ μὲν αὐτεξούσιον 53 εἴποις, ἀ προσβαίνει τὸ λέγεσθαι, μή τίς ἐστιν αὐτῷ συνυπεξούσιος, ἢ ἔχει αὐτὸν ἐν ὑπεξουσιότητι. Εἰ δὲ ὑπ-248 ἐξούσιον m αὐτὸν 54 θεματίσεις, ἑτέρῳ μείζονι λόγῳ τὰ τῆς διαθήκης ἐπέχεις· ὑπεξούσιος γὰρ ἃ δύναται διατίθεσθαι· ἐπειδὴ διαθήκη n ἐστὶ τῶν ὄντων διατύπωσις, οὐ νομίζεται δέ τι ἔχειν ὁ ὑπεξούσιος ἐν πληρεστάτῃ 55 ἐξουσίᾳ, ὥστε πράττειν 56 ἃ βούλεται ἐπ' αὐτῷ.

potestate habeat testatorem, aut cum eo in ejusdem potestate sit. Et ratio hæc est: quid testatorem vis esse, sui an alieni juris? Si quidem sui dicas, non procedit *superius* dictum, num quis cum eo in ejusdem sit potestate, aut ipsum habeat in potestate. Si vero alieni juris eum fingas, alia majori ratione *jus* testamenti prohibes: alieni enim juris *qui est*, testari non potest; quoniam testamentum est rerum *suarum* ordinatio, verum *qui* alieni juris *est*, haud creditur quidquam in pleniſſima habere potestate, ita ut quæ velit, in eo facere possit.

Εἰ δὲ δυνηθῶμεν εὑρεῖν ὑπεξούσιον διατιθέμενον, τότε λοιπὸν 57 σκοπῶμεν, εἰ δυνατὸν προσβαίνειν τὰ ἑξῆς· καὶ ζητοῦντες εὑρίσκομεν τὸν 58 βετεράνον ὑπεξούσιον, (Βε-249τεράνος δέ ἐστιν, ὁ στρατευσάμενος, καὶ

Quod si filiumfamilias invenire potuerimus testantem, tum porro dispiciamus, num reliqua procedere possint. Atqui quærentes invenimus filiumfam. veteranum, (VETERANUS au-

51. τὸν de: F. 52. καὶ τίς ἐστιν ὁ λογισμός; ὁ λογ. ἔτ. ἐστι. Τί βούλει &c. F. postremum κτλικως. 53. εἴποις de: F. 54. θεματίζεις F. Ego malim θεματίσοις. 55. τῇ ad: F. 56. ὃ pro ἃ F. 57. σκοπήσομεν F. forte σκοπῶμεν præstat, & cap. seqq. τρακτοφίζωμεν. 58. Ουετερ. hic & mox, sed paulo post lect. 60. Βετερ. F.

m. L. 20. §. 3. D. *eodem.* D. GOTH.

n. Ita quoque definitur infra tit. *quib. non est permissum facere testamentum*, in princ. D. GOTH.

o. Veteranum pro emerito & exautorato ponit, nam ita postea exponit, μὴ τὴν ἄφεσιν, τουτέστι ἡνίκα χρῶνται βετερῶνοι, *id* [*est*] *post missionem, hoc est, ubi Veterani fuerint.* P. NANN.

V. §. 3. inf. *de milit. test.* FABR.

p. Vid. l. 11. D. *de Castr. pec.* l. 3. §. 4. D. *de Donat. int. V. & U.* GEN. ED.

q. Mihi nunquam THi interpretatio placuit, qui domesticum testimonium accipi *non ex consanguinitate, sed ex unitate subjectionis*, scribit. Verius enim est, domesticos dici testes, qui ex ead. domo & familia producuntur. Nostram sententiam confirmat Ulp. l. 20. §. 2. D. *eod.* Cum enim ex Marcelli authoritate dixisset: *patrem ejus, qui de castrensi peculio potest testari, adhiberi ab eo ad testamentum testem posse*; subjecit, *& frater ergo poterit*: ostendens fratrem æquo jure cum eo censeri, qui testis alioqui non admitteretur. Unde a contrario colligi facile potest, fratrem qui ei testamento accedit testis, in quo juris solennia non requiruntur, aliis regulariter non adhiberi.

CHAROND. II. *Verisim.* 10.

Sensum (Imperatoris) non satis assecutus videtur THus, cum causam istius reprobationis (testimonii domestici) deducit ab illa unitate personarum, quam inducit patria potestas; potius est enim, ut dicatur ideo in ea re testimonium patris eorumque qui sunt in ejus potestate, reprobatum esse: quia non tam jure potestatis, quam jure familiæ pater & omnes alii, qui sunt in familia, pro una habentur persona, ita ut, quæ res sunt in peculio castrensi filiifamilias, eædem jure familiæ in dominio patris esse existimentur, eoque is tanquam in re domestica & propria non possit dicere domesticum testimonium. Neque vero prædictis obstat, quod passim jactatur, filiumfam. in peculio castrensi a legibus haberi pro patrefam. l. 2. D. *ad SC. Maced.* quo admisso videtur concludendum esse, in eodem peculio patrem carere jure familiæ, & consequenter dominio prædicto. Respondetur enim, eum locum non esse absolute intelligen-

καὶ ἤδη τῆς στρατείας ἀφεθεὶς) εἰς τὸ καστρένσιον πεκούλιον 59 δυνάμενον διατίθεσθαι, τουτέστιν, ὃ ἐκτήσατο P ἐκ τῶν ὑπὸ πολέμοις καμάτων· ἐτίμησαν γὰρ αὐτὸν αἱ διατάξεις· οὐκοῦν, ἐπειδὴ ὁ διατιθέμενος ὑπεξούσιος εὑρέθη, 60 τρακταῖσωμεν τὰ ἑξῆς· ἆρα τοῦ βετεράνου ὑπεξουσίου διατιθεμένου εἰς τὸ καστρένσιον πεκούλιον, ὁ πατὴρ 61 ὁ ἔχων αὐτὸν ὑπεξούσιον, ἢ 62 ἀδελφὸς ὁ συνυπεξούσιος δύνανται μαρτυρεῖν; καὶ λέγομεν, ὅτι οὐδαμῶς· ἡ γὰρ 63 οἰκιακὴ μαρτυρία, ὃ λέγουσιν οἱ νομικοὶ domeſticum teſtimonium, ὁ καλῶς ὂν 64 διαθήκῃ γίνεται· τὴν δὲ q οἰκιακὴν μαρτυρίαν οὐκ ἐκ τῆς συγγενείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑνώσεως τῆς ὂν ὑπεξουσιότητι λαμβάνομεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ αἱ διατάξεις διατίθεσθαι συνεχώρησαν αὐτῷ ὂν ὑπεξουσιότητι, ἀλλ' οὖν ἀπαιτοῦσιν

autem eſt, qui militavit, & nunc militia ſolutus eſt) qui de caſtrenſi peculio teſtari poſſit, id eſt, quod adquiſivit ex laboribus bellicis: hunc enim conſtitutiones honoraverunt. Itaque, poſtquam inventus eſt filius-familias teſtans, tractemus reliqua. An ergo teſtante filiofam. veterano de peculio caſtrenſi, pater eum in poteſtate habens, vel frater in ejuſdem poteſtate, teſtari poſſunt? Et dicimus, nequaquam: nam quod Juriſperiti domeſticum vocant teſtimonium, in teſtamento haud recte adhibetur. Domeſticum autem teſtimonium non ex cognatione, ſed ex coadunatione per poteſtatem patriam deprehendimus: licet enim conſtitutiones *vel* maxime ei permittant ſub aliena poteſtate teſtari, attamen exigunt

59. δυνάμθ@ F. cum quo ne quis fallatur, Curtianam parentheſin adpoſui. Mox idem ſic edidit: τστ. εἰς ὃ ἐκ τῶν ὂν πολέμῳ ἐκτ. καμ. 60. Vid. lect. 57. 61. ὁ de: Goth. poſt. & F. 62. ὁ ad: F. 63. οἰκιανὴ F. hic & mox ad not. *q.* cum Goth. poſt. 64. ⁂θήκαις F.

gendum, quaſi filius in ea cauſa ſolus habeat jus familiæ, neque ullum jus familiæ in eadem patri competeret; ſed preſſim accipi debet, *&c.*

GALVANUS *de Uſufr. cap. VIII.* §. 18.

Οἰκιακὰ μαρτυρία hic, & 1. Harmen. 6. §. 58. & 21. *Eclog.* 1. c. 24. domeſtica teſtimonia. teſtes de domo l. pen. D. *de teſtibus.* adde §. 10. in f. inf. *eod.* D. GOTH.

Græc. interpres: οἰκειακὴ μαρτυρία οὐκ ἐκ τῆς συγγνείας, ἀλλ' ὂν τῆς ἑνώσεως τῆς ὑπεξουσιότητος λαμβάνεται, ὡς ὂν τῷ 1. τ. τῆς β'. ἐνσιτ. διηγόρευται. Sic ait Juſtinian. *liberos per poteſtatem parentibus coadunari*, [verſ. *licet*, atque ita videtur Ulp. domeſticos teſtes accipere, tit. 20. §. *qui in pot.* alii igitur domeſtici, id eſt, qui in eadem domo habitant, non prohibentur in teſtamentis teſtes adhiberi, cum tamen in aliis cauſis non admittantur, l. pen. D. *de teſt.* l. 3. C. *eod.* Paul. ſent. 5. t. *de teſt.* §. 1. vide Zonaram ad can. 145. Synodi Carthagin. Quidam domeſticos accipiunt pro cognatis, licet alibi morentur, quos notat Cujac. Idem proverbium illud, οἴκοθεν ὁ μάρτυρ, de domeſtico teſte accipiunt. perperam, ut idem putat, ad l. 22. D. *qui teſt.* cum de eo potius accipiendum ſit, qui adverſus ſemetipſum teſtimonium dicit, quive ſeipſo, ut ita dicam, teſte ſuperatur. Michaël Apoſtolius, Diogenian. & append. Vatic. οἴκοθεν ὁ μάρτυρ· ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν φερόντων μαρτυρία [*lag.* μαρτύρια *vel* μαρτυρίαν.] Auctor Anonym. vitæ S. Athanaſii: τῆς οἰκολάστου τοίνυν ἐκείνης ὅτως ὑπὸ τῶν ἑαυτῆς ῥημάτων ἐλεγχθείσης, καὶ οἴκοθεν ὁ μάρτυρ, τὸ τοῦ λόγου, φανείσης. ut ἡ οἴκοθεν κρίσις apud Plutarchum *de diſcrim. amici ab adulat.* Themiſt. Orat. 4. probat evidenter, de præconio quoque domeſtico proverbium uſurpari. *ex Edit.* 1.] FABR.

Pro THo ſtat Balduinus in *Comment.* pag. 256. pr. nec non Vinnius ad h. §. qui pluribus differentiam inter teſtes judiciales ac teſtamentarios docet. Et ſane qui Imperatorem ſimpliciter hic legit, non poteſt pro THo non judicare. Charondæ autem argumentatio talis eſt, ut ea ſaltim in re pro malo Dialectico ſit habendus, quum contraria plane inde concluſio debeat inferri, ſcil. hæc: ſi ob *conſanguinitatem* prohiberetur teſtimonii dictio, ne-

τοῦσιν αὐτὸν, ὥστε διατιθέμενον μὴ καταφρονεῖν τῆς ἀκριβείας.

gunt ab eo, ut ne teſtamentum condens rigorem *juris* negligat.

§. X. Διατιθέμενός τις ἀνεστήσατό με κληρονόμον· ὃ δύναμαι μαρτυρεῖν τῇ ποιήσει ταύτης τῆς διαθήκης, οὐδὲ ὁ ἐμὸς ὑπεξούσιος, οὐδὲ ὁ ἔχων με ἐν ὑπεξουσιότητι πατὴρ, οὐδὲ ὁ ἀδελφός μου ὁ συνυπεξούσιος· ὅλον γὰρ τὸ σημεῖον [65] πρατόμενον ἐπὶ διατυπώσει τῆς διαθήκης μεταξὺ τοῦ κληρονόμου καὶ τοῦ τεστάτωρος πράττεται. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ συνεκέχυτο [66] πάλαι τὸ τοιοῦτον νόμιμον, καὶ πολλῆς ἐπεπλήρωτο ταραχῆς, ἡνίκα ἐκράτει τὸ τοῦ φαμιλιέμπτωρος· (ἐπειδὴ [r] κατὰ πρώτην ὄψιν αὐτὸς ἐνομίζετο κληρονόμος εἶναι, οὐκ ἠδύναντο οἱ [67] κατὰ ὑπεξουσιότητα συναπτόμενοι [s] τῷ φαμιλιέμπτωρι μαρτυρεῖν τῇ διαθήκῃ· οἱ δὲ τῷ κληρονόμῳ τῷ ἰδίᾳ γραφομένῳ, καθὰ προείρηται, [67] κατὰ ὑπεξουσιότητα συνηνωμένοι, καὶ αὐτὸς μέν τοι [t] ὁ κληρονόμος ἀκωλύτως [68] ἐμαρτύρει, τῆς ἀκριβείας οὐκ ἐναντιωμένης τῇ μαρτυρίᾳ, διὰ τὸ δοκεῖν ὅλον φέρεσθαι τὸ κέρδος εἰς τὸν φαμιλιέμπτωρα, [u] τὸν δὲ ἰδίᾳ γραφόμενον κληρονόμον ἀγνοεῖσθαι.) [69] ἀλλὰ μὴν οἱ τοῦτο ἐπιτρέποντες ἀγχαῖοι,

§. X. Teſtamentum quis faciens heredem me inſtituit: non poſſum teſtari *in* hujus teſtamenti confectione, neque meus filiusfam. neque pater qui me in poteſtate habet, neque frater meus in ejuſdem poteſtate. Totum enim *negotium*, quod hodie in teſtamenti ordinatione agitur, inter heredem ac teſtatorem agitur. Licet enim hoc jus olim maxime confuſum, multaque conturbatione plenum fuerit, quum *ſolemnitas* familiæ emtoris obtineret: (quoniam prima facie ipſe videbatur heres eſſe, non poterant qui per patriam poteſtatem familiæ emtori conjuncti erant, *in* teſtamento eſſe teſtes: qui autem heredi ſeorſim ſcripto, ut ſupra dictum eſt, per patriam poteſtatem coadunati erant, & ipſe quoque heres ſine impedimento teſtis erat, *civili* rigore *huic* teſtimonio non adverſante, eo quod totum lucrum in familiæ emtorem videbatur conferri, & heres ſeorſim ſcriptus igno-

65. πρατ. de: F. 66. τὸ τοιῦτο πάλαι F. 2. τοιῦτον reſcripſi ex Baſil. Pariſ. & Lovan. 67. καθ' F. 68. ἐμαρτύρει F. 69. ἀλλ' ὅμως F.

que in communi neque in militari teſtamento aut pater aut frater adhiberi poſſet: ſed qui ob unionem patriæ poteſtatis prohibentur, hos certum eſt in militari teſt. non prohiberi, ob rationem vel tironibus notam. Quantum ad Galvani opinionem, ea primo intuitu vix differre videtur a Theophilina, quum hic idem fere valeant *patria poteſtas* & *jus familiæ*: attamen ex ipſa difficultate, quam ſibi Galvanus opponit, nec ſatis poteſt ſolvere, ſiquidem in caſtrenſi peculio nihil plane juris habet pater, adparet THum veriora dixiſſe. Ceterum pugna inter §. 9. Inſt. h. & l. 20. D. *eod.* hujus non eſt loci. G. O. R.

r. Ut facilius hunc locum intelligamus: ſciendum eſt, Familiæ emptorem alium veteribus fuiſſe ab herede clam ſcripto ſeu futuro. In hoc autem caſu quo de agitur, hoc eſt teſtimonio, apud veteres familiæ emptor in eo teſtamento (in quo familiæ emptor eſſet) teſtis eſſe non poterat: ſed nec ii qui per patriam poteſtatem eum attingebant, hoc eſt ejus liberi, parentes, fratres in ejuſdem patris poteſtate. Hæres autem clam ſcriptus poterat in eodem teſtamento adhiberi teſtis: nec is tantum, ſed & ii omnes qui per patriam poteſtatem ei conjungebantur, hoc eſt parentes, liberi, fratres in ejuſdem patris poteſtate. Quod ſane fieri ab hærede ſatis durum videtur: unde periti juris teſtatoribus ſuadebant, ne paſſim ac temere teſtes eos admitterent in teſtamento, quos in eo clam heredes feciſſent. Id conſilium Juſtinianus

χαῖοι, καὶ μὴ κωλύοντες τὸν σκίπλον κληρονόμον, μήτε τοὺς συναπλομένους αὐτῷ καθ' ὑπεξουσιότητα, τῇ διαθήκῃ μαρτυρεῖν, παρήνουν [x] χρῆναι [70] τοὺς διατιθεμένους μὴ ἀποκεχρῆσθαι τῇ δεδομένῃ τοιαύτῃ παῤῥησίᾳ. καὶ ταῦτα μὲ ὤδε τοῖς παλαιοῖς.

ignorabatur:) attamen *ipſi* antiqui hoc permittentes, neque heredem ſcriptum prohibentes, neque *eos* qui per patriam ei poteſtatem conjuncti erant, teſtimonium præbere *in* teſtamento, admonebant teſtatores, ne data hac licentia abuterentur. Et hæc quidem apud veteres.

Ὁ δὲ ἡμέτερος βασιλεὺς τὴν τοιαύτην διορθῶν ἀταξίαν, (ἀταξία γὰρ [71] ἐδόκει, τὸ διδόναι μὲ παῤῥησίαν, ὠφελεῖν δὲ ταύτῃ μὴ κεχρῆσθαι·) τὴν τῶν ἀρχαίων συμβουλὴν εἰς ἀνάγκην μετήγαγε νόμου. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ φαμιλιέμπτωρος ἐκεκώλυτο πᾶσα μαρτυρία τῷ συνηνωμένων τῷ φαμιλιέμπτωρι κατ' ὑπεξουσιότητα, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κληρονόμου, σώζοντος εἰκόνα τοῦ παλαιοῦ φαμιλιέμπτωρος, οὔτε αὐτῷ μαρτυρεῖν, οὔτε τοῖς συναπτομένοις αὐτῷ καθ' ὑπεξουσιότητα συνεχώρησε· δοκεῖ γὰρ εἰς ἴ οἰκεῖον κέρδος μαρτυρεῖν· καὶ ἐπειδὴ ἡ διάταξις τῶν παλαιοτέρων [72] βασιλέων τῷ κληρονόμῳ μαρτυρεῖν ἐπέτρεπε, τὴν τοιαύτην διάταξιν ἐκώλυσεν ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἐγγραφῆναι τῷ οἰκείῳ κώδικι.

Sed Imperator noſter hanc corrigens confuſionem, (confuſio enim videbatur, dare quidem licentiam, ſed admonere ne *quis* ea uteretur) conſilium antiquorum in legis neceſſitatem transtulit: & ſicut in vetere familiæ emtore omne teſtimonium prohibebatur *eorum* qui per patriam poteſtatem familiæ emtori erant conjuncti; ita & in herede, imaginem veteris familiæ emtoris ſervante, neque ipſi teſtem eſſe, neque *iis* qui per patriam poteſtatem illi conjuncti ſunt, permiſit: videtur enim in ſuum commodum eſſe teſtis. Et quoniam vetuſtiorum Principum conſtitutio heredi teſtem eſſe concedebat, prohibuit ſanctiſſimus Imperator noſter hanc conſtitutionem ſuo Codici inſcribi.

§. XI.

§. XI.

70. τὸ μὴ τὲς διαθ. ἀποκεχρ. F. 71. ἐῴκει F. 72. ἦν ad: F. & deinde legit ἐπιτρέψασα.

nianus in legis neceſſitatem poſtea tranſtulit hoc edicto, ut ne in teſtamento, qui clam ſcriptus heres eſſet, teſtis fieret. D. GOTH.

s. Ulp. tit. 20. *Qui in poteſtate teſtatoris eſt, aut familiæ emptoris, teſtis aut libripens adhiberi non poteſt.* FABR. I.

t. M. Tull. in Miloniana: *Teſtamentum ſimul obſignavi cum Clodio. Teſtamentum autem palam fecerat, & illum heredem & me ſcripſerat.* FABR. I.

u. Vertit Curtius & retinuerunt ceteri editores: *& clam ſcriptus heres rerum omnium eſſe ignarus:* quod nec Græcitati nec menti Theophilinæ convenire Lector admonitus ſatis intelligit. G. O. R.

x. Nam hæc etiam legis virtus eſt, *conſilium*, quod ſane aliud eſt quam *permittere*, ut colligi poteſt ex 1. Harmenop. 1. §. 21. Eſt enim illo loco ἐπιτρέπειν, τὸ μήτε κωλύειν μήτε ἀποτρέπειν, id eſt *neque vetare neque hortari.* Pars igitur hæc, quæ paulo poſt συμβουλὴ dicitur, addi poteſt aliis, de quibus lex 7. D. *de legibus.* D. GOTH.

y. Nullus idoneus in re ſua teſtis intelligitur, l. 10. *de teſt.* Cicero pro Roſc. Amer. *Si ſua res ageretur, teſtimonium non diceret.* Demoſthenes in Dol. [*ſic*] μάρτυρές εἰσιν, οἷς μὴ μέτεστι τοῦ πράγματος, ὥσθ' ἡ δίκη. & 2. in Steph. FABR. I.

x. Ἀγώ-

§. XI. Ληγαταρίοις δὲ καὶ φιδεϊκομ- 256
μισσαρίοις, ἐπειδὴ οὐκ ἀσωμάτω [z] γίνονται διάδοχοι, καὶ πᾶσι τοῖς συναπτομένοις αὐτοῖς καθ' ὑπεξουσιότητα, ἀκώλυτος ἡ μαρτυρία γενήσεται· ἀλλὰ 73 διάταξις [a] τοῖς τούτοις ἐστὶ γαληνοτάτου ἡμῶν βασιλέως, ἰδικῶς ἐπιτρέπουσα [b] τούτοις, τὸ δύνασθαι ληγάτα καταλιμπάνειν τοῖς μέλλουσι μαρτυρεῖν τῇ διαθήκῃ, καὶ πολλῷ πλέον τοῖς 74 συνηνωμένοις αὐτοῖς καθ' ὑπεξουσιότητα.

§. XI. Legatariis vero ac fideicommiſſariis, quia *juris* incorporalis ſucceſſores non fiunt, atque omnibus qui per patriam illis conjunguntur poteſtatem, haud prohibitum erit teſtimonium: verum conſtitutio inſuper eſt Sereniſſimi Principis noſtri ſpecialiter his permittens, ut legata poſſint relinquere futuris *in* teſtamento teſtibus, multoque magis *his* qui per patriam illis coadunati ſunt poteſtatem.

§. XII. Οὐ διαφέρομαι δὲ, ἐν [c] ποίᾳ 257
γέγονεν ὕλῃ ἡ διαθήκη, πότερον 75 ἐν [d] σανίσιν, ἢ ἐν χάρταις, ἢ ἐν 76 μεμβράναις, ἢ ἐν ἑτέρᾳ ὕλῃ, οἷον ἐν [e] δέρματι ἢ ἐν ἐλεφαντίνοις πλυχίοις.

§. XII. Non diſtinguo autem, in quali materia teſtamentum fiat, num in tabulis, an in chartis, an in membranis, an *vero* in alia materia, veluti in corio aut in eboreis pugillaribus.

§. XIII. Δύναταί 77 τις [f] διατιθέμενος πολλὰς ἰσοτύπως γράφειν διαθήκας· οὕτω μέντοι, ὥστε μίαν ἑκάστην αὐτῶν κατὰ τὴν κρατοῦσαν ἐν διαθήκαις φυλακὴν περαιοῦσθαι· τοῦτο δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι, τὸ εἶναι

§. XIII. Poteſt aliquis teſtans multa uniformiter ſcribere teſtamenta; ita tamen, ut unumquodque eorum ſecundum obtinentem in teſtamentis obſervationem perficiatur. Hoc autem

73. καὶ ad: F. 74. συνημμένοις F. 75. ἢ ad: F. 76. μεμβράνῃ F. 77. δὲ ad: F. Mox ἰσοτύπως habet, de quo vid. illius notam.

z. Ἀσώματον pro *jure* hic accipit; non male. Nam, ut ante dictum eſt *ſup. de rebus corporalibus*, ἀσώματα in jure conſiſtunt. D. GOTH.

L. 9. §. 1. D. *de Edendo.* FABR. I.

a. Quæ hodie non extat. D. GOTH.

Fuit hæc procul dubio conſtitutio Græce tantum ſcripta, eamque ob cauſam cum aliis multis deperdita, ut jam Cujac. obſervavit. Quam vero laudant vulgo l. 22. Cod. *de Teſtam.* ea eſt Zenonis. Vinnius in Comment. eam conſtitutionem priori Codici inſertam, ſed in repet. præl. omiſſam cenſet. G. O. R.

b. L. 20. D. *eod.* l. 22. Cod. *de teſtamentis.* D. GOTH.

Aut ita legend. eſt: ἐπιτρέπουσα τούτοις, μαρτυρεῖν τῇ δ. & ita reponend. in verſ. *qua ſpecialiter id eis permiſſum eſt, ac multo magis*, &c. aut Th. hujus §. ſententiam non percepit: nec enim heic legatariis capiendi facultas conceditur, (ſed alia conſtitutione) aut iis qui in eorum poteſtate ſunt, ſed eos recte teſtes adhiberi traditur. Cæterum Juſtin. his verbis, *licentiam damus*, innuere videtur, ſe nova conſtitutione teſtimonii dicendi facultatem iis concedere, qui ſunt in legatariorum poteſtate: niſi ita malis accipere, ut eadem conſtitutione tam legatariis, quam eis qui per poteſtatem iis conjuncti ſunt, teſtimonium perhibere concedat. FABR. I. *in Add.*

Legatariis, & iis, qui in legatariorum poteſtate ſunt, vel qui legatarios in poteſtate habent, teſtimonii dicendi jus & facultas conceditur: ut autem ei qui in teſtem rogatur, legari poſſit, hac conſtitutione non cavetur. FABR. II.

Vix intelligo, quid ſibi Fabrotus in notando hic THo velit: quum nihil equidem videam diſcriminis, utrum dicamus, *Legatario licet teſtem eſſe*, an *Teſti licet eſſe legatarium*; imo vero hoc poſterius, ſi tricari velimus, magis verum eſt, quam prius, quum feminis, impuberibus &c. liceat eſſe legatariis, non teſtibus. G. O. R.

c. L. 15. in f. Cod. *eod.* adde l. 15. C. *de teſtam. milit.* tametſi id quodammodo ſpeciale. D. GOTH.

d. Sicut in tabulis leges perſcribebantur, hinc leges

εἶναι πολλὰ τῶν διαθηκῶν ἰσότυπα· ἔσθ' ὅτε γάρ τις μέλλων ἀποπλεῖν, ἔχειν μεθ' ἑαυτοῦ βούλεται τὴν διαθήκην, καὶ ἑτέραν οἴκοι καταλιπεῖν, ἐξ ἧς δείκνυται τοῦ τελευτήσαντος ἡ διάνοια. καὶ δι' ἄλλας συμβαίνει πολλὰς αἰτίας, ἀναγκαιότατον εἶναι τοῦτο, αἵτινες ἐξ ἀνθρωπίνων συμβαίνουσι περιστάσεων· 78 ἔσθ' ὅτε γὰρ κλαπῆναι συμβαίνει τὸ ἓν ἰσότυπον, ἢ καὶ τὸν λαβόντα ἐν ξενιτείᾳ ὀδεῦσαι, καὶ ἄδηλον εἶναι τὸν τόπον, ἐν ᾧ διατρίβει.

tem neceſſarium eſt, ut multa ſint teſtamentorum exemplaria: aliquando enim aliquis navigare volens, ſecum habere cupit teſtamentum, & aliud domi relinquere, unde defuncti adpareat voluntas. Et propter alias cauſas multas evenit, ut hoc maxime ſit neceſſarium, quæ ex humanis contingunt caſibus: namque accidit interdum, ut unum exemplar ſubripiatur, aut etiam *is* qui in depoſitum accepit, peregrinetur, atque incertus ſit locus, in quo verſetur.

§. XIV. Ταῦτα δὲ πάντα περὶ τῶν ἐγγράφων 79 δεῖ νοεῖσθαι διαθηκῶν· εἰ δέ τις ἄγραφον [h] βούλεται ποιῆσαι διαθήκην, (πολιτικὴν δηλονότι, ἄγραφον γὰρ ὁ πραίτωρ οὐκ ἐπίσταται διαθήκην· 80 πῶς γὰρ ὁ σφραγῖδας ἀπαιτῶν ἀεί;) εἰ τοίνυν παρ-

§. XIV. Hæc autem omnia de ſcriptis intelligi oportet teſtamentis. Sed ſi quis non ſcriptum velit facere teſtamentum, (civile ſcilicet, nam Prætor teſtamentum non ſcriptum haud novit: quî enim *noſceret, utpote,*

78. ἢ γὰρ ἐφ' ὅτε συμβ. κλ. F. 79. νόει (intellige) F. 80. πῶς γὰρ de: F.

leges 12. tab. & Ῥωμαϊκοὶ ἄξονες, Syneſ. in Dione: ita & teſtamenta, quæ de pecunia cujuſque ſanctiones erant, in tabulis primum deſcripta. Iſidorus Orig. 5. cap. 24. *Tabulæ teſtamenti ideo appellatæ ſunt, quia ante chartæ, & membranarum uſum in dolatis tabulis non ſolum teſtamenta ſcribebantur*, &c. Formula ſupremæ conteſtationis; *Hæc, uti his tabulis, ceriſve ſcripta ſunt*, Ulp. reg t. 20 id eſt, tabulis cera illitis. Hinc tabulæ teſtamenti, vel etiam tabulæ pro teſtamento. Juven. Sat. 14. . . . *tabulaſque mutare parabis*, & bonorum poſſeſſio contra lignum, id eſt, contra ipſum teſtamentum, l. 4. & 19. D. *de bon. poſſ. cont. tab.* FABR. I.

e. In corio [vel codicibus eboreis. *Edit.* 2.] l. *librorum* 52. D. *de legat.* 3. [nec debuerunt mutare in *roboreis.* Edit. 2.] FABR.

f. Plures tabulæ teſtamenti exemplarii cauſa vulgo ſcribi ſolent, l. 47. D. *de leg.* 2. ut de Antonii teſtamento ſcribit Dio, de Theophraſto Laërt. Aimonius Monachus de geſt. Francorum, lib. 4. c. 30. de Dagoberto Franc. R. *Conſtitui etiam quatuor fieri uno tenore exemplaria, & ea manibus ſubterfirmare, non tantum meis, ſed etiam filiorum meorum Sigeberti, ac H. Ludovici, quos hodie reges conſtituo, veſtris quoque aui aſtatis ſanctiſſimi Pontifices, nec non gentis noſtræ principes, è quibus unum Lugduni in Gallia, aliud Pariſiis, tertium Mettis, quartum autem*, &c. FABR. I.

g Claudius Salmaſius ſcribit, melius legi in editis & ſcriptis codicibus ἰσοτύπως, quam quod edidit Fabrotus, ἰσοτύπως. Ego ſecutus ſum Regios codices, nec eſt cur Salmaſianos magis ſequamur. Salm. etiam in rebus minimi momenti carpendi occaſionem rapit. FABR. II.

h. Adde l. 21. D. *eodem*; l. 21. §. 2. C. *de teſtamentis.* D. GOTH.

[Veteres Romani nuncupatione uſi ſunt, hoc eſt, teſtamenti genere, quod ſine ſcripto fit, l. 21. §. 2. C. *de reſtam.* Edit. 1.] Gloſſæ gr. lat. διαθήκη ἄγραφος, *nuncupatio.* [Plin. 14. cap. 22. *Teſtamenta ſua alii nuncupant.* Eſt enim nuncupare, lingua & voce voluntatem ſuam ſignificare. Gloſſæ Baſil *nuncupatio*, ἐκφώνησις ἄγραφος, nuda & ſine ſcriptura conteſtatio. Juſtinus hiſt. lib. 12. *voce nuncupatus heres.* Macrob. Sat. 1. c. 10. *Cum decederet, populum Romanum nuncupavit heredem.* In hoc teſtamento verborum ſolemnitate non magis neceſſaria eſt, quam in eo quod per ſcripturam fit ex conſtitutione Conſtantini, auctore Euſebio 4. de vita Conſt. *Edit.* 1.] FABR.

i. §. 2. ſup. tit. prox. FABR. II.

παρόντων ἑπτὰ μαρτύρων τὴν οἰκείαν γνώμην ἐπ' αὐτῶν [81] φανερώσει, τελεία καὶ ἰσχυρὰ ἡ τοιαύτη κατὰ τὸ πολιτικὸν ἔσται διαθήκη.

te qui ſigna ſemper requirat?) ſi igitur præſentibus ſeptem teſtibus ſuam coram iis mentem declaraverit, perfectum & firmum hoc erit teſtamentum ſecundum *jus* civile.

81. φανερώσῃ lego.

[ΠΕΡΙ ΣΤΡΑΤΙΩΤΙΚΗΣ [a] ΔΙΑΘΗΚΗΣ.]

ΤΙΤΛΟΣ ΙΑ.

ΕΝ τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν, τίνα τρόπον δεῖ τυποῦσθαι τὴν διαθήκην. Αλλ' ἐκείνη μὲν ἡ πολλῆς ἀκριβείας ἐχομένη παραφυλακὴ ἐν ταῖς παγανικαῖς χώραν ἔχει διαθήκαις· ἐπὶ δὲ τῶν στρατιωτικῶν διαθηκῶν ἅπας ὁ τοιοῦτος σχολάζει λόγος. συγχω-

DE MILITARI TESTAMENTO.

TITULUS XI.

IN ſuperioribus diximus, quemadmodum teſtamentum oporteat formari. Verum illa quidem multam ſolemnitatem habens obſervatio in paganorum teſtamentis locum habet: ſed in militaribus teſtamentis omnis hæc

a. Adde 35. *Eclog.* 3. ex tit. 21. περὶ ἀφαιρέσεως στρατιωτῶν. D. GOTH.

Et titt. D. & C. *de Teſtam. milit.* GEN. ED.

Milites ſunt, qui manu ſignati (ut in Ep. Greg. M. ad Mauric. Imp. hinc *militiæ character.* c. 97. §. ſi forte 1. q. 1. Chryſoſtom. hom. 3. in poſter. ad Corinth. Auguſtin. 2. contra Ep. Parmen. c. 13.) *cinfti* l. 25. l. 38. & l. pen. D. *eod.* (B. Chryſoſt. adverſ. vituper. vitæ monach. lib. 3. Hinc *zona militaris*, ζώνη στρατιωτικὴ, Greg. Nazian. Orat. 42. στρατηγικὴ ζώνη, Baſilio, Seleuc. de vit. Theo. 1. Zonaras ad can. 12. Syn. Nic. τὰς ζώνας, ἤγουν τὰ τῆς στρατείας παράσημα.) itaque diſcingebantur exauctorati, Herodian. 2. & antequam animadverteretur in milites, diſcingebantur, Cæſarius λόγκε. 140. Et ſacramento adacti (de ſacramento militari pleni ſunt authorum libri) in numeros relati ſunt l. 4. d. l. 38. §. 1. & l. 42. *eod.* & matriculis inſerti, ἢ στρατιωτικοῖς καταλόγοις, l. pen. & ult. C. *de commeat.* l. 16. C. *eod.* Veget. 2. c. 5. & deniq. à Rep. armantur & aluntur l. 31. C. *de locat.* l. 15. C. *de re milit.* Numerus eſt cohors, agmen, legio, τάγμα, σπεῖρα. Oecumen. in act. Apoſt. c. 15. & Theophylact. c. 10. σπεῖρα δέ ἐστιν, ὃ καλοῦμεν νῦν νούμερον. ex Chryſoſtom. hom. 22. in acta. Exercitus multis numeris militum conſtat l. 2. §. 1. D. *qui not. inf.* itaque milites jubentur numeris & ſignis ſuis inhærere d. l. 31. τάγμασι, καὶ σίγνοις, ἢ βάνδοις. FABR. I.

b. Conſtitutionibus principum venia datur militum imperitiæ & ſimplicitati, l. 40. D. *de admin. tut.* l. 1. D. *eod.* l. 3. C. *eod.* l. 1. C. *de jur. & fact. ign.* Tacit. in Agric. *Credunt plerique militarib. ingeniis ſubtilitatem deeſſe, quia caſtrenſis jurisdictio ſecura, & obtuſior, ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat.* Syneſ. de Regno: τὸ δή τοι στρατιωτικὸν τοῦτο φῦλον ἁπλοϊκόν τέ ἐστι, καὶ ἀγύμναστον. FABR. I.

Imperitia igitur apud Juſtinianum eſt juris imperitia, ut in l. impuberi 40. D. *de admin. tut.* FABR. II.

c. Teſtamentis militaribus hoc eſt ſpeciale, ut vel uno tantum teſte adhibito teſtamentum facere poſſint milites, ut hic. Imo ſi Leonis Novell. 40. integræ ac puræ lectionis eſt, nullo teſte adhibito. Quæ ſane authoritates mihi ſuſpectæ. Vult enim Juſtinianus §. ult. & l. 24. D. *de teſtam. militis.* milites convocatis hominibus teſtari & in l. 40. D. *de teſtam. militis* vult legitimis probationibus teſtamentum militis oſtendi. proinde duobus ſaltem teſtibus adhibitis l. ubi D. *de teſtibus.* adde quæ ſcripſi ad Novel. Leonis 40. & 41. Idque mihi juſtius videtur: cum & ipſorum militum interſit, ſucceſſiones ſuas non deferri ex unius tantum hominis teſtimonio. D. GOTH.

Si miles ſine ſcripto teſtetur, & teſtamenti fides teſtibus tantum nitatur, puto unum non ſufficere: unius enim teſtimonio credendum non eſt, l. 20. D. *de quæſt.* & probationis privilegium ſolitaria teſtimonia non merentur, Arnulph. Ep. ad Adrian. Pontif.

κεχώρηται [1] γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀπαταξεως, [b] διὰ τὴν ἐν νόμοις ἀπειρίαν, [2] τὸ πᾶν τὴν ἀκρίβειαν ἀπατίθεσθαι. Ἀμέλει τοι, εἰ καὶ ἑνὸς [c] παρόντος μάρτυρος [3] ἀπατίθενται, ἢ καὶ ἐὰν μὴ γράψωσιν οἰκείᾳ [d] χειρὶ τὸ τῆς κληρονόμου ὄνομα, ἡ αὐτῶν ἔρρωται βούλησις· ἠσχολημένοι γὰρ περὶ τὴν στρατείαν, εἰκότως ἀγνοοῦσιν ἀκριβείας ἀπάσης παρατήρησιν.

hæc ratio ceſſat; illis enim permiſſum eſt ex conſtitutionibus, propter legum imperitiam, extra *eam* ſolemnitatem teſtari. Proinde, etſi uno teſte præſente teſtentur, vel etiamſi propria manu heredis nomen non ſcripſerint, rata eſt eorum voluntas. Occupati enim in militia, ignorant conſequenter omnis ſolemnitatis obſervationem.

Ἀλλὰ πάλαι μὲν ὅπου [e] δήποτε διάγοντες στρατιωτικῶς ἠδύναντο διατίθεσθαι· διάταξις [f] δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως τότε συνεχώρησεν αὐτοῖς τοῦτο πράττειν, ἡνίκα ἐν

Sed olim quidem ubicumque degentes militariter teſtari poterant: at Imperatoris noſtri conſtitutio tunc illis hoc facere permiſit, quum in caſtris

1. δὲ ante F. 2. τὸ μὴ κατὰ ἀκρ. F. 3. ἀπατῶνται, ἢ τῷ μὴ F.

Pontif. Plutarch. in Cat. Utic. quoniam igitur numerus teſtium non adjicitur, puto duos ſufficere arg. l. 12. D. *de teſt.* Quid ſi aliis probationibus de militis voluntate conſtet? non puto teſtes deſiderari, l. 40. D. *eod.* Si vero ſcripto teſtetur, verius dicetur teſtes non deſiderari; maxime ſi miles ſaucius in acie teſtetur, & in vagina, aut clipeo literis ſanguine ſuo (alias legitur, ſuſo, ſed Mich. Attal. habet, *ἰδίῳ αἵματι*) rutilantibus, quod fieri vult, adnotet, aut in pulvere inſcribat gladio ſuo, vel haſta, ut apud Poëtam . . . *verſa pulvis inſcribitur haſta*, ſub ipſo tempore quo vitæ ſortem derelinquit, ut eſt in l. 15. C. *eod.* Sufficit igitur ſola militis adnotatio. FABR. I.

Vel miles ſine ſcripto teſtatur, & cum teſtamenti fides teſtibus tantum nitatur, puto unum non ſufficere: unius enim teſtimonio credendum non eſt, l. 20. D. *de quæſt.* quoniam igitur numerus teſtium non adjicitur, puto duos ſufficere, arg. l. 12. D. *de teſt.* Si vero ſcripto teſtetur, verius dicetur teſtes non deſiderari. De hoc plenius agemus in Comment. *in Inſtitut.* FABR. II.

Adverſus THum diſputant A COSTA pag. 240. VINNIUS *in Comment.* pag. 312. & D. GALTIER h. l. nec non (monente Meermanno) DAVYDARGENTEUS *in Not. Jur. Sel.* fol. 291. a. Pro noſtro ſtant VIGLIUS ad h. t. pag. 53. & FABROTUS in poſter: ſed paulo obſcurius. Audiamus Vinnium, qui inſtar omnium eſſe poteſt, ad verba §. 1. *convocatis ad hoc hominibus* ſic diſſerentem: „ Ex his „ conſtitutionis verbis triplex orta controverſia „ eſt: una de neceſſitate adhibendorum teſtium „ in teſtamento militis; altera de numero; tertia „ de eorum rogatione. De prima aſſentior Vi„ glio, Cujacio, Hotom. Bachovio [& *a Coſta*] „ ſcil. intereſſe, utrum miles per nuncupationem „ & ſine ſcriptura teſtetur, an per ſcripturam: in „ nuncupatione omnino teſtibus opus eſſe . . . . . „ in ſcripto autem teſtamento & ſi nulli teſtes a „ milite adhibiti ſint, ratam tamen eſſe militis „ voluntatem. . . . . De numero teſtium adhi„ bendo a milite, per nuncupationem teſtante, „ ſic ſentio, neque unum teſtem, quod putat „ THus, ſufficere, neque plures exigi quam duos „ . . . . . de rogatione teſtium, quod tertium „ erat, eam non exiſtimo in militari teſtamento „ eſſe neceſſariam ". Deletis tribus his voculis, *quod putat THus*, omnia recte ſe habent, atque id ipſum, quod dicturus fueram, exprimunt. Planum enim eſt lectori paulo magis attendenti, paraphraſten de ſcripto loqui teſtamento, primo quia hic Imperator agit de ſolemnitatibus teſtamentorum; atqui duo teſtes in nuncupativo militis teſtamento probationis, non ſolemnitatis cauſa requiruntur: deinde quia THus ſtatim addit, de nomine heredis propria manu ſcribendo. Jam vero Theophilomaſtixin incumbit probatio, noſtrum de nuncupativo ſenſiſſe. G. O. R.

d. Οἰκείᾳ χειρὶ id eſt, *propria manu* heredis nomen non ſcribi, ſingulare jus olim fuit militibus: in paganis contra fuit, quod tamen poſtea mutatum, ut ſcripſi ad §. 3. ſup. *de teſtamentis.* D. GOTH.

Ut in paganorum teſtamentis obſervari ſolet, l. jubemus 29. C. *de teſtam.* FABR. II.

e. Olim quocumque in loco, omni tempore. hodie militiæ tantum tempore jure proprio, jure ſuo teſtantur. FABR. II.

Dignus legi Cl. Otto ad §. 3. h. t. G. O. R.

f. Vid. l. 17. C. *de teſtamento militis.* D. GOTH.

ἐν τοῖς καστροις 4 ἢ ἐν τῷ g ἐξπεδίτῳ διάγουσιν· ὅπως δήποτε γὰρ ἡ βούλησις αὐτῶν, ἐγγράφως ἢ ἀγράφως, διατυπωθεῖσα 5 ᾖ, τὸ ἰσχυρὸν ἐχέτω ἐν ἑαυτῇ· Ἐν οἷς δὲ χρόνοις ἐν ἑτέροις διατρίβουσι τόποις, ἢ ἐν τοῖς λεγομένοις 6 αὐτῶν σεδέτοις,

stris vel in expeditione agunt; quomodocumque enim voluntas eorum, 262 sive in scripto sive sine scripto, ordinata sit, robur in se habeat. Quibus autem temporibus in aliis degunt locis, aut in dictis eorum sedetis, id est,

4. ἤτοι F. 5. ᾖ de: F. 6. αὐτοῖς ante F. sed αὐτῶν ipse citat Viglius in *Comment. ad h. t.* pag. 47.

g. Ἐξπέδιτον dixit Harmenop. 4. tit. ult. §. 28. D. GOTH.

h. *Vel suis ædibus* [vulgo in textu Lat.] Melius legitur, *sedibus:* ad proprias enim domos post missionem primum redibant, & sic in ead. constit. emendatiores habent codices, (l. fin. C. *de Testam. mil.* in Nurnb. edit.) eoque modo interpres etiam legisse videtur, utcunque Lat. vocem declarans: ἐν τοῖς λεγομ. αὐτῶν σεδέτοις &c. Intelligo autem hyberna, id est loca, in quibus stationem hyeme milites facere solent . . . . . *sedium* tamen appellatio etiam extra hyemem intelligi potest, quotiescunque scil. cessat belli necessitas. Credo itaque *stationarios* (l. *limenarchæ* D. *de fugit.*) qui ad provinciæ quietem aluntur, & *Limitaneos* (l. 2. §. *pro limitaneis* C. *de offic. pr. pr. Afr.* & tit. *de fund. limitr.* lib. XI.) qui in finitimis hostium locis ad repentinas incursiones intenti sunt, & equites qui publico ordinarioque stipendio etiam in pace apud nos retinentur, interea privilegiis hisce non frui. VIGLIUS *in Comment. X. titul.*

Aedibus, al. *sedibus*, ut & TH. σεδέτοις: quam lectionem puto veriorem. Certe ea confirmatur ex l. ult. C. *de Restit. mil.* ubi ita legitur, cum illa eadem sit cum l. ult. C. *Quib. non obj long. temp. pr.* & l. pen. C. *de Test. mil.* ut indicant eædem inscriptt. & subscriptt. A. CONT. *ad Instit.*

Dies tamen differunt, cum una harum legum Kal. April. altera IV. Id. Apr. tertia VI. Id. data sit: adeoque non sufficit, quod Contius in binis harum aut IV. aut VI. Id. legendum putet. Præterea ipse Contius in iisd. ll. *adibus* edidit, sed in marg. *sedibus* ex TH. emendat, quod & ego cum Haloandro & D. Gothofr. præfero: sed ostendere debui, mancam esse Contii probationem. G. O. R.

Quæri merito potest, cur in suis sedibus vel ædibus (Aedes enim veræ militum fossata, stationes, castra ipsa) privilegio militari non fruantur: aut cur tum [*l.* dum] in illis sunt, abesse reip. causa non dicantur? eo magis quod nisi & in illis locis constituti privilegio militari fruantur, exiguo admodum tempore beneficium militare duraturum eis sit, si in momentum solum expeditionis & procinctus tempus extenditur, neque ad stationum militarium tempora porrigetur. Denique nulla mihi videtur ratio, ut cum in suis sedetis vel hybernis sunt (*en garnison*) privileg o spolientur, cum vel eo temporis-spatio annonas militares accipiant. l. 18. sup. *de Episc. aud.* l. 2. C. Th. *de Domest. & prot.* l. 6. tit. 24. ut mihi suspicio magna justaque sit, hic & in l. ult. sup. *de Rest. mil.* (ubi hæc constitutio totidem verbis repetitur) & vers. *illis autem temporibus* & apud THum *de mil. test.* legend. *milites non juvari:* eos jure denique militari in testando non frui, cum citra expeditionis necessitatem in aliis locis quam in suis ædibus εἰ μὴ ἐν τοῖς λεγομένοις αὐτῶν σεδέτοις degunt, ut loco τῶν *vel* legamus εἰ μὴ i. e. *quam.* [An scripsit Goth. ut loco τῶ, ἢ i. e. *vel* leg. *&c.*] Quod & TH. satis indicat, cum sedeta exp. ἔνθα ἀλήγ. ἀν. ἀν. Quid quod vix a paganis different milites, si in expeditione tantum militari eo beneficio fruentur: cum pagani ipsi in expeditione etiam jure militari testari possint. l. ult. D. *de Test. mil.* . . . . . Possis tamen & h. locum sic accipere: miles non fruitur privilegio militari, quoties non militarib. locis, vel quoties in suis ædibus citra expeditionis necessitatem moratur.

D. GOTH. *ad l. ult. Cod. Quib. non obj. l. t. pr.* Σέδετα militum hic pro *ædibus* ipsorum accipit. Sane *sedeta* hic dicuntur, ἔνθα ἀλήγειν αὐτὸς ἀνάγκη, ut *stativa* esse intelligamus. In his autem jure militari testari haud posse milites negat hoc ipso loco THus. De quo vide quæ scripsi ad l. 18. Cod. *de Episcop. Audient.* D. GOTH.

Quod autem hoc in §. est *vel in ædibus suis*, TH. legit *vel in sedibus suis.* V. Cl. Cujac. notis secundis & Consult. 49. respondet melius esse *in suis ædib.* vel idem esse *in suis ædib.* & *in suis sedib.* ut in l. 1. C. Th. *de Domest. & protect.* l. ult. C. *de postlim. revers.* Sed eæ leges nihil ad hunc §. Et vero melior lectio est THi *in suis sedib.* quam habent quoque libri manu antiquissima scripti. Quippe de *ædibus* nulla dubitandi ratio erat, quin ibi a militibus paganica testamenta fierent: sed Justinianus intelligi voluit *de aliis locis*, id est extra castra, & *de sedibus suis*, hoc est de stativis, hibernis atque æstivis dubitari posse, an militaria ibi testamenta fierent *Etc.* MARCIL. *ad Instit.*

In l. 2. §. 1. [Cod. *de Off. Præf. pr. Afr.*] cum agit de pluribus ducum Africanorum stationibus, recte *Sedium* voce utitur. Similes sedes intelligit TH. per Σέδετα, non vero *Fossata*, ut veteres glossæ Basilicῶν, & Suidas in Σέδετον: quod advertit

τοις, ἡ τουτέστιν ἔνθα διάγειν αὐτοὺς ἀνάγκη, τῶν στρατιωτικῶν ἐν τῷ διατίθεσθαι φερνομίων οὐκ ἀπολαύουσι· καὶ ὑπεξούσιοι δὲ ὄντες ἀκωλύτως διατίθενται, πανταχοῦ μέν τοι τὴν ἀκρίβειαν φυλάττοντες, ἐν ᾧ τῶν κάστρων εἰσὶν ἐκτός.

§. I.

est, ubi agere eos necesse est, militaribus in testando privilegiis haud fruentur: quamquam si filiifamilias sint, sine impedimento testantur, ubique tamen solemnitatem observantes, quatenus extra castra sunt.

§. I.

vertit Coryphæus juris interpretum Cujac. in prioribus not. Viglium secutus; quamvis reclamet vulgaris lectio Instit. in qua pro *Sedibus* scriptum est *Aedibus*. Sed de hac quæstione fusius dicam in notis Instit. TRIVOR. *Observ. Apolog.* c. 9.

Hunc locum varie vexant viri docti: quidam enim censent, milites .... non posse jure militari testari in hybernis, stativis, præsidiis, quæ *sedeta* vocat l. 18. C. *de Episc. aud.* ut & h. l. TH. qui hæc verba intellexisse non videtur: legens enim *in suis sedib.* non, *in suis ædib.* hoc sic interpretatur, *aut in quæ sedeta vocantur*, id est *ubi eos agere necesse est.* Et frustra est amicus quidam noster [*Rigaltius*] vir doctiss. qui in Glossario mixto-barbaro THi verba sic esse accipienda contendit, in testamentis non posse uti milites privilegio, quando aliis in locis degunt, *quam in sedetis*, id est in locis, in quibus sedere & consistere necesse habent. Quem sensum ex verbis THi nemo unquam eruere potis erit: aperte enim negat TH. militem in sedetis jure militari posse testari, quam sententiam plerique sequuntur hodie. *Etc.*

A COSTA *in Comm. Instit.*

Omnino legendum *sedibus* apud Justin. non *ædibus*. Moveor auctoritate Th. quem ita legisse non dubito. ex quib. efficitur, milites non testari jure militari in aliis locis, quam in expeditione. expeditio belli res est. Cassiod. Var. 1. 17. *Hanc merito expeditionem nominavere majores, quia mens devota præliis, non debet aliis cogitationibus occupari.* Hinc *expedire*, Tacit. hist. 1. Græci recentiores, ἐν ἐξπεδίτῳ dicunt. Justin. Nov. 117. c. 11. περὶ τῶν ἐν ἐξπεδίτῳ ὄντων. Græci in Basilic. sic interpretantur: ἐν ταξειδίοις ὄντων. Leo Imp. Tacit. Const. 4. §. ἐν τῷ ἐξπεδίτῳ ἤγουν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῦ φοσσάτου. In expeditione igitur, id est, in castris, & exercitu, v. Th. Schol. ad §. 6. inf. *de exhered. lib.* Alii pro castris & exercitu fossatum dicunt, φοσσάτον Leo d. §. 1. Codin. de offic. cap. 4. n. 56. cap. 5. n. 4. Chrysost. hom. 23. in Epist. ad Ephes. ὁ παρὼν βίος ὁδός τίς ἐστι καὶ στρατιά, καὶ ὡς ἄν εἴποι τις τὸ λεγόμενον, παρ' αὐτοῖς, φόσσατον. Auctor Anonym. de invent. S. Cruc. Edessen. mon. in Elench. Agar. Astrampsychus, ἐν Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, ἢ Ραβολίῳ, qui in Biblioth. Reg. & Memmiana: περὶ συναγωγὰς ἀπτέρων, οἷον φοσσάτου, ἐκκλησίας, συμποσίων, καὶ ἀφορέων τινῶν. Et ita Gr. accipiunt in l. 21. §. in exercitu, D. *com-*

mod. Jc. in l. 3. §. 2. D. *de re mil.* vide collection. antiq. Decretal. lib. 3. t. 36. & cap. 4. ext. *de immun. Eccles.* Annales Franc. *Qui in continuo Africæ fossato, id est, castris præsidebat.* Idacius in Fast. Coss. Concil. Florent. Sess. 25. atque ita quoque hodie Græci φοσσάτον dicunt. Fossatum nimirum poni cœpit pro castris, quia castra vallo, & fossa, seu fossato cingebantur. Latinis enim fossatum pro fossa poni non dubitatur. Glossæ gr. lat. in τάφρος. Procop. Gaz. in 1. Regnor. cap. 20. Quidam pro castris, vel loco castrorum campum, ἢ κάμπον dixerunt, Alexand. mon. de invent. S. Cruc. Theodor. lect. 1. Petrus Chrysol. Serm. 13. & 14. Idac. in Chron. Coripp. 3. — *campos, acies, & castra parate.* In summa milites in expeditione, sive expedito, castris, fossato, aut campo, ut in Oriente jam occiduo Græci locuti sunt, in hoste, jure proprio testantur; in sedetis autem suis, sive sedibus, stativis & hibernis jure militari testari negat Th. cujus sententiam adjuvat ejusdem Schol. ad §. 3. h. t. Sedeta sunt stativa, l. 18. C. *de episc. aud.* idem Schol. ad v. σιδέτοις, τουτέστιν φρουρείοις.

FABR. I.

Adde ejusd. notam seq. y.

Sedes h. l. vocantur, quas superiore lege *Pleromos ac terminos suos* Julianus vocavit. *Sedes* scil. sunt (quarum & ap. Veget. & ap. Ammianum frequens mentio extat .....) quæ alias *sedeta* quoque vocantur apud TH. paraphrasten, Suidam v. Σίδητον, Rufum in *Legib. militar.* στρατιώτης ἐν φυλακειμαδίῳ ἢ κατὰ πάροδον ἢ εἰς τὰ σίδητα, [v. quæ observat du Fresne in Glossar. & ante eum Meursius. KITTER.] & Gloss. *Basil.* Fossata, stativa, castra: ubi videlicet milites (armatæ vel palatinæ militiæ) otiosi interim sedebant & vivebant, citra expeditionis necessitatem, TH. l. c. ubi Sch. σιδέτοις φρουρείοις, ut liquido constat ex insigni Vegetii loco L. III. c. 4. & l. 1. C. Just. *de Off. pr. pr. A.* Ideo in *expeditione* & in *sedibus* Justinianus opponit in l. ult. C. *de Rest. mil.* & l. ult. C. *Quib. non obj.* Verum de eo plura in libris *Beneditorum THi*, ad asserendam lectionem, quam Consultatio 49. perperam sollicitat, ubi demonstro militem non potuisse in sedibus jure militari testari.

JAC. GOTH. *ad Cod. Theodos. T. II. p.* 133.

Theoph. legit *sedibus* apud Justin. non *ædibus*. quod tamen idem est. ex quibus efficitur, milites non testari jure militari in aliis locis, quam

m. *Eclog.* d. l. verſ. περὶ τῆς διαθήκης. Harmenop. d. l. §. οἱ περὶ τῆς διαθήκης. 7. l. ante tabulas 5. D. *de jure codicillorum.* D. GOTH. V. Pſelli Synopſ. verſ. 1325. FABR. I. Papinianum hic non præcipere, vult Bynkersh. VIII. Obſerv. c. 13. pag. 492. codicillos teſtamento antiquiores præciſe ipſo teſtamento eſſe confirmandos, ut plerique interpretes, perperam (ut ait) præeunte THo, eum intellexiſſe videntur: ſed ſimpliciter facto teſtamento requiri in hac §. 1. ſpecialem voluntatem, codicillos adprobantem. Præterea ad ſequentia noſtri verba καὶ μὴ χρ. κομφιρμ. εἰ μὴ &c ſic commentatur: „THum ſe„quuntur longe plurimi Interpretes, rati verſ. *ſi „appareat* ita eſſe intelligendum, atque ſi ſcri„ptum eſſet, *niſi appareat teſtatorem a codicillari „voluntate receſſiſſe*, hoc eſt niſi mutata voluntas „pro-

λοις, τοῖς πρὸ τῆς διαθήκης γραφεῖσιν, ἀκωλύτως ἀπαιτεῖσθαι, καὶ μὴ γενομένης κομφιρματίωνος· εἰ μὴ ἄρα [18] δείκνυται ὁ τεστάτωρ τῇ ἐν τῷ κωδικέλλῳ γεγραμμένων ἀναχωρήσας.

ante teſtamentum ſcriptis relicta ſine impedimento peti *poſſe*, etiam non facta confirmatione: niſi forte teſtator ab his, quæ in codicillo ſcripta erant, receſſiſſe probetur.

§. II. [19] Ἔστι δὲ γενικὸς κανὼν, ὁ λέγων· Non poſſum codicillos faciens dicere, Ille mihi ſit heres: τουτέστιν, ὃ δύναμαι [13] κωδικέλλου ποιῶν λέγειν, Ὁ δεῖνα ἔστω μου κληρονόμος· ἤγουν γράφειν, Ὁ υἱός μου ἔστω ὁ ἐξηρεδάτος· ἵνα μή τις σύγχυσις γένηται μεταξὺ διαθήκης καὶ κωδικέλλου, καὶ εἶησαν ἀδιάκριτοι· ταῦτα γὰρ ἐν διαθήκῃ γίνεται. Ὥστε οὖν, ὡς εἴρηται, ὅτε ἐξηρεδατεύειν οὔτε γράφειν κληρονόμον δυνατὸν ἐν κωδικέλλῳ, φιδεικομμισσαρίαν [P] δὲ κληρονομίαν δυνατὸν καταλιμπάνειν.

616 §. II. Eſt autem regula generalis, dicens: NON POSSUN CODICILLOS FACIENS DICERE, ILLE MIHI SIT HERES: vel ſcribere, Filius meus exheres eſto: ut ne confuſio aliqua oriatur teſtamentum inter & codicillum, ſintque indiſtincta: hoc enim in teſtamento fit. Itaque, ut dictum eſt, neque exheredare, neque heredem ſcribere in codicillo licet: ſed fideicommiſſaria hereditas relinqui poteſt.

Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ [20] ὁ κανὼν ὁ εἰρημένος ἰσχύει, ὅτι ἐὰν γράψω Πρεῖμον [21] πούρως κληρονόμον, ὃ δύναμαι ἐν κωδικέλλῳ αἵρεσιν αὐτῷ [22] προσθεῖναι, καὶ λέγειν· Ἔστω μοι κληρονόμος, ἐὰν navis ex Aſia venerit· ἐὰν γὰρ δεξώμεθα τὴν αἵρεσιν, ἀτονησάσης αὐτῆς, εὑρίσκεται ὁ τεστάτωρ διὰ τῆς ἐν [23] αὐτῷ διδομένης αἱρέσεως ἀφαιρῶν τοῦ Πρίμου τὴν κληρονομίαν· ἀλλ' οὐδὲ τῷ γρα-

617 In tantum vero dicta regula valet, ut, ſi Primum pure heredem ſcripſero, non poſſum in codicillo conditionem ei adjicere & dicere: Heres mihi eſto, ſi navis ex Aſia venerit. Si enim conditionem recipiamus, illa deficiente invenietur teſtator per datam in illo *codicillo* conditionem Primo hereditatem ademiſſe. Sed neque he-

18. τεστ. δείκν. ὁ τῶν F. mira συγχυσει. 19. Κανὼν δὲ ἐστι γρ. ὁ λέγων. *Codicillis hereditas neque dari neque adimi poteſt.* F. Sequentem tamen cum Viglio ac nobis interpr. Græcam habet. 20. ὁ εἰρ. καν. F. 21. κληρ. h. l. F. 22. προσθεῖναι F. 23. κωδικίλλῳ pro αὐτῷ F.

„ probetur: ea enim non probata, ſatis appare-
„ re, a priore voluntate receſſum non eſſe.....
„ At vero Imperatores Juriſprudentiam, quæ Pli-
„ nii ævo obtinebat (11. Epiſt. 16.) & tantum ra-
„ tionis habebat, penitus abrogaſſe, grave eſt ut di-
„ camus, &c.". Mihi vero neutiquam hoc grave videtur. Sed quæ porro de hoc reſcripto D. fratrum Vir Conſultiſſ. (collato ipſo Papiniano in l. 5. D. h. t.) partim pro Tribuniano, partim adv. eumdem diſputat, in compendium ægre redigi poſſunt, quum varias vel conciliationes vel conjecturas contineant, neque certum quid definiant. G. O. R.

n. 36. *Eclog.* 1. c. 10. 5. Harmenop. 7. §. 4. l. 2. in f. l. 6. l. 10. D. *de jure codicillorum.* l. 27. in f. D. *de cond. inſtitut.* D. GOTH.

o. Pſell. οὐτ' ἀφαιρεῖ ὃν ἔγραψεν ἐν τῇ διατυπώσει. FABR. I.

p. Adde l. 27. in fin. D. *de conditionib. inſtit.* l. 2. C. *de codicillis* l. 2. l. 6. l. 10. D. *eod.* 36. *Eclog.* 1. c. 10. & ibid. ex tit. 11. c. 71. l. 76. D. *ad Trebellianum.* Sed & in codicillis nomen heredis declarari poteſt. *Eclog.* ibidem & tit. 9. c. 62. l. 77. D. *de heredib. inſtit.* D. GOTH.

γραφέντι κληρονόμῳ ἐν τῇ διαθήκῃ q, διρέκτως δυνατὸν ὑποκαθιστᾶν ἐν κωδικέλλῳ, καὶ λέγειν· Ἐὰν ὁ Πρῖμος, ὃν ἐν τῇ διαθήκῃ ἐνεστησάμην κληρονόμον, μὴ γένηταί μου κληρονόμος, ἔστω μοι Σεκοῦνδος κληρονόμος.

heredi in teſtamento directe ſcripto, ſubſtituere licet in codicillo ac dicere: Si Primus, quem in teſtamento heredem inſtitui, heres mihi non fiat, Secundus mihi heres eſto.

§. III. Καὶ ἕνα r καὶ πολλοὺς 24 δυ-618 νάμεθα ποιεῖν κωδικέλλους· Γινομένων δὲ κωδικέλλων εὐδεμίαν ἐπιζητοῦμεν τάξιν s ἐπὶ τῇ τούτων γραφῇ, ὥσπερ ἐπὶ τῆς διαθήκης λέγομεν προηγεῖσθαι τὴν ἔνστασιν· καὶ 25 ὅτι μόνοι t πέντε μάρτυρες ἀρκοῦσι.

§. III. Et unum & multos facere poſſumus codicillos. *In* faciendis autem codicillis nullum requirimus ordinem in ſcriptura eorum: ſicut in teſtamento dicimus præcedere inſtitutionem. Et hic ſoli quinque teſtes ſufficiunt.

ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΕΛΟΣ.

SECUNDI LIBRI FINIS.

24. συγχωρέμεθα, & mox: Κωδ. γιν. abſque δὲ F. 25. ὅτε ſolus Goth. 26. Clauſula hæc de: Lugd. & Goth. Fabrotus hanc ſubſtituit: Επληρώθη σὺν Θεῷ ἡ β'. Ινστιτουτίων Θεοφίλου ἀντικήνσωρος *feliciter.*

q. Ante Fabroti 2. diſtinguebatur poſt διρέκτως, verteratque Curtius & Fabr. in 1. *nec heredi directo in teſtamento inſtituto ſubſtituere in cod poſſumus:* aſt in 2. editum δυνατὸν διρεκτως & verſum: *nec her. in teſt. inſt. directo ſubſt. in cod. p.* Eumdem ego ſenſum præſtiti, tranſpoſito commate ante διρέκτως. G. O. R.

r. L. 6. §. 1. D. *eod.* 36. *Eclog.* 1. c. 3. in f. D. GOTH.

s. Adde l. 6. §. 1. D. *eod.* ubi dicitur, codicillos teſtatoris manu ſcribi & ſubſignari neceſſe non eſſe. D. GOTH.

Iſidor. Orig. 5. c. 24. *Codicillum* [*Codicellum* in meo exemplari aliquoties. G. O. R.] *ut veteres ajunt, ſine dubio ab auctore dictum, qui hoc ſcripturæ genus inſtituit* (imo eſt ὑποκορισικὸν à codice: Juven. Sat. 10. —— *nam codice ſævo, Heredes vetat eſſe ſuos*) *eſt autem ſcriptura nulla indigens ſolemnitate verborum, ſed ſola teſtatoris voluntate qualicumque ſcripturæ ſignificatione expreſſa: cujus beneficio voluntatibus defunctorum conſtat eſſe ſubventum, propter legalium verborum difficultatem, aut certe propter neceſſitatem adhibendorum ſolemnium.* & ideo pagani cum teſtamentum faciunt per ſcripturam ſuam ſolent adjicere, velle teſtamentum etiam vice codicillorum valere, l. 3. D. *de teſt. mil.* Gregor. Nazianz in teſtam. ſuo, ὡς βέλησιν, εἴτ' ἐν κωδικίλλοις αὐτὴν ἰσχύειν βέλομαι. FABR. I.

Jure veteri codicilli erant epiſtolæ, nullamque ſolennitatem nec teſtem deſiderabant. Idem, cum componerentur inſtitutiones, jus erat; neque opus eſt ut cum THo ad ſolennitatem ſcripturæ inſtitutionis hæc verba reſtringamus. OTTO *in Comment.*

Nego idem juris fuiſſe Inſtitutionum tempore: nam licet §. fin. in l. ult. Cod. h. t. legi Theodoſianæ a Tribun. adjectam eſſe concederem, quia abeſt in l. ult. Cod. Theod. *de Teſtam. & Codic.* tamen in l. 1. ejuſd. Cod. ac tit. (ſive eam Conſtantino A. Chr. 326. ſive cum Gothofr. Conſtantio A. 354. tribuas.) jam in codicillis, quos teſtamentum non præcedit, vel ſeptem vel quinque teſtium numerus exigitur: atque adeo reſtrictio THi aut non eſt de nihilo, aut dicendum illud ὥσπερ exempli tantum indicem eſſe. Præterea mutilam hic eſſe paraphraſin, ideo crediderim, quod ſequens καὶ ὅτι non habet quo referatur, niſi ἰσέον cum Gavellio ſuppleas. G. O. R.

t. Adde 5. Harmenop. 7. §. 8. atque l. ult. C. *de codicil.* D. GOTH.

INSTITUTIONUM[1] LIBER TERTIUS.

[ΠΕΡΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΩΝ ΤΩΝ ΕΞ ΑΔΙΑΘΕΤΟΥ [a] ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΩΝ.]

ΤΙΤΛΟΣ Α.

ΜΕτὰ τὴν ἔκθεσιν τ̃ κατ' εἶδος κλήσεων, ἀρξάμενοι περὶ τῶν καθολικῶν διαλέγεσθαι, ἠρξάμεθα τ̃ς κληρονομίας, εἰπόντες ταύτην ἢ ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου [2] εἰς ἡμᾶς καταφέρεσθαι· Εἰπόντες οὖν τὰ ἐκ διαθήκης, ὡς ἂν [3] εἰσαγωγῇ, ὡς οἷόν τε ἀνελλιπῶς, [b] διὰ τὴν ἀκολουθίαν εἰπόντες καὶ περὶ λιγάτων καὶ φιδεικομμίσσων, νῦν εἴπωμεν περὶ τ̃ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομιῶν. Χώρα δὲ ταύταις, ἡνίκα τις μὴ διαθέμενος τελευτήσῃ.

DE HEREDITATIBUS, QUÆ AB INTESTATO DEFERUNTUR.

TITULUS I.

1 POst expositionem adquisitionum specialium, quum inciperemus differere de universalibus, cœpimus ab hereditate, dicentes eam aut ex testamento aut ab intestato ad nos deferri. Quum igitur *de hereditatibus* ex testamento diximus, prout in elementis, quam potuit plenissime, quum*que* ob consequentiam & de legatis & fideicommissis diximus; nunc de hereditatibus ab intestato loquamur. His vero locus *est*, si quis intestatus decesserit.

Τε. De.

LECTIONES VARIANTES.

1. Τ̃ς Ινστιτουζίωνος βιβλ. γ'. Goth. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τ̃ς γ'. Ινστιτουτίωνος. F. 2. ἐφ' F. 3. εἰσαγωγαῖς F.

NOTÆ.

a. Adde 4. Paul. Sent. 8. *de Intestatorum successione.* 45. Eclog. 45. & Novell. 118. 5 Harmenop. 8. D. GOTH.

Heredibus testamentariis hereditas ex testamento obvenit, legitimis lege, sive jure legitimo, l. 3. §. 2. D. *pro soc.* l. 87. §. 3. D. *ad L. Falcid.* l. 29. §. 1. D. *de statul.* Tacit. Hist. 2. *Rata fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, testamenta, aut lex intestatis.* ideo legitimi heredes dicti, Apul. Apol. quoniam ad eos bona lege redire, aut venire dicuntur. Terent. in Andr. act. 4. Sc. 5. & in Hecyra act. 1. Sc. 2. & ibi Donat. Cicero in Verr. 3. Symmach. 1. 3. Liban. in Basilico: πατρῴας καὶ παππῴας κληρονομοῦσιν οὐσίας, νόμῳ περὶς τοῦτο καλέσαντι. FABR. I.

b. Concordat cum mea versio Curtiana ac Fabrotiana, licet omnes editores Græca aliter distinxerint: *Cum igitur de ea, quæ ex testamento defertur, quam fieri potuit* [*in Isagoge sive institutione* CURT. *in Institutionibus* FABR.] *accuratissime plenissimeque dixerimus: dictumque etiam sit ob rerum continentiam consequentiamque de leg. ac fideic.* Vix autem dubito, quin καὶ ante λοιπὸν reponendum, & illud post εἰπόντες delendum sit. G. O. R.

Τελευτᾷ 4 τις ἀδιάθετος c ἢ φάκτῳ ἢ 2
νόμῳ· φάκτῳ μέν, ὁπόταν τις παντελῶς μὴ
ποιήσῃ διαθήκην· νόμῳ δὲ d, ὁπόταν τις ποιή-
σῃ διαθήκην, ἣν ὁ νόμος οὐ προσίεται. ἢ
γὰρ non jure civili facta 5 (τουτέστιν, οὐ
δικαίῳ πολιτικῷ γεγενημένη) ἐστὶ, πα-
ραλειφθέντων τῶν ὅρων, τῶν εἰς ἀκριβῆ συν-
τεινόντων διατύπωσιν διαθήκης· ἢ τυπωθεῖ-
σα ἰσχυρῶς, γέγονε e ῥᾴπλα 6 τουτέστι ῥη-
γνυμένη, (οἶδας δὲ τὸ ῥᾴπλον πόσοις συμ- 3
βαίνει τρόποις· ποστούμου f προαιτερίτου
τοκετῷ, 7 τουτέστιν υἱοῦ γεννηθέντος μὴ
τὴν τῆς διαθήκης ποίησιν· καὶ κλίνῃ σούῳ
g ἐπαναβαίνοντι· ἢ κλίνῃ σούῳ ἐπιγενομένῳ)
ἢ ἴγνιτος, 8 τουτέστιν ἄκυρος, ἀποτελε-
σθῇ, 9 δι' ὧν ὑπέσῃ κάπιτις διμινουτίωνα
ὁ τεστάτωρ, ἐν ᾗ καὶ ἐτελεύτησεν ἢ μη-
δενὸς τοιούτου προκολουθήσαντος, ὁ γρα-
φεὶς κληρονόμος οὐ προσῆλθε τῷ κλήρῳ.

§. I. Ἀδιαθέτου τοίνυν τελευτήσαντός 4
τινος

Decedit quis inteſtatus vel facto vel 2
jure: facto quidem, ſi quis teſtamentum omnino non fecerit; jure autem, ſi quis teſtamentum fecerit, quod jus non admittit. Aut enim NON JURE CIVILI FACTUM eſt, neglectis modis ad ſolemnem teſtamenti ordinationem pertinentibus; aut rite ordinatum RUPTUM fuit, (noſti 3 autem quot modis ruptum fiat; poſtumi præteriti adgnatione, id eſt nato filio poſt teſtamenti confectionem, & novo ſuo *herede* ſuccedente, aut novo ſuo *herede* adſcito) aut IRRITUM eſt factum, eo quod capitis deminutionem teſtator ſubiit, in qua etiam obiit: aut nulla hujuſmodi *re* ſubſecuta, ſcriptus heres hereditatem non adiit.

§. I. Igitur aliquo ſecundum dictos 4
modos

4. δὲ ad: F. 5. incluſa deſunt F. 6. τουτ. ῥηγ. de: F. 7. τουτ. . . . : ποίησιν. hæc omnia de: F. 8. τουτ. ἄκ. de: F. ſtatim ἀποτελέσθη legendum. G. O. R. 9. ἢ δι' ἣν ὑπέσῃ capitis δεμιν. F.

c. Adde l. 1. D. *de ſuis & legitimis haredibus.* Quid, qui teſtari non potuit? proprie non eſt inteſtatus, ſed pro inteſtato. d. l. 1. D. GOTH.

Nonius: *Inteſtatus eſt, qui ſine teſtamento perit.* cum teſtamentum facere poſſit, l. 2. §. 2. D. *und. leg.* l. 1. D. *de ſuis & legit. hared.* Gloſſ. Gr. Lat. ἀδιάθετος, *inteſtatus.* excerpta & vett. Gloſſ. *ex inteſtato*, ἐξ ἀδιαθέτου. FABR. I.

d. Quintil. Decl. *Neque ego negaverim, non uno genere fieri inteſtatos: aut enim is eſt inteſtatus, qui non ſcripſit omnino teſtamentum, aut qui id ſcripſit, quod valere non poſſit.* FABR. I.

e. Hic non improprie inteſtatus deceſſiſſe dicetur, l. 1. D. *de ſuis & legit. her.* id eſt, ut Græci vertunt, κυρίως, l. 14. C. *de fideicomm.* FABR. I.

f. Teſtamentum rumpitur adgnatione, & quaſi. adgnaſcitur poſtumus: quaſi adgnaſcitur ulterior, qui ſuccedit in locum ſui, & filius adoptivus, & hos rumpendi modos ponit etiam lex 28. §. 1. D. *de lib. & poſtum.* FABR. I.

g. Ad hæc ſatis intelligenda novi Juſtiniani reſpiciant ad §. 2. & 4. *de Exhered. liber.* cap. m. 305. 306. 309. & maxime: §. 3. fin. *Quib. mod. teſt. infirm.* not. *m.* G. O. R.

h. Sic ſup. §. 2. tit. *de haredum qualitate & differentia.* dixi ad l. 1. §. 1. & 5. D. *ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.* D. GOTH.

i. Dixi ad l. XII. tab. Titu. *de haredit. ab inteſt.* Adde Ulp. 26. §. 1. 2. Gaj. 8. §. 1. D. GOTH.

Ulp. R. t. 26. Theop. ad §. 2. *ſupra de her. qual. & diff.* FABR. I.

k. Libro 2. titulo *de haredum qualitate & differentia* §. 2. adde 2. Gaj. 8. §. 1. v. ſui l. 1. D. *de ſuis.* D. GOTH.

l. Juſtin. *Pronepos, proneptiſve ex nepote ex filio nato prognatus, prognatave.* NATUS dicitur de filio: auctor Tragœd. quæ inſcribitur. Herc. Oeteus. — *natus jacet, nepos ſuperſum.* PROGNATUS de nepote vel pronepote. v. Cuj. in poſteriorib. N. FABR. I.

m. Ut & apud Græcos, Iſæus Orat. 5. FABR. I.

n. §. ult. ſup. *de Nupt.* D. GOTH.

o. Th ſcribit, nothos curiæ oblatos decuriones factos fuiſſe, & jura ſuorum heredum habuiſ-

ſe:

τινος κατὰ τὰς εἰρημένας τρόπους, [10] ἡ κληρονομία καὶὰ πρώτην [h] τάξιν ἀπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου [i] νόμου εἰς τοὺς σώους προσγίνεται κληρονόμους.

§. II. Σοῦοι δὲ κληρόνομοι νομίζονται, καθὰ καὶ ἐν τῇ προλαβούσῃ [k] εἰρήκαμεν ἰνστιτυτίωνι, οἱ in poteſtate ὄντες τοῦ τελευτήσαντος, οἷον υἱὸς θυγάτηρ· ἔγγονος ἐγγόνη, οἱ ἀπὸ τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ· προέγγονος [l] προεγγόνη, οἱ πρὸ τῆς ἐμῆς τεχθέντες τελευτῆς ἐκ τοῦ ἐγγόνου, ὃν ὁ ἐμὸς ἐγέννησεν υἱός. Καὶ ἐ [11] διαφέρομαι, πότερον φυσικοὶ παῖδές εἰσιν ἢ θετοί.

[m] Τούτοις δὲ τοῖς σώοις [12] συναριθμεῖσθαι ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ τεχθέντας ἐμοὶ ἀπὸ νομίμων γάμων, ἐπιδοθέντας δὲ, καθὰ ταῖς βασιλικαῖς προσέχεται διατάξεσι, [n] βουλευτηρίῳ πόλεως· γενόμενοι γὰρ βουλευταὶ [o] τὰ τῶν σούων ἕξουσι δίκαια.

Προσ-

modos inteſtato mortuo, hereditas primo loco ex Lege XII. tabularum ad ſuos heredes pervenit.

§. II. Sui autem heredes cenſentur, ſicut & in ſuperiori Inſtitutione diximus, qui in poteſtate ſunt defuncti, velut filius filia; nepos neptis ex filio præmortuo, pronepos proneptis, ante mortem meam nati ex nepote, quem meus genuit filius. Neque diſtinguo, utrum filii ſint naturales an adoptivi.

His autem ſuis & *eos* adnumerari neceſſe *eſt*, qui ex legitimis quidem nuptiis non ſunt nati, ſed *tamen*, ut principalibus continetur conſtitutionibus, curiæ civitatis oblati ſunt: nam decuriones facti ſuorum jura habebunt.

His

10. ἡ Goth. & F. 11. διαφερόμεθα F. 12. συναριθμεῖν F. omittens ſeqq. καὶ & μὴ.

ſe: verum nothi ita curiæ oblati erant ſtatim legitimi, ſui heredes, & antequam decuriones eſſent; nec decurionatus honorem, ſed conditionem curialem per hujuſmodi oblationem ſortiebantur, l. 3. C. *de Natur. lib.* puta ut muniis curiæ ſervirent, l. 50. C. *de Decur.* periculo ſuarum facultatum l. 60. l. 64. C. *eod.* Et propterea decuriones & curiæ ſubjecti diſtinguuntur, l. 55. C. *de Decur.* ejuſdemque conditionis erant, qui pœnæ loco addicebantur, ut Chriſtiani olim, ut officiales l. 33. C. *de Decur.* Et quidem abſurdum fuiſſet, nothos curiæ traditos, mox fuiſſe decuriones, cum aut ætatem non haberent, aut non eſſent idonei ad remp. adminiſtrandam, aut plenus eſſet numerus decurionum: & decurionatus honorem fuiſſe ſtatim affecutos, quem legitime nati haud ita facile aſſequebantur, &c. MERILL. VIII. *Obſerv.* 26.

Hanc Merillii cenſuram quum non ſatis ſolide refellere ſciverit FABROTUS in Apologia pro Græcis, (quam Excurſus I. ſiſtet) inde factum credo ut Viri Conſultiſſimi D. GALTERIUS in THo renovato, & HEINECCIUS tam in Syntagm. Antiquit. quam ad Vinn. §. ult. *de Nupt.* eamdem ſatis inconſulte ſuam fecerint: quibus accenſeas, cave,

Ever. OTTONEM, in Comment. Inſtit. d. §. ult. namque hic poſtea ſententiam mutavit, in ſecunda edit. Libri ſui de Ædilibus Colon. & Munic. cap. v. pag. 157. hæc ſcribens: „Naturales vero „curiæ oblati ſtatim fiebant decuriones, & jura „ſuorum heredum habebant, etſi legitimæ non„dum eſſent ætatis, neque ad rem publicam ad„miniſtrandam idonei: nam licet olim ætas viginti „quinque annorum legitima fuerit l. 6. §. 1. l 11. „D. *de Decur.* tamen infantes etiam adſcriptos legi„mus in l. 21. §. 6. D. *Ad munic.* & l. 1. C. *de „Mun. & honor.* [ſed hoc vetitum a Conſtantino M. l. 4. C. Theod *de Decur.* G. O. R.] „& ju„venes ſedecim vel octodecim annorum l. 4. C. „Th. *de fil. mil. app.* l. 7. C. Th. *de Decur.* eoque „pertinent decuriones PRÆTEXTATI, ultimum lo„cum in ænea tabula Canuſina tenentes, apud Fa„brett. cap. IX. inſcr. 9. juniores ſc. qui diſcendi „cauſa in curiam veniebant, ſententiam vero non „rogabantur: uti Abbas Damadenus in explic. d. „tabulæ cap. 30. oſtendit. idque contra MERILLII „iniquam cenſuram, THo impactam, notandum „eſt".

Recte quidem hic ait Vir Ampl. *naturales curiæ* obla-

Προστίθει τούτοις, καὶ ὃς ἡ τῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως ἐπενόησε διάταξις, p κελεύσα, ἡνίκα τις [13] ἐμίγη τινὶ γυναικὶ ἀ γαμικῇ διαθέσει, ἣν ἐκ νόμων γαμετὴν ἔχειν οὐκ ἐκωλύετο q εἴγε τεχθεῖεν [14] ἐκ 6 ταύτης παῖδες, τῆς δὲ στοργῆς ἐντεῦθεν r αὐξανομένης τοῖς προικῴα πρὸς αὐτὴν συμβόλαια [15] ποιήσηται, τοὺς τεχθέντας ἢ τὰς τεχθείσας ἀ μόνον μὴ τὴν τῦ προικῴου γραφὴν ἐννόμους καὶ in potestate γίνεσθαι τοῖς πατράσιν, ἀλλὰ καὶ [s] τοὺς πρὸ τῶν προικῴων τεχθέντας, οἳ καὶ τοῖς μὴ ταῦτα πρόφασιν πάρεσχον τοῦ κλήσασθαι τὸ τιμιώτατον τῶν νομίμων παίδων ὄνομα. Κρατεῖν δὲ τοῦτο ὁ θειότατος ἡμῶν 7 ἐκέλευσε βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς γεννηθεῖσι πρὸ τῶν προικῴων [16], εἰ καὶ μηδένα μὴ τὰ προικῷα τεχθῆναι συνέβη, ἢ καὶ τεχθέντες ἐτελεύτησαν.

His adde & *eos*, quos ſanctiſſimi Imperatoris noſtri conſtitutio adinvenit, ſanciens, ſi quis mulieri cuidam non maritali adfectione mixtus fuerit, quam ex legibus uxorem habere non prohibebatur; ſi quidem ex illa liberi ſint nati, *ipſe* autem amore inde adaucto dotalia cum ea inſtrumenta fecerit: ut nati aut natæ non modo poſt *inſtrumenti* dotalis ſcripturam legitimi atque in poteſtate patrum fiant, ſed etiam ante dotalia *inſtrumenta* nati, qui etiam poſtea *natis* occaſionem adquirendi honoratiſſimum legitimorum liberorum nomen præbuerunt. Hoc autem obtinere juſſit ſanctiſſimus Imperator noſter in natis ante dotalia *inſtrumenta*, etiamſi neminem poſt *inſtrumenta* dotalia naſci contingat, vel nati etiam ſint mortui.

Ὁ δὲ ἔγγονος ἢ ἐγγόνη, καὶ ὁ προέγγονος ἢ προεγγόνη, συναριθμοῦνται τοῖς σούοις κληρονόμοις τηνικαῦτα, [t] ἡνίκα τὸ [17] προλαμβάνον αὐτοὺς πρόσωπον ἐπαύσατο εἶναι in poteſtate τοῦ οἰκείου γονέως, τελευτῇ τυχὸν ἢ ἄλλῳ τρόπῳ, οἷον ἐμαγκιπατίωνι. Εἰ γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ 8 τις

Nepos vero vel neptis, & pronepos vel proneptis, ſuis heredibus tunc adnumerantur, quando præcedens eos perſona in poteſtate patris ſui eſſe deſiit, morte fortaſſis aut alio modo, velut emancipatione. Namque ſi illo tempore, quo quis moritur,

13. ἐμμιγῇ F. ſatis naturaliter. 14. ἐντεῦθεν pro ἐκ ταύ. F. 15. Vulgo ποιήσεται, ſed F. ποιήσητε. 16. συμβολαίων ad: F. 17. πρόσωπ. omnes præter Lov. & F.

oblatos, ſtatim factos eſſe decuriones, ſed nullo argumento probat: quod nos facimus in *Excurſu* XV. G. O. R.

p. L. 10. 11. C. *de naturalib. liberis* 28. *Eclog.* 2. c. 55. in fin. D. GOTH.

q. Sic reſcribere ſuſtinui pro vulg. ἐὰν γὰρ: quum Fabr. in Add. 1. Edit. monuerit, Nancellium legere ἐὰν μὴ, & ſic ediderit in 2. G. O. R.

r. Liberi enim amicitiæ vinculum. Ariſtot. Ethic. Nic. 8. c. 14. Seneca, vel quiſquis auctor eſt, in Herc. Oet. act. 2. *Conciliat animos conjugum partus.* Claudian. 1. in Eutrop. *Femina cum ſenuit, retinet connubia partu, Uxoriſque decus matris reverentia penſat.* Juvenal. Sat. 2. *Interea tormentum ingens nubentib. hæret, Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.* Hinc matrimonium liberis ſubnixum, l. 1. §. ult. D. *de lib. exh.* Juſtin. *Procedente affectione.* Cæl. Aurelian. acut. morb. 1. c. 11. *procedente declinatione.* FABR. I.

s. Legitimatio plerumque retrotrahitur ad anteriores liberos ut hic. adde l. 53. D. *de Ritu* [*Nupt.*] D. GOTH.

Hoc

τις τελευτᾷ, τὸν υἱὸν ὑπεξούσιον ἔχει, ὁ ἐξ αὐτοῦ ἔγγονος [u] εἶναι σοῦος οὐ συγχωρεῖται. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν παίδων· ἐν ᾧ γὰρ ὑπεξούσιον ἔχω τὸν υἱόν μου, ἢ τούτου τελευτήσαντος τὸν ἔγγονον τὸν ἐξ αὐτοῦ, ὁ προέγγονος οὐ δύναται σοῦος εἶναι.

tur, filium in poteſtate habet, nepos ex eo ſuus eſſe non poteſt. Idem & in ceteris liberis *obtinet*: dum enim filium meum in poteſtate habeo, aut hoc mortuo nepotem ex eo, pronepos nequit ſuus eſſe.

Καὶ ἐν τοῖς ποστούμοις [x] ἐστὶν εὑρεῖν τὸ σοῦον, ἀλλ' [18] ἐν ἐκείνοις, οἵτινες, εἴγε ζῶντος ἐτέχθησαν τοῦ πατρὸς, ἤμελλον εἶναι in poteſtate.

Etiam in poſtumis *jus* ſuorum *heredum* invenire licet; aſt in illis, qui, ſi quidem vivente patre eſſent nati, in poteſtate *patris* futuri erant.

§. III. Οἱ δὲ σοῦοι κληρονόμοι, καὶ [y] ἀγνοοῦντες γίνονται κληρονόμοι, ἤτοι ἀναφαίνονται· ἀμέλει καὶ [z] μεμηνότες οὐδὲν ἧττον κληρονόμοι γίνονται. Κανόνα γὰρ ἴσθι καθολικόν· ἐξ ὧν αἰτιῶν [a] ἀγνοοῦσιν ἡμῖν προσπορίζεταί τι, ἐκ τούτων τῶν αἰτιῶν, καὶ μαινόμθοι κλῶνται· ἐοίκασι γὰρ τοῖς ἀγνοοῦσι.

§. III. Sui autem heredes etiam ignorantes fiunt heredes ſive exſiſtunt: immo & furioſi nihilominus heredes fiunt. Generalem enim ſcito regulam: Ex quibus cauſis aliquid ignorantibus nobis adquiritur, ex his cauſis furioſi quoque adquirunt; namque ignorantibus ſunt ſimiles.

Καὶ ἅμα τῇ τελευτῇ τοῦ πατρὸς [b] ὥσπερ κοντινουατεύεται ἡ δεσποτεία, τουτέστιν, οὐ λέγομεν ὅτι τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς τὰ πράγματα [19] ἐπαύσατο εἶναι ἐκείνου τὴν τοῦ τελευτήσαντος δεσποτείαν, εἶτα μετὰ χρόνον τινὰ ἐπιβάλλεται τῇ τοῦ παιδὸς ἐξουσίᾳ, ἀλλ' ἀδιακόπως, καὶ οὐδενὸς μέσου ἐπακολουθοῦντος, ἡ δεσποτεία [c] συναπτῶς οὐδενὸς παραλείποντος χρό-

Et, ſtatim *cum* morte patris quaſi continuatur dominium: id eſt, non dicimus, patre defuncto res deſiiſſe ſub dominio eſſe defuncti, *ac* deinde poſt tempus aliquod filii poteſtati ſubjici, ſed ſine intermiſſione nullaque *re* intermedia ſecuta, dominium continuo, nullo intermiſſo tem-

18. ἐν de: F. 19. ἐπαύσαντο ante F.

Hoc recte capiendum. Lex autem citata non quadrat. Voluitne 57.? G. O. R.

t. Vid. l. 5. in pr. D. *ſi tabul. teſt.* D. GOTH.

u. Adde §. 7. in fin. inf. *eod.* D. GOTH.

x. L. 3. §. utique. 9. D. *de ſuis.* 2. Gaj. 8. §. 2. D. GOTH.

Licet non fuerint in poteſtate, Paul. 4. Sent. apud Rufin. collat. t. 16. FABR. I.

y. Suus heres ignorans heres fit, Paul. 4. Sent. apud Licin. Ruf. t. 16. l. 3. §. 5. D. *de ſu. & legit. her.* γίνεται τῷ νόμῳ κληρονόμος, ut ibi Gr. l. 8. C. *de ſu. & legit. lib.* Theodorus ibid. καὶ ἀγνοῶν ὁ υἱὸς κληρονομεῖ τὸν τελευτῶντα αὐτοῦ πατέρα πολεμίοις. FABR. I.

z. L. 63. D. *de adquir. hared.* D. GOTH. Aut infantes, aut peregrinantes, Paul. d. lib. 4. FABR. I.

a. Regula eſt, L. ſi a furioſo 24. D. *de obligat.* quæ deſumpta eſt ex Pomponii libro ſingulari regularum. FABR.

b. Vid. l. 11. D. *liberis & poſthumis.* l. 8. C. *de jure deliberandi.* D. GOTH.

In heredem dominium tranſlatum continuatur, l. 34. D. *de ſtatulib.* ſed hoc in ſuis heredibus evidentius apparet, qui vivo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur, l. 11. D. *de lib. & poſtum.* FABR. I.

c. ἀδιακόπως καὶ συναπτῶς καὶ οὐδενὸς μέσου παρ-

νϐ ὑπὸ τὴν τοῦ παιδὸς ἐξουσίαν εὑρίσκεται.

tempore ſub filii poteſtate inventur.

Ὅθεν οὐδὲ τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς, 11 εἰ ὁ παῖς ἄνηβος εἴη, πρὸς κλῆσιν τοῦ πατρῴου κλήρου δεῖται τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας, διὰ τὸ καὶ ἀγνοοῦσιν αὐτοῖς, οἷα σοῦοις κληρονόμοις, μεταφέρεσθαι τὴν κληρονομίαν. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἔφηβος μὲν ἀφῆλιξ δὲ, ἢ ὁ μεμηνὼς [d] δεῖται πρὸς τοῦτο τῆς τοῦ κουράτορος συναινέσεως· καί τοι κληρονομίαν [21] ξένην [e] ἀδιτεύειν, ὁ μὲν ἄνευ γνώμην [f] τοῦ ἐπιτρόπου, ὁ δὲ δίχα τῆς τοῦ κουράτορος [g] συναινέσεως, οὐ δύναται.

Unde neque mortuo patre, ſi filius impubes ſit, ad adquiſitionem hereditatis paternæ auctoritate tutoris indiget, quoniam his etiam ignorantibus, tamquam ſuis heredibus, defertur hereditas. Sed neque pubes minor annis, neque furioſus ad hoc curatoris conſenſu indiget, etſi hereditatem extraneam ille citra voluntatem tutoris, hic ſine conſenſu curatoris adire non poteſt.

§. IV. Εστιν εὑρεῖν θέμα, ἔνθα τις κατὰ 12 μὲν τὸν χρόνον τῆς τελευτῆς [h] οὐκ ἔστιν in poteſtate τοῦ πατρὸς, γίνεται δὲ ὅμως αὐτῷ σοῦος κληρονόμος. οἷον, ὁ ἐμὸς υἱὸς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐλήφθη· μετὰ χρόνον τῆς ἐμῆς τελευτῆς [i] ὑπέστρεψε· τὸ δίκαιον τοῦ ποστλιμινίου [k] σοῦον αὐτὸν ἀποτελεῖ κληρονόμον, καίτοι ὑπεξούσιον οὐκ ὄντα μου κατὰ [22] τὸν χρόνον τῆς τελευτῆς.

§. IV. Invenire licet caſum, ubi quis ſub tempus mortis in poteſtate patris non ſit, ſed ſuus tamen ei heres fiat: veluti, filius meus ab hoſtibus captus eſt; poſt mortis meæ tempus revertit: illum poſtliminii jus ſuum heredem facit, etſi in mea poteſtate ſub tempus mortis haud fuit.

§. V. Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου [l] συμ- 13 βαίνει, ἵνα μέν τινα ἐν τῇ ἐμῇ [23] Φαμιλίᾳ κα-

§. V. Et rurſus e contrario accidit, ut quis ſub tempus mortis meæ in

20. ὁ παῖς, εἰ F. 21. ξένην de: F. *Vide Not.* e. 22. τὸν de: F. 2. 23. *familia* F. & ſic alibi.

κολουθοῦντος, pro eo quod Gajus in l. penult. D. *de ſuis*, ſtatim ipſoque jure heredes exiſtere ſine aditione. D. GOTH.

Dominia rerum hereditariarum, Paul. d. lib. 4. FABR. I.

d. Quamvis etiam furioſus ſi reſipuerit, & pupillus ſi adoleverit, abſtinere poſſint, ſi ſolvendo non ſit hereditas. hoc ordine legendum videtur apud Paul. d. lib. 4. FABR. I.

Verſum ante fuerat, *ſed neque pubes, qui aut minor annis eſt, aut furioſus*: non ſatis accurate, quum articulus voci μεμηνὼς additus ſignificet, de alio quam pubere, id eſt de majore annis, ſed furioſo ſermonem eſſe. G. O. R.

e. Schol. ξένην. id ſignificat Th. verbo ἀδιτεύειν. adire enim dicuntur heredes extranei. FABR.

Vix crediderim, Thum tam implicite hic loqui voluiſſe, ſed ipſum addidiſſe ξένην. G. O. R.

f. §. ult. ſup. *de auct. tut.* l. 18. in f. Cod. *de jur. delib.* FABR. II.

g. Juſt. non loquitur de curatore minoris, ſed de curatore furioſi. FABR. I.

Sed & THus ſic accipi poteſt, aut etiam de ambobus, uti Curt. vertit, *neque hi ſine curatoris conſenſu quicquam facere poſſint*: pro quo Fabr. in 2. dedit, *neque hic ſine c. c. poſſit.* abſque ulla notula. Quid autem ſi legamus, οἱ δὲ - - - ὁ δύναντες? G. O. R.

h. Paul. 4. Sent. 8. §. 5. D. GOTH.

i. Paul. d. t. 16. de eo qui erroris cauſa probata poſt mortem patris civitate donabatur, & eo qui ex prima, ſecundaque mancipatione poſt mortem patris manumittebatur, quod ſcribit hic Cujac. in poſterioribus, id habet ex Paulo, d. t. 11. FABR. I.

k. Vid. l. 9. l. 14. Cod. *de captivis & poſtliminio*

κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐμῆς τελευτῆς, σοῦον δὲ μὴ γίνεσθαι κληρονόμον· οἷον, ἐτελεύτησε Πρῖμος ὑπεξούσιον ἔχων υἱόν. ᾧ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἀπετέθη κατηγορία κατὰ τοῦ 24 τελευτῶντος, ἐπάγουσα τὸ τῆς τυραννίδος m ἔγκλημα· (τῇ γὰρ τελευτῇ τῶν ἐγκλημάτων ἀποσβεννυμένων, τοῦτο καὶ κατὰ τῶν τελευτώντων κινεῖται·) ἀπεδείχθη τύραννος ὁ Πρῖμος· ψῆφος ἐξηνέχθη τοῦτο 14 μηνύουσα· ὁ φίσκος n τὴν τούτου ἁδέχεται οὐσίαν, καὶ συμβαίνει τὸν ὑπεξούσιον αὐτοῦ κληρονόμον μὴ γίνεσθαι. Αλλ' ἐάν τις τὸ ἀκριβὲς ἐξετάσῃ, αὐτῇ μὲν τῇ ἀκριβείᾳ 25 καὶ τῷ νόμῳ γίνεται κληρονόμος, παύεται δὲ κληρονόμος εἶναι, τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μνήμης καταδικασθείσης. Ιδοὺ nn τοίνυν θέμα, ἐν ᾧ τὸ ἀσώματον τῆς κληρονομίας ὄνομα ἐμπαγέν τινι ἀφίσταται 26 ἀπ' αὐτοῦ.

in mea familia fit, ſed ſuus heres non fiat: veluti, obiit Primus filium in poteſtate habens: poſt ejus mortem mota eſt acculatio adverſus defunctum, importans perduellionis crimen: (nam quum crimina morte exſtinguantur, hoc etiam adverſus mortuos infertur:) Primus perduellis *fuiſſe* probatus, *ac* ſententia hoc declarans lata fuit: hujus patrimonium fiſcus occupat, atque accidit ut filius-familias ejus heres non fiat. Sed ſi quis exactius inquirat, ipſo quidem rigore & jure heres fit, ſed heres eſſe deſinit, damnata patris ejus memoria. En igitur caſum, in quo incorporale hereditatis nomen alicui infixum ab eo recedit.

§. VI. Τίτιος 27 ἔχων υἱὸν ὑπεξούσιον 15 ἤγαγε θυγατέρα, καὶ ἀπὸ υἱοῦ προτελευτήσαντος ἔγγονον ἢ ἐγγόνην, ἐτελεύτησεν ἀδιάθετος· ἤξουσιν ἐπὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ ὁ ἅμα ὁ υἱὸς ἤγαγε ἡ θυγάτηρ, καὶ 28 ὁ ἀπὸ

§. VI. Titius filium vel filiam in poteſtate habens, & ex filio præmortuo nepotem vel neptem, inteſtatus deceſſit: ad hereditatem ejus venient ſimul filius vel filia, & ex præmortuo

24. τελευτήσαντος F. 25. ἡ κατ' ἀκρίβειαν F. 26. ἀπ' de: F. 27. τις ad: F. 28. ὁ de: F.

minio reverſis, eoque ſenſu, lege Cornelia hæreditates firmari dicuntur. Paul. 3. Sent. 4. §. 5. in f. D. GOTH.

l. Ulp. in l. 1. §. 3. *de ſu. & leg. her.* „interdum etiam filius ſuus heres excluditur, fiſco „ prælato: utputa ſi perduellionis fuerit damnatus pater poſt mortem ſuam. Hoc quo? ut „ nec jura ſepulchrorum hic filius habeat". Interpretes Baſilic. lib. 45. t. 1. ἐπὶ ἀνταρσίᾳ μὴ τελευτὴν διεξλήθη, ὡς ἐπιβεβλεύων τῇ σωτηρίᾳ τοῦ βασιλέως. in contextu autem Baſil. ἐπὶ τυραννίδι κατακεκλῆσθαι, ut Th. hic. & §. 3. infra *de pub. jud.* Judæi Chriſtum accuſabant, ut regnum affectantem, id eſt, ut tyrannum. B. Chryſoſtom. lib. 1. *Quod Chriſtus ſit Deus*: ἐπὶ ὑποψίᾳ τυραννίδος τὸν βίον κατέλυσεν, ὡς βλάσφημος, ὡς τύραννος. Rurſus iidem Gr. illa Ulp. verba: *hoc quo?* ſic interpretantur. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ λέγομεν ἀποκλείεσθαι τὸν υἱὸν τοῦτον δημευομένης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὥστε μὴ καὶ τὰ πάτρια καὶ τῶν τάφων τῶν πατρώων ἔχειν τοῦτον τὸν υἱόν. FABR. I.

m. Vid. l. 5. C. *ad* l. Jul. Majeſt. l. ult. D. ad l. Jul. Majeſt. ἐπὶ τυραννίδι ἐλεγχθεὶς *Eclog.* 36. ex tit. 52. c. 15. *reus perduellionis.* Dicitur & hoc crimen d. tit. 36. καθοσιωσις *Majeſtatis*, ut & *lex Majeſtatis*, περὶ τῶν ἐπιβούλων νόμος. D. GOTH.

n. Etiam jure Hebræorum bona ejus fiſco vindicantur, David Kimchius 1. Reg 21. 15. FABR. I.

nn. Vide ad tit. *de Pup. ſubſt.* c. 359. & *de Hered. qual.* c. 433. G. O. R.

o. Adde l. 2. 3. C. *eod.* 2. [Gaj.] 8. §. 3. Ulp. 26. §. 2. Novell. 118. c. 1. 5. Harmenop. 8. §. 9. D GOTH.

Sic Ulp. R. t. 26. ait, *aquum eſſe* Philo περὶ βίου Γαΐου. de legib. Rom agens: υἱωνοὶ γὰρ πατέρων ἀποθανόντων, ἐν υἱῶν τάξει πᾶσι πάπποις καταριθμῆνται. Ex prudentium interpretatione in liberorum linea qui gradu proximior eſt, ulteriorem non excludit, Caj. apud Ruffin tit. 16. FABR. I.

πὸ τ῀ προτελευτήσαντος ὑ῀ος ἔγγονος ἤγων ἐγγόνη, καὶ οὐδὲ ὁ ἐγγύτερος ὢν τῷ βαθμῷ, τουτέστιν ὁ υἱὸς, 29 ἀποκλείει τὸν ἐπέκεινα, ἤγων τὸν ἔγγονον· δίκαιον γ῀ ἔδοξεν εἶναι, 30 ὥστε τοὺς ἐγγόνους καὶ τὰς ἐγγόνας εἰς τὴν τ῀ οἰκείου πατρὸς ὑπεισιέναι τάξιν.

tuo filio nepos vel neptis; neque propior gradu, id eſt filius, excludit ulteriorem, ſive nepotem. Æquum enim eſſe viſum eſt, ut nepotes, nepoteſque in patris ſui locum ſuccedant.

Τῷ αὐτῷ λόγῳ, εἰ καί τις *30 τελευτήσῃ, ἔγγονον ἢ ἐγγόνην ἀπὸ Πρίμου τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ καταλιπὼν, καὶ ἀπὸ ἐγγόνου καὶ αὐτοῦ τελευτήσαντος προέγγονον ἢ προεγγόνην, ὁ ἔγγονος ὁ ἀπὸ τ῀ Πρίμου, καὶ ὁ προέγγονος ὁ ἀπὸ τ῀ ἐγγόνου, ἅμα κληρονομοῦσιν· ὥσπερ γ῀ οἱ ἔγγονοι τὴν τῶν υἱῶν, οὕτω καὶ οἱ προέγγονοι τὴν τῶν οἰκείων προγόνων τάξιν ὑπεισέρχονται.

16 Eadem ratione & ſi quis moriatur, nepotem neptemve ex Primo præmortuo filio relinquens, atque ex nepote & ipſo mortuo pronepotem proneptemve, nepos ex Primo, & pronepos ex nepote, una heredes fiunt. Ut enim nepotes filiorum, ita & pronepotes majorum ſuorum locum ſubeunt.

Ὅθεν ἀκόλουθόν ἐστι λέγειν, 31 οὐκ in capita P, ἀλλ' in ſtirpem q διαιρεῖσθαι τὴν τ῀ τελευτήσαντος οὐσίαν· ὥστε οὖν ὁ μὲ υἱὸς λήψεται r τὸ ἥμισυ τῆς κληρονομίας, οἱ δὲ ἐκ τ῀ προτελευτήσαντος υἱοῦ ἔγγονοι, δύο ἢ καὶ πλείονες ὄντες, τὸ ἕτερον λήψονται ἥμισυ· ἐπειδὴ γ῀ ὁ τούτων πατὴρ οὐκ ἔλαβε τὸ ἥμισυ, οὗτοι δὲ τὸν ἐκείνου τόπον ὑπεισελθόντες 32 εἰσὶν, εἰκότως, ὥσπερ 33 ἐξαύγκιον ἐδίδοτο οὐκ ὄντι, οὕτω καὶ αὐτοῖς.

17 Unde conſequens eſt dicere, defuncti patrimonium non in capita, ſed ſtirpem dividi. Itaque filius ſemiſſem hereditatis capiet, nepotes autem ex filio præmortuo, *ſive* duo ſive plures ſint, alterum ſemiſſem capient. Nam quia pater horum ſuperſtes ſemiſſem accepiſſet, at hi in ejus locum ſubierunt, merito ſicuti ſemis ſuperſtiti datus fuiſſet, ita & his.

Εἰ δὲ καί τις ἐτελεύτησεν, υἱὸν μὲν μὴ καταλιπὼν, ἀπὸ δὲ δύο υἱῶν προτελευτησάντων ἐγγόνους, ἀπὸ μὲ τ῀ ἑνὸς ἕνα ἔγγονον

18 Sed & ſi quis deceſſit, filium quidem non relinquens, ſed ex duobus filiis præmortuis nepotes, ex uno unum

29. ἀποκινεῖ F. Mox omittit ηγ. τ. ἐγγ. 30. ὥστε de: F. *30. τελευτήσει ante hanc. 31. οὐχ omnes præter Goth. 32. εἰσὶν de: F. 33. ἐκείνῳ ad: F. cum quo ἐδίδοτο damus pro vulg. ἐδίδοται, quod Reſcius mutaverat in δίδοται.

p. Adde Novell. 118. c. 1. Ulp. 26. §. 2. Gajus 8. §. 3. D. GOTH.

Schol. ὦ ἀγάπη, ἤγων ἐξ ἰσότητος. Juſtin. in conſtit. de jure patron. προσωπικῶς Nov. 118. c. 3. in fi. conj: Græcorum interp. *par teſtes.* FABR.

q. Schol. κατὰ σειράν. ut in d. conſtit. Græca. d. Nov. 118. c. 1. in ſtirpem igitur ſuccedere eſt, per corpora, ut in ep. Trajani, opponuntur viritim, & per corpora, apud Plin. 10. Ep. 118. *par ſouches.* FABR.

r. Caj. apud Ruf. tit. 16. *ut filius dimidiam partem hereditatis fruat.* Non puto Cajum antiquo verbo uſum, ſed legend. *ferat.* FABR. I.

s. Cum ergo nepotes in ſtirpes ſuccedant, & in ſtirpes legitimam portionem ferent: nam legitimam portionem metimur ſecundum jus ſucceſſionis

γονον ἢ καὶ δύο, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου τρεῖς ἢ τέσσαρας· ὁ μὲν εἷς ἢ καὶ οἱ δύο 34 τὸ ἥμισυ μέρος, οἱ δὲ γ' ἤγουν οἱ δι' τὸ ἕτερον ἥμισυ [s] λαμβάνουσιν.

num nepotem vel etiam duos, ex altero tres vel quatuor: unus quidem vel etiam duo dimidiam partem, tres vero vel quatuor alteram dimidiam capiunt.

§. VII. Ηνίκα δὲ ζητοῦμεν, εἰ ὁ δεῖνα ὡς σοῦος δύναται ἀναφαίνεσθαι τῷ τελευτήσαντι κληρονόμος, τότε ἀπαιτοῦμεν εἶναι παρ' αὐτῷ τὸ σοῦον, ἡνίκα δείκνυται ἀδιάθετος ὁ τελευτήσας.

§. VII. Quum autem quærimus, num quis ut ſuus heres defuncto exſiſtere poſſit, tunc exigimus apud eum jus ſui heredis eſſe, quando apparet defunctum *eſſe* inteſtatum.

Τοῦτο δὲ συμβαίνει, οὐ μόνον ἡνίκα παντελῶς μὴ γένηται διαθήκη, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα γένηται μέν, μηδεὶς δὲ ἐντεῦθεν [t] κληρονομήσῃ. Διό, ἐάν τις ἔχων υἱὸν ὑπεξούσιον καὶ ἔγγονον ἐκ τούτου, τὸν υἱὸν ἐξεκδατεύσας ἐξωτικὸν γράψῃ κληρονόμον, μὴ 35 δὲ τελευτὴν τοῦ διαθεμένου, ἔτι διασκεπτομένου τοῦ ἐξωτικοῦ, ὁ υἱὸς τελευτήσῃ, μὴ ταῦτα δὲ ὁ ἐξωτικὸς ἢ ἀποδιατεύσῃ, ἢ μὴ δυνηθῇ κληρονομῆσαι· (τυχὸν γὰρ ἐπὶ αἱρέσει ἐγράφη κληρονόμος, καὶ ἡ τῆς ἐπάρσεως ἐπέστησεν αἵρεσις·) ὁ ἔγγονος σοῦος τῷ πάππῳ γενήσεται κληρονόμος· ἐπειδὴ, καθ' ὃν γέγονε χρόνον δῆλον, ἀδιάθετον τετελευτηκέναι τὸν τεταττωμένον, μόνος ὁ ἔγγονος εὑρίσκεται ἐν τῇ αὐτοῦ Φαμιλίᾳ, διὰ τὸ τελευτῆσαι [u] ἐν τῷ μεταξὺ τὸν υἱόν.

19 Aſt hoc evenit non modo quum teſtamentum omnino factum non fuerit, ſed & quum factum quidem fuerit, ſed nemo inde heres exſtiterit. Quare, ſi quis filium in poteſtate habens atque ex eo nepotem, filio exheredato extraneum ſcripſerit heredem, ſed poſt mortem teſtatoris, deliberante adhuc extraneo, filius de- 20 ceſſerit, & deinde extraneus vel repudiet vel heres eſſe nequeat: (forte enim ſub conditione ſcriptus eſt heres, & inſtitutionis conditio defecit) nepos avo ſuus heres fiet: quoniam, quo tempore manifeſtum fiebat teſtatorem obiiſſe inteſtatum, ſolus nepos in ejus familia invenitur, quandoquidem interea filius obierat.

§. VIII. Τὰ αὐτὰ χώραν ἔχει, εἰ [x] ζῶντος μὲν τοῦ πάππου συνελήφθη ὁ ἔγγονος, μὴ

§. VIII. Eadem locum habent, ſi vivente quidem avo nepos conceptus, ſed

34. τὸ de: F.

35. δὲ de: F.

nis ab inteſtato. Græci lib. 39. Baſil. tit. 1. ad l. 8. §. quoniam, D. *de inoff. teſt.* qua confirmatur ejuſmodi ſententia. FABR. I.

t. Teſtamentum dicitur hoc caſu deſtitutum. *Deſtitutum*, inquam, quoniam ex eo nemo hæres exſtitit adde l. ult. D. *de condi. inſtitut.* & l. 1 §. ſciendum: 8. D. *de ſuis.* D. GOTH.

Juſtin. *deſtituto teſtamento.* deſtitui igitur, & deeri teſtamentum dicitur, cum nemo ex eo heres extitit, §. 2. in fin. *ſupr de lege Falc.* l. 73. D. *ad leg. Falc.* l. ult. D *de condit. inſtit* FABR. I.

u. Filius igitur in hac ſucceſſione non obſtat nepoti, quia quo tempore defertur hereditas ab inteſtato, filius deſierat eſſe in rebus humanis, l. 7. D. *ſi tab teſtam null. ext.* l. 1. §. ſciendum, D. *de ſu. & legit. her* FABR. I.

x. L. 7. D. *de ſuis & legitimis.* D. GOTH.

μὴ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐτέχθη, καὶ εὑρέθη μόνος ὁ ἔγγονος ἐν τῇ τοῦ τελευτήσαντος ὢν φαμιλίᾳ, μὴ προλαμβανόμενος κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὅτε ἐξωτικὸς, ἢ γνώμῃ ἢ τύχῃ, οὐκ ἐκληρονόμησεν. Εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἔγγονος γ συνελήφθη καὶ ἐτέχθη μὴ τὴν τοῦ πάππου τελευτὴν, εἶτα τοῦ μέσου τελευτήσαντος ὁ ἐξωτικὸς οὐκ ἐκληρονόμησεν, ὁ ἔγγονος οὐκ ἔτι 36 γίνεται σοῦος κληρονόμος· οὐδὲν γὰρ εἶδος συγγενείας πρὸς τὸν διαθέμενον ὁ τοιοῦτος 37 ἕξει.

sed post ejus mortem natus fuit, soluſque nepos in defuncti eſſe familia comperitur, neque *ab aliis* præcedatur ſub illud tempus, quo extraneus vel ſponte vel forte heres non fuit. Quod ſi nepos ex filio conceptus natuſque ſit poſt avi mortem, & poſtea medio mortuo extraneus heres non fuit, nepos haud amplius ſuus heres fiet: nullam enim cognationis ſpeciem hic cum teſtatore habebit.

Ὥσπερ οὐδὲ ἐκεῖνος τοῖς παισὶ συναριθμηθήσεται, ὃν ὁ ἐμὸς υἱὸς 38 ἐμαγκίπατος ὢν z ἔλαβεν εἰς θέσιν. Εἰ γὰρ συμβῇ με τελευτῆσαι ἀδιάθετον, τοῦ ἐμαγκιπάτου παιδός μου προτελευτήσαντος, ὃν ἔλαβε θείων αὐτὸς ὁ ἐμαγκίπατος εἰς θέσιν, ὗτος ὰ διαδέχεται τὰ ἐμὰ δίκαια, 39 οὐδὲ ἓν εἶδος πρὸς ἐμὲ συγγενείας προίσχεσθαι δυνάμενος. Οὐ μόνον δὲ γενέσθαι κληρονόμοι οἱ εἰρημένοι ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ οὐ δύνανται, ἀλλ' οὐδὲ αἰτῆσαι διακατοχὴν οἷοί τέ εἰσιν, ὡς κογνάτοι. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν σούων κληρονόμων.

Sicut neque is liberis connumerabitur, quem filius meus emancipatus in adoptionem accepit. Nam ſi accidat, ut inteſtatus moriar, præmortuo filio meo emancipato, is quem vivens ipſe emancipatus in adoptionem accepit, in mea jura non ſuccedet, quum nullam mecum cognationis ſpeciem prætexere poſſit. Non ſolum autem hi dicti ex *jure* civili heredes fieri non poſſunt, ſed neque ut cognati bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. Hæc igitur de ſuis heredibus.

§. IX. Οἱ δὲ ἐμαγκίπατοι a παῖδες, καθὰ εἰρήκαμεν καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐνστιτουτίωνι, b ὅσον μὲν ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ, οὐδὲν πρὸς τοὺς αἰτείους γονεῖς ἔχουσι δίκαιον· ὅτε γὰρ σοῦοι κληρονόμοι δύνανται γένεσθαι, διὰ τὸ παύσασθαι αὐτοὺς εἶναι in poteſtate

§. IX. Emancipati vero liberi, ſicut & in ſecunda Inſtitutione diximus, quantum ad *jus* civile, nullum adverſus parentes ſuos jus habent: neque enim ſui heredes fieri poſſunt, quia in poteſtate parentis eſſe deſierunt;

36. γενήσεται F. 37. ἔγγονος ad: F. 38. ὁ delevi cum F. Mox ἀνέλαβεν F. 39. οὐδὲν F.

y. L. 6. verſ. quod ſi poſt mortem avi. D. *de ſuis & legitimis.* D. GOTH.

z. L. quem filius 26. D. *de adoptionibus.* D. GOTH.

a. Emancipati non ſunt legitimi ſucceſſores, l. 6. §. 1. D. *de bon. poſſ.* l. un. C. *quando non pet. part. pet. acc.* cujus ſpeciem ponit Cuj. in emancipatis liberis poſt Azonem. FABR. I.

b. Tit. de exhæredatione liberorum. §. 3. D. GOTH.

c. Dixi ad leges XII. Tab. tit. *de hared. ab inteſt.* D. GOTH.

d. Adde §. 11. inf. *eod.* l. 5. C. *de cond. indeb.* D. GOTH.

Emancipatus jus ſui quidem amittit, ſed non deſinit eſſe filius: nam jus naturale civili ratione cor-

ſtate τῆ γονέως, ἀλλ' οὐδὲ ὡς κοῆνάτοι ὑπὸ τῆ δυωδεκαδέλτου [c] κληθήσονται, δι' ἣν ὑπέστησαν κάπιτις διμινουτίωνα.

runt; immo neque ut cognati a *Lege* XII. Tabularum vocabuntur, propter capitis deminutionem, quam ſubierunt.

Ὁ δὲ πραίτωρ, ὁρῶν εἰς τὸ φύσει δίκαιον, δίδωσιν αὐτοῖς [d] τὴν unde liberi ἐμβατοχὴν, καλῶν ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ τελευτήσαντος, ὥσπερ εἰ, καθ' ὃν ἐτελεύτα τις χρόνον, εἶχεν αὐτοὺς ὑπεξουσίους· εἴτε μόνοι εἰσὶν, εἴτε [40] ὑπεξουσίους ἔχει παῖδας ὁ τελευτήσας· ἅμα γὰρ αὐτοῖς [e] κληρονομήσουσιν. Ἀμέλει, ἐάν τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ, δύο παίδων ὑπόντων, ὧν ὁ μὲν ἦν ἐμαγκίπατος, ὁ δὲ [41] in poteſtate· ὁ μὲν ὑπεξούσιος, ὅσον ἀπὸ τῆς πολιτικῆς νομοθεσίας, μόνος κληρονομήσει, ἔχων παρ' ἑαυτῷ τὸ τῆ σοῦου δίκαιον· ἐπειδὴ δὲ [42] ὁ ἐμαγκίπατος ὑπὸ τῆς ἐυεργεσίας βοηθεῖται τῆ πραίτωρος, καὶ εἰς τὸ ἥμισυ καλεῖται, συμβήσεται τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν σοῦον ἐξ ἀποτελέσματος μὴ εἰς ὁλόκληρον, ἀλλ' εἰς μέρος [f] κληρονομεῖν.

24 At Prætor, ad jus naturale reſpiciens, dat illis bonorum poſſeſſionem unde liberi, vocans *eos* ad bona defuncti, acſi, quo quis tempore obiit, eos in poteſtate habuiſſet, ſive ſoli ſint, ſive defunctus liberos in poteſtate habeat; una enim *cum* iis heredes erunt. Itaque, ſi quis moriatur inteſtatus, exſtantibus liberis duobus, quorum unus erat emancipatus, alter in poteſtate: is quidem *qui* in poteſtate *eſt*, quantum ad civilem legiſlationem, ſolus heres erit, habens in ſe jus ſui *heredis*; ſed quia emancipatus beneficio Prætoris adjuvatur, atque in ſemiſſem vocatur, eveniet hoc modo ut ſuus *heres* in effectu non in aſſem, ſed in partem heres fiat.

§. X. Εἶχον [g] δύο παῖδας ὑπεξουσίους, Πρῖμον καὶ Σεκοῦνδον· ἐποίησα τὸν Πρῖμον ἐμαγκίπατον, in poteſtate δὲ ἐδεξατήσας τὸν Σεκοῦνδον· ὁ Πρῖμος γενόμενος ἐμαγκίπατος, δέδωκεν ἑαυτὸν εἰς [43] θέσιν Τιτίῳ· εἰ ἐν συμβῇ με ἀδιάθετον τελευτῆσαι, ὁ Σεκοῦνδος μόνος με κληρονομήσεται, οὐ μὴν καὶ Πρῖμος, ὁ ἐν τῇ θετῇ ὢν Τιτίου φαμιλίᾳ·

26 §. X. Duos in poteſtate habebam filios, Primum & Secundum; Primum emancipavi, retinens in poteſtate Secundum; Primus emancipatus factus, in adoptionem ſe dedit Titio: ſi eveniat ut inteſtatus moriar, ſolus mihi Secundus ſuccedit, non item & Primus, qui in adoptiva Titii familia eſt;

40. καὶ ad: F. 41. ὑπεξουσίους F. 42. ὁ admiſi ex F. 43. ἀδροgατίονα F.

corrumpi non poteſt: ſive, ut loquitur Cic. pro Cluentio, *naturæ nomen amitti non poteſt.* Libanius Declam. 20. πατὴρ ἐγὼ σὸς, εἰ καὶ παροξύνθην ποτέ· ἀ γὰ τὸ παρ' ἐμοῦ σε γεγονέναι δύναται λυθῆναι νόμῳ. FABR. I.

e. Ita tamen ut emancipati ſuis, [delenda vox *ſuis*, aut mox legend. *id eſt, his qui.* G. O. R.] *ſi quæ propria habent, his qui in poteſtate manſerunt, conferant*, Ulpian. lib. 2. Inſtit. apud Ruff. tit. 16. l. 18. C. *de collat.* FABR. I.

f. Frater jure gentium, ex parte heres eſt. Quintil. Inſtit. 7. c. 1. *Pater inteſtatus duos nos filios reliquit: partem jure gentium peto* & merito igitur Prætor, qui naturalem æquitatem ſequitur, fratrem emancipatum in partem admittit. FABR. I.

g. L. 5. D. *unde liberi.* D. GOTH.

λία· οὗτος γὰρ ὁ παῖς ἐπὶ τὰ ἐμὰ οὐ παραγίνεται πράγματα. Ταῦτα δὲ λέγω μόνον, εἰ, καθ' ὃν ἐτελεύτων ἐγὼ χρόνον, ἦν ἐν τῇ θετῇ Φαμιλίᾳ· εἰ γὰρ ἐμοῦ ζῶντος ὁ 27 Τίτιος ἐποίησεν αὐτὸν ἐμαγκίπατον, ὁμοίως παραγενήσεται εἰς τὰ πράγματα ἐμοῦ τοῦ Φυσικοῦ πατρὸς, ὥσπερ εἰ ἐγὼ ἐποίησα αὐτὸν ἐμαγκίπατον, καὶ οὐδέποτε ἐν θετὴν γέγονε Φαμιλίαν. Ἀκόλουθον ἂν ἐστι λέγειν, ὅσον πρὸς τὸν γενόμενον αὐτοῦ θετὸν πατέρα, ἐξωτικὸν αὐτὸν εἶναι.

eſt; hic enim filius ad bona mea non pervenit. Hoc autem tantummodo dico, ſi, quo tempore ego moriebar, in adoptiva fuit familia: nam ſi me vivo Titius eum emancipavit, ſimiliter ad mea naturalis patris bona perveniet, acſi ego eum emancipaſſem, & nunquam in adoptiva fuiſſet familia. Conſequens igitur eſt dicere, quantum ad factum ei patrem adoptivum, illum eſſe extraneum.

Εἰ δὲ μὴ τὴν ἐμὴν τελευτὴν [h] ἐμαγκίπατον αὐτὸν ὁ Τίτιος ἐποίησε, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐξωτικὸς φανήσεται. Τοῦτο 28 δὲ οὕτως ἔχειν ἤρεσεν, ἐπειδήπερ ἄδικον εἶναι 44 νενόμισται, ἐν ἐξουσίᾳ εἶναι τοῦ θετοῦ πατρὸς, εἰς τίνα δεῖ παραγένεσθαι τοῦ Φυσικοῦ γονέως τὰ πράγματα, πότερον εἰς τοὺς υἱοὺς 45 ἢ τοὺς ἀγνάτους. Ἐὰν γὰρ ἔχων υἱὸν 46, ποιήσω τοῦτον ἐμαγκίπατον, παράσχῃ δὲ οὗτος ἑαυτὸν εἰς ἀδρογατίωνα Τιτίῳ, τελευτήσω δὲ ἀγνάτους ἔχων· ἔξεστι Τιτίῳ, ἐν τῇ θέσει παραμένοντι τὸν 29 παῖδα, πάροδον δοῦναι τοῖς ἀγνάτοις 47 εἰς τὴν κληρονομίαν· ἤγουν ἐὰν βουληθῇ ποιῆσαι αὐτὸν ἐμαγκίπατον ἐμοῦ τελευτήσαντος, ὥστε ἐξωσθῆναι μὲ τοὺς ἀγνάτους, τοῦτον δὲ κληθῆναι ἐπὶ τὴν ἐμὴν οὐσίαν, ἀκωλύτως πράξει τοῦτο· ἀτοπώτατον δὲ εἰρήκαμεν εἶναι, τὸ οἰκεῖσθαι [i] ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ θετοῦ

Quod ſi poſt meam mortem Titius eum emancipet, etiam ad illum extraneus videbitur. Hoc autem ita *ſe* habere placuit, quod iniquum eſſe viſum eſt, in arbitrio adoptivi patris eſſe, ad quem bona naturalis patris pervenire debeant, utrum ad filios an ad agnatos. Si enim *ego* filium habens, eum emancipavero; hic autem ſe Titio in adrogationem dederit; & *ego* moriar, agnatos habens: licitum eſt Titio, filium in adoptione retinenti, agnatis dare aditum ad hereditatem: aut ſi velit eum mortuo me emancipare, ut agnati repellantur, & ipſe ad bona mea vocetur, ſine obſtaculo hoc faciet: ſed abſurdiſſimum eſſe diximus, in patris adop-

44. νομίζθη F. 45. ἢ καὶ εἰς τοὺς ἀ. F. 46. ἐγὼ ad: F. 2. 47. ἐπὶ F.

h. L. penult. §. 2. D. *de adoptionibus.* D. GOTH.

i. Adde l. 32. l. 70. D. *de hæred. inſtituendis.* D. GOTH.

k. §. 9. ſup. *eod.* D. GOTH.

Minus juris habent adoptivi, quam naturales: nec enim naturales deſinunt filii filiæve eſſe. Adoptivi autem liberorum nomen perdunt: ſicut pater adoptivus nomen patris amittit, l. 2. §. 11. D. *ad Sc. Tertull.* l. 6. D *de Senator.* Cicero pro domo ſua: *adoptatum emancipari ſtatim, ne ſit ejus filius, qui adoptarit.* Nec igitur adoptio per omnia naturam

θετῆ πατρὸς, ἐπὶ τίνων δεῖ με κληρονομεῖσθαι, πότερον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μου, ἢ ἐπὶ τῶν ἀδνάτων.

adoptivi arbitrio ſitum eſſe, a quibus velit mihi ſuccedi, utrum a filio meo an ab agnatis.

§. XI. Ὥστε οὖν (δεῖ γὰρ ἀναδραμεῖν 30 εἰς τὸ πρὸ βραχέως [k] εἰρημένον, ἔνθα εἴρηται, ὅτι ὁ γενόμενος ἐμαγκίπατος ἐπὶ τοῦ θετοῦ πατρὸς ἐξωτικὸς νομίζεται παρ' αὐτῷ) ἐλάττονα [l] τὰ δίκαια ἔστι τῶν θετῶν παίδων, ἤπερ τῶν φυσικῶν· ὁ γὰρ φυσικός μου παῖς γενόμενος ἐμαγκίπατος, [49] [ἐπὶ τῆ θετοῦ πατρὸς, ἐξωτικὸς νομίζεται παρ' αὐτῷ, πρὸς ἐμὲ δὲ] εἰ καὶ τὸ δίκαιον ἀπόλλυσι τῆς ἀμφοδοχῆς, ὅσον ἐπὶ τοῦ πολιτικοῦ, ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοῦ πραίτωρος [m] συναριθμηθήσεται τοῖς παισίν· οἱ δὲ θετοὶ παῖδες γεγονότες ἐμαγκίπατοι, 31 καὶ κατὰ τὸ πολιτικὸν τῆς τάξεως τῶν παίδων ἐκπίπτουσι, καὶ ὁ πραίτωρ αὐτοῖς οὐ βοηθεῖ· καὶ εἰκότως· τὰ γὰρ φυσικὰ δίκαια [n] ὁ πολιτικὸς νόμος ἀνατρέπειν οὐ δύναται· καὶ οὐκ ἐπειδὴ ἐπαύσαντο εἶναι σῶοι κληρονόμοι, παύονται καὶ τοῦ φύσει εἶναι υἱοὶ ἢ θυγατέρες, ἢ ἔγγονοι ἢ ἐγγόναι· οἱ δὲ θετοὶ παῖδες [o] ἐμαγκιπατευθέντες, ἄρχονται εἶναι ἐξωτικοί· τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ υἱοῦ ἢ θυγατρὸς, ὅπερ ἔσχον διὰ τῆς θέσεως, ἑτέρῳ πολιτικῷ λόγῳ, τουτέστιν ἐμαγκιπατίωνι, ἀπολλύουσι.

§. XI. Itaque (recurrendum eſt enim ad paulo ante dicta, ubi dictum fuit, emancipatum ab adoptivo patre, extraneum ei cenſeri) minora ſunt jura filiorum adoptatorum, quam naturalium: nam filius meus naturalis emancipatus [a patre adoptivo, extraneus ei cenſetur: *quantum* vero ad me,] etſi jus ſucceſſionis amittit, quantum ex *jure* civili, attamen a prætore liberis connumerabitur: ſed liberi adoptivi emancipati & ſecundum *jus* civile liberorum gradu excidunt, & Prætor eos non adjuvat Et merito: namque jura naturalia lex civilis ſubvertere non poteſt; neque, quia ſui heredes eſſe deſierunt, deſinunt etiam natura eſſe filii vel filiæ, aut nepotes vel neptes: at liberi adoptivi emancipati incipiunt extranei eſſe; filii enim vel filiæ nomen, quod per adoptionem habuerunt, alia ratione civili, id eſt emancipatione, amittunt.

§. XII. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τῆς ἐξ 32 ἀδιαθέτου κλήσεώς ἐστιν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ

§. XII. Hæc vero non modo de ſucceſſione ab inteſtato dicenda ſunt, ſed

48. αὐτῆ & mox ἐπὶ pro ἐστι ante F. 49. Incluſa a Fabroto omiſſa & ego ejicerem. 50. τῇ F. Sed τοῦ ad εἶναι recte refertur.

turam imitatur. Eſt quidem adoptio imago naturæ: ἀλλὰ μιμήματα εἰκὼν φθάνει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ut ait Greg. Nazianz. 2. de Pace. eſt ὁμοιότης, non ταυτότης. FABR. I.

l. Adde 45. Eclog. 1. c. 1. in fin. c. 4. D. GOTH.

m. L. 3. C. *de legitim. heredibus* l. 5. C. *de condict. indeb.* Novel. 118 c. 1. in fin. D. GOTH.

n. Adde §. ul. ſup. *de legitima agnatorum tutela.* l. 8. D. *de reg. jur.* D. GOTH.

Petr. Celleſ. Epiſt. 9. lib. 1. *Civilia nunquam naturalia corrumpunt* FABR. I.

o. L. 4. D. *unde liberi.* D. GOTH.

p. L.

ἐπὶ τῆς 51 contra tabulas Δικαιοσύνης, ἣν ὁ πραίτωρ κατὰ τὴν πατρῴας τοῖς παισὶ δίδωσι Διαθήκης, 52 μὴ γραφεῖσι κληρονόμοις, μηδὲ γεγονόσι P νομίμως ἐξηρεδάτοις, τουτέστι nominatim, 53 ἤγουν ὀνομαστί· ἃς μὲν γὰρ εὗρεν in potestate τοῦ τελευτήσαντος, καὶ τοὺς γενομένους 54 ἐμαγκιπάτους Φυσικοὺς ὁπλίζει πραιτερίτους ὄντας τῇ contra tabulas· τοῖς δὲ μένουσιν 33 ἐν τῇ θετῇ Φαμιλίᾳ, καθ' ὃν ὁ Φυσικὸς q τελευταῖ καιρὸν, οὐ χορηγεῖ τὴν contra tabulas. Ἐὰν τὸν θετόν μου υἱὸν ἐμαγκίπατον ποιήσω, οὐ μόνον ἀδιάθετόν με τελευτήσαντα r οὐ Διαδέχεται, ἀλλ' οὐδὲ πραιτεριτευθεὶς ἐν τῇ ἐμῇ Διαθήκῃ λήψεται κατ' αὐτῆς τὴν contra tabulas· ἐπαύσατο γὰρ τοῖς ἐμοῖς συναριθμεῖσθαι παισίν.

sed etiam de bonorum possessione contra tabulas, quam prætor contra paternum testamentum liberis dat, heredibus non scriptis, neque rite, id est nominatim, exheredibus factis. Quos enim in defuncti potestate invenit, & naturales *quoque* emancipatos armat, si præteriti sint, *bonorum possessione* contra tabulas: sed manentibus in familia adoptiva, quo tempore naturalis *pater* moritur, non præbet *bonorum possessionem* contra tabulas. Si filium meum adoptivum emancipavero, non solum mihi intestato obeunti non succedit, sed neque in testamento meo præteritus adversus illud *bonorum possessionem* contra tabulas habebit: nam liberis meis connumerari desiit.

§. XIII. Ἐκείνου δὲ μεμνῆσθαι 55 ἡμᾶς 34 χρὴ, ὅτι ὁ Φυσικός μου παῖς, δοὺς ἑαυτὸν εἰς θέσιν, καὶ μείνας ἐν τῇ θετῇ Φαμιλίᾳ, ἢ

§. XIII. Illud nos meminisse oportet, quod filius meus naturalis, se ipsum in adoptionem dans, atque in familia

51. κοντρατάβλας ante F. cum quo semper Latine scripsi. 52. μηδὲ F. 53. ἤγ. ὀν. de: F. 54. δὲ ad: F. 55. ἡμᾶς de: F.

p. L. 1. §. 1. & sequentib. D. *de bon. poss. contra tabulas.* D. GOTH.

Nam si mihi bona ad mille solidos valentia in dotem data fuerint, *ego* autem centum solidos in ea impendero, & dissoluto matrimonio summam mille solidorum poscar, opponere possum ac dicere, centum me solidos impendisse in agros vel domos, dotis nomine mihi traditas: & quia ipso jure impensæ hujusmodi dotem minuunt, non in mille solidos, sed in solos nongentos condemnabor; si facta est impensa necessaria, id est ex necessitate erogata: forte enim futurum erat, ut domus corrueret, nisi in renovationem ejus centum solidi impensi fuissent: idcirco hac retentione utar, quæ di-

9. *retentiona* F. 10. ἀπαιτοῦμαι ante F. 11. ἀναλωθῇ F.

res: σὺ δὲ ὅταν μέλλῃς ἄγεσθαι γυναῖκα, πρὸς μὲν τὰς ἔξω νομικὰς μετὰ πολλῆς τρέχεις τῆς σπουδῆς, καὶ παρακαθήμενον αὐτοῖς, μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξετάζεις, τί μοι ἔσται, ἐὰν ἄπαις τελευτήσῃ ἡ γυνή, τί δὲ ἐὰν ἔχουσα παῖδα, τί δὲ ἐὰν δύο, καὶ τρεῖς; Denique quod ibidem legitur, præmaturam mortem conjugis cum uxore rem omnem eripere: θάνατος ἄωρος πρόσπταισμά, μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ πάντα τὰ ὄντα αὐτοῦ ἀφείλετο. videtur accipiendum de dote profectitia, quæ mortua muliere redit ad patrem citra ullam retentionem, si nulli sint liberi. FABR. I.

r. L. 1. l. 5. D. *de impensis.* l. 6. §. 2. D. *de jure dotium.* D. GOTH.

s. Vide, quæ scripsi ad l. unicam. §. taceat in ea retentionum verbositas. C. *de rei uxoriæ act.* adde Ulp. 6. § retentiones. 9. & §. impensarum. 14. §. §. 15. 16. 17. D. GOTH.

Ita [*marito retentio concessa est*, apud Justinianum] recte vett. libri & TH. scribunt. Sciolus quidam adjecerat particulam *quasi*, propter l. un. §. 5. C. *de Rei ux. act.* ex qua cessat omnis retentio, data marito actione mandati vel negotiorum gestorum: & ita beneficio harum actionum non proprie retentionem, sed quasi retentionem maritum homo ineptus habere existimabat. Quis enim non videt hunc §. esse accipiendum secundum jus Pandectarum, ad quod nominatum nos remittit. A COSTA.

Recte igitur in veteribus Justin. legitur: *marito retentio conc. est.* Serva quod dicitur in l. un. §. taceat. C. *de rei uxor. act.* ob utiles impensas mulieris voluntate factas, auctoritate Justiniani marito contra uxorem indulgeri: Cum enim, inquit Thalelæus 29. Basilicῶν, maritus sit rerum dotalium dominus, & in rem suam impensas fecerit, non videbatur actio mandati viro adversus uxorem danda ad consequendas impensas in rem suam factas. Eapropter constitutione opus fuit, ex cujus auctoritate actio mandati competit. FABR. I.

Recte

σχέσει, ἥτις λέγεται ob [12] neceſſarias impenſas. Ταῦτα δὲ πάντα τελειότερον ἐκ τῶν Διγέστων ἔνεστι μαθεῖν.

dicitur ob neceſſarias impenſas. Hæc vero omnia perfectius e Digeſtis diſcere licet.

227 §. XXXVIII. Ἐάν τις ξ τοῦ οἰκείου [t] πατρὸς, ἐμαγκίπαλος ὢν δηλονότι, ἢ ἀπελεύθερος κατὰ τὸν οἰκείου πάτρωνα, κινῇ οἱανδήποτε ἀγωγὴν, ἢ ἐὰν ὁ κοινωνὸς [u] κατὰ τοῦ κοινωνοῦ κινῇ τὴν pro ſocio, οὐ πλέον ὁ ἀναγόμενος καταδικασθήσεται τῷ ἀντιδίκῳ, ἢπερ εἰς ὅσον εὐπορεῖ ἡ αὐτοῦ οὐσία. Τὸ αὐτό ἐστι, καὶ ἐὰν donandi [v] animo ἐπερωτηθῶ δοῦναί τινι ἑκατὸν νομίσματα· οὔτε γὰρ πλέον ὀφείλω καταδικασθῆναι αὐτῷ, ἢπερ εἰς ὅσον εὐπορῶ.

§. XXXVIII. Si quis adverſus patrem ſuum, emancipatus ſcilicet, aut libertus adverſus patronum ſuum, qualemcumque actionem moverit, vel ſi ſocius adverſus ſocium *actionem* pro ſocio inſtituerit, reus haud *in* amplius condemnabitur adverſario, quam in quantum illius patrimonium ſolvendo eſt. Idem eſt, & ſi donandi animo promiſero dare cui ſolidos c. neque enim *in* amplius condemnari ei debeo, quam in quantum ſum locuples.

228 §. XXXIX. Καὶ αἱ κομπεσσατίωνες ἀντιληφθεῖσαι, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἀποτελοῦσιν, ὥστε μὴ ὅλον λαμβάνειν τὸν ἄκτωρα, ὅπερ ἀπαιτεῖν πειρᾶται. [13] Εἰ γὰρ κινεῖ [w] κατ' ἐμοῦ τοῖ δέκα νομισμάτων, [14] ἀμοιβαδὸν ἀντεποφείλων μοι τρία νομίσματα

§. XXXIX. Oppoſitæ quoque compenſationes ut plurimum efficiunt, ut actor non conſequatur ſolidum, quod petere tentat. Si enim mecum de ſolidis x. agat, viciſſim mihi debens ſolidos III. condemnabor in ſeptem, prout

12. *neceſſ.* de: F. 13. ἐπιτέτραπται ad: Pith. quod non expedio. 14. ἀμειβ. ante F.

Recte igitur in vett. Juſtin. legitur: *marito retentio conc. eſt.* Juſtin. loquitur tantum de neceſſariis impenſis, quibus ipſo jure dos minuitur. De quibus etiam tantum loquitur TH. quo nomine reprehendi non debuit, quod neceſſarias impenſas non diſtinxerit ab utilibus, quæ ipſo jure dotem non minuebant, ut neceſſariæ. Vid. *Comment. in Inſtit.* FABR. II.

Vide l. 5 — 10. D. *de Impenſ. in res dot. factis.* G. O. R.

t. L. 16. in fin. verſ. item parens, l. patronus 17. *de Re jud.* D. GOTH.

Διά τε τὴν πρόσωπον αἰδῶ, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀπόρους γονεῖς μᾶλλον ὑπὸ τῶν παίδων τρέφεσθαι τὸν νόμον ἀφελεύεσθαι. Th. Hermopolit. ad l. 28. *de R. J.* & ad l. 173. διὰ τὴν αἰδῶ, καὶ χρέσιν τῶν γονέων. FABR. I.

u. d. l. 16. verſ. qui pro ſocio D. *de Re judic.* D GOTH.

Τάξιν γὰρ ἐπέχουσιν ἀδελφῶν. Hermopolit. ad d. l. 173. FABR. I.

Ulpian. l. 63. pr. Pro ſocio: *cum ſocietas jus quodammodo fraternitatis in ſe habeat.* G. O. R.

v. L. 12. D. *de Donatt.* D. GOTH.

Τυτέστι, σκοτεῖ ὁ δικαστὴς, ποσὸν ἀρκεῖ αὐτῷ, ποσὸν πρὸς τροφὴν, ἔνδυσίν τε, καὶ ὑπόδυσιν, σφαιρεῖν, καὶ τὰ ὅμοια· θάλπει γὰρ ὁ νόμος τὸν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ἔνοχον ἑαυτὸν ἑτέρῳ καλασήσαντα, καὶ τὰ οἰκεῖα δωρησάμενον προσήματα. Hermop. ad d. l. 28. FABR. I.

w. Adde §. 30. ſup. *eod.* Paul. 2. Sent. 5. §. 3. D. GOTH.

V. Cl. Cujacius notis ſecundis cenſet, in hoc §. recte omitti a TH. verbum illud *ex ead. cauſa.* Sed forte verius eſt, Tribunianum voluiſſe adſcribi & intelligi ex debito; nec referre, cujuſmodi debitum. MARCIL.

Ridicula ſane interpretatio. Si verba *ex ead. cauſa* ſignificare poſſunt *ex quocumque debito*, jam quidvis ex quovis faciam. G. O. R.

Hæc verba (*ex ead. c.*) ex jure veteri ſunt interpretanda, quo in b. f. judiciis admiſſa tantum fuit compenſatio ex ead. cauſa: ſed admiſſa deinde fuit ex diverſa etiam, ut Paulus docet 2. *Sent.* 5. quod non animadvertens TH. hæc verba pro ſuperfluis habuit, quæ tamen conſtanter retinent omnes libri. A COSTA.

Theoph. non agnoſcit verba illa quæ vulgo leguntur apud Juſtinianum, *ex eadem cauſa*: utique enim compenſatio etiam ex diſpari cauſa admittitur, Paul. *Recept. Sent.* lib. 2. tit. 5. §. ult. [ex Cujac] FABR.

[Paulus

ματα, εἰς ἐπὶ καταδικασθήσομαι, καθὰ καὶ ἤδη προείρηται· Διὰ τοῦτο 15 δὲ εἶπον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· ἐπειδὴ, ἐὰν συμβῇ μὴ σαφὲς εἶναι τὸ εἰς κομπενσατίωνα x ἀντιτιθέμενον χρέος, οὐδὲν ἧττον ὁ ἄκτωρ ἀπαιτήσει τὸ χρέος ὁλόκληρον.

prout jam prædictum fuit. Ideo autem dixi Ut plurimum: quia, ſi contingat non liquidum eſſe debitum, quod in compenſationem opponitur, actor nihilominus integrum debitum repetet.

§. XL. Ἔχρεώστει Τίτιος διαφόροις 229 κρεδίτωρσι πολλὴν χρυσίου ποσότητα· ἐπικειμένων τῶν δανειστῶν καὶ ἀπαιτούντων τὰ χρέα, ἐξέστη y τῆς οἰκείας οὐσίας, οὐκ ἐξαρκῶν πρὸς τὴν τούτων καταβολήν· εἰ συνέβη 16 τὸν Τίτιον αὐτὸν μετὰ χρόνον ἕτερα κλήσασθαι πράγματα, εἰς ἀξιόπιστον συντείνοντα ποσότητα, δύνανται z οἱ κρεδίτωρες, οἷα μὴ δυνηθέντες ἀποπληρωθῆναι τὸ χρέος, τὴν λειπομένην 17 αὐτὸν ἀπαιτεῖν ποσότητα· 18 καὶ καταδικασθήσεται αὐτοῖς, οὐκ εἰς ὁλόκληρον, ἀλλ' εἰς ὅσον zz εὐπορεῖ· ἀπάνθρωπον γὰρ ἐνομίσθη, τῆς ἰδίας αὐτὸν γυμνωθέντα οὐσίας εἰς ἅπαν καταδικάζεσθαι τὸ χρέος.

§. XL. Titius diverſis creditoribus magnam auri ſummam debebat: inſtantibus creditoribus ac debita poſtulantibus, ceſſit ſuis bonis, *quod* horum ſolutioni impar *eſſet*. Si eveniat ut idem Titius poſt tempus alia bona adquirat, ad idoneam ſummam excurrentia: poſſunt creditores, utpote quibus debitum exſolvi non potuit, reliquam ab eo quantitatem petere: & condemnabitur iis, non in ſolidum, ſed in quantum locuples eſt: namque inhumanum viſum eſt, ipſum ſuo nudatum patrimonio in totum debitum condemnari.

15. δὲ addo ex F. 16. αὐτὸν h. l. F. 17. ſic feci e vulg. αὐτῆ ac F. αὐτῶν. 18. καταδ. δὲ F.

[Paulus II. 5, 3. *Compenſatio debiti ex pari ſpecie, & cauſa diſpari admittitur*, &c.] *Et cauſa diſpari:* idque hodie extra controverſiam eſt, & in b. f. & in ſtr. jur. judiciis, l. 30. Inſt. *de Action.* l. ult. C. *de Compenſ.* Et in ſtricti juris judiciis compenſatio debet ex alia cauſa venire, quoniam negotia illa ab una parte tantum obligationem pariunt. In b. f. negotiis & ex ead. & ex alia cauſa poteſt fieri compenſatio, quoniam hic eſt mutua obligatio. Ab initio tamen ex ead. tantum cauſa ea admiſſa hic videtur, quoniam de illa re ſola judicium inſtitutum erat, adeoque poteſtas judicis ulterius non extendebatur, ſecund. l. 18. D. *comm. divid.* atque huc forte pertinent illa verba *ex ead. cauſa* §. 39. Inſt. *de Act.* quæ TH. omiſit, gnarus hodie non differre, ex qua cauſa opponatur compenſatio. Sed antiquus auctor, unde hauſtus eſt ille locus, eo potuit reſpexiſſe: quod & vidit Janus a Coſta ad d. §. SCHULTING.

x. Aut quod magis eſt, τῷ *plerumque* apud Juſtinianum ſignificatur, in quibuſdam compenſationem locum non habere, ut in depoſito, commodato. vide ſupra ad §. 30. FABR.

Aeque bona tamen & vera eſt THi interpretatio. G. O. R.

y. 7. *Eclog.* 6. ex lib. 9. tit. 6. cap. 3. 5. 8. l. is qui bonis ceſſit. 4. D. *de ceſſione bonorum.* Eclog. d. loco ἔκστασις bonor. ceſſio. Novel. 135. D. GOTH.

z. Juſtin. *ex integro creditores experiuntur.* id eſt, ἐξ ὁλοκλήρου, denuo, iterato. FABR.

zz. Schol. Θεμάτισον σὺ ταῦτα ἐπὶ λόγου, ὅτι οὐκ εὐπόρησε δοῦναι εἰς ὁλόκληρον. εἰ δὲ εὐπόρησεν, ὅλον δῆλον ὅτι ἀποκαθίστα. ὧδε δὲ τὸ θέμα ἐπὶ λόγου κεῖται. FABR.

Latine: *Caſum hic finge de eo qui ſolvendo non eſt, quia in ſolidum ſolvere idoneus non fuit. Si autem locuples eſſet, totum nimirum reſtituit. Hic vero caſus de indigo ponitur.* G. O. R.

[ΠΕΡΙ ΠΕΚΟΥΛΙΟΥ a.]

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR.

ΤΙΤΛΟΣ Ζ.

TITULUS VII.

ΕΝ τοῖς προλαβοῦσι b μνήμην ἐποιησά-
μεθα τῆς de peculio, ἥτις κινεῖται
προφάσει τοῦ 1 peculii τοῦ οἰκέτου ἢ υἱοῦ
τοῦ ὑπεξουσίου κατὰ τοῦ πατρὸς ἢ τοῦ
δεσπότου· δεῖ τοίνυν περὶ αὐτῆς εἰπεῖν· εἰς
τοῦτον γὰρ τὸν καιρὸν τὴν αὐτῆς ὑπερεθέμεθα
διδασκαλίαν ποιήσασθαι. Ἀλλὰ χρὴ καὶ
περὶ 2 ἑτέρων ἀγωγῶν, αἵ τινες χάριν τῶν
αὐτῶν ὑπεξουσίων κατὰ πατρὸς ἢ δεσπότου
κινοῦνται, ἐπιμελέστερον διεξελθεῖν. Ἐπειδὴ 231
δὲ συναλλάγματος γενομένου, εἴτε μὴ οἰ-
κέτου εἴτε μὴ ὑπεξουσίου υἱοῦ, τὰ αὐτά
ἐστι c σχεδὸν νόμιμα, ἵνα μὴ φλύαρος καὶ
πολυρήμων φανῶ, ἀφαλογισμοῖς ἀπείροις
κεχρημένος, λόγον ποιήσομαι περὶ μόνων
τῶν πρὸς οἰκέτην γενομένων συναλλαγμάτων,
καὶ

IN ſuperioribus mentionem fecimus *actionis* de peculio, quæ intenditur occaſione peculii ſervi aut filiifam. adverſus patrem aut dominum: oportet ergo de ea dicere; ad hoc enim tempus diſtulimus ejus doctrinam tradere. Sed & de aliis actionibus, quæ eorumdem in aliena poteſtate *hominum* cauſa adverſus patrem aut dominum moventur, diligentius diſſerendum eſt. Sed quia facto contractu, ſive cum ſervo ſive cum filiofam. eadem pæne ſunt jura, ut ne loquax & verboſus videar, infinitis utens diſputationibus, ſermonem faciam de ſolis contractibus cum ſervo initis, deque *ſola*

1. πεκυλίε F. t. t. ſed allis caſib. Latine fere ſcribit. 2. τῶν ad: F. 3. ἀλλ' pro δὲ Pith. ac F. Mox γιν. F. 2.

a. Adde §. 8. verſi. Item Prætor. ſup. *de actionibus.* D. GOTH.

b. Id eſt, titulo *de actionibus.* §. 36. D. GOTH.

c. Ut puta filiusfamilias obligatur ex omnibus cauſis, & cum eo agi in ſolidum poteſt, l. 39. D. *de obligat.* ſervus autem jure civili ex contractibus non obligatur, l. 43. *eod.* FABR. F.

d. Adde §. 7. inf. *eod.* D. GOTH.

e. Adde 18. *Eclog.* 3. & 8. D. GOTH.

De juſſu actio, l. ult. D. *quod juſſ.* FABR. I.

Actioni *quod juſſu* proprie locus eſt, quando ut cum ſervo contraheretur, veluti ut mutua ei daretur pecunia, dominus extraneo juſſit aut mandavit, ſive eum hortatus eſt, l. 1. §. 1. ſqq. D. *Quod juſſu.* Nam ſi dominus ſervo ſuo mandaverit, ut pecuniam mutuam acciperet, ceſſare videtur hæc actio, l. 20. D. *de dolo*, & danda potius actio utilis ad exemplum inſtitoriæ, l. pen. & ult. C. *de inſt. & exerc. act.* Quæri autem poteſt, cur priori caſu detur actio prætoria *Quod juſſu*, cum videatur locus eſſe civili actioni *mandati.* Dici poteſt, non aliter dari actionem mandati, quam ſi id actum ſit, fueritque animus contrahendi mandati: in propoſita vero facti ſpecie non mandati, ſed mutui contrahendi animus intervenit. Nec tamen dari poteſt actio mutui, quia jure civili nemo ex alterius contractu tenetur, revera autem hoc caſu contractum eſt cum ſervo. DOUJAT.

Multa hic adverſus Doujatium notari poſſent, quum præſertim poſteriora miſere ſint contorta & Profeſſore Juris Primicerio indigna: ſed tantum priora, quæ proprie contra THum ſcripta voluit, (ut ſeq. nota *ff.* monſtrat) refutabimus Jani a Coſta & Heineccii verbis. G. O. R.

Hac autem actione dominus tenetur, cujus juſſu vel voluntate ſervus contrahit in re peculiari, [quin & meo judicio maxime extra peculium; ſed hæc alia quæſtio eſt. G. O. R.] ſive ſermonem dirigat

do-

καὶ τῆς κατὰ τοῦ δεσπότου ἀναγωγῆς· τὰ αὐτὰ γὰρ 4 νοήσομεν καὶ περὶ υἱοῦ, ἔτι δὲ καὶ περὶ πατρὸς ἔχοντος in potestate τὸν παῖδα. Εἰ δέ τι ἰδιάζον d ἐπὶ τούτων παραφυλάττεται, κεχωρισμένως 5 ἐπιδείξομεν τοῦτο.

sola adversus dominum actione: eadem enim & de filio intelligemus, item & de patre filium habente in potestate. Si vero quid speciale in iis servatur, separatim id ostendemus.

§. I. Ἔστι τοίνυν κατὰ τοῦ δεσπότου ἀ. 232 γωγὴ ἡ quod e jussu; παράγει τὴν περὶς τὸν οἰκέτην συναλλαγμάτων κινουμένη. Ἐὰν γὰρ κελεύσει τοῦ δεσπότου συναλλάξῃ μοι, γέγηται δέ μοι ἔνοχος, ἔξω κατ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου τὴν quod jussu· τρόπον γάρ τινα περὶς αὐτὸν f δοκῶ συναλλάττειν, καὶ τὴν αὐτοῦ μεταδιώκειν πίστιν, διὰ τὴν ὑπ' αὐτοῦ ff γενομένην κέλευσιν. Εἰς ὁλόκληρον δὲ αὕτη ἡ quod jussu ἔχει τὴν καταδίκην.

§. I. Est igitur adversus dominum actio Quod jussu, quæ occasione contractuum cum servo *celebratorum* movetur. Nam si jussu domini mecum contraxerit, mihique obligatus fuerit, adversus ipsum dominum *actionem* habebo Quod jussu: quodammodo enim cum ipso contrahere & fidem ejus sequi videor, propter jussum ab eo profectum. Hæc autem Quod jussu *actio* in solidum habet condemnationem.

§. II. Κατὰ μίμησιν τῆς quod jussu, 233 καὶ ἑτέρας δύο εἰς ὁλόκληρον ἐχούσας τὴν καταδίκην ἀγωγὰς ὁ πραίτωρ ἐπηγγείλατο· ὧν ἡ μὲν exercitoria g, ἡ δὲ ἑτέρα institoria προσαγορεύεται.

§. II. Ad imitationem *actionis* Quod jussu, & alias duas actiones, in solidum condemnationem habentes, Prætor promisit: quarum una exercitoria, altera institoria adpellatur.

Καὶ ἡ μὲν exercitoria τότε χώραν ἔχει, ὁπότε τὸν ἴδιον οἰκέτην h μάγιστρόν τις τῆς οἰκείας 7 περιβάλλεται νηός, καὶ τιμήματος

Et exercitoria quidem tunc locum habet, quum quis servum suum propriæ navi magistrum præposuit, & aliquis

4. νοήσωμεν ante F. 5. ἐπιδείξωμεν ante F. 6. Ἡ δὲ *exerc.* F. 7. περιβάλληται F.

dominus in personam servi, sive in personam extranei, ut recte glossa hoc loco. *Etc.* A COSTA.

Jussum autem proprie de patre & domino dicitur, ut *mandatum* de extraneis: nam quia hoc consensu duorum constitit, pater filio non *mandat*, utpote qui unam cum illo personam constituit, sed *jubet*: [ex quo discrimine interpretandam censeo l. 1. §. 3. D. *Quod jussu*, quam neque a Costa in seqq. neque Douj. bene explicare videntur. G. O. R.] Quemadmodum tutor *auctoritatem*, curator *consensum* interponere dicitur. Accurate hæc distinguere solebant veteres. HEINECC. *ad Vinn. h. l.*

f. Ulp. in l. 1. eod. *quodammodo contrahitur cum eo qui jubet.* FABR.

ff. Imo extraneo, ut paulo ante est observatum. DOUJAT.

THum injuste carpit, si carpendus foret, ex Lat. versione Curtiana, quam ipse cum Fabroto retinuerat: *ob jussum, quem servo fecerit.* Posset enim THus & de extraneo intelligi: sed rectius de servo Curtium accepisse, superior nota *e.* docet. G. O. R.

g. Adde Paul. 2. Sent. 6. D. GOTH.

Dignæ, quæ conferantur, longissimæ Glossæ Nomicæ ἡ Ἐξεργιτορία ἀγωγὴ, & altera ἡ Ἰνστιτορία (*sic*) ἀγωγὴ: in quibus sunt mala mixta bonis. G. O. R.

h. Græce πιστικός, cujus fidei commissa est cura totius navis. sic nardus pistica, ἄδολος νάρδος, ἥτις κατασκευάζεται μετὰ πίστεως. Auctor incertus in vita S. Mariæ Magdalenæ, quæ nondum edita est. & extat in Bibliotheca Messanensi. eandem interpretationem adfert Theophylactus. FABR. I.

i. En illustre rursus exemplum, quam parum fidos hactenus interpretes THus nactus sit, quum superiores hoc etiam loco, ut alias plerumque, Justinianum describere satis habuerint, lectore ni-

ματος προβληθέντος αὐτῷ χάριν τῆ πράγματος, ἐφ' ᾧ καὶ προεβλήθη, γέγονε συνάλλαγμα· ἐπὶ γὰρ τούτῳ τῷ θέματος εἰς ὁλόκληρον ἕξω τὴν exercitoriam κατὰ τὸ δεσπότης. Διὰ τοῦτο δὲ ὠνόμασται exercitoria, ἐπειδὴ exercitor [k] προσαγορεύεται οὗτος, πρὸς ὃν ὁ καθημερινὸς τῆς νεὼς πόρος ἀνατρέχει.

liquis cum præpoſito ejus rei gratia, cui & præpoſitus fuit, contractus eſt initus: in hac enim ſpecie adverſus dominum *actionem* exercitoriam in ſolidum habebo. Ideo autem exercitoria dicta eſt, quoniam exercitor is vocatur, ad quem quotidianus navis quæſtus recurrit.

Ἡ δὲ institoria [l] τότε χώραν ἔχει, ἡνίκα τις καπηλείῳ [m] τυχὸν, ἢ οἵας δήποτε πραγματείας, τὸν ἴδιον οἰκέτην προέστησεν· ἐὰν γὰρ μετ' αὐτοῦ τι συνάλλαγμα γένηται, ταύτης [n] χάριν τῆς αἰτίας, ἐφ' ᾗ καὶ προέστη, ἐναχθήσεται ὁ δεσπότης εἰς ὁλόκληρον [o] τῇ institoria. Διὰ τοῦτο δὲ institoria προσαγορεύεται, ἐπειδὴ οἱ προβαλλόμενοι [p] τῶν πραγμάτων institores [q] καλοῦνται.

Sed inſtitoria tunc locum habet, quum quis cauponæ forte, vel cuicumque negotiationi, ſervum ſuum præpoſuit: namque ſi cum eo aliquis contractus fiat, ob eam cauſam cui & præpoſitus eſt, dominus *actione* inſtitoria in ſolidum convenietur. Ideo autem inſtitoria adpellatur, quoniam qui negotiis præponuntur, inſtitores vocantur.

Χώρα δὲ ταύτῃ τῇ [8] institoriæ καὶ τῇ exercitoriæ, [r] εἰ καὶ ἐλεύθερον [9] ἢ ἀλλότριον οἰκέτην νεὼς, ἢ καπηλείῳ ἢ οἵας δήποτε πραγματείας [10] προέστηκε· κἀνταῦθα γὰρ αὐτὸς ὁ τῆς δικαιοσύνης λόγος καλὰ

Locus autem eſt huic *actioni* inſtitoriæ atque exercitoriæ, etſi liberum *hominem* aut ſervum alienum navi aut cauponæ vel cuicumque negotiationi præpoſuit; nam & inde ipſa æquitatis

8. *inſtitoria . . . exercitoria* F. 9. τις ἢ κὴ F. 10. προέϛησε F.

hil admonito. Ego diu quærens, in quos ſenſus καὶ τιμήματος προβλ. αὐτῷ deflecti poſſit, non aliud invenio, quam ſimpliciter legendum videri: καί τι μετὰ τοῦ προβληθέντος, αὐτοῦ χάρ. &c. & ſic verti. G. O. R.

k. Exercitores ratium, vet. inſcript. Grut. p. CCCCXCII. 5. FABR. I.

l. Adde 18. *Eclog.* 1. Paul. 2. Sent. 8. l. 1. D. *de inſtitoria act.* D GOTH.

m. Καπηλίῳ καὶ πραγματείας loco author *Eclogæ* d. loco ἐργαστηρίῳ meminit, hoc eſt *tabernæ*: unde ἐργαστηριάρχης Gloſſis *tabernarius*: meminit & author inf. eodem τῆς νεώς, quod exercitoriæ proprium. D. GOTH.

Th. tabernam hic accipit, pro cauponio, taberna vinaria, & diverſorio. Theophylact. in act. Apoſt. c. 28. τὸ δὲ τῶν ταβερνῶν, πανδοχείων, τινῶν [an? τινὲς], ἢ καπηλείων χρῆσιν αἰνίσσονται, τῇ τῶν ῥωμαίων φωνῇ ὅτω ὀνομαζομένων. Suid. ταβερνεῖα, καπηλεῖα, πανδοχεῖα. Gloſſ. Gr. Lat. καπηλεῖον, *popa*, *popina*, *taberna*. καπηλοδύτης, *tabernarius*. imo taberna hic eſt, ἐργαστήριον ſtatio, officina. Gloſſæ juris: *taberna*, ἐργαστήριον. hinc tabernarius, in l. 5. D. *de inſtit.* id eſt, ἐργαστηριάρχης. Gloſſ. Gr. Lat. ἐργαστηριάρχης, *tabernarius*, *inſtitor*. Servius in Eclog. 9. Virgil. *fugit in tabernam carbonariam, & beneficio inſtitoris ſervatus eſt.* Tertull. Apolog. c. 42. *tabernis*, *officinis*, *ſtabulis*, id eſt, ἐργαστηρίοις, πανδοχείοις. FABR. I.

Sed unde probas, Fabrote, Juſtinianum non æque de taberna vinaria, quam de alia quacumque loqui? maxime quum addat, *aut cuilibet negotiationi*. Dicet alius, Eclogam pro Fabroto facere: ſed cur ejus auctor plus fidei meret, quam THus? Ejuſdemmodi criſin iniquam ſupra cap. 115. not. *s.* refellimus. Ceterum hic & poſtea καπηλεῖον cum Lov. & F. pro vulgato καπηλίον ideo reſcripſi, ut ſibi orthographia conſtaret, quia per ει omnes conſtanter ediderunt ſup. §. ult. *de Oblig. q. qs. e del.* In Gloſſ. Labbæi καπηλίον pro deminutivo exponitur.

καὶ τῷ προστήσαντι τὴν ἀγωγὴν ἐξίτορίαν δίδωσιν· ὁ γὰρ προϊστῶν τινα, δοκεῖ λαμπρᾷ [s] λέγειν τῇ φωνῇ, ὅτι ἐγὼ τοῦτον προέστησα· ὁ βουλόμενος αὐτῷ συναλλατλέτω.

tis ratio adversus præponentem dat *actionem* exercitoriam aut institoriam: qui enim aliquem præponit, clara voce dicere videtur: Hunc ego præposui; qui volet, cum eo contrahito.

§. III. Ἐπενόησε δὲ καὶ ἄλλην ἀγωγὴν ὁ πραίτωρ, ἥτις τributoria [t] καλεῖται. Ἐὰν γὰρ ὁ ἐμὸς οἰκέτης εἰς τὰ peculiaria αὐτοῦ [11] πραγματεύσηται Φορτία, οὐ καλὰ κέλευσιν ἐμὴν, οὐδὲ ἐμοῦ προστήσαντος αὐτὸν, εἰδότος μέν τοι καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος, γένηται δὲ [12] πρὸς αὐτὸν συνάλλαγμα, οὕτως ὁ πραίτωρ ἐπὶ αὐτῷ δικαιοδοτεῖ· εἰ γὰρ συμβῇ, ἐποφλῆσαι αὐτὸν ἀμφόροις προσώποις, ἐποφλῆσαι δὲ καμοὶ τῷ δεσπότῃ, (ὃ δὲ εἶπον ἐποφλῆσαι, φυσικῶς νοητέον, οὐκ ἐννόμως·) παραγένηται δὲ ὁ οἰκέτης, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὰ Φορτία, προσέρχονται οἱ κρεδίτωρες [x] τῷ πραίτωρι, καὶ ἀναγκάζει τὸν δεσπότην ἀγαγεῖν [y] εἰς μέσον τὰ Φορτία, καὶ εἴτι ἐκ τῶν Φορτίων διεπράθη, [z] καὶ συνήχθη χρυ-

§. III. Excogitavit & aliam Prætor actionem, quæ tributoria vocatur. Nam si servus meus circa peculiares merces suas negotiatus fuerit, neque jussu meo, neque me eum præponente, attamen sciente & non contradicente, cumque eo contractus sit celebratus, Prætor sic de eo jus reddit: nam si evenerit, ut diversis debeat personis, sed & mihi domino debeat, (quod autem debere *eum* dixi, naturaliter intelligendum, non legitime) ac servus advenerit, merces secum habens: creditores Prætorem adeunt, & *is* cogit dominum merces in medium proferre, & si quid ex mercibus divenditum ac pecunia *inde* redacta fuerit,

11. πραγματεύεται F. 12. τι ad: F.

tur, *coponicula*. G. O. R.

n. Præpositio certam legem dat contrahentibus. FABR. I.

L. 1. §. 12. D. *de Exercit. act.* l. 11. §. 3. sqq. D. *de Instit. act.* G. O. R.

o. In eo differt institoria, & tributoria quæ ad peculium datur. 18. *Eclog.* 6. 1. in Scholiaste. Dicitur autem Institoria. 18. *Eclog.* 8. ex lib. 26. tit. 7. c. 41. ἡ κατὰ τοῦ προστήσαντος. D. GOTH.

p. Scholiastes: ἀναγνωθι, οἱ προβληθέντες τῶν πραγμάτων, τετέσιν οἱ καλούμενοι ἀρμαξῆται. legit, προβληθέντες, ut in Basil. ὁ προβληθεὶς ἐπὶ τῷ πωλεῖν, ἢ ἀγοράζειν. FABR.

q. Institores, quod *instent*, dicti. l. 3. D. *de institoria*. Græcis Institor, προεστὼς ἐργασηρίου, ὁ προβληθεὶς ἐπὶ τῷ πωλεῖν ἢ ἀγοράζειν. 18. *Eclog.* 1. c. 1. & 11. *Is autem qui præposuit* προβαλλόμενος differt autem φύλαξ. i. custos ab eo quem προεστῶτα diximus: hic alienare potest, ille non potest. D. GOTH.

r. In duob. codd. legitur, [& ap. Pith.] νίκα εἰ ἐλεύθερόν τις, εἰ καὶ ἄλλ. rectius vulgo, & in uno R. ut edi curavi. hoc est, non solum institit. & exerc. tenetur pater, vel dominus, qui servum suum, aut filium filiamve familias præposuit, sed & qui servum alienum, aut eum qui sui juris est. FABR.

s. Τὴν προστασίαν, seu præpositionem τῇ λαμπρᾷ φωνῇ fieri ait Ulp. l. 11. §. 3. D. *de institoria*, claris literis, unde de plano legi possit. Idem author *Eclogæ* 18. tit. 1. cap. 5. γράμμα καὶ ἀνάγραμμα. D. GOTH.

t. Tributoria actio, Græcis ἀμφιετικὴ, initio hujus §. & apud Scholiast. 18. *Eclog.* 2. c. 1. ἀμφιοῦσα τὸ κέρδος ἀγωγή. Ibidem c. 3. Nam si quid servus extraneo & domino debet, hac actione inter extraneos & dominum ἀναλόγως ἀμφιεῖται τὰ φορτία τοῦ δούλου. Scholiast. 18. *Eclog.* 1. c. 1. ἀναλόγως τῶν κεχρεωστημένων γίνεται ἡ διαίρεσις, μὴ προτιμωμένου τοῦ δεσπότου ἔν τινι. ἀλλὰ ἴσα γινομένου οὐ ἀμφιέσῃ τὸ χρέος. Scholiast. ibid. tit. 2. c. 1. D. GOTH.

u. L. 1. §. ult. D. *de tribut.* FABR.

x. Dominus tribuendi facultatem habet ex Prætoris edicto, l. ult. D. *de tribut.* FABR.

y. Idem 18. *Eclog.* 1. c. 1. D. GOTH.

z. In duobus codd. [& apud Pith.] post verbum,

χρυσίον, [13] καὶ τοῦτο ἀναλόγως διελεῖν μετ' ἐαυτῷ καὶ τ̃ λοιπῶν κρεδιτώρων. Εἰ δὲ αὐτὸς ὁ δεσπότης, ᾧ ἐπετράπη τ̃ Φορτίων ἡ Αἵρεσις, ὑφέληταί τινα ἐξ αὐτῶν, καὶ μὴ πάντα εἰς μέσον ἀγάγῃ, ἔλθῃ δέ τις τ̃ κρεδιτώρων αἰτιώμενος καὶ λέγων, [14] ὡς ὅτι ἐλάττονα Φορτία τ̃ ὑπὸ τοῦ οἰκέτ῀ ἐκ τῆς πραγματείας ἐνεχθέντων εἰς μέσον ἐλήλυθε, δοθήσεταί αὐτῷ tributoria [a] κατὰ τοῦ δεσπότ῀· δι' ἧς ἀναγκασθήσεται, [15] ὅπερ ἔτυχεν ἀποκρυψάμενος Φορτίον, εἰς μέσον ἐνεγκεῖν. Λέγεται δὲ tributoria [16] ἡ Αἱρετικὴ, ὥσπερ τὸ distribuere, ὅ ἐστι [17] διελεῖν.

rit, etiam hanc pro rata inter ſe & reliquos creditores diſtribuere. Sin autem ipſe dominus, cui mercium diſtributio permiſſa eſt, quaſdam ex iis ſubtraxerit, neque omnes in medium protulerit, & creditorum aliquis veniat querens ac dicens, pauciores merces, quam quæ a ſervo ex *illa* negotiatione adlatæ fuerint, in medium veniſſe, dabitur ei adverſus dominum *actio* tributoria: per quam cogetur, quamcumque mercem occultaverit, in medium proferre. Dicitur autem tributoria (ſive diviſoria) a *verbo* diſtribuere, quod eſt dividere.

§. IV. Πρὸς ταῖς εἰρημέναις ἀγωγαῖς ἐπενόησε καὶ τὴν de peculio, ἤτοι de in rem [b] verſo, [18] τ῀τέστιν ὧν ἐν πράγμασι τ῀ πατρὸς ἢ καὶ δεσπότ῀ γραφέντων ἦγεν δαπανηθέντων· ἵνα, εἰ καὶ παρὰ γνώμην [c] τοῦ δεσπότ῀ συνάλλαγμά τι γένηται πρὸς τὸν οἰκέτην, ὅμως εἴτε τι ἐδαπανήθη περὶ τὴν οὐσίαν τ῀ δεσπότ῀, τ῀τέστιν [19] in rem verſum ἐγένετο, εἰς τ῀το ὅλον ὁ δεσπότης καταδικασθῇ· εἴτε οὐκ ἐγένετο verſum, εἰς τ῀το μέχρι τῆς τ῀ peculii ποσότητος [d] καταδικασθῇ.

§. IV. Præter dictas actiones excogitavit quoque *actionem* de peculio aut de in rem verſo, id eſt de iis quæ in rebus patris aut etiam domini verſa ſive impenſa ſunt: ut, licet præter domini voluntatem aliquis contractus cum ſervo factus ſit, tamen ſive quid circa domini ſubſtantiam impenſum fuerit, id eſt in rem verſum, in id omne dominus condemnetur: ſive verſum non fuerit, in id uſque ad peculii quantitatem condemnetur.

Δοκεῖ δὲ [20] verſum γίνεσθαι εἰς τὴν οὐσίαν τ῀ δεσπότ῀, ἐάν τι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἀναλωθῇ περὶ τὰ αὐτ῀ πράγματα· οἷον,

In rem vero domini verſum fuiſſe videtur, ſi quid propter neceſſitatem circa ejus res impenſum ſit: velut, ſervus

13. ᾗ de: F. male. 14. ὡς ὅτι de: F. 2. Alterum tantum delerem. 15. ἅπερ .... Φορτία F. 16. ἡ Αἱρ. ante hanc. Ambae voculæ de: F. non male. 17. Αἱρεῖν F. 2. 18. ſeqq. uſque ad ἵνα deſunt F. 19. *in rem* de: F. ut & ſeq. εἰς. 20. *verſa* F. male.

bum, συνήχθη, additur, τυχὸν δὲ ἐν τῷ μεταξὺ, τινὰ αὐτῶν διεπράθη, ᾗ συνήχθη χρυσίον. FABR. I. Scholiaſt. τυχ. γ. ἐν τῷ μετ. τ. αὐ. διεπρ. κ. συν. χρ. quæ perperam in textum irrepſerant. FABR. II. Regiorum ſcil. Codd. non in textum Viglianum. Male autem Fabrotus, ſive ex Codd. ſive duce Curtio, qui vertit: *& ſi quid ex mercib. venditum fuerit, pecuniam inde redactam, pro rata inter ſe & creditores ceteros diſtribuere:* copulam ᾗ lect. 13. ejecit, quaſi *ſola pecunia* diſtribuatur, quum præter merces ſuperſtites, ETIAM illa pecunia in commune conferenda ſit. G. O. R.

a. Hæc actio dolum malum coërcet domini, l. 7. §. 1. D. *de tribut.* hoc eſt propter iniquam diſtributionem ei locus eſt, l. 3. D. *quando ex fact. tut.* [Sane hoc caſu Prætorem adire neceſſe erit. *Ex Edit.* 2.] FABR.

b. Unde Græcis actio de In rem verſo ἡ ἐπὶ τῆς

οἷον, δανεισάμενος ὁ ἐμὸς οἰκέτης, τοῖς ἐμοῖς κρεδίτωρσι κατέβαλεν, ἢ μέλλουσάν μοι πίπλειν οἰκίαν ἀνώρθωσεν, ἢ τῇ ἐμῇ Φαμιλίᾳ [e] σῖτον ἠγόρασεν, ἤγων ἀγρὸν, ἢ ἕτερον οἷον δήποτε πρᾶγμα [f] ἀναγκαῖον, ἠγόρασέ μοι· εἰ τοίνυν δέκα νομίσματα ἐδανείσατο παρὰ σοῦ, καὶ πέντε μὲ κατέβαλε [g] τῷ ἐμῷ κρεδίτωρι, τὰ δὲ ἄλλα [21] ὅπως δήποτε ἐδαπάνησεν, ὑπὲρ μὲν τῶν πέντε [22] versorum εἰς ὁλόκληρον καταδικάζομαι, ὑπὲρ δὲ τ̃ μὴ δαπανηθέντων εἰς ἐμὲ μέχρι τοσούτου κατασχεθήσομαι, μέχρις οὗ ἐκτείνεται ἡ τοῦ peculii ποσότης· οὐκοῦν ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι εἰ πάντα τὰ δέκα νομίσματα εἰς τὴν ἐμὴν ἐδαπάνησεν οὐσίαν, [23] οὐ τὰ πέντε, ἀλλὰ ὅλα τὰ δέκα νομίσματα, ὁ κρεδίτωρ ἀπαιτήσει με. Αὕτη μὲν ἡ de peculio μία [h] μέν ἐστιν ἀγωγὴ, διπλῆν δὲ ἔχει [24] τὴν καταδίκην· ἡ μὲν εἰς τὸ peculium, ἡ εἰς τὸ [25] versum, γίνεται ἡ ἀναγωγὴ καὶ ἡ καταδίκη.

vus meus mutuatus, creditoribus meis satisfecit, aut domum meam ruituram erexit, aut familiæ meæ frumentum emit, aut agrum, aliamve quamlibet rem necessariam, mihi emit: si igitur decem a te solidos mutuos sumsit, & quinque creditori meo exsolvit, alios vero quinque quomodocumque impendit; pro quinque quidem 241 *in rem meam* versis in solidum condemnor, pro *aliis* in me non impensis eo usque tenebor, quousque peculii quantitas excurrit: hinc itaque manifestum *est*, si omnes decem solidos in meam rem impenderit, creditorem non quinque, sed totos decem solidos, a me petiturum. Hæc enim de peculio actio, una quidem est, sed duplicem habet condemnationem; nam aut in peculium aut in versum intentio fit & condemnatio.

Ὁ τοίνυν δικαστὴς, [26] ὁ τῆς de peculio ἀκροώμενος, πρότερον εἴωθε κατανοεῖν, εἰ ἐδαπανήθη τι περὶ τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου, καὶ εἰ μέν τι δεδαπάνηται, εἰς ταύτην πάντως τὴν ποσότητα τὸν δεσπότην καταδικάζει· ἑτέρως γὰρ εἰς τὴν ζήτησιν τῆς ποσότητος τ̃ peculii μεταβήσεται, εἰ μηδὲν τ̃ δανεισθέντων τῷ οἰκέτῃ εἰς τὴν οἰκείαν οὐσίαν δα-

242 Judex ergo, de peculio *actionem* dijudicans, prius cognoscere solet, numquid circa rem domini versum sit; & si quid versum fuit, in hanc omnino quantitatem condemnat dominum: alioquin enim ad quæstionem quantitatis peculii transibit, an nihil *eorum* quæ servus mutuatus est, in propriam rem

21. ἑ νομίσματα ad: F. cum Curtio. 22. τῶν βέρσων F. 23. οὐ τὰ π. ἄλλα de: F. 24. τὴν de: F. 25. βέρσον F. 26. ὁ de: F.

τῆς δαπάνης ἀγωγὴ. 18. *Eclog.* 7. c. 1. & 2. Adde Paul. 2. Sent. 9. & titul. Digest. *de in rem verso.* & Cod. *quod cum eo qui in aliena potestate.* D. GOTH.

c. Adde l. 3. §. 1. D. *de in rem verso* 18. *Eclog.* 7. c. 2. & passim. D. GOTH.

Nam si domini voluntate, potest quod jussu agi, l. 5. §. 2. D. *de in rem vers.* FABR. I.

d. Peculii fini, l. 19. D. *de compens.* FABR.

f. Diophanes Geoponicῶν 2. εἰς ἠωετέρων κῶν κτῆσιν τῆς Φαμιλίας ἐξαρκοῦντα χρῆσιν. Theophanes in Mauricio: ἀγχμαλωτίζωσθαι τὰς Φαμιλίας αὐτῶν. FABR.

f. Vel utilem: nam quod magis ad voluptatem pertinet, non videtur versum. hoc igitur dominus sine rei detrimento patietur auferri, l. 3. §. sed si, & l. 5 §. 2. D. *de in rem vers.* FABR. I.

g. In rem versum videtur, prout aliquid versum est: ideoque si pars versa est, de parte erit actio, l. 10. §. 2. *eod.* FABR. I.

h. Facit l. 19. in fin. D. *de in rem verso.* D. GOTH.

i. Adde

δαπανηθῇ τῷ δεσπότῃ, ἦγον μὴ πάντα δαπανηθῇ.

Εἰπόντες δὲ τῆς de peculio· εἴπωμεν τί ἐστι peculium· ὅς ἐστιν [i] peculii οὗτος ἐστιν, οὐσία φυσικὴ [27] προσκεκυρωμένη ὑπεξουσίῳ, κατὰ γνώμην πατρὸς ἢ δεσπότου, ἐξῃρημένων [k] τῶν φυσικῶν χρεῶν, πατρικῶν φημι καὶ δεσποτικῶν, καὶ τῶν τοῖς [28] συνυπεξουσίοις ἐποφειλομένων. Οὐσία εἶπον φυσικὴν, ἐπειδὴ κατὰ νόμους οὐσίαν ἔχειν ὑπεξούσιος οὐ δύναται· προσκεκυρωμένην ὑπεξουσίῳ κατὰ γνώμην πατρὸς ἢ δεσπότου εἶπον, ἐπειδὴ ἐκεῖνο peculium ἐστὶν, ὃ οἶδεν ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης· [29] εἰ γάρ τι δὲ γνώμην [l] αὐτῶν ἔχουσι, τοῦτο τῷ peculio οὐ συναριθμηθήσεται· ἐξῃρημένων φυσικῶν χρεῶν προστέθεικα, ἐπειδὴ κυρίως ἐκεῖνό ἐστι peculium, ὃ ἀφειλιμπάνεται μὴ τὴν τῶν φυσικῶν χρεῶν ἐξαίρεσιν· οἷον, ἐποφείλει μοι ὁ σὸς ὑπεξούσιος ἑκατὸν νομίσματα, ἔχει δὲ peculium νομιζόμενον κατὰ πρώτην ὄψιν τριακοσίων νομισμάτων· ἀλλ'

rem domini impensum sit, an vero non omnia sint depensa.

243 Quum diximus de *actione* de peculio, dicamus quid sit peculium. Definitio PECULII hæc est: Bona naturalia adsignata ei, qui in potestate est, pro voluntate patris vel domini, exemtis debitis naturalibus, paternis scilicet ac dominicis, iisque quæ debentur his qui in ejusdem sunt potestate.

244 BONA dixi naturalia, quoniam alienæ potestatis *homo* secundum leges bona habere nequit: ADSIGNATA ei, qui in potestate est, pro voluntate patris vel domini dixi, quoniam illud est peculium, quod pater vel dominus scit; nam si quid præter eorum voluntatem habent, id peculio haud con-

245 numerabitur: EXEMTIS debitis naturalibus addidi, quoniam illud est peculium, quod relinquitur post naturalium debitorum exemtionem: veluti, qui

27. προσκεκυρῶθαι, *& ita* I. *&* 30. PITH. Lego: *& ita inf. vs.* 30. (*edit. Gothofr.* i. e. pr. cap. seq. 244.) G. O. R. 28. ὑπεξ. ante F. 29. ἐὰν F. 2.

i. Adde §. 10. sup. *de actionibus.* l. 5. §. 2. & 3. D. *de peculio.* D. GOTH.

Gloss. Lat. Gr. *peculium*, κτῆσις τοῦ ὡς ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τετέχνιν υἱοῦ, ἢ δούλης. [v. Gloss. Basilic. *Ed.* 1.] est velut patrimonium servi aut filii. l. 19. §. 1. l. 32. l. 47. §. ult. D. *de pecul.* FABR.

k. Cur ita? quia prævenisse dominus & cum servo suo egisse creditur l. sed si. 9. §. peculium. 2. D. *de peculio.* quia non est verisimile, dominum id concedere servo in peculium habere, quod sibi debetur. d. l. 9. §. 5. quia naturæ æquum est, filium vel servum liberari obligatione, eo quod illi debitum videntur exegisse. l. si noxali. 11. §. 2. D. *de peculio.* D. GOTH.

[Naturalia debita spectamus in peculii deductione, l. 11. *eod.* l. pen. C. *quod cum eo.* Edit. 1.] Servus (enim) natura domino debere potest, l. 40. §. 3. D *de cond & dem.* & dominus servo, l. 12. D. *de instit.* id ergo peculii est, quod deducto eo quod servus domino debet, reliquum sit, l. 16. D. *de in rem ver.* FABR.

l. Id tantum peculii est, quod servus habuit volente domino, l. 4. §. 1. D. *de pecul.* quod servus permissu domini habet, l. 5. *eod.* FABR.

m. Filius patri, in cujus potestate est, naturaliter debere potest, l. frater, §. quæsitum, D. *de cond. ind.* FABR.

n. Quia prævenisse dominus, & cum servo suo egisse creditur, l. 9. §. 2. D. *de pec.* in actione autem de peculio occupantis melior est conditio, l. 10. *eod.* FABR. I.

o. Verba οἷον τῷ συνδ. addidimus ex Pith. ac Fabroto. Quum vero Pithoeus insuper addat, ἢ ὅσῳ: inde mox rescripsi, ut antea conjeceram, ἢ ὁ σὸς μὲν υἱὸς pro vulgata ἢ ὁ μὲν υἱὸς. Tum seqq. παρενθέσεως notas, perspicuitatis gratia, ex Fabr. I. adjeci. G. O. R.

p. Frater fratri naturaliter obligatur, d. l. *frater.* & hoc minus in peculio est, quoniam patri id debere creditur, sicut servus domino id, quod debet conservo, l. 9. §. peculium, D. *de pecul.* filius naturalem quoque obligationem patri adquirit. FABR.

q. Schol.

ἀλλ' 30 ἐπειδὴ ἐποφείλει τῷ [m] πατρὶ ἢ τῷ [n] δεσπότῃ ἑκατὸν νομίσματα, ἐποφείλει δὲ καὶ τῷ συνυπεξουσίῳ, [o] οἷον τῷ συνδούλῳ ἤγουν τῷ ἰδίῳ [p] ἀδελφῷ (ἢ ὁ σὸς υἱὸς [q] υἱὸς ἐποφείλει τῷ σῷ δούλῳ, ἢ ὁ σὸς δοῦλος ἐποφείλει τῷ υἱῷ σοῦ [r] τῷ ὑπεξουσίῳ) 31 ἑκατὸν καὶ [s] πεντήκοντα νομίσματα, καθαρὸν νομίζεται peculium πεντήκοντα νομίσματα.

qui in tua poteſtate eſt, mihi centum debet aureos, habetque peculium, quod prima facie trecentorum aureorum *eſſe* putatur: ſed quia patri vel domino centum aureos debet, itemque debet ei, qui in ejuſdem poteſtate eſt, veluti conſervo aut fratri ſuo, (vel filius tuus debet ſervo tuo, aut ſervus tuus debet filio tuo familias) centum & quinquaginta aureos, purum cenſetur peculium quinquaginta aurei.

Ἔστι δὲ, ὅτε τὸ τῷ ὑπεξουσίῳ ἐποφειλόμενον χρέος οὐκ ἐξαιρεῖται, κινουμένης τῆς de peculio· οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος, ὁ σὸς οἰκέτης εἶχεν ἐν τῷ peculio 32 αὐτοῦ οἰκέτην· οἱ δὲ νομικοὶ τὸν μὲν πρῶτον οἰκέτην λέγουσιν ordinarium, τὸν δὲ τοῦ οἰκέτου οἰκέτην λέγουσι [t] vicarium, 33 quia vicem ipſius obtinet, τουτέστιν ὥσπερ ὁ ordinarius οἰκέτης ἐστὶν, οὕτω καὶ ὁ 34 vicarius, ὥστε οὖν συνυπεξούσιοί εἰσιν. Ἐχρεώστει τοίνυν ὁ σὸς οἰκέτης ἐμοὶ 247 centum

246 Eſt etiam ubi debitum, quod ei qui in poteſtate eſt, debetur, non eximitur, inſtituta de peculio *actione*: velut in hac ſpecie, ſervus tuus habebat ſervum in peculio ſuo; juris autem periti priorem ſervum vocant ordinarium, ſed ſervi ſervum nominant vicarium, quia vicem ipſius obtinet, id eſt, ſicuti ordinarius eſt ſervus, ita & vicarius; itaque in ejuſdem ſunt poteſtate. Debebat ergo mihi ſervus tuus

30. ἐπειδὴ de: F. 31. ἑκατὸν καὶ de: F. peſſime. 32. αὐτοῦ de: F. 33. Quinque voc. ſeqq. addimus ex Pith. ac F. 34. εἰκάζει F.

q. Schol. Θεμάτιον γάρ τινα ἔχειν υἱὸν καὶ δοῦλον, καὶ ἐχρεώστει ὁ υἱὸς τῷ δούλῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ οὐ τοῦ ἐναντίου, ὅτι ὁ δοῦλος ἐχρεώστει τῷ υἱῷ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ. Ergo ſervo filiusfam. naturaliter tantum debet, & ſervus filio. Sed & patri dominove naturaliter tantum debetur· certe quod ſervo debetur ab extraneo, dominus recte petit, l. 41. D. *de pecul.* FABR.

r. L. 6. D. *de pecul. leg.* FABR.

s. Mireris protecto, non tam Nannio, quam Fabroto, & JCto & editori, hunc paraphraſtæ locum minime fuiſſe intellectum. Prior ſupra ad cap. 175. exiſtimat, THum ſui qs. oblitum non manſiſſe in eod. exemplo, ſcil. quod modo de *centum* patri aut domino debitis locutus, nunc de 150. fratri aut conſervo debitis memoret. Sed fallitur egregie, quoniam ambæ hæ ſummæ conjungendæ & a 300. (quantum prima facie videtur eſſe peculium) deducendæ ſunt, ut remaneat purum peculium, aurei 50. Poſterior, Fabrotus, tam Gr. quam Lat. delet ἑκατὸν καὶ, quaſi illorum loco ea *centum*, quæ mihi alieno atque extraneo debentur, ex eod. peculio ſint detrahenda, ut remaneant 50. quo nihil huic loco eſt alienius. Senſus enim eſt, me non poſſe conſequi actione de peculio, niſi 50. licet revera 100. mihi debeantur. G. O. R.

t. Ordinarius ὁ ὠρδινάριος δοῦλος. Vicarius, δοῦλος τοῦ δούλου. Scholiaſtes 18. *Eclog.* 5. c. 16. & ut Ulpianus in l. 17. D. *de peculio*, dominus vicarii, ſunt enim vicarii ipſi una cum ſuo peculio, in peculio ordinarii. D. GOTH.

Martialis: *Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe.* CURT. *nam* pro *jam* habet ANON. MEERM.

Gloſſ. Gr. Lat. δοῦλος οἰκέτης, *vicarius.* [ordinarius, vicarii veluti dominus eſt. Sic apud Hom. Odyſſ. ξ. Eumæus ſervum habere dicitur. Euſtath. εἰ δὲ μὴ μόνον δεσποτικοὶ οἰκέται οὗτοι τῷ Εὐμαίῳ εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ δοῦλον αὐτὸς ἰδιόκτητον ἔχει. κακῶς ἄρα ὄχλαμος ἀνδρῶν λέγεται. οἰκονομικὴ δ' ἐνταῦθα ἡ ἰσοξία ὡς τῶν εὐνοουμένων δούλων, ἰσῃ πεκτιλιζομένων ἀκωλύτως ὡς τὰ πολλά. ordinarius tamen *conſervus* erat. Chryſoſt. Homil. 59. in Matth. Horat. Sat. 7. lib. 2. *ex Edit.* 1.] FABR.

ἐμοὶ ἑκατὸν νομίσματα, ἔιχε δὲ peculium ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ἡ γὰρ ἀγατίμησις τῶν ἐν τῷ peculio πραγμάτων εἰς τοσαύτην συνέτεινε ποσότητα· ἦν δὲ ἐν τῇ ἀγατιμήσει καὶ ὁ vicarius· ἐχρεώστει δὲ καὶ ὁ ordinarius τῷ vicario ἑκατὸν νομίσματα· ἀναγόμενος 35 οὖν σὺ παρ' ἐμοῦ τῇ de peculio, οὐ δύνασαι λέγειν, ὅτι τὸ peculium τοῦ σοῦ οἰκέτου ἐστὶ πεντήκοντα 36 μόνα νομίσματα, καὶ δεῖ σε εἰς πεντήκοντα μόνα καταδικασθῆναι, ἐπειδὴ 37 ὁ ordinarius, ὑπὲρ οὗ ἐνάγῃ τῇ de peculio, τῷ vicario χρεωστεῖ ἑκατὸν νομίσματα· τοῦτο γὰρ τὸ χρέος οὐκ ἐξαιρεῖται.

Καὶ τίς ἐστιν ὁ λογισμὸς, ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ὁ λογισμὸς οὗτός 38 ἐστιν· ἡνίκα βουλόμεθα τὸ peculium [u] τοῦ ordinarii οἰκέτου καταμαθεῖν, ψηφίζοντες τὰς ἀγατιμήσεις τῶν ἄλλων πραγμάτων, προστίθεμεν καὶ τὴν τοῦ 39 vicarii ἀγατίμησιν, καὶ οὕτως ἀποφαινόμεθα λέγοντες, τοσῆσδε εἶναι ποσότητος τὸ peculium· τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, οὐ δύναται ὁ vicarius, οὗ ἡ ἀγατίμησις 40 ηὔξησε τὸ peculium, αὐτὸς καὶ μειῶν αὐτὸ διὰ τῶν ἐποφειλομένων αὐτῷ, ἵνα μὴ τὸ αὐτὸ πρόσωπον εὑρεθῇ δύο ἐναντία ποιῶν, καὶ αὔξον καὶ ἀπομειοῦν τὸ peculium 41 ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει. Τὸ αὐτό ἐστιν, εἰ καὶ ὁ σὸς [42 υἱὸς] ὑπεξούσιος ἔχει οἰκέτην ἐν τῷ ἰδίῳ peculio, ὃς λέγεται πεκυλιάριος 43 οἰκέτης, καὶ

centum aureos, habebatque peculium centum & quinquaginta *aureorum*, namque rerum in peculio *inventarum* æſtimatio ad tantam excurrebat quantitatem: erat autem & vicarius in *illa* æſtimatione: ſed & ordinarius centum ſolidos vicario debebat. Tu igitur a me conventus de peculio *actione*, di-
248 cere non potes, peculium ſervi tui ſolos eſſe quinquaginta aureos, teque in ſolos quinquaginta condemnari debere, quia ordinarius, pro quo conveniris de peculio, vicario centum debeat aureos: hoc enim debitum non eximitur.

Et quænam ſit ratio, neceſſe *eſt* dicere. Ratio hæc eſt: quum ſervi ordinarii peculium cognoſcere volumus, calculatis aliarum rerum pretiis, adjicimus & vicarii æſtimationem, atque ita pronuntiamus dicentes, tantæ eſſe quantitatis peculium. Hoc quum
249 ita ſe habeat, non poteſt vicarius, cujus æſtimatio auxit peculium, ipſe etiam illud minuere per ea quæ illi debentur, ut ne eadem perſona inveniatur duo faciens contraria, & augens & deminuens peculium in eadem cauſa. Idem eſt, & ſi filius tuus familias in peculio ſuo ſervum habeat, qui ſervus peculiaris dicitur; & centum mihi aureos debeat, peculii autem ejus æſti-

35. ἓν de: F. 36. μόνον F. 37. ὁ σὸς οἰκέτης ὑπὲρ Pith. & F. 38. ἐστιν de: F. 39. δικαρεὶς F. & mox δικάρει. Aliis locis Lat. 40. ἤυξε F. 2. 41. ἐν τῇ αὐ. ὑπ. de: Pith. & F. 42. Addendum cenſeo cum Curt. 43. οἰκέτης de: Pith: ac F. Mox ἐποφειλέ habet F.

u. Quod ordinarius mihi debet, id etiam detraho ex vicariorum peculio. Quod ipſi vicarii mihi debent, detraho tantum ex ipſorum peculio. Quod ordinario ſuo debuerint, id non ex ordinarii peculio detrahitur, ſed ex ipſorum tantum peculio. Quod vicariis ab ordinario debetur, non deducitur de peculio ordinarii, (quia peculium eorum in ipſius peculio eſt) ſed peculium eorum augetur, quemadmodum ſi dominus ſervo ſuo debeat. l. 17. D. *de peculio*. 18. *Eclog*. 5. c. 16. Quod domino debetur ab ordinario, ex vicarii ſervo [ſervi peculio] deducitur. d. c. 16. D. GOTH.

Quia

καὶ ἐποφείλει μοι ἑκατὸν νομίσματα, 44 ἡ δὲ ἀξιτίμησις τῶ πεκυλίω αὐτοῦ συντείνει εἰς ρ' νομίσματα· χρεωστεῖ δὲ 45 καὶ τῷ πεκυλιαρίῳ οἰκέτῃ x σου ἑκατὸν νομίσματα· 46 ἐνταῦθα λέγομεν, μὴ ἐξαιρεῖσθαι τοῦτο τὸ χρέος, ἵνα μὴ ὁ πεκυλιάριος οἰκέτης αὐξήσῃ μὲν τὸ τοῦ υἱοῦ σου peculium διὰ τῆς οἰκείας ἀξιτιμήσεως, μειώσῃ δὲ διὰ τῶν 47 αὐτῷ φυσικῶς ἐποφειλομένων, καὶ εὑρεθῇ τὸ αὐτὸ πρόσωπον δύο ποιοῦν ἐναντία ἐν τῇ αὐτῇ δίκῃ, καὶ αὔξον καὶ μεῖον τὸ peculium.

æſtimatio ad c. aureos excurrat; & peculiari quoque ſervo ſuo c. ſolidos debeat: hic dicimus, non eximi illud debitum, ut ne ſervus peculiaris per ſuam quidem æſtimationem augeat filii tui peculium, ſed per ea quæ ipſi naturaliter debentur, minuat; eademque perſona reperiatur duo faciens contraria in eodem judicio, & augens & minuens peculium.

§. V. Ἐκ τῶν εἰρημένων δεδήλωται, ὅτι πολλαί εἰσιν 48 αἱ ἀγωγαί, αἱ κινούμεναι κατὰ τοῦ δεσπότου προφάσει τῶν ἐποφειλομένων ὑπὸ τοῦ οἰκέτου. Ἔστι γὰρ ἡ quod juſſu, 49 ἡ inſtitoria, ἡ exercitoria, ἡ tributoria· ἔστι 50 δὲ καὶ ἡ de peculio, ἤτοι de in rem verſo. Ἔξεστι δέ τινι, ἐάσαντι τὴν quod juſſu ἢ τὴν exercitoriam ἢ 51 τὴν inſtitoriam, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν de peculio· γενικὴ γὰρ οὖσα ἡ de peculio ἀντὶ πασῶν δύναται κινεῖσθαι· (ἐκείναις μὲν γὰρ 52 ἰδικαί, ἡ αὕτη δὲ γενική ἐστιν·) ἀνόητος δὲ 53 ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ ἐάσας ἐκείνας, αἵτινες z εὐχερεῖς εἰσιν εἰς ἀπόδειξιν, καὶ τὸ ὁλόκληρον ἀφεὶς ποιῆσαι τῷ ἀνάγοντι, καὶ ὁρμῶν ἐπὶ τὴν de peculio. Δυσχερὲς γάρ ἐστι πρῶτον μὲν δεῖξαι, πόσον ἐστὶ τὸ peculium· τὰ γὰρ πράγματα τοῦ peculii οὐκ ἔστι πρόδηλα τοῖς ἔξωθεν· ὅτε

§. V. Ex dictis patuit, multas eſſe actiones, quæ adverſus dominum nomine eorum, quæ a ſervo debentur, intenduntur. Eſt enim *actio* Quod juſſu, *eſt* inſtitoria, exercitoria, tributoria; eſt etiam *actio* de peculio. Licet autem alicui, *actionem* Quod juſſu vel exercitoriam vel inſtitoriam omittenti, venire ad *actionem* de peculio: hæc enim de peculio quum ſit generalis, pro omnibus inſtitui poteſt; (illæ enim *ſunt* ſpeciales, hæc autem eſt generalis:) aſt demens is eſt, qui illas omittit, quæ ad demonſtrandum ſunt faciles, & *ad* ſolidum actori comparandum, atque ad *actionem* de peculio decurrit. Primo enim difficile eſt probare, quantum ſit peculium; namque res peculii extraneis non ſunt mani-

44. Seqq. uſque ad χρεωστεῖ adjecimus ex Pith. ac F. 45. κὰι de: F. 46. καυταῦθα F. 47. αὐτῷ φυσ. ἐποφ. αὐτῷ, ἵνα τὸ αὐτὸ προσ. ἐυρ. δύο π. F. 48. αἱ de: F. 49. ἔστιν ad: F. 50. δὲ de: F. seqq. ἤτοι *de in rem verſo* addimus ex Pith. & F. 51. τὴν de: F. 52. ἰδιοτικαὶ (ſic) Pith. 53. ἐστιν ὁν. F.

Quia peculium vicarii in peculio ordinarii eſt, l. 17. D. *de pec.* & ideo peculium ordinarii decreſcere dicitur, cum ſervi vicarii moriuntur, l. 40. *eod.* FABR.

x. Vide num legend. ſit ἑαυτοῦ i. *ſuo.* ANON. NISP.

Optime, idque ſequimur. Curtius neutrum pronomen expreſſerat. G. O. R.

y. *Generalis* dicitur, quæ concurrit cum ſuperioribus: *ſpecialis*, ſi ſervus citra juſſum domini contraxerit. FABR.

z. Quæ ſunt uberiores. FABR.

ὅτε δὲ καὶ 54 δείξῃ, πολλὰ κοπωθείς, ὁπόσον ἐστὶ τὸ peculium, τότε δύναται ἀντιβληθέναι Φυσικὸν [a] χρέος, ἀφαιρεῖν τὸ peculium· δυσχερὲς δέ ἐστιν ἀποδεῖξαι, καὶ πόσα τῶν δανεισθέντων αὐτῷ versa ἐποίησε περὶ τὸν δεσπότην.

manifestæ: sed licet multa laborans probaverit, quantum sit peculium, tunc opponi potest naturale debitum, quod deminuit peculium: porro difficile quoque est probare, quantum ex iis, quæ ille mutua sumsit, in rem domini verterit.

Ἔστι δὲ, ὅτε ἡ de peculio αὕτη καὶ 253 ὡς εἶδος καὶ ὡς γένος κινεῖται. Καὶ πότε τοῦτό ἐστιν; οἷον, συνήλλαξα τῷ σῷ οἰκέτῃ, οὐδὲ κατὰ κέλευσιν σὴν, οὐδὲ προστάντος αὐτοῦ πραγματείας τῆς κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλασσαν· ἐνταῦθα ἡ de peculio ἐστὶ καὶ ὡς εἶδος, καὶ ὡς γένος· εἰ δὲ 55 ἁρμόζει σοι ἡ tributoria, δύνασαι ταύτην ἐάσας ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν de peculio, ἤτοι de in rem verso. Ἐνταῦθα δὲ οὐ πάντως 254 καταγινώσκομεν τοῦ ἐάσαντος τὴν τριβουτορίαν, καὶ ἐλθόντος ἐπὶ τὴν de peculio· ποτὲ [b] μὲν γὰρ ἡ de peculio καλλίων εὑρίσκεται τῆς 56 τριβουτορίας, ποτὲ δὲ ἐλάττονα προσποιεῖται τῆς τριβουτορίας, καὶ τότε καλλίων ἡ tributoria· οἷον, ἡνίκα πολλὰ ὑπέστη Φυσικὰ χρέα. Τῆς μὲν γὰρ τριβουτορίας κινουμένης, οὐδὲν ἐξαιρεθήσεται Φυσικὸν χρέος· ἴσον γὰρ τὸ τοῦ δεσπότου 255 χρέος ἐστὶ καὶ 57 τὸ τῶν πιστωτῶν, καὶ οὐδεμίαν προτίμησιν ἐν αὐτῇ ὁ δεσπότης ἔχει, οὐδὲ ἐξαιρεῖται τὸ αὐτῷ ἐποφειλόμενον· τῆς δὲ de peculio κινουμένης, καλλίων ἡ τοῦ δεσπότου αἵρεσις· ἐξαιρεῖται γὰρ τὸ Φυσικὸν χρέος, τουτέστι τὸ τῷ δεσπότῃ ἐποφειλόμενον· καὶ ἕως εἰς τὴν λειπομένην ποσότητα τῷ δανειστῇ 58 ὁ δεσπότης τοῦ δούλου καταδικάζεται.

Est etiam, ubi hæc de peculio *actio* & ut species & ut genus instituitur. Et quando hoc fit? veluti, contraxi cum servo tuo, neque tuo jussu neque illo præposito negotiationi terrestri vel maritimæ: hic de peculio actio & ut species est, & ut genus. Sin autem tributoria tibi competit, potes ea omissa devenire ad *actionem* de peculio aut de in rem verso. Hic vero non semper reprehendimus eum, qui tributoriam omittit, atque ad *actionem* de peculio transit: namque de peculio actio nonnunquam melior invenitur tributoria, nonnunquam autem minus efficit quam tributoria; & tunc melior *est* tributoria: veluti, quum multa sunt debita naturalia. Instituta enim tributoria, nullum naturale excipietur debitum; nam æquale est & domini & creditorum debitum, neque ullam in ea prælationem dominus habet, neque eximitur quod ei debetur: sed *actione* de peculio mota, melior *est* domini conditio; nam debitum naturale deducitur, id est quod domino debetur: atque ita in reliquam quantitatem creditori servi dominus condemnatur.

Καλ- Me-

54. δείξει ante F. 55. ἁρμόσει ante F. 2. 56. tributorias, καὶ ποτὲ ἐλ. προποιεῖ F. 57. τὸ de: ante F. 58. ὁ δεσπ. post κατασ. repositi F.

a. L. 11. D. *de peculio.* D. GOTH.
b. Idem extat 18. *Eclog.* 2. c. 4. D. GOTH.
bb. Melius προσεχώρησε. ANON. DUK. Videtur esse προσεχώρησε. ANON. NISP.
Utrumque vitiosum. G. O. R.
c. Adde principium hujus tituli in fine [cap. 231. fin.] D. GOTH.
d. Adde tit. Digest. & Cod. *de Senatusconsul.* Ma-

Καλλίων δὲ ἡ ἀναγωγὴ ἐπὶ τῆς de peculio ἐστὶν, ἥπερ τῆς τριβουτορίας ἐν τούτῳ, ὅτι κινουμένης τῆς de peculio παντὸς τοῦ peculii γίνεται λόγος· τῆς δὲ τριβουτορίας κινουμένης, ἐκεῖνο μόνον ἐν δικαστηρίῳ σκοπεῖται, εἰς ὃ πραγματεύεται μέρος 59 τοῦ πεκυλίου ὁ οἰκέτης, τὸ τρίτον τυχὸν, ἢ τὸ τέταρτον, ἢ καὶ τὸ ἕκτον μέρος τοῦ peculii· καὶ οὐδὲ αὐτὸ ὅλον φέρεται, τὸ ἕκτον μέρος τοῦ πεκυλίου, εἰς ὃ 60 ὁ οἰκέτης πραγματεύεται, κινουμένης τῆς τριβουτορίας, ἀλλὰ τὸ ὑφαιρεθὲν ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἐν τῇ διανεμήσει τῶν Φορτίων· ὥστε οὖν μέρους μέρος φέρεται· τοῦ δὲ ἑτέρου peculii, ὅπερ ἐστὶν ἐν κλήμασι καὶ ἀνδραπόδοις, καὶ οἷς ἐποφείλεται ὑφ' ἑτέρων 61 ὁ οἰκέτης, δανείσας τυχόν τισιν, οὐ γίνεται λόγος· ὥστε δεῖ τινα, σκοπήσαντα 62 τὸ συμφέρον αὐτῷ, ἢ τὴν tributoriam ἢ τὴν de peculio ἐπιλέξασθαι. Εἰ δέ τις δύναται ἀποδεῖξαι, ὅτι τὰ δανεισθέντα ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὴν οὐσίαν bb διεθεχώρησε τοῦ δεσπότου, ἐπιλεγέσθω μᾶλλον τὴν de peculio, ἵνα ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου τῆς de in rem verso ἡ καταδίκη γένηται.

256 Melior autem est intentio *actionis* de peculio quam tributoriæ in eo, quod mota de peculio *actione*, omnis peculii ratio habetur; instituta autem tributoria, ea pars peculii solum in judicio spectatur, in qua servus negotiatur, tertia forte vel quarta vel sexta etiam peculii parte: & neque istam 257 totam aufert peculii partem, in qua servus negotiatur, instituta tributoria, sed illud quod a domino in distributione mercium subtractum fuit; itaque partis partem fert: reliqui autem peculii, quod in possessionibus & mancipiis atque iis consistit quæ ab aliis servo debentur, qui forte quibusdam mutuavit, non habetur ratio. Ita ut 258 quis*que*, considerans *quid* sibi *sit* utile, aut tributoriam aut de peculio actionem eligere debeat. Si quis autem probare potest, ea quæ ipse *servo* credidit, in rem domini versa fuisse, potius *actionem* de peculio eligat, ut ex capite de in rem verso condemnatio fiat.

§. VI. Τὰ 63 δὲ εἰρημένα ἡμῖν περὶ οἰκέτου καὶ δεσπότου, τὰ αὐτὰ νοεῖσθαι 64 καὶ περὶ υἱοῦ καὶ θυγατρὸς, καὶ ἐγγόνου καὶ ἐγγόνης, καὶ πατρὸς, ἔτι δὲ καὶ πάππου, ὧν ὑπεξούσιοί εἰσιν οὗτοι.

§. VI. *Quæ* nobis dicta *sunt* de servo ac domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, ac patre, nec non avo, quorum hi in potestate sunt.

§. VII. Ἐκεῖνο δὲ ἰδιαζόντως c ἐπὶ τῶν 259 ἐλευθέρων τῶν in potestate σκοπεῖται, ὅτι τὸ 65 Μακεδονιάνειον d δόγμα ὡς ἐν παραγραφῇ ἀντίκειται τοῖς δανείσασιν ὑπεξουσίῳ. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Μακέδων e τις οὕτω λεγόμενος γέγονεν ἐν τῇ

§. VII. Illud autem specialiter in *personis* liberis in potestate *constitutis* spectatur, quod Senatusconsultum Macedonianum, exceptionis modo iis qui filiofamilias crediderunt, opponatur. Quid autem hoc sit, necesse est dicere.

59. τῆς F. 60. ὁ de: F. 61. ὁ de: F. 2. 62. πρότερον καθ' ἑαυτὸν ad: Pith. & F. 63. δὲ de: F. 64. καὶ de: F. 2. 65. Μακεδονίανιον & sic deinceps F.

Macedoniano: & Paul. 2. Sent. 10. & 18. *Eclog.* 4. D. GOTH.

25. νόμων, αἱ δὲ ἀπὸ τῶν νόμων τάξιν ἐπεχ. F. Lego, ἀπὸ τῶν νόμου τάξ. GAVEL. 26. ἢ καὶ F. 27. *quia peremunt vim actionis*, ad: F. idque voluit Pith. varians vitioſe ſcripta. 28. ἤτοι *dilatoriæ* ad: Pith. ac F. Sequens εἰσιν de: F. 29. ἡ τοῦ πάκτου F. 1. ἡ πάκτου F. 2. in utraque omiſſo τεμπορ. *29. Exciditne σοι? 30. ἐπὶ πενταετίαν h. l. F. omittens dein ἕως ἑ ἐνιαυτ. 31. τότου poſt χρόνου F. 2.

d. Legis ordinem, ut §. 5. [cap. 40.] ſupra, *de jur. natur.* FABR.

Id eſt Legis vim, quæ ſcil. pro Lege valent. DOUJAT.

e. §. quos autem, ſupra *de bon. poſſeſſ.* Ex Senatuſc. ut exceptio Senatuſconſulti Maced. & Vellejani. FABR.

f. Quas περπετάας vocat hic, author ſynopſis Baſilicon 51. tit. 1. vocat διηνεκεῖς: quas hic τεμποραλίας, ſynopſi dicuntur ἀθάνατοι, quæ ad certum tempus opponuntur & dilationem tribuunt. l. 3. D. *de exceptionibus.* D. GOTH.

g. Duplex adferri videtur à Juſtin. ratio nominis, & quia perpetuæ ſunt, Gloſſ. Gr. Lat. διηνεκὴς, *perennis, perpetuus, ſempiternus, diuturnus, peremptorius.* & quia peremunt vim actionis. ut edictum peremptorium etiam apud Tertull. de Pudicit. quod perimeret diſceptationem, l. 70. D. *de jud.* & cauſam extingueret, ut ait Anianus ad Paul. Sent. 5. t. 5. cujus verba referuntur in Synodo Rhemenſi, qua deponitur Arnulphus Ep. Rhem. ſolebant enim ineruditis retro ſæculis Aniani verba pro legibus Cod. Theod. vel Pauli ſententiis homines minime mali citare: aut etiam legem una cum interpretatione, ut apud Hincmarum Ep. 7. c. 27. & Epiſt. 8. c. 24. FABR. I.

h. 51. *Eclog.* 1. cap. 4. l. 3. D. *eod.* Hoc etiam numero cenſetur judicati exceptio, & ſi quid contra

χρόνῳ κινῆσαι, ἀντίκειται παραγραφὴ 32 ἡ τοῦ παρεληλυθότος πάκτου, ἢ ἑτέρα οἵα δήποτε ὁμοία· διὸ ὀφείλω τὴν πενταετίαν ὑπερθέσθαι, καὶ μὴ ταῦτα κινεῖν· διὰ τοῦτο γὰρ 33 διλατόρια παρεισαγορεύεται, διὰ τὸ ἔχειν ὑπέρθεσίν τινα· dilatio γὰρ λέγεται ἡ ὑπέρθεσις. 34 Εἰ δὲ πειραθῶ κινῆσαι εἴσω τῆς πενταετίας, τοῦτο καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος, ὅτι εἰ μὴ m δυνηθῶ συναρπάσαι, ἐντεῦθεν ἤδη τὸ χρέος ἀπαιτῶ· εἰ δὲ ἀντιτεθῇ μοι ἡ τῶν τεμποραλίων πάκτου παραγραφὴ, ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτήσω μετὰ τὴν πενταετίαν. Ὁ ταῦτα λογισάμενος 330 κακῶς βουλεύεται· τέως μὲν γὰρ ἐκβάλλεται, μετὰ δὲ 35 τὴν πενταετίαν εἰ πειραθῇ κινῆσαι, ἀντικειμένην ἔχει τὴν rei judicatæ παραγραφὴν, ἥτις ἐστὶν περεμπτόρια· κανόνα γὰρ ἴσθι καθολικὸν, ὅτι διλατόρια παραγραφὴ ἀντιτεθεῖσα καὶ ἰσχύσασα, τουτέστι δυνηθεῖσα τὸν ἄκτορα ἐξωθῆσαι τῶν δικαστηρίων, περεμπτόριαν τίκτει παραγραφήν· τούτῳ οὖν τῷ τρόπῳ τῆς δίκης ὁ ἀνάγων ἐκπίπτει.

agere obſtat exceptio dicti pacti, aut alia quæcumque ſimilis: quare quinquennium morari ac deinde agere debeo: ideo enim dilatoria adpellatur, quia habet moram quamdam; namque mora dicitur dilatio. Sin autem intra quinquennium agere tentavero, hoc mecum cogitans, ſi quidem *judici* obrepere potero, jam nunc debitum exigo; ſi vero opponatur mihi temporalis pacti exceptio, ex neceſſitate poſt quinquennium petam. Hæc cogitans, male ſibi conſulit: nam primo quidem repellitur; poſt quinquennium autem ſi agere tentet, oppoſitam habet rei judicatæ exceptionem; quæ peremtoria eſt. Regulam enim generalem *eſſe* ſcito, quod exceptio dilatoria oppoſita & probata, id eſt quæ actorem ab judicio poſſit repellere, peremtoriam pariat exceptionem: hac igitur ratione actor lite cadit.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν· σήμερον δὲ 331 ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς ὑ βούλεται, ταύτην 36 τὴν ἄδικον χώραν ἔχειν ἀκρίβειαν, ἀλλά

Sed hæc olim: at hodie ſanctiſſimus Imperator noſter non vult, iniquum hunc rigorem habere locum, ſed

32. ἡ Goth. ἡ τοῦ πάκτου τοῦ παρεληλ. ἤγουν καὶ ἑτ. F. 33. διλατόριαι παρεισαγορεύονται, ἀφ' τὸ παρέχ. F. 34. ἐὰν δὲ F. 35. τῆς πενταετίας παραδρομὴν κινῆσαι πειραθεὶς ἔξει F. male omittens ἀντικ. 36. τὴν de: F. 2.

tra leges factum eſſe dicetur. d. c. 4. d. l. 3. D. GOTH.

i. Τεμποραλίων quæ hîc dicuntur exceptiones, authori *Eclog.* d. c. 4. dicuntur παρέσκαιροι καὶ μηνυτικαὶ, *temporales & indicativæ.* D. GOTH.

k. Hæc exceptio τοῦ προσκαίρου συμφώνου dicitur d. c. 4. hoc eſt *pacti conventi temporalis.* d. l. 5. D. GOTH.

l. Ejuſmodi dilatio μέλλησίς ἐστιν ἀπολήψεως, οὐ παντελὴς χρημάτων ἀπόγνωσις, ut eſt in Epiſtola 27. Phalaridis, vel Luciani, ut Politianus exiſtimat, quo genere donatio quædam contrahitur, l. 9. D. *de don.* Cæſar de bello C. 3. c. 32. *Quibus in rebus prolationem diei donationem eſſe dicebant.* FABR. I.

m. Miror quod leviſſimus error in hoc §. commiſſus, tam diu a perſpicaciſſimorum Jureconſultorum oculis ſe ſubducere potuerit. Quis enim non videt, mediocriter ſaltem doctus, quod pro ὅτι ἐὰ μὲν δυνηθῶ legi debeat: ὅτι εἰ μὲν δυνηθῶ. ERNST.

Sic emendaverat P. Nancelius [& ANON.] in ora libri ſui. quod & Henrico Erneſtio venit in mentem, *obſervat.* lib. 1. c. *ult.* quo in libro vir pereruditus Theophilum noſtrum pluribus locis ex ingenio feliciter emendavit, & conjecturæ ejus Regiis codd. fere confirmantur. Hoc monendum duxi, ut juris ſtudioſi gratias habeant eis omnibus, quorum opera Theophilus emendatior in lucem prodit. FABR.

ἀλλά φησιν· ἐάν τις ἐπερωτήσας, Ὁμολογεῖς διδόναι μοι μὴ πενταετίαν; ἢ καὶ δανείσας τινὶ, πάκλον ποιήσηται μὴ ταῦτα πρὸς αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀπαιτῶ σε τὸ δάνεισμα 37 ἕως ἑ ἐνιαυτῶν, εἴσω δὲ πενταετίας τῆς ἐγκειμένης τῇ ἐπερωτήσει ἢ τῷ γενομένῳ πάκλῳ κινήσῃ, χώραν ἐχέτω ἡ Ζήνωνος n διάταξις ἐπ' αὐτῷ, ἡ λαλεγομένη περὶ τῶν κατὰ χρόνον plus πετιτευόντων· ἥτις 332 προκελεύεται, τὸν τοιοῦτόν τι πλημμελήσαντα, nn καὶ πρὸ τριετίας τυχὸν τοῦ περαιωθῆναι τὴν πενταετίαν, τὴν τῷ πάκλῳ προεχομένην, ἢ καὶ ἐγκειμένην τῇ ἐπερωτήσει, κινοῦντα, ὥστε μηδὲν ἐντεῦθεν ἤδη λαμβάνειν τι, ἀλλὰ 38 διπλασιάζεσθαι o κατ' αὐτοῦ τὴν προθεσμίαν, καὶ ἀναπαλάζεσθαι αὐτὸν ἑξαετίαν ἀναμεῖναι· μὴ δὲ τὴν ἑξαετίαν p τότε κινῶν λήψεται, ἡνίκα 39 πάντα παράσχῃ τὰ δαπανήματα ὁ ἄκλωρ, ὅσα ὁ ῥέος ἐδαπάνησεν ἀναχθεὶς πρὸ τοῦ χρόνου. Τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ σωφρονισθέντες οἱ πρεδίτωρες τῆς ὑπ' αὐτῶν δεδομένης οὐ 40 καταφρονοῦσι προθεσμίας.

sed ait: Si quis ſtipulatus, Sponden poſt quinquennium mihi dare? aut etiam mutuum dans alicui, pactum poſtea cum eo fecerit, *dicens*, non petam a te mutuum ad quinque annos: ſed intra quinquennium ſtipulationi aut factæ pactioni inſertum egerit, locum in illo habeto Zenonis conſtitutio, de iis loquens qui tempore plus petunt: quæ ſancit, ut qui tale quid committit & ante triennium forte, quam quinquennium pacto comprehenſum, aut ſtipulationi etiam inſertum, effluxerit, agit, nihil quidquam jam inde capiat, ſed ut præſcriptum tempus adverſus eum duplicetur, & ipſe ſexennium exſpectare cogatur: poſt ſexennium vero agens tunc capiet, ſi impenſas omnes præſtiterit actor, quaſcumque reus ante tempus conventus impendit. Hoc enim modo creditores facti prudentiores tempus ab ſe conſtitutum haud negligent.

§. XI. Τῶν δὲ διλατορίων προγραφῶν 333 αἱ μὲν ἀπὸ πράγματος, αἱ δὲ ἀπὸ προσώπου ἀναφύονται. Καὶ ἀπὸ πράγματος μέν, οἷον ἡ τοῦ τεμποραλίου q πάκτου προγραφή·

§. XI. Porro dilatoriarum exceptionum quædam ex re, quædam ex perſona naſcuntur. Et ex re quidem, veluti temporalis pacti exceptio: ex perſona au-

37. εἴσω πέντε F. 38. καὶ ad: F. 39. πάντα addo ex F. κατὰ πάντα habet Pith. 40. καταφρονήσουσι F. cum Curt. bene.

n. De qua §. 33. verſ. ſed hæc quidem, ſup. *de act.* D. GOTH.

nn. Vel ſic potius: *& triennio forte ante, quam.* GAVEL.

o. Duplum autem illud quod indulgetur debitori, immune eſt ab uſuris pendendis, ut eſt in l. 1. C. *de plus pet.* ad quam notant Gr. ex cauſa primipili agi etiam ante diem ex l. 1. C. *de condict. ex leg.* ἐνταῦθα γὰρ τὴν ἀνάγκην τῆς ἀφαιρέσεως τῶν σεσιτιωτῶν πεποιημένους, καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας τὴν ἀπαίτησιν. FABR. I.

p. Duplicatur tempus quod ſupereſt, non tempus pactionis, vel obligationis. FABR.

q. Adde l. 2. ver. temporales. D. *eod.* D. GOTH.

r. Hoc eſt, earum dilatio ex ipſa agentis perſona naſcitur, adde l. 2. in fin. D. *eod.* l. 6. D. *de oper. nov. nunt.* D. GOTH.

s. L. 41. D. *de procurat.* 1. Harmen. 13. §. 1. D. GOTH.

t. L. 7. C. *de procuratoribus.* l. 30. & 31. C. *de locato.* D. GOTH.

L. 5. C. *de cond. ob cauſ. dat.* l. 31. C. *de Loc.* l. 7. C. *de procurat.* Ambroſ. offic. 1. c. 35. *Is qui Imperatori militat, à ſuſceptionib. litium, actu negotiorum forenſium, venditione mercium, prohibetur humanis*

φή· ἀπὸ προσώπου r δὲ αἱ προκρατόριαι· οἷον ἐάν τις διὰ στρατιώτου ἢ γυναικὸς s ἀγάγειν βουληθῇ, ἐκβάλλεται προγραφῇ· στρατιώτης t γὰρ, 41 οἷον τοῖς ὅπλοις σχολάζειν ὀφείλων, procuratorio nomine οὐδὲ ὑπὲρ πατρὸς ἢ μητρὸς, οὐδὲ ὑπὲρ γαμετῆς, οὐδὲ εἰ ἔχει θείαν ἀντιγραφὴν, συγχωρεῖται κινεῖν· ὑπὲρ ἑαυτοῦ δὲ κινεῖν οὐ κεκώλυται· τοῦτο γὰρ τοῖς περὶ στρατιωτῶν οὐκ ἐναντιοῦται νόμοις.

autem procuratoriæ; velut ſi quis per militem vel mulierem agere voluerit, exceptione repellitur: nam miles, ut qui armis vacare debet, procuratorio nomine neque pro patre aut matre, neque pro uxore, etiamſi ſacrum habeat reſcriptum, agere permittitur; pro ſe autem agere non prohibetur: hoc enim legibus de militibus latis non adverſatur.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι διλατόριαι παραγραφαὶ, ἀπὸ προσώπων ἐγειρόμεναι, αἵτινες ἀντίκεινται τοῖς προκρατόροσι διὰ τὸν λόγον τῆς ἀτιμίας. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἔχε δὲ ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ. Ἐάν τις καταδικασθῇ τῇ u depoſiti ἐναχθεὶς ἢ τῇ v injuriarum, γίνεται ἄτιμος, ὁ δὲ ἀτιμωθεὶς πολλὰς ὑφίσταται 42 ποινάς· ὅτε γὰρ συγκλητικὸς w γίνεσθαι δύναται οὔτε βουλευτής· οὐδὲ στρατεύεται οὐδὲ συνηγορεῖ· x οὐδὲ γίνεταί τινος προκράτωρ, οὔτε ἀγάγων δύναται δίδναι y προκράτωρα· αὐτὸς μέν τοι δι' ἑαυτῆς z ἀγάγειν οὐ κεκώλυται. Ἐπειδή σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον· ἠβουλήθην 43 κατὰ σοῦ κινῆσαι δίκην· προεβαλόμην προκράτωρα ἄτιμον 44 ὄντα, ἢ ἐκεῖνος

334 Sunt vero & aliæ exceptiones dilatoriæ, ex perſonis orientes, quæ procuratoribus ob infamiæ rationem opponuntur. Sed quid hoc ſit, neceſſe *eſt* dicere: habe autem hæc in modum præviæ contemplationis. Si quis *actione* depoſiti aut injuriarum conventus condemnetur, infamis fit: infamis autem multas ſuſtinet pœnas; neque enim ſenator fieri poteſt neque decurio; nec militat nec patronum cauſa- 335rum agit; nec cujuſquam fit procurator, neque agens procuratorem dare poteſt; ipſe tamen per ſemet ipſum agere non prohibetur. Poſtquam hæc tibi ſunt præcognita, vide reliquum argumentum: volebam adverſus te litem

41. οἷα F. 42. τιμωρίας F. 43. ἐγὼ ad: F. 44. τινα pro ὄντα F. & poſt ἔντιμον addit ἦν.

manis legibus. FABR.

Paulus Apoſt. II. ad Timoth. 2, 4. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. G. O. R.

u. Suo nomine, non contrario judicio, l. 1. & l. 6. §. ult. D. *de his qui not. inf.* FABR.

v. L. 1. *eod.* FABR. II.

w. [Infamis decurio fieri non poteſt, EDIT. I. Infamis Senator eſſe non poteſt, l. 2. C. *de Dignit.* l. 1. D. *Ad L. Jul. de vi priv.* nec decurio fieri, EDIT. II.] l. 8. C. *de decur.* nec militiæ nomen dare, l. 4. §. ad tempus, D. *de re milit.* nec advocationem præſtare, l. 1. §. 4. D. *de poſtul* nec procurator, aut cognitor fieri, Paulus Sent. 1. tit. 2. Quintil. 3. c. 8. & 4. c. 4. FABR.

x. Infamis poſtulare prohibetur: ſed neque cognitor fieri poteſt. l. quos. D. *de poſtulando.* Paul. 1. Sent. 2. §. 1. D. GOTH.

y. Infamis mandata dare non poteſt, Anianus ad 1. Paul. Sent. 2. §. 1. D. GOTH.

Quintil. d. c. 4 & lib. 7. c. 1. *Quaretur, an ei, cujus nomine litigatur, procuratorem habendi ſit jus.* FABR.

Honor eſt per procuratorem poſſe litigare, l. ult. Cod. *de Injur.* quo infamis indignus eſt. *Cujac.* DOUJAT.

z. Vide Paul. d. t. 2. & ibi Cujac. FABR.

μὴ ἔντιμος, ἐγὼ δὲ ἄτιμος· 45 ἀντιτίθεται παραγραφὴ ἡ τῆς ἀτιμίας· ὁ γὰρ ἀναγόμενος λέγει· ἀλλ' εἰ μὴ ἄτιμος εἶ σὺ ὁ προκράτωρ, ἦγεν 46 ὑπ' ἀτίμου ἐδόθης· καὶ ἔστιν αὕτη ἡ παραγραφὴ διλατόρια, ἀπὸ προσώπου ἐγειρομένη.

tem movere: conſtitui procuratorem infamem, aut ipſe quidem honeſtus *erat*, ego autem infamis: opponitur infamiæ exceptio: namque reus ait: niſi vero tu procurator infamis es, aut ab infami datus: atque hæc eſt exceptio dilatoria, ex perſona oriens.

Τὰς δὲ διλατορίας 47 παραγραφὰς δυ- 336
νατὸν ἐκκλῖναι μεθόδῳ· εἰ γὰρ εἴπῃ ὁ ῥέος, ὅτι ἄτιμός ἐστιν ὁ προκράτωρ, δύναμαι ἐγὼ ἀμείψας αὐτὸν προβάλλεσθαι ἐπίτιμον, ἦγεν δι' ἐμαυτοῦ δικάσασθαι· εἰ δὲ εἴπῃ, 48 ὅτι ἄτιμός ἐστιν ὁ σὲ προβαλλόμενος, ἐκκλίνω ταύτην, ἀποκινῶν μὲ τὸν προκράτωρα, δι' ἐμαυτοῦ δὲ κινῶν· ὁ γὰρ ἄτιμος, εἰ καὶ μὴ δῷ προκράτωρα, ἀλλ' ὧν δι' ἑαυτοῦ ἀνάγειν δύναται. Εἰ δὲ ὁ ἄκτωρ 337
καταφρονήσει τῆς τοιαύτης παραγραφῆς, ἐνθυμηθεὶς ὅτι ἢ συναρπάζω καὶ 49 νικῶ τὴν δίκην, ἢ ἐὰν ἀντιτεθῇ ἡ παραγραφὴ, δι' ἐμαυτοῦ κινῶ, καὶ λαμβάνω τὸ χρέος, ἑαυτὸν ἀπατᾷ· πειραθεὶς γὰρ μὴ ταῦτα κινῆσαι, ἐκβάλλεται περεμπλορίᾳ παραγραφῇ, 50 ἢ τῇ rei judicatæ, διὰ τὸν ἤδη παραδοθέντα σοι κανόνα, τὸν λέγοντα, ὅτι διλατόρια παραγραφὴ, ἀντιτεθεῖσα καὶ ἰσχύσασα, περεμπλόριαν ποιεῖ παραγραφήν.

nare poſſumus *hac* ratione: nam ſi reus dixerit, procuratorem eſſe infamem, poſſum ego illo mutato honeſtum conſtituere, aut per me ipſum litigare: ſin autem dixerit, infamis eſt qui te conſtituit, devito eam, procuratorem quidem removens, per me ipſum autem agens: nam infamis, licet procuratorem non det, tamen per ſe agere poteſt. Si vero actor hujuſmodi exceptionem contemnit, cogitans *ſecum*, aut obrepo *judici* & litem vinco, aut ſi opponatur exceptio, per me ipſum ago & debitum accipio, ipſe ſe decipit: nam poſtmodo agere tentans, exceptione peremtoria rei judicatæ repellitur, propter regulam tibi jam traditam, quæ dicit, dilatoriam exceptionem, oppoſitam ac probatam, peremtoriam facere exceptionem.

Ἀλλὰ 51 ταῦτα μὲν περὶ ἀτιμίας τὸ πα- 338
λαιὸν ἐτρακταίζετο· σήμερον δὲ, διὰ τὸ μὴ 52 συνεχῶς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀναστρέφεσθαι ταῦτα, οὐδὲ δυνατὸν διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τρακταίζειν τι περὶ ἀτιμίας, τῇ προφάσει τῶν προκουρατόρων ἀντιτιθεμένης· ἄτοπον γὰρ, περὶ 52 προσώπων ποιότητα φιλονεικοῦντας τὴν τοῦ πράγματος 77 ἐπεκτείνειν ζήτησιν.

Verum hæc de infamia olim tractabantur: hodie autem, quoniam illa non frequenter in judiciis verſantur, ne quidem fieri poteſt propter deſuetudinem, ut quid tractetur de infamia, quæ procuratorum nomine opponitur: abſurdum enim, *nos* de perſonarum qualitate litigantes *ipſius* rei differre diſquiſitionem.

45. ἀντιτεθήσεται F. 46. ἀπ' ante Fabrotianum ὑπὸ. 47. παρ. de: F. 48. ὅτι de: ante F. 49. κινῶ F. 2. 50. ἢ delendum videtur, ſed F. forte per incuriam ejus loco τῇ ejecit. 51. ταῦτα περὶ τῆς F. 52. Rectius eſſet συχνῶς. GAVEL. Vide Gloſſ. TH. 53. προσώπου ποιότητος φιλονεικοῦντας F.

77. Exceptiones fere excogitantur ſtudio protrahendæ diſceptationis, l. 1. C. *de conſort. ejuſd. lit.* Juſtin. ait: *ipſius negotii diſceptatio proteletur.* Gloſſæ Iſidori, *protelat, differt, prolongat.* FABR. I.

[ΠΕΡΙ

[ΠΕΡΙ [a] ΑΝΑΠΛΟΚΩΝ.]

ΤΙΤΛΟΣ ΙΔ.

DE REPLICATIONIBUS.

TITULUS XIV.

Ὥσπερ ταῖς ἀγωγαῖς ἰσχυούσαις μὲν τῷ νόμῳ, ἀδικούσαις δὲ κατὰ τὸ φύσει δίκαιον, ἀντιτίθενται [1] αἱ παραγραφαί, οὕτω καὶ ταῖς παραγραφαῖς, ἐρρωμέναις μὲν κατὰ [b] τὸ ἀληθὲς, ἀδίκοις δὲ νομιζομέναις τῇ φύσει, ἀντιτίθεται [c] διχαιολογία ὑπὸ τῶν ἀναγόντων, ἥτις λέγεται [d] replicatio. Ὠνόμασται δὲ ἀντεύθεν, ἐπειδὴ δι' αὐτῆς ἀναπλέκεται καὶ ἀναλύεται ἡ τῆς παραγραφῆς [e] ἰσχύς. Plico γάρ ἐστι τὸ πλέκω, replico δὲ τὸ ἀναπλέκω, καὶ ἀναλύω. Θεωρεῖται δὲ τὸ εἰρημένον ἐπὶ τοῦτο τοῦ θέματος· πάκτον ἐποίησα τῷ ἐμῷ δεβίτορι, ὅτι οὐκ ἀπαιτήσω αὐτὸν τὸ χρέος· μὴ χρόνου τινὰ ὁ δεβίτωρ εὐπορίᾳ γενόμενος χρυσίου, ἢ καὶ τυχὸν ὀνειδισθεὶς παρ' ἐμοῦ [2] ἢ ὑφ' ἑτέρου, πάκτον ἐποίησεν, ἐν ᾧ ἐπέτρεψέ μοι ποιήσασθαι τὴν τοῦ χρέους ἀπαίτησιν· ἐὰν κινήσω ἐγὼ κατ' αὐτοῦ τὸν κονδικτίτιον, 3 ἀπαιτῶν τὸ χρέος, μὴ τὸ γενέσθαι τὸ δεύτερον πάκτον, μεταγνοὺς δὲ ἐκεῖνος ἀντιτίθησί μοι τὴν τοῦ πάκτου παραγραφὴν, λέγων· Ἀλλ' [f] εἰ μὴ πάκτον ἐποίησας

339 Sicut actionibus jure quidem validis, sed naturali æquitate iniquis, exceptiones opponuntur, ita & exceptionibus, secundum veritatem quidem validis, sed natura iniquis visis, ab actoribus allegatio juris opponitur, quæ REPLICATIO adpellatur. Hinc autem dicta est, quia per eam exceptionis vis replicatur ac resolvitur: nam replico est resolvo. Spectatur autem quod dictum est, in hac specie: 340 cum debitore meo pactum feci, me ab eo debitum non petiturum; post tempus aliquod debitor auro locupletior factus, aut forte etiam a me vel ab alio contumelia adfectus, pactum fecit, quo mihi permisit debiti petitionem instituere: si adversus eum condictione agam, debitum petens post initum pactum secundum, sed ille pœnitens mihi pacti exceptionem opponat, dicens: Nisi vero pactum fecisti de non 341 petendo debito: prima fronte videtur pa-

1. αἱ de: F. 2. ἢ καὶ F. Paullo post ἀκεμβὲς dedit F. 3. ἀπ. τὸ χρ. de: F.

a. Ἀναπλοκαὶ, quæ hic *replicationes*, authori *Eclogæ* 51. tit. 1. dicuntur ἀντιπαραγραφαὶ, ut quæ opponantur ταῖς παραγραφαῖς, id est *exceptionibus*. D. GOTH.

In indice, ἤτοι περὶ ἀντιπαραγραφῶν. *exceptio* παραγραφὴ, *replicatio* ἀντιπαραγραφή. Cur. Fortunat. art. rhet. 1. FABR.

b. Recte ita legitur in uno: in cæteris duobus inemendate, κατὰ τὸ ἀληθὲς. ἀκεμβὲς est strictum jus. atque ita reposui in interpr. FABR.

Haud refragarer, nisi ἀληθὲς voluisse THum sequens cap. 341. bis declararet, ubi legimus: συνεφωνήθη γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μᾶλλον ἐδόκει ἦτον ἀληθὲς: & ipse ibi Imp. diceret: *namque nihilominus hoc verum manet.* G. O. R.

c. Justin. *alia all. opus est actoris adjuvandi gratia:* est enim exceptio subsidium rei, & replicatio actoris, l. 7. & l. 10. C. *de except.* FABR.

d. Replicatio est exceptionis exceptio. adde 51. *Eclog.* 1. c. 3. l. 2. §. replicationes, 1. l. 15. l. 22. *de except.* D. GOTH.

e. Ut §. 9. tit. sup. exceptiones peremptoriæ dicuntur perimere vim actionis [apud Th. & videtur itaque legend. apud Justin. *vis exceptionis.* Edit. 1.] FABR.

f. [Exceptiones ita fere concipiebantur: *si*, vel, *si*

σας μὴ ἀπαιτεῖν τὸ χρέος· δοκεῖ καλὰ πρώτην ὄψιν ἐμποδίζειν μοι τὸ πάκτον πρὸς τὴν ἀπαίτησιν· συνεφωνήθη γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μένει οὐδὲν ἧττον ἀληθές· τὸ γὰρ δεύτερον πάκτον 4 οὐκ g ἐγεγόνει ipso h jure τοῦ πρώτου ἀναιρετικόν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἄδικόν ἐστι, τὸν πρεδίτορα ἐξωθεῖσθαι, 5 δίδοται αὐτῷ replicatio i ἐκ τοῦ δευτέρου πάκτου, ἐν ᾗ φησιν· Ἀλλ' εἰ μὴ δεύτερον πάκτον ἐγένετο, ἐπιτρέπον μοι τὴν ἀπαίτησιν.

pactum mihi obstare contra petitionem: conventum est enim revera, & nihilominus manet verum: nam pactum secundum ipso jure prius non fecit irritum: sed quia iniquum est, creditorem repelli, datur ei ex pacto secundo replicatio, in qua dicit: Nisi vero pactum secundum factum est, petitionem mihi permittens.

§. I. Ὥσπερ δὲ τῇ παραγραφῇ 6 ἀν- 342
τιτίθεται replicatio, οὕτω καὶ τῇ replicationi, ὅση μὲν ὀρθῶς κατὰ πρώτην 7 τάξιν, βλαπτέα κατὰ τὸ φύσει δίκαιον, ἄλλη 6 ἀντιτίθεται διχαιολογία ὑπὸ τοῦ ῥέοντος, ἥτις duplicatio k προσαγορεύεται. Οἷον, ἐποίησά σοι πάκτον, ὅτι οὐκ ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος· σὺ 8 δὲ δεύτερον πάκτον ἐποίησας, ἐπιτρέπων μοι τὴν ἀπαίτησιν· ἐγὼ τρίτον, συγχωρῶν τὸ χρέος.

§. I. Sicuti exceptioni opponitur replicatio, ita & replicationi, quæ prima quidem fronte justa est, sed secundum naturalem æquitatem nocet, alia ab reo opponitur allegatio, quæ duplicatio adpellatur. Veluti, tecum pactus sum, me debitum abs te non petiturum: tu autem alterum pactum fecisti, permittens mihi petitionem: ego tertium, remittens debitum.

§ II. Εἰ δὲ καὶ ἡ duplicatio εὑρεθῇ 343
ἄδικος οὖσα φύσει, χρειώδης ἐστὶ τῷ ῥέοντι καὶ πρὸς βοήθειαν ἄλλη διχαιολογία, ἥτις λέγεται l triplicatio.

§. II. Quod si etiam duplicatio naturâ inveniatur injusta, utilis est actori in subsidium alia quoque allegatio, quæ vocatur triplicatio.

§. III. Τούτων δὲ τῶν παραγραφῶν τὴν χρῆσιν, περαιτέρω ὅπερ εἰρήκαμεν, 9 ἡ τῶν πραγμάτων ἐπενόησε ποικιλία· δύναται γὰρ τῇ

§. III. Harum vero exceptionum usum, ulterius quam diximus, negotiorum varietas induxit: potest enim tri-

4. Vid. not. *g.* 5. Sic F. 2. Vulg. δέδοται, Lovan. δέδοται, F. 1. δίδωται. 6. ἀντίκειται F. 7. ὄψιν F. 2. 8. δὲ de: F. 9. ἡ Goth. ac F. Mox ἐπενόει F.

si non, aut, *nisi*, præter auctores nostros, Seneca de Benef. 4. c. 34. Tertull. adverſ. hær. c. 21. *Edit.* 1.] [Exceptiones ita fere concipiebantur: *si*, vel *si non*, *nisi*, *at si*, l. 2. §. 1. D. *de dol. mal & met. exc.* l. & generaliter 28 D. *de Noxal.* EDIT. II.] Græce, ἀλλ' εἰ μὴ, ut hic, & §. 1. & 4. tit. ſup. Theod. Hermop. ad l. 153. *de R. I.* λέγω παραγραφῆς αὐτὸν ἐξωθεῖν, ᾗ λέγειν· ἀλλ' εἰ μὴ τὰ χρέους μοι συνεχώρησας. itaque exceptio dicitur conditio, l. 22. D. *de except.* FABR.

De formulis exceptionum vid. Cujac. V. *Obſerv.* 34. G. O. R.

g. Græce eſt ἐγέγονεν, quod nihili verbum eſt. Alii ergo legunt γέγονεν, ego vero οὐ γέγονεν. Sic enim ſcribit Jul. Paulus in l. ſi unus, de Pactis: *pactus ne peteret, poſtea convenit ut peteret: prius pactum per poſterius elidetur, non quidem ipſo jure* &c. Quare videant, quid agant qui tam temere ejus ſtudii libris manum admovent, in quo non ſatis verſati ſunt. [adde Apol. Nannii §. 15.] CURT.

Baſil. & Pariſ. ſine negatione habent ἐγέγονεν, unde Reſcius, probante pro more Nannio, fecit γέγονεν; ſed cum Lugdun. edidit Gothofr. οὐκ ἐγέγονεν; Fabrotus autem cum Curtio οὐ γέγονεν: mihi tandem illud placuit, quod exhibeo. G. O. R.

h. Sed per replicationem, l. 27. §. 2. *D. de pact.* FABR.

1. Atque ita actor intentionem ſuam οὐ παραγραφῇ,

τῇ τριπλικατίωνι καδρουπλικατιῶν ἀντιτίθεσθαι. Ταῦτα πάντα δὲ εὐχερῶς ἔνεστι γνῶναι ἐκ τοῦ 10 πλατυτέρου τῶν Διγέστων m συντάγματος.

triplicationi quadruplicatio opponi. Sed hæc omnia facile ex latiori Digestorum volumine cognoscere licet.

§. IV. Αἷς δὲ ῥᾳδιουργαφαῖς ὁ πρωτότυπος δεβίτωρ κεχρῆσθαι δύναται, ταύτας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον n καὶ ὁ ἐγγυητὴς ἀντιτίθησιν ο εἰκότως· ὃ γὰρ ἂν ἀπαιτηθῇ ὁ ἐγγυητὴς, ὁ δεβίτωρ ἀπαιτεῖσθαι δοκεῖ· καταβαλὼν γὰρ ὁ ἐγγυητὴς, ἔχει κατ' αὐτοῦ τὴν mandati. Ὅθεν ἐὰν πάκτον ποιήσωμαι τῷ δεβίτωρί μου, μὴ ἀπαιτεῖν τὸ χρέος, ἡ τοῦ πάκτου ῥᾳδιουργαφὴ καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ γενομένοις ἐνόχοις δοθήσεται, ὥσπερ εἰ φανερῶς εἶπον, ὅτι οὐδὲ ὑμᾶς ἀπαιτήσω τὸ χρέος.

§. IV. Quibus autem exceptionibus debitor principalis uti potest, eas ut plurimum & fidejussor recte opponit: nam quod fidejussor poscitur, debitor posci videtur: solvens enim fidejussor, adversus eum mandati habet *actionem*. Unde, si cum debitore meo pactus fuero, de non petendo debito, pacti exceptio etiam iis dabitur, qui pro ipso sunt obligati, perinde acsi expresse dixissem, neque vos *ceteros* debitum poscam.

Εἰσὶ δέ τινες παραγραφαὶ, ἃς οὐ συναπολαύει ὁ ἐγγυητὴς τῷ δεβίτωρι· οἷον, ἐδάνεισα Πρίμῳ, Σεκοῦνδον δὲ ἔλαβον ἐγγυητήν· ὁ Πρῖμος ἐξέστη τῆς οἰκείας οὐσίας, μηδὲν ἀξιόπιστον ἐπικλησάμενος· ἀναγόμενος *10 δὲ παρ' ἐμοῦ, δύναται ἀντιτιθέναι p παραγραφὴν, καὶ λέγειν· Ἀλλ' εἰ μὴ 11 ἐξέστην, καὶ ἐκβάλλει με τοῦ δικαστηρίου· αὕτη δὲ ἡ παραγραφὴ οὐκ ὠφελήσει q τοὺς ἐγγυητὰς αὐτοῦ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν· ἐπειδὴ ὁ ῥᾳδιουργὸς τοῦ οἰκείου δεβίτωρος

Sed sunt exceptiones quædam, quibus una cum debitore non fruitur fidejussor: veluti, mutuum dedi Primo, & Secundum sumsi fidejussorem; Primus bonis suis cessit: nihil pretio dignum *post illa* nactus, & conventus a me, opponere potest exceptionem, ac dicere: Nisi vero *bonis* cessi; atque ab judicio me repellit. Verum hæc exceptio fidejussores ejus non juvabit, propter hanc causam: quoniam qui a de-

10. πλατυτάτου F. *10. δὲ de: F. Ego retineo, ac post ῥᾳδιουργίας colon, ante ἀναγόμενος comma reponendum puto. G. O. R. 11. ἔξεστιν ante F. Sed & Curt. & Anon. Meerm. sic correxere.

γραφῇ, ἀλλ' ἀντιπαραγραφῇ δύναται ἰσχυροποιεῖν· 7. *Eclog.* 8. ex lib. 54. tit. 4. c. 27. l. 1. l. 2. D *de excepr.* D. GOTH.

k. Duplicatio igitur est διαιολογία seu allegatio, quæ replicationi actoris opponitur à reo: vel ut uno verbo dicam, *replicationis est exceptio.* D. GOTH.

l. L. 2 §. 1. D. *de Except.* D GOTH.

m. Vid. lib. Digg. 44. D. GOTH.

n. V. l. exceptiones 7. *de exceptionibus.* D GOTH.

Αντιτίθησιν & εἰκότως virgula interstinguit Fabrotus, duce Curtio, cujus versionem in prima retinuit: *plerumque & fidejussor opponit. Merito.* in secunda ita interpolavit: . . . *opponit, idque merito*; quia scil. Justin. *& recte.* Quamvis autem sic distingui recte possit, tamen vulgatam ceterarum editionum lectionem, non minus bonam, servavi. G. O. R.

p. Debitor quidem non liberatur, l 1. C *qui bon. ced.* sed eum æquitas auxilio exceptionis munit, l. 3. C. *de bon. auct. jud. poss.* FABR. I.

q. Pecuniam quidem fide ussor amittit, si forte reus solvendo non fuerit: sed creditor fidejussores accipit, ut reo facultatibus lapso, suum ab eis consequatur. nec alia ratio quærenda est, quam quæ adfertur hic à Justiniano, à qua discedere non debuit glossa apud eundem Justin. non enim verum est, exceptionem, nisi bonis cesserit, cohærere personæ. FABR. I.

ρος λαμβάνων [12] ἐγγυητὴν, διὰ τοῦτο μάλιστα λαμβάνει, πρόνοιαν [13] αὐτοῦ ποιούμενος, ἵνα, εἰ συμβῇ ἀπορῆσαι τὸν δεβίτωρα, δυνηθῇ χωρῆσαι κατὰ τῶν ἐγγυησαμένων· εἰ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἐκστάσεως παραγραφὴν δῶμῳ καὶ τῷ ἐγγυητῇ, ἀνωφελὴς ἔσται μοι καὶ ἡ διὰ τῆς λήψεως τῶν ἐγγυητῶν πρόνοια.

debitore ſuo fidejuſſorem accipit, ideo potiſſimum accipit, ſui gerens curam, ut, ſi contingat debitorem non eſſe ſolvendo, adverſus fidejuſſores agere poſſit: quod ſi *jam* ceſſionis exceptionem & fidejuſſori daremus, inutilis mihi foret & *ipſa illa* cura per fidejuſſorum acceptionem.

12. ἐγγυητὰς F. 13. Sic ſcribo pro vulg. αὐτοῦ & F. ἑαυτοῦ.

[ΠΕΡΙ ΤΩΝ [a] ΔΙΑΛΕΞΕΩΝ.]

ΤΙΤΛΟΣ ΙΕ.

ΤΟΝ περὶ ἀγωγῶν καὶ παραγραφῶν καὶ ῥεπλικατιώνων διαλεχθέντα, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ περὶ ἰντερδίκτων διεξελθεῖν, ἤτοι τ' ἀγωγῶν, αἵτινες εἰς τάξιν τ' ἰντερδίκτων κινοῦνται· τὸν δὲ περὶ ἰντερδίκτων διαλεγόμενον, ἀναγκαῖον [1] εἰδέναι, πότε 347

DE INTERDICTIS.

TITULUS XV.

QUi de actionibus & exceptionibus & replicationibus diſſeruit, conſequens eſt *eum* & de interdictis diſſerere, ſive *de* actionibus, quæ interdictorum loco moventur: qui vero de interdictis diſſerit, *eum* neceſſe eſt ſcire,

1. ἐστιν ad: F.

a. διαλέξεις hic interdicta: παραγγελία dicuntur authori *Eclog.* 58. tit. 14. περὶ παραγγελιῶν. dicuntur & eidem ibidem c. 1. παραγγέλματα. D. GOTH.

b. Idem extat §. 4. verſ. fructuarius. ſup. *per quas perſonas cuique adquiritur.* 2. Harmen. 3. §. 4. 50. *Eclog.* 2. §. 6. D. GOTH.

[Poſſeſſio eſt rei corporalis detentio· quidquid apprehendimus, hoc poſſeſſionem vocamus l. 115. D. *de verb. ſign.* hæc naturalis ſive corporalis dicitur. de qua *Ed.* 1.] Gloſſ. Gr. Lat. κατοχὴ, ἡ ἀφ' χειρὸς, *detentio, retentio.* [alia poſſeſſio eſt, quæ civilis dicitur, de qua eædem Gloſſæ: κατοχὴ, ἡ ἀπὸ νόμων, *poſſeſſio.* Edit. 1.] FABR.

Gloſſa Nom. in fin. pag. 1743. Ιντερδικτον &c. eadem habet a verbis Καὶ νομὴ μέν ἐστι φυσικοῦ (ſic pro THi σωμ. quod veritus) περίγμ. &c. uſque ad ἐκκλίτα. Prius οἷον, æque ac apud Fabr. deeſt, ſed alterum exſtat, omiſſo contra ἐστιν. G. O. R.

c. Jura veluti poſſidentur, l. 18. §. 1. D. *de pet. hered.* FABR.

d. Uſus pro traditione poſſeſſionis accipitur: ideoque & interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt, l. 20. D. *de ſervit.* FABR. I.

e. Uſusfr. quaſi poſſideri dicitur, l. 23. §. 2. D. *ex quib. cauſ. maj.* id eſt, jus utendi fruendi. FABR.

f. Cum de proprietate aut poſſeſſione contenditur, ut plurimum ultra jurgium proceditur, & manibus non temperatur: res procedit ad cædes, vulnera & plagas. ea re Prætor operam ſuam continuo interponit, redditis interdictis: Cur enim ad arma & rixam procedere patiatur? ut eſt in l. 13. §. 3. D. *de uſufr.* FABR. I.

g. Quæ ad h. l. illuſtrandum pertinent, ita cohærent cum ſequenti interdicti definitione, ut inde divelli nequeant, niſi cum THo bis eadem dicere malimus. Quare ad ſeqq. mi Lector, notas pergito. G. O. R.

h. In hac definitione quædam obſcura ſunt: primum, quod dixit *inter duos*, nam plures (1) plerumque ſunt heredes, qui ſibi tabulas exhiberi poſtulant; plures ſocii de loco publico fruendo, l. 1. D. *de Loco publ.* plures bonorum poſſeſſores; plures qui

πότε μὲν περὶ νομῆς λέγει, πότε δὲ [2] ὡσανεὶ περὶ νομῆς. Καὶ νομὴ [b] μέν ἐστι, σωματικοῦ πράγματος κατοχή· ὡσανεὶ [c] δὲ νομή ἐστιν, ἀσωμάτου πράγματος [d] χρῆσις. Καὶ σωματικὸν μέν ἐστιν, [3] οἷον ἀγρὸς, οἰκία, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἀσώματον δέ ἐστιν, [3] οἷον [e] usufructus, καὶ δουλεία, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα. Ἡνίκα τοίνυν περὶ νομῆς ἢ ὡσανεὶ νομῆς μεταξὺ δύο τινῶν γίνεται φιλονεικία, ἀπέρχονται [f] πρὸς [4] τὸν πραίτωρα, τοῦτο αὐτῷ διηγούμενοι, ἐπειδὴ συμβαίνει πολλάκις, καὶ φόνους πλημμελεῖσθαι, καὶ τραύματα ἐπάγεσθαι, καὶ πληγὰς ἐπιφέρεσθαι ἐν ταῖς τοιαύταις φιλονεικίαις, [5] καὶ διηγοῦνται τῷ πραίτωρι τὸ γεγονός· ὁ δὲ λέγει μεταξὺ αὐτῶν ῥήματά τινα, οὐ τέμνων τὴν ζήτησιν, ἀλλὰ παραπέμπων αὐτοὺς χαμαιδικαστῇ, [6] ἀκροατῇ γενησομένῳ τῆς μεταξὺ αὐτῶν φιλονεικίας. Δεῖ οὖν συναγαγόντα ὁρίσασθαι καὶ εἰπεῖν, τί ἐστιν ἰντερδίκτον. Ἰντερδίκτον [7] δέ ἐστιν ὁμιλία [h] πραίτωρος μεταξὺ δύο τινῶν

scire, quando de poſſeſſione loquatur, & quando quaſi de poſſeſſione. Atqui poſſeſſio eſt, rei corporalis detentio: quaſi autem poſſeſſio eſt, incorporalis rei uſus. Et corporale quidem eſt, veluti ager, domus, & quæcumque hujuſmodi; incorporale autem eſt, velut uſusfructus, ac ſervitus, & his ſimilia. Quando igitur de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione inter duos aliquos controverſia oritur, ad Prætorem abeunt, hoc ei exponentes; quia ſæpe accidit, ut cædes committantur, & vulnera infligantur, & plagæ inferantur in hujuſmodi controverſiis, & factum Prætori enarrant: is autem inter illos quædam verba dicit, non dirimens quæſtionem, ſed ipſos remittens ad judicem pedaneum, cognituram de controverſia inter eos. Oportet igitur *hæc* colligentem definire ac dicere, quid ſit interdictum. INTERDICTUM

2. περὶ ὡσανεὶ Goth. & F. 3. οἷον de: F. 4. τὸν de: F. 5. καὶ de: F. 6. ἀκροατῇ γενομένῳ F. 7. δὲ de: F.

qui res hereditarias poſſident. Tum vero illud quod ait, Prætorem non decidere controverſiam, obſcurius videtur: ubi enim Prætori ex tempore (2) probare actor ſuam intentionem poteſt, judicem non conſtituit; ſed ipſe de controverſia (3) pronunciat, non modo poſſeſſionis, verum etiam (quod multo majus eſt) (4) proprietatis, l. 1. Cod. *Uti poſſidetis.* HOTOM. *Comment.* V. Edit. 505.

Ad hæc reſpondeo: (1) Ridicula obſcuritas, quam JCtum proferre pudeat! Quis lectorum haud intelligit, *inter duos* valere inter *duas partes litigantes?* Alioqui & illud obſcurum, in omni judicio *tres* perſonas eſſe principales, *actorem, reum, judicem.* Cur plura verba perdam? (2) Quomodo ex tempore probare poterit, reo vel abſente vel obloquente, nec cauſa in judicio ventilata? quod ſi ponas reum adquieſcere, jam neque controverſia erit, neque ipſum interdictum dabitur. (3) Plane non intelligit mea de ſententia Hotomanus illam l. 1. Cod. *Uti poſſid.* nam quum in ea dicitur, *Rector provinciæ vim fieri prohibebit*, non jubetur Rector pronuntiare de ipſa poſſeſſionis controverſia eamque dirimere, ſed interdictum tantummodo interponere *Uti poſſidetis*, quo reddito ſequi ſolet ap. judicem pedaneum judicium poſſeſſorium, quod Hotom. & mox Contius videntur cum ipſo interdicto confundere. (4) Quod autem in fine legis dicitur, *de proprietate cognoſcet*, non evincit Rectorem ſolum per ſe in jure id facturum, ſed in judicio vel cum conſilio ſuo vel per judices ab ipſo datos. Quod enim per alium quis fieri curat, ipſe feciſſe cenſetur. Liceat in re, licet notiſſima, exempla inſignia addere. Sueton. Tib. 8. *Fannium Capionem, qui cum Varrone Murana in Auguſtum conſpiraverat, reum majeſtatis apud judices fecit & condemnavit*, id eſt pervicit, ut ab judicibus condemnaretur. Idem Vitel. 9. Publius Germanici comes Cn. Piſonem, inimicum & interfectorem ejus accuſavit condemnavitque. Et ſic Ulpian l. 2. *de* Admin. tut. *Si tutor condemnavit, ſive ipſe condemnatus eſt: pupillo & in pupillum potius actio judicati datur.* Ut concludam, generaliter obſervo Hoto-

τινῶν περὶ νομῆς ἢ ὡσανεὶ νομῆς ἀγωνιζομένων γινομένη, οὐ τέμνουσα τὴν ὑποθέσιν, ἀλλὰ ῥυθμίζουσα τὸν δικαστήν, ὅπως χρὴ κρίνειν περὶ τῆς ὑποθέσεως. Λέγει δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα ὁ πραίτωρ, ἢ ὡς κωλύων τι γίνεσθαι, ἢ ὡς κελεύων. Μάλιστα δὲ ἐπὶ νομῆς χώρα τοῖς ἰντερδίκτοις. Διὰ τοῦτο δὲ εἶπον μάλιστα, ἐπειδή ἐστιν ὅτε καὶ νομῆς ἰ οὐχ ὑπόκειται λόγῳ, καὶ ἰντέρδικτον ἁρμόζει.

§. I.

CTUM est Prætoris dictum inter duos aliquos de possessione aut quasi possessione litigantes pronuntiatum, quæstionem non dirimens, sed judicem instruens, quomodo de quæstione judicare oporteat. Dicit autem Prætor hæc verba, sive ut prohibens quid fieri, sive ut jubens. Maxime vero in possessione locus *est* interdictis. Ideo autem dixi Maxime, quoniam aliquando & possessionis non subest causa, & *tamen* interdictum competit.

§. I.

manum ejusque sequaces permiscuisse cognitiones extraordinarias cum diverso interdictorum usu.

G. O. R.

Mirum est, THum non contentum hac [ipsius Imperatoris] definitione, aliam fabricasse falsam, & a natura interdictorum alienam, cum ait Prætorem mittere solitum litigatores ad judicem pedaneum. Constat enim hoc differre interdictum ab actione, quod in actione inter tres personas actio proponeretur, actorem, reum, judicem pedaneum. At interdicta inter duas personas tantum, actorem & reum: quod & hic ostendit Justin. & postea eod. tit. dum ait dici, quasi *inter duos* dictum.

A CONT.

Nonne illud *inter duos* sæpe numero repetit ipse THus? Vide princip. & n. 3. sup. notæ, & Marcilium ad Instit. in fin. §. 1. Baro eadem fere ante Contium scripserat in Comment. pag. 592. sed dubitantius

G. O. R.

Quamvis generali actionis nomine interdicta contineantur, l. 37. D. *de Obl. & Act.* proprie tamen sumpto nomine interdicta ab actionibus separantur; ut ex h. t. constat, & ex diversitate rubricarum, tam in hoc libro quam in Dig. & Cod. Non est tamen admittenda differentia, quæ vulgo traditur ab interpretibus, quod actioni addiceretur judex, interdicto non item, sed de eo solus Prætor cognosceret: hanc enim falsam esse, manifesto ostendit THus, cum docet Prætorem verba quædam pronuntiare, quæ litem non dirimunt; sed eos, inter quos de possessione aut qs. possessione controversia est, remittunt ad pedaneum judicem, qui de controversia cognoscat: quam sententiam aperte confirmat Pompon. in l. 21. D. *Quod vi aut clam*, dum asserit, judicem ex illo interdicto sumptum restituere opus; ubi judex sumptus dicitur, judex a Prætore, interdicto reddito, ex causa interdicti datus, vel ex consensu partium, quod plerumque fit, ut in l. 76. D. *de Judic.* l. 25. §. 3. D. *Fam. erc.* de cujus judicis officio passim in hoc tractatu quæritur propriis titulis, & nominatim in l. 15. §. 7. D. *Quod vi aut clam*, & l. ult §. ult. D *de Precario.* Ex quibus constat, non esse admittendum, quod docet D. Cujac. in Parat. C. *de Interd.* Prætorem reddito interdicto non dare judicem, qui de possessione cognoscat, de qua jam ipse in interdicendo pronuntiavit; sed qui de proprietate judicet. Quam sententiam nititur confirmare THi auctoritate, qui contra docet, interdictum nihil aliud esse, quam instructionem & informationem Prætoris, futuri de possessione judicii. Prætor ergo interdicendo possessionis controversiam non profligabat, sed restabat quæstio facti, id est possessionis, restabat litis æstimatio & condemnatio. Litem enim a judice esse æstimandam docet l. 1. §. 41. D. *de Vi & vi arm.* & in l. 3. §. ult. D. *Uti possid.* dicitur nominatim condemnationis summam referri ad rei ipsius æstimationem, id est, ut Accursius recte ait, æstimari quanti interfit actoris possessionem ab adversario non esse turbatam. Quæ omnia dici non potest præstare Prætorem, cum interdictum reddit; nec ullo juris loco proditum est, controversiam omnem possessionis causa cognita, ab eo, qui jurisdictioni præest, esse judicandam & examinandam, ut fieri solet in causis, quæ prætoriæ cognitionis esse dicuntur: imo prætoria cognitio nominatim opponitur interdicto, & cognitioni, quæ ex interdicto pendet, l. 3. §. 3. vs. ceterum D. *de Liber. exhib.* Atque ita verum manet, quæstionem possessionis apud judicem ex interdicto redditum agitatam fuisse, quod tandem agnovit D. Cujac. in Parat. Pandect. & L. V. *Observ.* c. 17.

A COSTA *in Comment. poster.*

[Interdictum est ὁμιλία, hoc est, effatum Prætoris, formula, & ordinatio, seu interlocutio, decretum, constitutio, enuntiatum, dictum, quo judicem pedaneum instruit, & informat, Mich. Psell. Synops. v. 602. qui de possessione, vel quasi possessione

§. I. Ἡ δὲ ἄκρα διαίρεσις τῶν ἰντερ-351
δίκτων [8] ἐστὶν αὕτη, ὅτι τῶν ἰντερδίκτων τὰ μέν ἐστι [9] prohibitoria [k] ἤγουν κωλυτικὰ, τὰ δὲ exhibitoria ἤτοι φανερατικὰ, τὰ δὲ reſtitutoria ἤτοι ἀποκαταστατικά.

§. I. Summa autem interdictorum diviſio hæc eſt, quod interdictorum alia ſint Prohibitoria ſive vetantia, alia Exhibitoria ſive præſentantia, alia Reſtitutoria ſive reparantia.

Καὶ prohibitoria μέν ἐστιν [10], ἐν οἷς κωλύει τι γίνεσθαι· οἷον, ἠπείλει τις ἐπιέναι, καὶ τὴν οὖσαν παρ' ἐμοὶ διαταράττειν νομήν· προσῆλθον [11] ἐγὼ τῷ πραίτωρι, τὴν τοῦ ἀντιδίκου [m] δηγούμενος ἀπειλήν, εἶπον δὲ ἐμαυτὸν ἀνεπιλήπτως νέμεσθαι· καὶ

Et prohibitoria quidem ſunt, quibus quid fieri vetat: veluti, minabatur aliquis irruere & poſſeſſionem mihi ſuppetentem turbare; ego Prætorem adii, minas exponens adverſarii, at me ipſum ſine vitio poſſidere dixi: &

8. ἐστὶν de: F. 9. προϊβιτόρια, τὰ δὲ ῥεστιτουτόρια, τὰ δὲ ἐξιβιτόρια F. ſine interpr. Gr. 10. ἐκεῖνα ad: F. 11. ἐγὼ de: F.

ſeſſione cognoſcat. interdictis enim poſſeſſionem obtinemus vel retinemus. Cicer. Ep. 7. 32.

Urbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſvis interdictis defendamus.

Prætor igitur ſententialiter, & definitive, ut Tertull. loquitur, non pronuntiat, cum interdicit, ſed judicem informat. judicem interdicto reddito datum fuiſſe videtur probare, l. 21. D. *quod vi aut cl.* Hodie non obſervatur ille ordo, ſed agitur utili in factum actione *Edit.* 1.] Schol. Th. ὅς & ἰντερδίκτα ἐστὶν ἐτιλία ἀγωγὴ φὲι νομῆς, ἣ ὡσανεὶ νομῆς τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσα. [THum interpretatur Cujac. Parat. in Cod. & Commentarius in Inſtit. EDIT. II.] FABR.

Exhibui tantum, quæ a Coſta in poſter. Comment. habet, quum in priori plus quadruplo longior ſit in defendendo THo. Ceterum miraberis forſan Lector, cur Fabrotus Cujacii priorem ſententiam & hic & in ſeqq. notis ſequatur, nec tamen Jani a Coſta argumentis ſatisfaciat? Errat enim Vir Juriſconſultiſſimus, qui in Comment. ad §. 2. *de Mandato* ſcribit: *V. THum hoc §. cum nota Fabroti, quam Janus a Coſta h. §. refellit*: quod των αδυνατων fuit, quum a Coſta Anno 1637. obierit, & Fabrotus THum primo ediderit A°. 1638. Sed ſcias neque Fabroto viſum fuiſſe Jani Commentarium, quem Nyvard biennio demum poſt ſecundam Fabroti edit. publicavit, A. ſcil. 1659. quo eodem anno Fabrotus, ut hoc addam, obiit. Jam e diverticulo in viam. Pro THo ipſis fere noſtri a Coſta verbis pugnat quoque Schultingius ad Pauli S. R. V. tit. 6. *de Interd.* quem idcirco haud deſcribo. Denique hæc THi definitio uſque ad κατάστασις bis legitur in Gloſſis Nomicis pag. 1743. ſine auctoris nomine, in quarum utraque 1. deeſt δὲ, nec non γινομένη. 2. prior habet in fine φὲς το κρίνειν φὲι κατάστ. 3. poſterior πῶς pro ὅπως. G. O. R.

i. Quintil. 7. c. 6. Quædam tamen interdicta proprietatis cauſam continent, l. 2. §. quædam, D. *eod.* FABR. I.

Quædam interdicta ſunt, quæ proprietatis aut qs. proprietatis cauſam habent. Vid Comment. in Inſtit. FABR. II.

Sunt igitur Interdicta de poſſeſſione, ut tamen taxativa particula *maxime* addatur a Juſtiniano in pr. h. quod explicatur a THo, επειδὴ ἐστιν &c. *Quoniam fieri poteſt, ut poſſeſſionis quoque cauſa non ſubſit, & tamen interdictum accommodet* Prætor. Hæc tamen verba ſic accipienda ſunt, ut poſſeſſio non ſola ſubſit; dari enim Interdicta, quæ nihil de poſſeſſione, verum ſolummodo ſint de proprietate, mihi non conſtat. &c. HUBER. *Prælect. h. t.*

k. Quum Fabrotus has interdictorum adpellationes & vocabula ſimilia modo Græce modo Latine ſcribat, ego malui conſtanter eodem modo exhibere, licet ante F. Græce tantum edita ſint: qua de re plura forte in præfat. noſtra. G. O. R.

l. Author *Eclog.* 58. tit. 14. μικτὰ, id eſt, *mixta*, adjicit: atque ita interdictorum quatuor ſpecies facit: mixta autem dicuntur, quæ & prohibitoria & exhibitoria. l. 1. §. 1. D. *de interdictis.* D. GOTH.

m. Interdicto *Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt*, non vetat Prætor vim fieri poſſidenti; ſed ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, qui nec poſſidere nec qs. poſſidere dicitur. Male igitur Accurſius cenſet de hoc interdicto hæc verba eſſe accipienda: nec felicior eſt THus, qui neſcio quod interdictum comminiſcitur promiſſum a Prætore ei, adverſus quem quis minas jactavit, quaſi ingreſſurus poſſeſſionem. Veriſſimum eſt quod D. Cujacius obſervat, hæc verba pertinere ad interdicta *uti poſſidetis* & *utrubi*; quibus Prætor vim fieri vetat

καὶ ἀπεφήνατο ὁ πραίτωρ οὕτως λέγων, Sine vitio poſſidenti vim fieri veto· τοῦτέστι, τῷ νεμομένῳ δίχα ἐλαττώματος βίαν γίνεσθαι κωλύω. Ἢ καὶ ἐσθ' ὅτε τις ἠθέλετο λείψανον, αὐτῷ ἀφαίρεσιν, εἰσαγαγεῖν καὶ ἀποθέσθαι ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα δίκαιον ἦν αὐτῷ ἀποτίθεσθαι· δοθήσεται αὐτῷ προϊβιτόριον ἰντέρδικτον κατὰ τοῦ βιαλομένου ἐπέχειν αὐτόν. Ἢ καὶ ἠθέλετό τις ἐν ἁγίῳ τόπῳ οἰκοδομεῖν, ἢ καὶ ἐν δημοσίῳ ποταμῷ ἢ καὶ ἐν ὄχθῃ αὐτοῦ κατασκευάζειν τι, δι' οὗ κατασκευάσματος χείρονα ἐποίει τὸν [12] τοῦ ποταμοῦ πλοῦν. καὶ ταῦθα δοθήσεται προϊβιτόριον ἰντέρδικτον.

352 & Prætor pronuntiabat ita dicens: SINE VITIO POSSIDENTI VIM FIERI VETO. Aut forte etiam aliquis mortuum ad ſe pertinentem volebat inferre ac deponere in loco, ubi jus ei erat deponendi: dabitur huic interdictum prohibitorium adverſus eum qui prohibere ipſum voluerit. Aut volebat etiam quis in loco ſacro ædificare, aut in publico flumine vel ripa ejus aliquid moliri, per quod *opus* deteriorem 353 facturus erat fluminis navigationem: & hic interdictum dabitur prohibitorium.

Reſti- Reſti-

12. ἀφ ad: F.

tat nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſidenti; & qs. poſſidenti, in interdicto de itinere actuve privato, l. 1. D. *eod.* tit. hæc enim ſunt notiſſima poſſeſſionum vitia. Tertull. adv. Hermog. *de alieno uſus, aut precario uſus eſt, qua agens ejus; aut injuria, qua prævalens ejus; his enim tribus modis aliena ſumuntur; jure, beneficio, impetu*; id eſt dominio, precario, vi, dominio non ſuppetente. A COSTA *Comment. priori.*

Errat TH. in hujus loci interpretatione: Prætor enim vim fieri vetat interdicto uti poſſidetis, vel utrubi, nec vi, nec clam, nec precario poſſidenti, ut rectiſſime Cujac. hic adnotavit in N. poſt. [nam hæc ſunt poſſeſſionum vitia. Terent. Eun. Act. 2. Sc. 3. & ibi Don. Tertull. *adverſ. Hermog.* ex Edit. 1.] FABR.

Accurſius ſane errat: ſed THus non aliud interdictum quam ipſe Juſtinianus intelligit, quod Cujacius rectiſſime exponit de interdicto *Uti poſſidetis* vel *Utrubi*. Itaque cum umbra pugnant a Coſta & Fabrotus. G. O. R.

n. Horum formula ita concepta: *Id reſtituas.* l. 1. in fin. principii D. *quorum bonorum.* D. GOTH.

o. §. 3. inf. *eod.* [cap. 358.] D. GOTH.

p. V. l. 5. in fin. pr. & §. 1. D. *quod vi aut clam.* l. 2. in fin. pr. D. *de precario.* D. GOTH.

q. Obſtare videtur l 3. §. plane D. *de Libero hom. exhib.* ſed de libertate tuenda hic agitur, ne invitus retineatur, quem certo conſtat eſſe liberum, non de eo qui tanquam ſervus poſſidetur, de quo adſertori competit actio ad exhibendum, l. 10 *Ad exhib.* non interdictum exhibitorium. Quæ ſequuntur etiam de liberis & libertis intellige, quibus adverſarius non facit controverſiam ſtatus. CUJAC. *not. poſter.*

Cum eo vero quod ait [Ulpian. l. 3. §. 7. *de Libero hom. exhib.*] ſi de ſtatu agatur, ceſſare interdictum de libero homine exhibendo, non pugnat §. exhibitoria Inſt. *de Interd.* qui Prætorem ait per interdictum jubere exhiberi eum, cujus de libertate agitur, quoniam hoc ſic intelligi poteſt, cujus de libertate tuenda agitur, ne invitus ab alio retineatur, quem pro certo conſtat eſſe liberum: vel etiamſi, ut THus, ea verba accipias de controverſia ſtatus, quam fecit qui eum tenet quem in libertatem vindicare volo, hic erit ſenſus, ut hujus judicii præparandi cauſa abſque præjudicio poſſim deſiderare, exhiberi eum vel actionem ad exhibendum l. de eo D. *Ad exhib.* vel interdicto Prætoris. IDEM XIX. *Obſerv.* 17.

In his interdictis recepta erat hæc formula, *Eum eamve exhibeas.* v. l. 1. & 2. D. *de homine libero exhibendo.* & l. 1. D. *de liberis exhibendis.* & l. 1. D. *de tabulis exhibendis.* D. GOTH.

Si vera eſt THi interpretatio, pugnat e diametro cum hoc §. l. 3 §. 7. D. *de Lib. h. exh.* quo loci Ulp. docet, non eſſe locum interdicto, ſed agendam libertatis cauſam, cum dubitatur, utrum liber an ſervus quis ſit. Sed, ut recte monet Cujac. h. l. & XIX. Obſ. 17. hic agitur de libertate tuenda ejus, quem conſtat eſſe liberum, cui nullus facit ſtatus controverſiam, ne invitus retineatur: quo caſu interdicto opus eſt, d. §. 7. atque ita rejicienda eſt omnino THi interpretatio. A COSTA *Comment. poſter.*

Verius etiam eſt, quod hic notat Cujac. pugnat enim interpretatio Theophili cum l. 3. §. plane ſi du-

Reſtitutoria [n] δέ ἐστι, δι' ὧν ἀποκαταστῆναί τι κελεύει· οἷον τῷ bonorum poſſeſſori, ὥστε δοθῆναι τὴν νομὴν τῶν πραγμάτων, ὧν ἕτερός τις pro herede ἢ pro poſſeſſore [13] ἐπελάβετο. Τί δέ ἐστι pro herede ἢ pro poſſeſſore, προϊόντες [o] μαθησόμεθα. Ἡ νίκα κελεύσει ἀποκαταστῆναί [p] μοι τὴν νομὴν τοῦ ἀγροῦ, ἧς ἐξεβλήθην βίᾳ.

Reſtitutoria autem ſunt, per quæ reſtituere quid jubet: veluti bonorum poſſeſſori, ut reddatur poſſeſſio rerum, quas alius quis pro herede vel pro poſſeſſore adprehendit. Quid autem ſit pro herede vel pro poſſeſſore, pergentes docebimus. Aut ſi agri poſſeſſionem mihi jubebit reſtitui, unde vi dejectus fui.

Exhibitoria δέ ἐστιν, ἐν οἷς κελεύει τι 354 εἰς μέσον φέρεσθαι· οἷον, ἀποκρύπτεις τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν, [q] λέγων αὐτὸν εἶναι δοῦλον σὸν, ἐμοῦ βουλομένου περὶ τῆς αὐτοῦ δικάσασθαι ἐλευθερίας· ἢ ἀποκρύπτεις τὸν ἐμὸν ἀπελεύθερον, ᾧ τινι βούλομαι operas ἐπιθεῖναι·

Exhibitoria autem ſunt, quibus quid jubet in medium proferri: veluti, occultas fratrem meum, dicens eum eſſe ſervum tuum, me volente de libertate ejus litigare: aut libertum meum occultas, cui operas injungere volo:

13. ἐστὶν ἐν κατοχῇ Pith. ac F. Scholion credo τοῦ ἐπελάβετο. G. O. R.

dubitat, D. *de lib. ho. exh.* FABR.

Quis credere potuiſſet, Janum a Coſta, qui THinum de interdictis proceſſum ſupra cap. 350. not. *h.* tam egregie defendit, & ipſum tandem Cujacium in viam rediiſſe obſervavit, non modo exempla THi plane rejicere, ſed & poſteriorem Cujacii in Obſerv. libris ſententiam tam callide diſſimulare ac reticere? Primo ego jam loco contendo, ipſum Juſtin. hic agere non de homine, quem pro certo conſtat eſſe liberum, ſed de cujus ſtatu, liber an ſervus ſit, controverſia movetur: idque verum eſſe, ipſa locutio *cujus de libertate agitur*, prima ſtatim fronte manifeſtat; deinde perſpicua hic eſt κλιμαξ, in tribus ſive poteſtatis ſive nexus ſpeciebus conſiſtens, quarum prima eſt *domini*, altera *patroni*, tertia *parentis*. Verum enimvero dices, nonne ſic pugnant & Imper. & apertius THus cum Ulpiano? Nequaquam: hic enim, ſi uſquam, verum eſt effatum Cæſaris noſtri in Conſtit. *Tanta* §. 15. *Contrarium autem aliquid in hoc Codice poſitum nullum ſibi locum vendicabit; nec invenitur, ſi quis ſubtili animo diverſitatis rationes excutiet: ſed eſt aliquid novum inventum, vel occulte poſitum, quod diſſonantia querelam diſſolvit, & aliam naturam induxit diſcordia fines effugientem.* Scilicet neque Imperator neque paraphraſtes hic aut intellexerunt aut ullo verbo meminerunt interdicti *de* NB: LIBERO *homine exhibendo*, quod in hoc caſu locum habere nequit, quia Prætor eo interdicto reddito jamnunc agnoſceret eum eſſe hominem liberum, & ſic præjudicium alteri parti, ſive putativo domino, faceret, quem ego ſenſum puto eſſe Ulpiani in d. l. 3. Nec enim quodvis interdictum denegat, ſed ſpecialiter illud *de Libero homine exhibendo.* Inſtabis forte ac rogabis, quale igitur interdictum h. l. intelligendum ſit? Reſpondeo me nomen illius proprium non magis ſcire quam Cujacium, qui in fine ſuper. notæ ſimpliciter *interdictum Prætoris* adpellat. Namque ſicuti plura ſunt negotia, quam vocabula, l. 4. D. *de Præſcriptis verbis & in factum actionib.* atque ideo ceſſantibus judiciis & vulgaribus actionibus Prætor actiones in factum aut præſcriptis verbis pro re nata adcommodat, l. 1. ſqq. *eod.* ita idem locum neceſſario habuit in reddendis interdictis, quæ generali Actionum nomine venire, quis ignorat? nec de eo quiſquam dubitare poterit, qui leges 1. ac 2. D. *de Interd.* totas attenta mente legerit: unde etiam, ſicuti actiones utiles dantur, ita & *interdicta utilia*, l. 1. fin. D. *de ſuperfic.* eaque *ad exemplum interdictorum, quæ in albo propoſita habet Prætor*, dicuntur dari in l. 1. Cod. de Interd. & l. 3. *Interdicta autem licet in extraordinariis judiciis proprie locum non habent: tamen ad exemplum eorum res agitur.* item l. 3. C. de Liberis exhib. *Si ad inſtar interdicti de exhibenda filia &c.* & ſic Accurſius ad l. 2. D. *eod.* notat: *recte convenitur] interdicto de uxore exhibenda: quod non habemus: ad inſtar ejus quod habemus, ut hic & C. eod. l. fin.* Immo nec interdictum *de liberto exhibendo* habemus, neque id *Quod in loco ſacro factum eſt, reſtituatur*, cujus tamen meminit l. 2. §. 1. D. *de Interd.* & monente Accurſio, l. 2. §. 19. *Ne quid in loco publico.* G. O. R.

θεῖναι· ἢ [14] καὶ πολλάκις [r] τὸν υἱόν μου, ἢ τὸν ἔγγονον τὸν ὑπεξούσιον ἀποκρύπλεις, καὶ βούλομαι τούτους εἰς μέσον ἀχθῆναι.

volo: aut ſæpe filium quoque meum vel nepotem in *mea* poteſtate *conſtitutum* occultas, hoſque *ego* in medium produci volo.

Τινὲς δὲ λέγουσιν interdicta κυρίως ἐκεῖνα καλεῖσθαι, ἐν οἷς κωλύει [s] τι γίνεσθαι· ἐπειδὴ interdicere ἐστὶ τὸ προαγγεῖλαι [t] καὶ κωλύσαι· τὰ δὲ reſtitutoria καὶ exhibitoria οὐκ interdicta, ἀλλὰ decreta καλεῖσθαι, παρὰ τὸ decernere, ὅ ἐστι ψηφίσασθαι. Ἀλλ' ὅμως ἤρεσε, πάντα προσαγορεύεσθαι interdicta, quia inter duos dicuntur, ἐπειδὴ μεταξὺ [u] δύο τινῶν λέγεται. 355

Nonnulli tamen dicunt, interdicta proprie illa vocari, quibus quid fieri prohibet; quoniam interdicere ſit denuntiare ac prohibere: reſtitutoria vero & exhibitoria non adpellari interdicta, ſed decreta, a decernere, quod ſit cenſere & *ſtatuere*. Attamen placuit omnia vocari INTERDICTA, QUIA INTER DUOS DICUNTUR.

—— ηρεσε - - - factum] υποκειται τη in factum ὁ ζημιωσας.
—— ἀμαρταινοντα - - - ωδε εβαλον] ἁμαρτησαντα εδεσμευσα
—— οικῳ - - - των δεσμων.] φιλανθρωπευσαμενῳ, ειδως ὁτι φυγη, ανηκε των δεσμων. Ζητει κεφαλαιον κθ'. θεμ. β'.

XXXVIII.

* *Ex eod. tit.* DE INJURIIS §. 10.

Edit. noſtræ pag. 776. *cap.* 104.

Videtur quidem Nicæus in Scholio ad Baſilica, Tom. II. pag. 616. THi magis paraphraſin in brevius contraxiſſe, quam ipſas Inſtitutiones καλα πο- δα vertiſſe: ſed aut memoriter, aut liberius ſaltem hoc fecit, quam ut locum hic mereatur.

XXXIX.

Ex tit. DE INJURIIS IV: 4. §. 10. *cap.* 105.

Exſtat in SCHOL. BASIL. *Tom. IV. p.* 280. *Edit. Fabr.*

Σημειωσαι ὁτι το πλατος της νεαρας εχει, μεχρις Ιλλυριων· οἱ μετηνεγκαν, αντι

OBſerva, diffuſiorem Novellæ textum habere Uſque ad Illuſtres: qui

αντι Ιλλυστριων εθηκαν [2] Σπαθαριων· Ζητει βιβλ. ί. τυ Κωδικος τιτλ. λά. διαταξει ξέ. και εὑρησεις, ὁτι Κομης δομεστικων ιλλουστριος εστιν. Εν τη δὲ Δ. Ινστιτ. τιτ. 3 δ'. λεγει Ὁ ΘΕΟΦΙΛΟΣ, ὁτι ιλλυστριοι εισιν οἱ Πρωτοσπαθαριοι, και οἱ ὑπερβεβηκοτες αυτων, κατα την διαταξιν Ζηνωνος, ητις 4 υσα ις'. τιτ. κ'. βιβ δ'. τυ Κωδικος, κειται βιβ. κά. Βασιλικυ τῦ. ά. διατ. 5 λέ. Αναγνωθι νεαραν ρίζ. κεφαλ. δ'.

qui transtulerunt, pro Illuſtribus poſuerunt Spatharios. Quære Lib. X. Codicis tit. 31. conſtit. 65. & invenies, Comitem domeſticorum eſſe illuſtrem. Sed in quarta Inſtitutione tit. 4. ait THEOPHILUS, illuſtres eſſe Protoſpatharios, & qui eos ſupergrediuntur, ſecundum conſtitutionem Zenonis, quæ cum ſit 16. tit. 20. Libri IV. Codicis, poſita eſt Lib. XXI. Baſilici tit. 1. conſt. 35. Legito Novellam 117. cap. 4.

1. Novella eſt Juſtiniani CXVII. & cap. quidem 4. quod hoc Scholion cum aliis interpretatur.

2. Sic h. l. edidit Fabrotus, etſi in textu ipſo pag. 256. μεχρι Πρωτοσπαθαριων Græce ac Lat. habet: ſed Leuncl. in Synopſi μεχρι σπαθαριων habet, aſt nullum Scholion. Ego crediderim, hunc honorem ac titulum tempore THi nonniſi *Protoſpathariis* conceſſum, poſtea etiam ad *Spatharios*, prout novi tituli in dies ſolent vileſcere, productum fuiſſe.

3. Sic reſcribere audeo pro ά. quum Δ. & A. millies confundi, nemo paullo humaniorum ignoret. Pertinet enim procul omni dubio hoc fragmenti ad §. 10. cap. m. 105. Inſtit. *de Injuriis*, licet hodie apud THum deſideretur.

4. Imprudentem aberraſſe credo Scholiaſten non adeo quod citata ab eo lex, quæ eſt 16. Cod. *de Teſtib.* Juſtinianum habeat auctorem, ut docet Cujac. *Obſerv.* VIII. 13. & XIII. 38. quam ideo, quia d. l. de illuſtribus quidem agit, ſed qua teſtibus, non (quod hic locus requirit) quatenus injuriarum & agere & conveniri per procuratorem iis permittitur: atqui hoc Zeno conſtituit l. ult. Cod. *de Injuriis*, quæ poſita eſt L. LX. Baſil. tit. 21. (in Synopſi pag. 515. cap. 68. apud Fabr. T. VII. pag. 478. cap. 56.) quamque Zenonis conſtit. quin THus cum ſuo Imper. intelligat, nemo dubitare poteſt.

5. In Synopſi Leuncl. pag. 225. eſt cap. λζ'. 37. apud Fabr. Tom. II. p. 521. λθ'. 39.

XL.

* *Ex tit.* DE ACTIONIB. IV: 6. §. 2. *Edit. noſtræ pag.* 789. *cap.* 127-9.

Noſtrum in fine cap. 127. a verbis Ἑκαστῳ ἐναγων uſque ad medii cap. 129. verba, ἡ αἱρεσις του νεμομένου· deſcripſit Harmenop. II. 1. 53. variantes ad ipſum jam notavi THum.

XLI.

* *Ex eod. tit.* §. 12. *Edit. noſtræ pag.* 801. *cap.* 152.

Utrum Gloſſa Nomica, quæ quid *Album* ſit, deſcribit, e noſtro ſit deſumta, an contra ex Scholio in eumdem ſit illata, vide in notis AD THUM ſub litt. *i*.

XLII.

* *Ex pr. tit.* DE INTERDICTIS IV: 15. *Edit. noſtræ pag.* 888. *cap.* 347.

Quid in Gloſſis Nomicis hinc exſcriptum videatur, monui ad d. cap. ſub litt. *b*.

FRAGMENTA THEOPHILI

EX COMMENTATIONIBUS AD PRIORES TRES DIGESTORUM PARTES:

ET PRIMO AD TA ΠΡΩΤΑ.

I.

* *Ad l.* 2. DE HIS Q. SUI V. AL. JUR. *Lib. I. Dig. tit.* 6.

In textu BASILIC. *apud Leuncl. pag.* 42-3. SYNOPS. *aut Tom. II. pag.* 662. *Ed. Fabr.*

De h. l. vide quæ in Notis ad THum noſtrum pag. 82-3. diſſeruit Conſultiſſ. MEERMAN.

II.

Ad l. 4. DE PACTIS II: *tit.* 14.

Ex SCHOL. BASIL. *Tom. I. pag.* 751. *Ed. Fabr.*

Ὁ Φιλοξενος παρεθετο εν ταις νεαραις εξηγησιν ΘΕΟΦΙΛΟΥ λεγουσαν· Ἰνβεκτα μεν εστι τα βαστασζομενα, οἱον εσθης, χρυσος, αργυρος, βιβλια, και ει τι τοιουτον· Ἰνλατα, τα εμψυχα, οἱον βους, ἱππος, οικετης, και τα τοιαυτα

PHiloxenus in Novellis propoſuit expoſitionem THEOPHILI dicentem: INVECTA quidem ſunt, quæ geſtantur, velut veſtis, aurum, argentum, libri, & ſi quid ejuſmodi *eſt*; INLATA, animantia, velut bos, equus, ſervus, ac ſimilia.

Exponit hic THus verba d. l. 4. „placet in urbanis habitationibus locandis INVECTA ILLATA „ pignori eſſe locatori, etiamſi nihil nominatim „ convenerit": quæ Baſilici interpretes reddiderunt τα εισαχθεντα και εισκομισθεντα.

III.

Ad l. 4. *pr.* DE HIS QUI NOT. INFAM. III: 2.

Ex SCHOLIASTE *ipſius* THEOPHILI *ad fin. pag.* 417. *noſtræ Edit.*

Καὶ αυτος γαρ Ὁ ΘΕΟΦΙΛΟΣ εν τῳ ιδιῳ [1] *Indici* των πρωτων ου λεγει τους ηνιοχους αισχρα η ατιμα προσωπα.

ETenim ipſe THEOPHILUS in ſuo Indice των πρωτων non vocat aurigas turpes vel inhoneſtas perſonas.

1. Per *Indicem* ego intelligo argumenta & ſummaria legum; prout pluribus ad MYLII *Hiſtoriam THi*, ubi de aliis ejus ſcriptis agitur, adverſus Cujacium docebo.

IV.

Ad l. 75. DE PROCURAT. ET DEFENS. III. *tit.* 3.

1 Ὁ αγοραστης εν νομη γενομενος του πραθεντος αγρου 2 αυτῳ, τουτεστιν ωνηλαθων την τουτου νομην, απελειφθη, και 3 εξελθων τις εξεδικει τουτον αυτον τον αγρον· ὁ δε του απολιμπανομενου ωνουμενου λογους εκινησε προς τον πρατην του αγρου, ελθειν και δεφενδευσαι τον αγοραστην εκδικουμενου του αγρου· ὁ πρατης απαιτει τον ωνουμενον ratam rem emptorem habiturum. Το ζητουμενον, ει καλως αυτο απαιτει; Και απεκρινατο ὁ Ιουλιανος, λεγων ὁτι και παυυ. Εαν γαρ, φησι, μη λαβη την ratam rem, και συμβη αυτον ηττηθεντα, ὡς εικος, αποκαταστησαι τῳ 4 νικησαντι τον αγρον, επανερχομενου του αγοραστου και πειρωμενου τον αγρον εκνικησαι παρα του νικησαντος, και αναπαλαισαι το γεγονος, αναγκαζεται ὁ πρατης, δεφενδευσας δηλαδη τον απολιμπανομενον αγοραστην, αυθις γραφηναι και δεφενδευσαι τον κινησαντα περι του αγρου και νικησαντα, οια δεδωκως αυτῳ την ratam rem dominum habiturum, ὁτε τον αγρον εδεφενδευσεν· οιδας γαρ μαθων εκ του μ'. Διγ. ὁτι πας 5 αλιενομενε την in rem προσδεχομενος αναγκαζεται δουναι προς τη ιδικατη σολυι και την ratam rem. Καλως ουν ειρηται, ὁτι την ratam rem απαιτει ὁ πρατης του του αγοραστου ωνουμενου 6 ετερῳ λογῳ, ὁτι εκνικωμενου του αγρου καλεχεται τη εξ εμπτο η τη απο της δυπλας εκ στιπυλατυ. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης, το 7 rursus defendere προς αυτον ενοησε τον αγοραστην, ειπων ινα μη του αγοραστου επανιοντος και βουλομενου τον αγρον εκ του εκνικησαντος εκδικησαι και αναλαβειν, αναγκασθη ὁ πρατης παλιν αυτον δεφενδευσαι,

Ex Scholiis ineditis apud D. RUHNKENIUM.

EMtor in poſſeſſione factus agri ſibi venditi, id eſt, illius poſſeſſionem adeptus, peregre abiit; & veniens quidam vindicabat hunc eumdem agrum: ſed abſentis procurator adpellabat venditorem agri, ut veniret & emtorem agri, qui vindicabatur, defenderet: venditor exigebat a procuratore *cautionem*, ratam rem emtorem habiturum. Quæſtio *eſt*, num recte hoc exigat? Et reſpondit Julianus, dicens Quam maxime. Si enim, inquit, non acceperit cautionem Ratam rem, & evenerit ut victus, quod fieri poteſt, victori agrum reſtitueret, redeunte emtore ac tentante agrum revindicare a victore, & quod factum eſt reſcindere; cogitur venditor, qui ſcilicet abſentem defenderat emtorem, ſe denuo convertere & defendere petitorem agri ac victorem; ut qui *cautionem* Ratam rem dominum habiturum ei præſtiterit, quum agrum defenderet: noſti enim, te ex digeſto 40. [§. 2. *hujus tituli*] didiciſſe, quod quicumque alieno nomine *actionem* in rem excipit, cogatur præter *cautionem* Judicatum ſolvi, & *alteram* præſtare Ratam rem. Recte igitur dicitur, venditorem ab emtoris procuratore Ratam rem exigere *etiam* alia ratione, quod agro evicto *actione* ex emto teneatur aut duplæ ex ſtipulatu. Atqui THEOPHILUS beatæ memoriæ *verba* rurſus defendere de ipſo intelligebat emtore, dicens ut ne redeunte emtore ac volente agrum ab evictore revindicare & recipere, venditor cogatur eum rurſus defendere, id

δευσαι, τετε τι [8] δικαιολογιαν αυτε κινουντος χορηγησαι, και επι ακλογος εχρησατο τη δεφενσιονι.

est illo agente exceptionem suppeditare; atque *sic* de actore usus est *THus vocabulo* defensionis.

Ex litteris DAV. RUHNKENII V. D. 1747. mense Decembri ad me datis:

„ Sunt penes me inediti, multoque præstantissimi Commentarii Thalelæi, Anatolii, Theodori, Cyrilli, Stephani, & aliorum in Titt. D. *de Advocatis* sive *de Postulando*, & *de Procuratoribus & Defensoribus*. In his etiam THEOPHILUS laudatur, sed, quod doleo, ab Anonymo; cujus interpretationem l. 75. D. *de Procurat. & Defensor.* integram hic subjiciam". [Ego & versionem & notulas quasdam adjunxi. G. O. R.]

1. Sicuti hæc est Anonymi in d. l. 75. ampla paraphrasis & exegesis, ita eamdem brevius, nec tamen καλα ποδα versam, aut ullo Scholio illustratam, exhibet Synopsis Basilicorum pag. 105. & ipsa Basilica apud Fabr. Tom. I. pag. 427.

2. Ita legendum censeo pro αυτ.

3. Simplex ελθων malim. Gavellius noster optime conjicit: ἐξης ελθων.

4. Forte κινησαντι *actori*. Millies enim hæc verba confunduntur.

5. Facile quilibet hoc corrigat, ut & seqq. ιουδικατη.

6. και supplendum arbitror.

7. Verba sunt finalia Juliani in d. l. 75. Γ.

8. Ita legend. videtur pro δικαιολο. Ceterum Theophilinam h. l. sententiam quamvis facile defendendam mihi sumerem, tamen desino, tum quia ad Instit. non facit, tum quia forte Erud. Ruhnkenius hos Commentarios ineditos cum suo Harmenopulo vulgare ac notis illustrare in animo habet.

V.

Ad l. 57. *D.* DE HERÆDIT. PETIT. L. V. *tit.* 3.

SCHOL. BASILIC. *Tom. V. Edit. Fabr. pag.* 644.

Ὁ Ισιδωρος φησιν, ἁμα τους δυο προκαταξασθαι, και τον ἑνα αμελησαι. ΘΕΟΦΙΛΟΣ δε καλα διαφορους καιρους αυτους λεγει προκαλαξασθαι.

ISidorus ait, duos simul litem fuisse contestatos, & unum destitisse: THEOPHILUS autem diversis temporibus eos dicit litem contestatos fuisse.

VI.

Ad verba *sive ex incerto l.* 9. *pr.* DE REBUS CREDITIS. XII. *tit.* 1.

SCHOL. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. pag.* 249.

ΣΤΕΦΑΝΟΥ. Ὡς ενθα τις επηρωτησεν· ὁμολογεις διδοναι μοι τα εν κιβωτῳ· Δυναλον δε εστιν ειπειν, ὁτι και επι των ιν φακιενδο επερωτησεων δυναται τις, την του διαφεροντος ποσοτητα καθ' ἑαυτον διατιμησαμενος, κερτως κινειν· βλεπε γαρ, πως αδιαστικτως ὁ νομος ευθυς επιφερει λεγων· απο

STEPHANI. Velut quum quis stipulatus est, Promittisne dare mihi ea *quæ* in arca sunt. Potest autem dici, etiam in stipulationibus in faciendo *consistentibus* posse quem, quantitate ejus quod interest per se ipsum æstimata, certi agere. Vide enim, quam indistincte lex statim

πο παντος συναλλαγματος εξεστιν ἡμιν κερτως κινειν. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης φησιν, μητε αντι της ιν Φακιενδο επερωτησεως, μητε αντι της εξ εμπλο, ἡν ὁ αγορασης δυναται κινειν, κινεισθαι τον κονδικτικιον· καθο ἡ μεν ιν Φακιενδο επερωτησις καλα Φυσιν ινκερτα εστι· των γαρ [1] συναλλαγματων τα μεν καλα Φυσιν ινκερτα ειναι φησι, ὡς τας ιν Φακιενδο επερωτησεις· τα δε δια την των συναλλασσοντων αγνοιαν, ὡς ενθα τις επερωτα τα εν τη κιβωτῳ· και επι μεν των καλα Φυσιν ινκερτων ε φησι κινεισθαι τον κονδικτικιον· επι δε των, ὁσα μη καλα Φυσιν, αλλα δια την αγνοιαν των συναλλατλοντων, εστιν ινκερτα, κινεισθαι φησι τον κονδικτικιον. [2] Επι δε εξ εμπλο ὁ αγορασης ου καλως λεγει, σι παρετ δαρε· ουτε γαρ αναγκη τον πρατην δεσποτην ποιειν τον αγορασην, αλλα μονον αυτῳ τραδιτευειν αναγκαζεται το πεπραμενον, και επερωτασθαι την ωδι εκνικησεως δυπλαν. Ταυτα μεν ουν, ὡς ειπον, ΘΕΟΦΙΛΟΣ ὁ μακαριτης. Δηλον δε ὁτι το Φακλον επερωτησας ε δυναται δια τε κονδικλικιε αυτο ιδικως το Φακτον απαιτειν· ουτε γαρ ὁ αγορασης αυτο το πραγμα, ητοι το διαφερον, δια του κονδικλικιε τοι πραγην απαιτει· εκαλερον μεντοι αυτων διατιμησαμενος καλως τον κερτον κινει κονδικτικιον· Γενικως γαρ και αδιαστικλως φησιν ὁ Ουλπιανος, απο παντος συναλλαγματος, κερτε τε και ινκερτε, δυνασθαι ἡμας τον κονδικτικιον κερτον κινειν· ἑτερῳ δε λογῳ τον της πλες πετιτιονος κινδυνον ἑαυτῳ ωδιατιθησιν [3] ὁ τε το Φακτον επερωτησας και ὁ αγορασης.

statim inferat, dicens: ex Omni contractu licet nobis certi agere. Beatus tamen THEOPHILUS ait, neque pro ſtipulatione in faciendo *conſiſtente*, neque pro *actione* ex emto, quam emtor intendere poteſt, condictione agi: quatenus ſtipulatio quidem in faciendo *conſiſtens*, ſecundum naturam incerta eſt; namque contractuum quoſdam ſecundum naturam incertos eſſe ait, ſicuti ſtipulationes in faciendo conſiſtentes; alios propter contrahentium ignorantiam, ut ſi quis ſtipuletur quæ in arca *ſunt*: atqui in iis *qui* ſecundum naturam incerti *ſunt*, dicit condictionem non intendi; ſed in iis qui non ſecundum naturam, ſed propter contrahentium ignorantiam incerti ſunt, condictionem ait intendi. In actione *autem* ex emto emtor non recte dicit, Si paret dare: neque enim neceſſe *eſt* venditori, emtorem facere dominum, ſed cogitur tantum ei *rem* venditam tradere, & pro evictione duplam promittere. Hæc igitur, ut dixi, beatus Theophilus: ſed manifeſtum eſt, *eum* qui factum ſtipulatus eſt, non poſſe per condictionem ipſum ſpecialiter factum petere; neque *etiam* emtor ipſam rem, aut quod intereſt, per condictionem a venditore petit: alterutrum tamen horum æſtimans recte certi inſtituit condictionem. Generaliter enim & indiſtincte ait Ulpianus, ex omni contractu, & certo & incerto, poſſe nos condictionem certi inſtituere. Alia autem ratione plus petitionis periculum ſibi induit, tam *qui* factum ſtipulatus eſt, quam emtor.

1. Vide jam, quam inique carpſerint THum noſtrum ad pr. tit. *de V. O.* cap. 254.

2. Sic in margine Fabr. pro his ipſius textus verbis: Επειδη ὁ αγορασης καλως λεγει.

3. Sic recte Fabr. in marg. pro ὁτι.

[VII.]

Ad l. II. *pr. & l.* 15. DE REBUS CREDIT.

Schol. BASIL. *Tom. III. pag.* 258. & 271.

Quamquam Scholia ad has leges ſcripta ſunt, tamen quæ ex THo adlegant, ipſum ad l. 34. *Mandati* reliquiſſe ajunt; quare eo illa tranſtuli: vide Fragm. penult. & ult.

VII.

Ad l. 25. *D. eod.*

Schol. BASILIC. *Tom. III. Ed. Fabr. p.* 287.

Στεφανι. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης, το παρον ενερμηνευων διγεστον, [1] εις τας περσοναλιας αυτον ειπε προτιμασθαι· και τη μεν αληθεια το πριβιλεγιον εις τας περσοναλιας ὡς επι το πλειστον αγωγας αποτεινεται· ισθι δε, ὁτι και των ενυποθηκων προτιματα δανειστων, ὡς ὁ Ουλπιανος εν τῳ κ' βιβ. τιτ. δ' διγ. ε. φησιν, [2] [ητοι βιβ. κε. τιτ. ε. κεφ. ε.] ενθα πλατυτερον κειται τα περι τουτου. Αναγνωθι και την ηζ'. των μετα τον κωδικα, το γ'. αυτης κεφαλαιον.

STEPHANI. Beatus tamen THEOPHILUS, præſens digeſtum interpretans, in perſonalibus *actionibus* eum dicit præferri: & revera privilegium ad perſonales ut plurimum actiones extenditur. Scito autem, *eum* etiam hypothecariis præferri creditoribus, ut Ulpianus ait in L. XX. tit. 4. Dig. 5. [ſive L. *Baſil.* XXV. tit. 5. cap. 5.] ubi plenius *quæ* hac de *re agunt*, poſita ſunt. Legito quoque XCVII. *conſtitutionum* poſt Codicem *emiſſarum*, tertium illius caput.

1. Fabrotus vertit: *ait, ipſum præferri perſonales actiones habentibus.*

2. Quæ incluſi, ne credideris Stephani eſſe, ſed ejus qui Scholia compilavit. Ceterum in Baſilicis hodie hæc lex non exſtat.

VIII.

Ad l. 31. §. 1. *D. eod.*

Schol. BASIL. *Tom. III. pag.* 292.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ὁ μακαριτης [1] την νεγοτιορυμ γεστορυμ δε πεκυλιο δεδωκεν, ὡς τυ ορδιναριυ διοικησαντος τα τυ βονα φιδε νομεως πραγματα. Δυνατον δε εστιν ειπειν, ὁτι το ρητον τουτο δηλοι, ὁτι περιφασει της αγορασιας του βικαριυ, ἡν ορδιναριος εποιησατο, εζημιωθη ὁ καλη πιστει νομευς· τυχον γαρ προξενητη [2] δεδωκεν η συμβολαιογραφῳ η τελωνη, και δικαιον εστι τον βονα φιδε νομεα παθειν επι τουτοις το αζημιον. Ὁ μεντοι ημελεγος διδασκαλος ερμηνευων το ρητον, και ενταυθα και εν τῳ ιδ'. βιβ. τιτ. η. 3 κεφ. κ'δ. (κειται

BEatus THEOPHILUS *actionem* negotiorum geſtorum de peculio dedit, acſi ordinarius negotia bonæ fidei poſſeſſoris geſſerit. Sed dicere poſſumus, textum *ipſum* hoc ſignificare, quod per emtionem vicarii, quam ordinarius fecit, bonæ fidei poſſeſſor damnum fecerit: forte enim proxenetæ *aliquid* dedit aut tabellioni aut publicano, & æquum eſt, b. f. poſſeſſorem in his indemnitatem conſequi. Præceptor tamen noſter textum interpretans, & hic & in L. XIX. tit. 8.

(κειται γαρ επι λεξεως εκεισε το θεμα) ου τον ορδιναριον, αλλα τον βικαριον θεματιζει διοικησαντα τα τυ βουα φιδε νομεως πραγματα· και δοκει πως ἡ τοιαυτη ζητησις ἁρμοζειν τῃ 4 ακολυθια του ρητυ· ωδε γαρ του βικαριου λεγομενου ὁ Παυλος και λεγων, δυνασθαι αυτον κονδικτικευεσθαι, μηδεν μεσον ειπων, επηγαγεν ευθυς, ὁτι ει τι δε και ὁτος διοικησας εζημιωσε τον βουα φιδε νομεα, 5 τυτ' εστιν ὁ βικαριος, ωδε ου και ὁ λογος εστιν ἡμιν.

tit. 8. cap. 24. (namque ibi ad verbum exſtat hic verſiculus) non ordinarium ponit, ſed vicarium adminiſtraſſe bonæ fidei poſſeſſoris negotia. Et videtur quodammodo hæc quæſtio conſequentiæ textus convenire: nam Paulus de vicario diſſerens ac dicens, poſſe eum condici, nec quidquam medium *inter*loquens, ſtatim ſubjecit, ſi quid autem & hic adminiſtrans bonæ fidei poſſeſſorem læſerit, id eſt vicarius, de quo etiam ſermo nobis eſt.

1. Pertinet hoc Scholion ad verba: *ſi quid mihi abeſſet ex negotio, quod is geſſiſſet, invicem me tecum acturum.*
2. Forte excidit τι.
3. Deſideratur hodie in Baſilicis, quum hic liber XIX. inter deperditos ſit; ſed in Dig. lex eſt 24. §. 1. *de Action. emti.*
4. Ακολυθεια edidit Fabrotus.
5. Sed hoc eſt, quod quæritur; atque adeo nihil probat.

IX.

Ad l. 31. §. 1. *f. Dig.* DE REB. CRED.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Ed. Fabr. p.* 295.

ΣΤεφανυ. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεν ὁ μακαριτης ὁτω φησιν, ὁτι το αυτο εστιν, ει μη τις σοι τῃ αληθεια δεσποτῃ ὁ πρατης ωδοδωκε τον βικαριον, αλλ' εμοι τῳ βουα φιδε νομει, καθα δηλονοτι τεθεματιται. Και ἑτεροις δε τισι το παρον εξηγησαμενοις διγεστον, καλως εχειν ἡ τοιαυτη ωδοδοσις εδοξεν. Ανωτερω γαρ ὁ Παυλος ειπων, ουκ αλλως[1] ὁ προς την αληθειαν δεσποτης καλεχεται τῃ εξ εμπλο, και αναγκαζεται τραδιτευειν αυτῳ τον βικαριον, ει μη τελειον λαβῃ το τιμημα, ἱνα μη τις εκ τυτυ νομισῃ, τοτε χωραν εχειν το ειρημενον, ὁτε ὁ πρατης τον Παμφιλον εχει παρ' αυτῳ, και δυναται αυτῳ τραδιτευειν, εναγομενος τῃ εξ εμπλο· εικοτως επηγαγε· ταυτον εστιν, ει και τῳ βουα φιδε νομει τυτον ετραδιτευσεν, ως τεθεματιται, και ἑτοιμως εχει τον ινδεβιτον εκχωρησαι κονδικτικιον τῳ ωδε της αληθειας δεσποτῃ· και ὁτω γαρ ουκ αλλως τῃ εξ εμπλο κατεχεται εις εκχωρησιν τυ ινδεβιτυ

STEPHANI. Beatus quidem THEOPHILUS ſic ait, idem eſſe, & ſi non tibi vero domino venditor vicarium tradidit, ſed mihi bonæ fidei poſſeſſori, ſicuti ſcilicet *hic* proponitur. Et aliis quibuſdam præſens digeſtum exponentibus, recte *ſe* habere talis traditio videtur. Supra enim Paulus quum dixiſſet, vero domino venditor *actione* ex emto non aliter tenetur, nec vicarium ei tradere cogitur, niſi ſolidum accipiat pretium, ne quis inde exiſtimaret, tunc locum habere *quod* dictum *fuerat*, quum venditor Pamphilum penes ſe habet, eumque tradere illi poteſt, conventus *actione* ex emto; merito adjunxit: Idem eſt, etſi eum bonæ fidei poſſeſſori tradidit, uti *hic* proponitur, & paratus eſt indebiti condictionem vero domino cedere: nam ſic quoque haud aliter *actione* ex emto tenetur ad cedendam ſcilicet in-

δεβιτϱ δηλονοτι κονδικτικιϱ, ει μη λαβη τελειον το τιμημα. Ὁ μεντοι ἡμετερος διδασκαλος ϱ̓τω το παρον εξηγησατο διγεϛον, ειπων· το αυτο ϵϛιν, ει και αυτῳ τῳ βονα φιδε νομει ὁ πρατης απελθων κατεβαλε τϱ̓ς πεκϱλιαριϱ̓ς νμμϱ̓ς, ϱ̓ς ὁ ορδιναριος αυτῳ δεδωκεν ὑπερ της τϱ̓ βικαριου τιμης. Κ. Τ. Λ.

indebiti condictionem, niſi ſolidum acceperit pretium. Præceptor tamen noſter præſens digeſtum ſic exponebat, dicens: Idem eſt, etſi ipſi bonæ fidei poſſeſſori venditor veniens ſolverit peculiares nummos, quos ordinarius ei dederat pro vicarii pretio. *ETC.*

1. Mirum eſt, Fabrotum non animadvertiſſe, hanc lectionem vitioſam eſſe, nec ſuſtineri poſſe. Ego lego ac verto: ὁ πρατης τῳ πϱ̓ϱ̓ς την αλ. δισπετῃ, ut ſenſus clamat.

X.

Ad l. 35. *D.* DE REBUS CREDITIS. *Schol.* BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 298.

Στεφανϱ̓. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεν ὁ μακαριτης ϱ̓τως εθεματισεν, απαλοιφας δεξαμενον το γϱ̓αμματειον, η αλλως γενομενον αμφιβολον. Δυνατον δε και αλλως ειπειν· οἱον, ὁτι παρεθεμην το γϱ̓αμματειον Τιτιῳ· ειτα βϱ̓ληθεις κατα τϱ̓ εμϱ̓ κινησαι δεβιτορ, ωχλησα Τιτιῳ χαριν τϱ̓ γϱ̓αμματειϱ̓, και ερραθυμησε και εκακϱ̓ργησε τϱ̓το μοι ϖϱ̓οσχειν· και εντευθεν συνεβη τον χρεωϛην ελευθερωθηναι. Κ. Τ. Λ.

STEPHANI. Beatus quidem THEOPHILUS ſic poſuit caſum, lituras accepiſſe ſcripturam, aut aliter ambiguam factam. Poteſt autem & aliter dici: veluti, me inſtrumentum depoſuiſſe apud Titium; deinde adverſus debitorem meum agere volens, Titium inſtrumenti nomine conveni, & *is* ceſſavit ac malitioſe neglexit illud mihi reſtituere: atque inde evenit, ut debitor liberaretur. *ETC.*

XI.

Ad l. 40. *f. eod.* *Schol.* BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 310.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεν ὁ μακαριτης ὁυτως εθεματισε, τον επι ιϱ̓δικατον σολβι δοθεντα εγγυητην απαιτϱ̓μενον μετα καλαδικην τϱ̓ ϱ̓εϱ̓, και τϱ̓ς απο τϱ̓ καιϱ̓ου της ϖϱ̓οκαταρξεως καρπϱ̓ς, καν μη τϱ̓το συνεδοξεν ιδικως. Ἑτεροι δε το παρον ἑρμηνευοντες και εξηγϱ̓μενοι διγεϛον, [1] ἀφ᾽ συμφωνων ιδικως εκφωνηθηναι ειρηκασιν, επι τοις καρποις ανακλασθαι την επερωτησιν, και τϱ̓ς απο της σημερον ἡμερας τϱ̓ συναλλαγματος απαιτεισθαι καρπϱ̓ς. Κ. Τ. Λ.

BEatus quidem THEOPHILUS hunc caſum poſuit, a fidejuſſore dato in *cautione* judicatum ſolvi, poſt condemnationem Rei, etiam fructus peti a tempore litis conteſtatæ, etſi hoc ſpecialiter non convenerit. Alii vero hoc digeſtum interpretantes & exponentes, dixere per pactum ſpecialiter expreſſum eſſe, ut in fructibus ſtipulatio retrotrahatur, & fructus ab hodierno contractus die petantur. *ETC.*

1. Lego ἀφ᾽ συμφωνϱ̓. Fabrotus ſequentia liberrime vertit: *id ſpecialiter actum, ut fructus retro deberentur ex die contractus.* Sed quid prodeſt, ſi Græca ſimul edas, hujuſmodi verſio ei, qui Græca haud intelligit? Qui autem intelligit, verſione haud indiget.

XII.

XII.

Ad l. ult. §. 1. D. de Reb. cred.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 319.

ΣΤΕΦΑΝΟΥ. Τϐτ' ϵϛιν, ἱνα ειπῃς οὑτως, Ὁμολογω φϱοντιζειν δοθηναι σοι δϵκα νομισματα. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μϵντοι ὁ μακαριτης οὑτως ἑρμηνευϵι το θϵμα, ὁτι ϵμϐ βϐληθϵντ@ δανϵισαι τινι, χαι αποϱϐνλος ϵι ϵϛιν αξιοχϱϵως, ἱνα τϐτῳ δανϵισω, συ ϵπηρωτηθῃς μοι λϵγων, Ὁμολογω φϱοντιδα θϵσθαι σϐ [1] ϵπι τοις ί. νομισμασι· χαι ἀφ' τϐτο φησιν, ϐ δυναμαι κινησαι κατα σου χαι λϵγϵιν· Ει φαινϵται [2] σοι χϱηναι δϐναι μοι νομισματα δϵκα· ϵπειδη ϵιτϵ 3 θϵλησῃς συ δανϵισασθαι ταυτα, χαι το ασφαλϵς μοι ποιησασθαι ϵπ' αυτοις, ϵιτϵ ϵυποϱον αγαγῃς δϵβιτοϱα, ϵλϵυθϵϱωθησῃ της ϵπϵϱωτησϵως· χαι ϵκ τϐτϐ φησιν ὁ Λαϐεων, μητϵ αναγκαζϵσθαι σϵ το δικαστηϱιον ὑποδϵξασθαι, ϵαν προσφϵϱῃς μοι τινα πλϐσιον ἑτοιμως ϵχοντα ταυτα δανϵισασθαι. Καλλιον δϵ την πϱωτην ἑρμηνϵιαν 4 ειπϵιν.

STEPHANI. Id eſt, ut ita dicas: Promitto *me* curaturum dari tibi X. aureos. Beatus tamen THEOPHILUS hunc verſiculum ſic interpretatur, me volente alicui credere, ac dubitante an idoneus eſſet, ut ei crederem, te promiſiſſe mihi dicentem, Promitto *me* curam tui habiturum, *quantum* ad aureos X. ideoque ait, non poſſe me adverſus te agere & dicere: ſi paret, te dare mihi oportere aureos X. quandoquidem, ſive tu eos volueris mutuos accipere, & ſecuritatem de iis mihi procurare, ſive locupletem debitorem dederis, ſtipulatione *illa* liberaberis. Et ideo ait Labeo, neque cogi te judicium accipere, ſi adducas mihi quemdam divitem, *qui* paratus *ſit* illos *X. aureos* mutuos ſumere. Melius autem, priorem interpretationem . . . .

1. Sic Fabr. in margine pro ϵπει; ſed nimis libere vertit: *me curaturum, ut decem tibi dentur.*
2. σϵ reſtituendum eſt.
3. Sic reſcribo pro vulgato θϵλησϵις.
4. Suſpectum mihi. Gavellius conjicit απϵιπϵιν *rejicere.*

XIII.

Ad l. 9. §. 2. D. de Jurejurando XII. tit. 2.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 147.

ΕΙ δϵ μϵλα τον ὁρκον [1] ϐ κινηθησϵται κατ' αυτϐ ἡ πϱωτοτυπος αγωγη, αλλ' ἡ απο τϐ ὁρκϐ ιμφακτος, ϐκ ατιμωθησϵται. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μϵν ὁ μακαριτης ϵθϵματισϵν [2] ϵξω δικαστηϱιϐ δοθϵντα τον ὁρκον, χαι μϵλα ταυτα ϵξ αγνωμοσυνης τϐ ϵπϵνϵγκοντος κινηθϵισαν κατ' αυτϐ την μανδατι τυχον ἡ την δϵποσιτι· χαι μϵτα τον ὁρκον γαϱ και το τϵχθηναι την ιν φακτϐμ, μϵνϵι ϐδϵν ἡττον ἡ πϱωτοτυπος αγωγη Φυλαττομϵνη, ὡς ϵϛι μαθϵιν ϵξ ὡν ὁ Παυλ@ ϵν τῳ λ'. διγ. του παϱ-

QUod ſi poſt jusjurandum non principalis actio, ſed in factum *actio* ex jurejurando adverſus eum movebitur, non infamabitur. Beatus quidem THEOPHILUS poſuit jusjurandum *eſſe* datum extra judicium, & poſtea ex perfidia deferentis adverſus eum motam mandati forte *actionem* aut depoſiti: namque poſt jusjurandum quoque & *poſt* natam in factum actionem, manet nihilominus ſalva actio principalis, ut ex iis diſcere

παροντος τιτλυ φθασας φησιν. Ἕτεροι δε φασιν, ὁτι της μανδατι τυχον η της δεποσιτι κινηθεισης, ὁρκος εν αυτῳ τῳ δικαστηριῳ εδοθη, και αντι αποδειξεως πασης δεξαμενος τον ὁρκον ὁ δικαστης καλεδικαζε· και ὡτω γαρ ατιμουσθαι τον καταδικασθεντα φασιν, επειδη ὁλως ετυχεν ἡ πρωτοτυπῳ αγωγη κινηθεισα 3. K. T. Λ.

1. υ ex margine Fabrotiano & bono ſenſu interpoſui.

2. Fabr. in marg. habet: *Sic MS. & infra* Οιμαι εκ &c. Ad hæc enim verba εξω δικαστηριυ aliud pag. 148. Scholion legitur, incipiens: Οιμαι εκ τυτυ λαβειν αφορμην εν δικαστηριῳ νυν την τυ ὁρκυ επιλογην. κ. τ. λ. *Puto ex hoc occaſionem cepiſſe jurisjurandi electionem, quæ nunc in judicio frequentatur.* Etc.

3. In ieqq. legem potiſſimum 30. ejuſd. tit. explanat.

diſcere eſt, quæ Paulus in dig. 30. præſentis tituli diſſerit. Alii vero dicunt, mandati forte aut depoſiti *actione* inſtituta, jusjurandum in ipſo datum eſſe judicio, & judicem, accepto pro omni probatione jurejurando, condemnaſſe: namque & ſic infamari ajunt condemnatum, quoniam omnino principalis actio mota fuit. *ETC.*

XIV.

Ad l. 9. §. 4. *D.* DE JUREJUR. *Schol.* BASIL. *Tom. III. pag.* 149.

Στεφανυ. [1] Κατα τυτο αυτο, καθο νεος ων, και δυναμενος αποδειξεσι χρησασθαι, τυτο μεν ουκ εποιησεν, επηγαγε δε ὁρκον. Θεοφιλος μεντοι ὡτως ενοησε, κατα τυτο αυτο, τυτ' ἐστι τῃ τυ ὁρκυ επιφορᾳ· ουδε γαρ εδει με, φησι, τον ὁρκον επαγαγειν ανθρωπῳ επιορκῳ· αμεινον δε τον ὁρκον δια την ἡλικιαν νοησαι, ὁτι δυναμενος αποδειξεσι χρησασθαι, ουκ εχρησατο, αλλ' ὁρκον επηγαγε. Βλεπε γαρ, τι επιφερει ὁ Ουλπιανῳ, ὁτι υ πας νεος ηδη και ἐγγραφεσθαι δοκει κατ' αυτο τυτο, καθο νεος ἐστιν. Ἕτερον ἐστιν επι πυπιλλυ· βοηθειται γαρ αδιαστικλως ὁ ανηβος, ὁρκον επαγαγων δικα της αυθεντιας τυ επιτροπυ, ὡς ὁ Παυλος εν τῳ ἰζ. διγ. φησιν.

STephani. HOC IPSO, quod quum minor eſſet, & probationibus uti poſſet, id quidem non fecit, ſed jusjurandum detulit. THEOPHILUS tamen ſic intelligebat, HOC IPSO, id eſt jurisjurandi delatione; nec enim, inquit, oportebat me homini perjuro jusjurandum deferre: melius autem jusjurandum propter ætatem intelligere, quod quum probationibus uti poſſet, non uſus eſt, ſed jusjurandum detulit. Vide enim, quid Ulpianus ſubjiciat, non omnem minorem ſtatim videri circumſcriptum eo ipſo, quod minor ſit. Aliud eſt in pupillo: namque impubes indiſtincte adjuvatur, jusjurandum deferens ſine auctoritate tutoris, ut Paulus ait in dig. 17.

1. Vel hinc adparet, Stephanum ac THum ad ipſa Digeſta ſcripſiſſe, in quibus legitur *hoc ipſo*, quum Baſilicorum verſio verba κατα τουτο αυτο ignorent.

XV.

Ad l. 11. §. 1. *D.* DE JUREJURANDO. *Schol.* BASILIC. *Tom. III. pag.* 155-6.

Σημειωσαι ὁτι ἡ ιμ φακτυμ απαιτει και καρπυς και γονας και τοκετον· απαιτει δε και τυς μετα τον ὁρκον ληφθεντας κα-

OBſerva, in factum actionem exigere & fructus & fetus & partum: ſed & exigere fructus poſt jusjurandum per-

καρπους· ὁ γαρ ὁρκος μιμειται τὴν καταρξιν· οὕτω γαρ και Θεοφιλος ὁ μακαριτης ενοησεν. Ἕτεροι μὲν τινες οὕτως ενοησαν, ὁτι μετα το ἅπαξ επινεχθηναι τον ὁρκον, ἀποδιδονται οἱ ὁτε δηποτε ληφθεντες καρποι και γοναι και τοκετοι· μειζονα γαρ αὐθεντιαν δικαστικης ἀποφασεως ἐχειν τον ὁρκον, ὡς φησιν ὁ Παυλος ἐν τῳ β'. διγ.

perceptos: nam jusjurandum imitatur litis conteſtationem: ſic enim & beatus THEOPHILUS intellexit. Quidam tamen alii ſic intellexerunt, quod poſt delatum ſemel jusjurandum, reddantur quandocumque percepti fructus & fetus & partus: majorem enim auctoritatem *præ* judiciali ſententia habere jusjurandum, ut ait Paulus in dig. 2.

XVI.

Ad l. 28. §. 8. *D.* DE JUREJURANDO. *Schol.* BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 176.

Στεφανου. Ἐγω μὲν ἐθεματισα τινα δεφενσορα μη δεδωκοτα την ιδικατουμ σολυι. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης αὐτον ὑποτιθεται τον δεφενσορα δεδωκοτα την ιδικατυμ σολυ· και ἐχει λογον ἡ τοιαυτη παραδοσις· [1] και γαρ ἐμφαινει το ζητον, ὁτι της ιδικατι [2] κινουμενης ὡμοσεν ὁ ἐναχθεις μη καλαδεδικασθαι. Ἀλλ' ὁν και ὁ δεφενσωρ, τουτ' ἐστιν ὁ δικα μανδατυ δεφενδευων, δεδωκως ἱκανον ἐναγεται τῃ ιδικατι, ὡς ἐγνως ἐν τῳ δε ΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΙΚΟΙΣ διγ. ξά. Παυλυ ρητῳ [3] [ητοι βιβλ. ἡ. τιτ. β'.] Κ. Τ. Λ.

STEPHANI. Ego quidem poſui quemdam defenſorem non *ſatis* dediſſe judicatum ſolvi. Beatus vero THEOPHILUS ipſum ſupponit defenſorem *ſatis* dediſſe judicatum ſolvi: & rationem habet hujuſmodi traditio *ſive doctrina:* nam & textus oſtendit, mota judicati *actione* juraſſe *reum* conventum, *ſe* non eſſe condemnatum. Ideo autem & defenſor, id eſt qui ſine mandato defendit, ſi ſatiſdederit, judicati *actione* convenitur, uti cognoviſti in *tit.* de Procuratoribus dig. 61. textu Pauli, [ſive *Baſilic.* Lib. VIII. tit. 2.] *ETC.*

1. Sic in margine habet Fabr. pro ει γαρ.
2. Et ſic ibid. Fabr. pro κειμενης.
3. Quæ parentheſi incluſi, non ſunt ipſius Stephani, ſed ejus qui hæc Scholia compilavit; ut alias forte oſtendam.

XVII.

Ad l. 28. §. 9. *D.* DE JUREJURANDO. *Schol.* BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 177.

Ἴσως γαρ ἐπ' αὐτοφωρῳ καταλαβων ὁ δεσποτης τον κλεπτην, ηδυνηθη το πραγμα λαβειν, η ἀλλως ἐδεξατο της τοτυ νομης, η ope conſilio ὁ κλεπτης γεγονεν ἐνοχος, ὁπερ μαλιστα συναδει τοις εἰρημενοις τῳ Ουλπιανῳ ἐν τῳ ἑξης βιβλιῳ τιτ. ά. διγ. γ'. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης οὕτω φησι· Τι γαρ, ὁτι ουκ ην δεσποτης τυ πραγματος ὁ ὀμοσας την κλοπην ὑποστηναι· μονῳ δε

FOrte enim in ipſo facto furem deprehendens dominus potuit rem recipere, vel aliter ejus poſſeſſionem adeptus eſt, vel fur ope conſilio ſefe obligavit, quod maxime convenit iis, quæ dicta ſunt *ab* Ulpiano in ſequenti libro, tit. 1. dig. 6. Beatus tamen THEOPHILUS ſic ait: Quid enim, ſi rei non erat dominus, qui juravit furtum *ſe* paſſum eſſe: ſoli autem domino condictio furtiva

δε δεσποτη διδοται ὁ φερτιβος κονδικτικιος· δηλον δε ὁτι και κληρονομῳ αυτε, ὡς ὁ Παυλος εν τῳ ἑξης βιβ. τιτ. ά. διγ. ιά. 1 [ητοι βιβλ. ξ'. τιτ. ί.] Κινει δε αυτον και ὁ δανειστης, ιγκερτως μεντοι, ὡς ὁ 2 Παυλος αναφερει λεγοντα τον Νερατιον εν τῳ αυτῳ βιβ. και τιτ. διγ. ίβ. 3 τετε τε τιτλε.

tiva datur: certe autem & heredi ejus, ut Paulus in ſequenti libro *ait*, tit. 1. dig. 11. [ſive libro *Baſilic.* 60. tit. 10.] Hanc quoque inſtituit creditor, ſed incerti, uti Paulus refert dixiſſe Neratium in eod. lib. & tit. dig. 12. hujus tituli.

1. Quæ incluſi, non ſunt ipſius auctoris, ſed compilatoris Scholiorum ad Baſilica.

2. Ulpianus, non Paulus, citatæ legis 12. *de Condict. furt.* auctor perhibetur & in Latino Juris Civ. corpore, & in Baſilicis. Ait autem Ulpian. *Neratius libris membranarum Ariſtonem exiſtimaſſe refert.*

3. Corrupta hæc ſanare neſcio.

XVIII.

Ad l. 30. §. 2. *D.* DE JUREJURANDO. *Schol.* BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 180.

Στεφανου. Θεοφιλος μεν ὁ μακαριτης ρεπυδιῳ εθεματισε λυθεντα τον γαμον, και ειπε μετα την υπεξαιρεσιν των νεκεσσαριων δαπανηματων τα δεκα νομισματα λαβειν την γυναικα, την ομωμοκυιαν ταυτα λογῳ φερνικος επιδεδωκεναι· εθεματισε δε παντως τη κυλπᾳ τε ανδρος λυθεντα τον γαμον, η βονᾳ γρατιᾳ, ηγεν αγαθῃ χαριτι· ει δε κυλπᾳ της γυναικος διελυθη ὁ γαμος, εξεπιπλε της οικειας προικος, και ου χωραν ειχε τα ειρημενα. Τετο μεν ευ, ὡς ειπον, ει ρεπυδιῳ διελυθη ὁ γαμος. Δυνατον δε και τελευτη θεματισαι λυθεντα τον γαμον, και ειπειν ὁτι συνεστωτος τε γαμε γεγονε τις αμφισβητησις και ἁψιμαχια μεταξυ τε ανδρος και της γυναικος φερει της φερνικος, και ωμοσεν ἡ γυνη, τε ανδρος επαγαγοντος αυτῃ τον ὁρκον, ὁτι τα δεκα νομισματα λογῳ φερνικος επιδεδοται παρ' αυτης. Κ. Τ. Λ.

Stephani. Beatus quidem THEOPHILUS matrimonium poſuit repudio ſolutum, aitque, poſt deductionem impenſarum neceſſariarum decem aureos conſequi mulierem, quæ juravit *ſe* eos dotis nomine dediſſe: poſuit autem omninò matrimonium culpa viri aut bona gratia fuiſſe diſſolutum: quod ſi mulieris culpa matrimonium fuiſſet ſolutum, dote ſua excideret, neque locum haberent, quæ dicta ſunt. Hoc igitur, ut dixi, ſi matrimonium repudio ſit ſolutum. Poſſumus autem & fingere, matrimonium morte *alterutrius* ſolutum eſſe, & dicere, conſtante matrimonio aliquam controverſiam & jurgium virum inter & uxorem de dote exſtitiſſe, & juraſſe mulierem, viro jusjurandum ei deferente, decem aureos dotis nomine ab ſe datos fuiſſe. *ETC.*

XIX.

XIX.

Ad l. 32. *D.* DE JUREJURANDO.

ΣΤεφανυ. Τυτο νοησον, ει [1] [μη] μετα της αυθεντιας τυ επιτροπυ τον ὁρκον ϖαραχωρει, μεθ' ὑ και δυναται την αρχην ὁρκον επαγειν. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης φησι, μη δυνασθαι τον πυπιλλον τον ὁρκον ϖαραχωρειν, καὶν παρην ὁ επιτροπος αυτῳ την αρχην, ὁτι υτε δυναται επαγειν τον ὁρκον, ει μη εν απορια πασης αποδειξεως, ὡς ὁ Παυλος εν τῳ λέ. διγ. φησι· πως υν ὁ μητε επαγαγειν ὁρκον ῥαδιως δυναμενος, δυναται τον επενεχθεντα ὁρκον ϖαραχωρειν;

Schol. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 184.

STephani. Hoc intellige, niſi cum tutoris auctoritate jusjurandum remittat: quicum & ab initio jusjurandum deferre poteſt. Beatus tamen THEOPHILUS ait, non poſſe pupillum remittere jusjurandum, etſi ab initio tutor ei adſit, quia nec jusjurandum deferre poteſt, niſi in penuria omnis probationis, ut Paulus in dig. 35. dicit. Quomodo ergo qui nec jusjurandum facile poteſt deferre, poterit jusjurandum delatum remittere?

1. Ita in margine ſupplet Fabrotus.

XX.

Ad l. 10. *pr. f. D.* DE CONDICT. FURT. L. XIII: *tit.* I.

ΘΕς γαρ, οικετην οντα τον κλαπεντα η και ἑτερον ζωον, και τυτο αναιρεθηναι ὑϖο τυ κεκλοφοτος, μελλοντος ὁσον υπω καταλαμβανεσθαι. Οιδας δε μαθων εν τῳ ά. τιτ. της Δ. των Ινστιτυτων, ὁτι μανιφεστος εστι κλεπτης υ μονον ὁ [1] καταληφθεις, αλλα και ὁ θεαθεις μετα τυ πραγματος εν τῳ οικῳ η εν τῳ πυλωνι η ϖεριφραγματι η ἁπλως εν οἱῳ δηποτε τοπῳ, πριν η το πραγμα αποθηται, ενθα και σκοπος ην αυτῳ αποθεσθαι. ΘΕΟΦΙΛΟΣ μεντοι ὁ μακαριτης [2] το *occidiſſe* ϖρος αυτον ενοησε τον την κλοπην ὑϖομεμυηκοτα, ειπων· ὁτι ὑϖοθεσις, τον κλεπτην εϖ' αυτοφωρῳ καλαληφθεντα ϖεφονευκεναι τον καλαλαβοντα αυτον. Σημειωσαι εκ τυτυ, ὁτι ενεχεται ὁ κλεπτης, καὶν φθαρῃ, ὁ εκλεψεν, η τυχηρως η εξ αιτιας αυτυ.

Schol. BASILIC. *Tom. VII. Edit. Fabr. pag.* 261.

POne enim, ſervum eſſe qui ſubreptus ſit aut aliud animal, idque a fure interemtum, qui tantum non comprehenſus fuiſſet. Didiciſti autem in I. tit. IV. *L.* Inſtitut. manifeſtum eſſe furem non modo *eum qui* comprehenſus *eſt*, ſed & *qui* viſus *eſt* cum re in domo aut in veſtibulo aut *in* ſepto aut ſimpliciter in quocumque loco, antequam rem depoſuerit, ubi & propoſitum ei erat deponere. Beatus tamen THEOPHILUS *verbum* Occidiſſe de eo ipſo intelligit qui furtum fuit paſſus, dicens: quod ſupponatur, furem in facto deprehenſum occidiſſe deprehendentem. Obſerva hinc, teneri furem, etiamſi corruptum ſit, quod clepſit, aut caſu, aut culpa ejus.

1. Ita reſtituo pro καλαλειφθεις, *relictus.*

2. Hoc loco fateor, me cum THo non facere.

XXI.

XXI.

Ad l. 4. *pr. D.* DE IN LITEM JURANDO.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fab. p.* 212.

Στεφανι. Θεοφιλος μεντοι ὁ μακαριτης την τετελαε κινεμβην καλα τινος των επιτροπων εθεματισεν, ανηβε ετι τυγχανοντος τε πεπιλλε· και δυνατον μεν ετως ειπειν· θες γαρ ὁτι πολλων επιτροπων, εις εξ αυτων η ὡς ἐωπλος απεκινηθη της επιτροπης, ὁπερ και Δωροθεος ὁ μακαριτης φησιν· η ἑως καιρε τυχον ετυχε δοθεις, και τε χρονε ωδραμοντος επαυσατο ειναι επιτροπος· συμβαινει γαρ επι τουτων των θεματων, την τετελαε κινεισθαι, και ανηβε ετι τυγχανοντος τε ορφανε. Κ. Τ. Λ.

STephani. Beatus tamen THEOPHILUS poſuit, motam *fuiſſe* tutelæ actionem adverſus aliquem tutorum, impubere adhuc pupillo; & ſic quidem dicere poſſumus: pone enim quum multi eſſent tutores, unum ex iis vel ut ſuſpectum *a* tutela eſſe remotum, quod & beatus ait DOROTHEUS; aut ad tempus forte datum fuiſſe, & tempore elapſo tutorem eſſe deſiiſſe: in his enim caſibus evenit, ut tutelæ agatur, impubere etiam adhuc pupillo. *ETC.*

XXII.

Ad l. 4. §. 3. *D.* DE IN LITEM JURANDO.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Ed. Fabr. p.* 213-4.

--- Και το μεν εκ μεγαλης αιτιας θεματιζων ετως ειπε· τι γαρ ὁτι καλα τινος των μεχρις ευπορειας καλαδικαζομενων τις κινων, ωμοσε σ'. νομισματων αξιον ειναι το πραγμα, ωφει ε εκινησεν· αλλα μετα τον ὁρκον ὁ εναχθεις ευρεθη μονα νομισματα ν'. η και μηδεν [1] εχειν εν ωσιαι ---- Το δε, η αποδειξεων υστερον ευρεθεισων, ουτως ειπε· τι γαρ [2] [ὁτε] ωμοσε τις αξιον ειναι το πραγμα ρ' νομισματων, και ευρεθη μονον αξιον δεκα νομισματων· τυχον γαρ εμαρτυρησαν τινες, ες ηγαγεν ὁ ακτωρ, αυτο το πραγμα, ωφει ε εκινησεν, ι'. νομισματων πωλησαι, η εις επιδοσιν ωφικος ἀγατιμηθεν αυτο δεκα νομισματων· και απλως, δι' εναργων αποδειξεων εδειχθη τετο αυτο. Ισθι δε, ὁτι ΘΕΟΦΙΛΟΣ ὁ μακαριτης το εκ μεγαλης αιτιας, και το αποδειξεων ευρεθεισων, εν ουδεμια διαφορα εποιησατο· αλλα το αποδειξεων ευρεθεισων ωφος ἑρμηνειαν εδεξατο του εκ μεγαλης αιτιας,

--- ET illud quidem EX MAGNA CAUSA ſic interpretans dicito: quid enim? ſi quis adverſus quemdam eorum agens, qui pro facultatibus condemnantur, juravit aureis cc. dignam eſſe rem, de qua agebat: ſed poſt jusjurandum *reus* conventus comperitur ſolos aureos L. aut nihil etiam in patrimonio habere. ..... Hoc autem, POSTEA REPERTIS PROBATIONIBUS, ſic dicito: quid enim, ſi quis jurarit rem aureis c. eſſe dignam, & inventa eſt x. tantum aureis digna: forte enim teſtati ſunt quidam, quos produxit actor, illam rem, de qua agebat, x. aureis ſe vendidiſſe, aut in dotis dationem x. aureis eam æſtimatam fuiſſe: & ſimpliciter, hoc ipſum per validas probationes oſtenſum eſt. Scito autem beatum THEOPHILUM illud Ex magna cauſa, & hoc Repertis probationibus, in nullo habere diſcrimine: ſed hoc Repertis probationibus ad interpre-

τιας, καὶ ὕτως εἰπε· μεγαλης καὶ εὐλογου αἰτιας ὑποκειμένης, οἱον ἐυρεθεισων αποδειξεων.

pretationem adhibet illius Ex magna cauſa, & ſic ait: magna ac juſta ſubjacente cauſa, veluti repertis probationibus.

1. ἐχων in marg. habet Fabr. abſque neceſſitate.

2. Hoc ſupplendum cenſeo.

XXIII.

Ad l. 34. *pr.* MANDATI XVII. *tit.* I.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 258.

Του Εναντιοφανους. Προσχες τῳ χρησασθαι, ὁπερ μη προσκειμενον ἐστιν ἐν τῳ ά. θεμ. του λδ'. διγ. του ά. τιτ. του ἰζ. βιβλ. ητοι τῳ ἰδ'. βιβ. [1] το δοκειν εναντιον· λυει, το ενταυθα ειπειν συζηναι δανειον, ἐκει δὲ μηδαμως. Ἰστεον δὲ, ὁτι κακει [2] ΘΕΟΦΙΛΟΣ λεγει συζηναι το δανειον· [3] οἱ δὲ αλλοι το εναντιον, συμφωνησαι το ἐκεισε ῥητον.

ENANTIOPHANIS. Obſerva *verbum* utereris, quod non adjectum eſt in 1. verſ. 24. leg. 1. tit. XVII. Lib. ſive *in Baſil.* XIV. Lib. Hoc viſum contrarium ſolvitur dicendo, hic mutuum conſtitiſſe, illic vero nequaquam. Scito autem, & illic THEOPHILUM dicere, mutuum conſtitiſſe: alii vero contra putant, conveniſſe quod ibi dicitur.

1. Sic edidit ac diſtinxit Fabr. vertens: *quod obſtare videtur. Solve, heic dici mutuum contrahi, illic autem non item.* Mihi legendum videbatur: Το δοκειν εναντιον λυε τῳ ενταυθα ειπειν &c. Sed Doctiſſ. Gavellius recte monuit, nihil eſſe mutandum, dummodo diſtinctiones tollantur, ut ſenſus ſit: *viſum contrarium ſolvit το dixiſſe* &c. quod Latine in paſſivum mutare debui.

2. Vide notulam ſupra pag. 948. ad *Fragm.* [VII.]

3. Poſtremæ periodi verſionem Fabrotianam adpoſui, quia Græca mihi non liquere fateor. Quin totum hoc Scholion eſt abſurdum, quo meliora ſunt bina ibid. ſequentia. Gavellius ſic conjectat: οἱ δὲ αλλοι (ſc. λεγουσι) τῳ ενταυθα (ſc. ῥητῳ) συμφ. &c.

XXIV.

Ad idem pr. dictæ legis.

Schol. BASILIC. *Tom. III. Edit. Fabr. p.* 271.

Τουτο παρα κανονα λεγει εισαχθηναι ὁ ΘΕΟΦΙΛΟΣ εν τῳ λδ'. κεφ. του ἰδ'. βιβ. φιλαγαθως δὲ δεχθηναι· εν ᾧ φησιν, ὡς τα παρα κανονα εισαχθεντα φιλαγαθως δεχεσθαι χρη, α μην εις αναιρεσιν των κανονων η των ζητουμενων ἐλκειν. Αναγνωθι ουν αυτον.

HOc præter regulam ait introductum THEOPHILUS in cap. 34. Lib. XIV. ſed benigne receptum: ubi ait, introducta præter regulam benigne eſſe accipienda, non tamen ad regularum aut quæſtionum ſublationem trahenda. Lege ergo ipſum.

Vide notulam ad ſuperius Fragmentum [VII.] pag. 948.

FRAGMENTORUM THEOPHILI FINIS.

FRAGMENTA GRÆCA

TITULORUM

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

ET

DE REGULIS JURIS:

Ex Græcis auctoribus hinc inde collecta, ſtudio

D. GOTHOFREDI & C. A. FABROTI,

NEC NON

G. O. REIZII,

Qui novam verſionem, Variantes Lectiones,
ſuaſque & aliorum notulas addidit.

GUL. OTT. REIZII

PROOEMIUM.

§. I. QUum ad criſin feliciter exercendam, verumque de lectionum varietate judicium ferendum, noſtra ac ſtudioſorum maxime interſit, & hiſtoriam editionum & labores editorum bene noſſe; quæ doctis etiam viris, quando de JCtis Græcis diſſerunt, aut non ſatis nota & perſpecta, aut ſaltem inter ſe non collata, plus ſemel video, dum una alterave contenti editione, plus juſto illi confidunt, & tamquam ex ipſis Baſilicis laudant, quæ vel nunquam in his lecta fuere, vel hodie certe in iiſdem deficiunt, quamvis a Fabroto aliunde ſuppleta: operæ me pretium facturum eſſe arbitror, ſi ordine Chronologico, quam breviſſime, at dilucide, exponam, quid alii hactenus circa hos titulos præſtiterint, & quam ipſe in adornando hoc Opuſculo viam ingreſſus ſim.

§. II.

§. II. Anno 1575. LX. LIBRORUM ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ECLOGAM SIVE SYNOPSIN primum ex JO. SAMBUCI Bibliotheca, Græce cum ſua verſione Latina, Baſileæ edidit JO. LEUNCLAIUS: ſic enim ſe ipſe nominat, qui vulgo *Leunclavius* audit. Hujus ergo Eclogæ Liber II. titulo II. & III. paginis circiter 18. (a fine ſcil. pag. 6. ad finem 24.) ſelectas ex titulis *de V. S.* & *de R. J.* leges (quæ κεφαλαια, uti paragraphi θεματα, Græcis vocitantur) exhibet. Adeo autem fideliter Codicem MS. expreſſit Leunclaïus, ut manifeſtiſſimas quoque librarii mendas in contextu Græco relinqueret, contentus in margine eas emendaſſe: quas tamen emendationes D. Gothofredus ex aliis Codd. eſſe hauſtas, minus recte putaſſe videtur. Vide mox in §. IV.

§. III. Neque vero aut ordo aut numeri, Græcis capp. in Synopſi præfixi, ubique cum iis concordant, quos Latinus hodie Pandectes præ ſe fert: præſertim in poſteriori *de R. J.* titulo, in quo non tantum pauciſſima capita eodem numero legibus Latinis reſpondent, ſed etiam longiſſimo ſæpe intervallo aut præponuntur aut poſtponuntur. Ex: gr: legem 59. *de R. J.* Græce verſam invenimus κεφ. ή. [i. e. 8.] Lex 104. eſt κεφ. κβ'. [22.] L. 145. κεφ. μά. [41.] Contra L. 40. Græce eſt κεφ. μθ'. [49.] L. 73. §. 3. κεφ. οή. [78.] L. 80. κεφ. ρή. [108.] &c. Hoc te monendum duxi, Candide Lector, tum ne has illaſve leges in Ecloga deeſſe judices, ſi eodem numero & ordine, quo apud Latinos cenſentur, incaſſum quæſieris: tum ne aut Gothofredi aut calami noſtri errorem eſſe putes, ubicumque Græci numeri a Latinis diſcrepant.

§. IV. Anno 1587. DION. GOTHOFREDUS ſuæ Theophili editioni Græca horum titt. fragmenta ex memorata Ecloga ita ſubjunxit, ut primo marginales Leunclaii emendationes pæne omnes in textum receperit, dum quibuſdam, quaſi ex aliis Codd. eſſent hauſtæ, inter ſemicirculos inſertis, adſcripſit *alii*. Deinde ex ceteris quoque hujus Synopſeos libris, nec non ex THina paraphraſi, atque ex Harmenopuli

nopuli Promtuario, maxime ex poſtremis hujus *de R. J. & V. S.* titulis, capita deficientia, quantum potuit, ſupplevit. Tertio minus recte nullam cujuſquam verſionem, (licet Græca ſæpiſſime aliud quid dicant, quam in Digeſtis nunc legimus,) ſed ipſiſſima integri textus Latini verba, e regione adjunxit. Quarto non ad Synopſeos, ſed Pandectarum ordinem legumque numeros, hanc collectionem digeſſit; & hoc quidem recte, mea de ſententia: quare id ſecutus ſum. Quinto ſingulis fragmentis ſuos auctores fideliter ſubſcripſit, eorumque loca exacte ſatis demonſtravit. Sexto notulas ſubinde in margine adpoſuit, tam ad Græca capitula, quam ad Latinum textum, licet ille in Græcis deſideraretur. Quæ deinceps omnia in reliquas THi editt. Gothofredianas, nec non in eam, quam Jac. Stoer 1610. in 16°. dedit, ad verbum translata fuerunt.

§. V. D. Gothofredi conſilium ſecutus C. A. FABROTUS in priori paraphraſtæ noſtri editione Anno 1638. (nam in poſteriori, poſt edita ſcil. ab ipſo Baſilica, non adjecit) *e libris Baſilicωn MSS. Theodoro Hermopolita, & Michaële Attaliota, manu etiam exaratis*, eoſdem titt. Græce vulgavit: vid. illius præfat. ſub fin: in noſtro Excurſu V. Artic. XII. Præterquam autem, quod ſimiliter ac Goth. non verſionem, ſed primigenia Digeſtorum verba Latine exhibet, duo in collectione ejus deſidero, quæ vel non ſatis exacto judicio omiſit, vel non ſatis bona fide diſſimulavit. Namque primo nullis ſcriptorum locis fragmenta illa munivit, quod tamen Gothofredus fecerat: ceu vero tanta ajentis Fabroti eſſet auctoritas, ut illud αυτ@ εφα hic valeret. Deinde quod longe pejus eſt, Lectoribus fucum facit, qui ex illius verbis nihil aliud concludere poſſunt, quam Fabrotum ex ipſis Baſilicorum libris MSS. (tum nondum ab eo editis) multo maximam iſtorum fragmentorum partem collegiſſe; unde tamen aut nulla omnino hauſiſſe credo, aut ſaltem nonniſi perpauciſſima haurire potuiſſet.

§. VI. Gravis, fateor, hæc mea eſt accuſatio, quam adeo probare ac demonſtrare neceſſe habeo. Sciat ergo Lector, in veris Baſilicis, quæ

quæ ex regia Bibliotheca Fabrotus A. 1647. evulgavit, complures aliquoties libros præter alias lacunas deſiderari, quos defectus aliunde idem Fabrotus, quantum potuit, ſupplere conatus eſt. Jam vero in noſtris hiſce titulis tantus erat hiatus, ut ex legibus 457. quibus ambo tituli conſtant, deſiderarentur 334. nec plures ſupereſſent quam 123. ſcil. priores 56. ex priori *de V. S.* & poſteriores 67. ex poſteriori *de R. J.* titulo. Ergo e veris Baſilicis nonniſi perpauciſſima capita, & quidem ea tantum, quæ Synopſis neglexit, hauriri poſſunt. Sed neque ulla Fabrotum inde hauſiſſe, aut regium illud exemplar evolviſſe, quum hæc fragmina primo ederet, hinc & conjicio & conficio, quod ipſa illa capita, quæ dictis locis in ſolo nunc habentur Baſilico, (neque jam olim in Synopſin relata fuere) non magis in Fabrotiana horum titulorum collectione, quam apud Gothofredum, inveniantur.

§. VII. An vero MS. Synopſeos Codice uſus fuerit Fabrotus, nec ne, haud æque decido: verum illud deprehendi, eum editione Leunclaïana neutiquam uſum, ſed Gothofredianam collectionem ad verbum fere cum vitiis etiam typographicis ſecutum fuiſſe, ſic tamen ut ex Theodoro Hermopolita & Michaële Attaliota aliqua aut mutaſſe aut adauxiſſe videatur. Suam hanc poſtea fragmentorum farraginem in librorum Baſilicorum editione dictæ modo lacunæ ſubrogavit, & (ut reliqua omnia) nova verſione, vel correcta Leunclaïana, inſtruxit. Tomo igitur I. a pag. 39. med. ad 66. uſque exſtat tit. Græco-Lat. *de V. S.* Exinde ad fin. pag. 71. leguntur quædam ſcholia in priores 53. leges. Tum a pag. 72. decurrit tit. *de R. J.* uſque ad pag. 88. med. unde iterum ſcholia in poſtremas 67. leges incipiunt.

§. VIII. Denique unus J. J. WISSENBACHIUS (nec enim alios novi, qui idem hoc fecerint; idque ſummopere miror in Jac. Gothofredo:) ſuis *ad duos poſtremos Pandectarum titulos Commentariis Græcam verſionem ex Baſilicωn Epitome inſeruit.* Cur autem *Epitomen* vocet, plane ignoro: ſiquidem Fabrotianam Baſilicorum editionem (non Synopſin ſeu

Eclogam, neque aut Gothofredianam aut Fabrotianam collectionem) κατα ποδα ſecutus eſt, niſi quod typothetæ ſæpius apud eum aberraverunt. Quare hujus Wiſſenbachii bis tantum aut ter mentionem in notulis meis feci, ubi aut de Græcorum lectione quid dicit, aut ex ingenio aliquid emendaſſe videtur.

§. IX. Hinc adeo ad meam devenio opellam. Sex ego habui fontes, ex quibus nova hæc compilatio hauſta eſt: quorum primus ac princeps fuit ECLOGA *ſive Synopſis librorum Baſilicorum:* (2.) GLOSSÆ NOMICÆ, quæ apud Labbæum & in Tomo III. Theſ. Juris Otton. habentur: (3) HARMENOPULI *Promptuarium*, qui non Libro VI. ut Goth. citare ſolet, hæc habet, ſed poſt Librum VI. duas Appendices ſubjecit, alteram X. titulis de legibus Georgicis, alteram tribus titt. *de Dignitatibus, de R. J. & de V. S.* namque ſic invertit ordinem: (4.) D. GOTHOFREDI, (5) FABROTI *collectio*, quam κατ' εξοχην in notulis ſignifico per *Fabr.* vel per ſimplex *F.* (6) ipſorum BASILICORUM *editio*, quam, licet ab eodem Fabroto ſit profecta, differentiæ cauſa per *Baſil.* vel *Baſ.* vel ſolitarium *B.* deſigno. Ex his ego omnibus eam lectionem, quæ mihi aptiſſima videbatur, ſelegi; ſumma ubique cura ceterorum lectiones atque emendationes in notulis adnotans, quo ſic Lectorum cuilibet liberum judicandi aliamve præferendi arbitrium relinquerem. In his autem notulis, quibus & aliorum ſubinde obſervatiunculas, veluti Schultingii ad Gloſſas Nom. &c. ſub eorumdem nominibus interſperſi, rariſſime alia tracto, quam quæ ad lectionum variantiam ſpectant. Gothofredianas citationes & auctoritates recognovi omnes, & ubi opus erat, vitioſos numeros vel tacite correxi, vel expreſſe de iis Lectorem admonui. Quod ſi nomini Gothofredi ſubjunctas vides litteras F. & B. ex iis concludere noli, eaſdem citationes in Fabrotiana collectione & Baſilicis reperiri; ſed brevitatis ſtudio ſignifico, idem quoque fragmenti apud Fabrotum utrobique exſtare. Quas ego leges nuſquam Græce reperi, earum numeris ου κεινται, *deſunt*, adſcripſi: quæ adeo verbula a mea ſolius manu, ſeu bene ſeu male, ſunt profecta.

§. X. Veterum JCtorum nomina, quæ nonnullis in principio Tituli

§. 3. Eclog. eod. cap. 152. §. 3. 3. Harmen. 3. §. 47. D. GOTH. F. & B.
53. δικαδικ. Baſ.
§. 4. fol. Baſ.
CLVII. pr. Eclog. eod. cap. 152. §. 5. [p. 23.] 1. Harmen. 14. §. 5. D. GOTH.
It. F. & Baſ. pag. 83.
§. 1. & 2. e fol. Baſil.
CLVIII. F. & Baſ.
CLIX. & ſequens
CLX. ex ſolo Baſil.

§. 1. Προς παντας αναφερεται το δημοσια γινομενον ὑπο τ̃ μειζονος μερους.

§. 2. Ο ληγαταριος ουκ εχει πλεον δικαιον τ̃ κληρονομ̃ η τ̃ διαθεμενου.

ρξά. Ει εκεινος εμποδισει μοι πληρωθηναι την αἱρεσιν, ᾧ τινι διαφερει 54 μη πληρωθηναι αυτην, αντι πεπληρωμενης εστιν, ὁπερ εστιν επι ελευθεριων, και ληγατων και 55 ενστασεων, και επερωτησεων.

ρξβ'. Τα δι' αναγκην παρα 56 κανονα νομ̃ δεχθεντα, ουκ ἑλκεται εις ὑποδειγμα.

ρξγ'. Ὁ εχων εξουσιαν δωρεισθαι πραγμα, και πιπρασκειν και 57 εκχωρειν αυτο δυναται.

ρξδ'. Αἱ ποιναλιαι αγωγαι παρεκαταρχθεισαι, παραπεμπονται καὶ κληρονομων.

ρξέ. A. Ὁ εχων εξουσιαν δωρεισθαι πραγμα, και πιπρασκειν και 58 εκχωρειν αυτο δυναται.

ρξέ. B. Ὁ δυναμενος εκποιειν, δυναται και συναινειν τ̃ εκποιησει. Ὁ δε μη δυναμενος δωρεισθαι τινι, εαν συναινεσ̃ τ̃ εις αυτον γενομενη δωρεα, ουκ ερρωται.

ρξϛ'. Ὁ αλλοτριον πραγμα διεκδικων, ὁ δοκει ευπορος ειναι.

ρξζ'. Ου δοκει δεδοσθαι, το μη γενομενον τ̃ δεξαμενῳ καὶ τον καιρον της δοσεως.

§. 1.

§. 1. Ad omnes refertur, quod publice fit a majori parte.

§. 2. Legatarius non plus juris habet, quam heres vel teſtator.

CLXI. Si is impediet a me impleri conditionem, cujus intereſt eam non impleri, pro impleta eſt: quod obtinet in libertatibus & legatis & inſtitutionibus & ſtipulationibus.

CLXII. Quæ propter neceſſitatem præter regulam juris recepta ſunt, non trahuntur in exemplum.

CLXIII. Qui poteſtatem habet rei donandæ, & vendendæ & concedendæ illius habet.

CLXIV. Pœnales actiones *ſemel* motæ, transmittuntur in heredes.

CLXV. *a.* Qui poteſtatem habet rei donandæ, & vendendæ & concedendæ illius habet.

CLXV. *b.* Qui alienare poteſt, & alienationi poteſt conſentire. Qui autem donare non poteſt alicui, ſi conſentiat donationi in eum factæ, ratum non eſt.

CLXVI. Qui rem alienam defendit, non videtur locuples eſſe.

CLXVII. Non videtur datum eſſe, quod accipientis non fit tempore dationis.

§. 1.

CLXI. Eclog. eod. cap. 156. Harmen. eod. 2. D. GOTH. It. F. & B.

54. μη male de: Syn. Harm. Goth. & F.

55. Syn. habet σασεων, quod Leuncl. in marg. emendat.

CLXII. Eclog. eod. cap. 162. D. GOTH. It. F. & Baſ.

56. κανονας εισδεχθεντα Baſ. ſine νομ̃. an εισαχθεντα voluit?

CLXIII. Fabr. & Baſ.

57. Vide ad l. 165. *a.* not. 58.

CLXIV. Eclog. eod. cap. 159. Harmen. eod. §. 43. adde l. 139. ſupra *eod.* D. GOTH. It. F. & B.

CLXV. *a.* Eclog. eod. cap. 158. Harmen. eod. §. 59. D. GOTH.

Fabrotus hoc fragmenti rectius utrobique retulit ad l. ſup. 163.

58. Sic Syn. & Harm. habent. Ceteri εγχωρειν.

CLXV. *b.* CLXVI. CLXVII. pr. & §. 1. e ſol. Baſil.

CLXVIII. Eclog. eod. cap. 164. 1. Harmen. 15. §. 16. D. GOTH. It. F. & B.

CLXIX. pr. e Baſil.

§. 1. Eclog. eod. cap. 168. Harmen. eod. §. 31. D. GOTH. F. & B.

CLXX. Eclog. eod. cap. 166. D. GOTH. F. & B.

CLXXI. Baſil. ſola.

CLXXII.

§. 1. Ὁ κελευσει αρχοντος ποιων, ου ποιει δολον· αναγκην γαρ εχει πειθαρχησαι.

ρξή. Εν τοις ασαφεσι το φιλαγαθον ἑρμηνευομεν.

ρξθ'. Ὁ κελευσας με ζημιωθηναι, ζημιοι με. Ὁ δὲ εχων αναγκην πεισθηναι, ουδεν ἁμαρτανει.

§. 1. Το ετι ηρτημενον, ϑ δοκει ειναι.

ρό. Το ἐξω της δικαιοδοσιας εκ τϑ δικαϛϑ γινομενον ουκ ερρωται.

ρόα. Ουδεις ἁπλ τϑτο μονον γινεται ενοχος, ἁπλ το δυνασθαι παρ' ἑτερϑ λαβειν, ὁπερ απαιτειται παρ' αλλϑ.

ρόβ. Το 59 ασαφες και αμφιβολον συμφωνον κατα τϑ πρατϑ[60] και τϑ μισθωσαντος ϛιν· ἡ δὲ αμφιβολος[61] εναγωγη το πραγμα του εναγοντος ου καταβλαπτει.

ρόγ. Οἱ μεχρις ευπορίας καταδικαζομενοι, ουκ απαιτϑνται παν ὁσον εχϑσιν, ἱνα μη πλωχευσωσιν.

§. 1. Τῳ της αποκαταϛασεως ρηματι και καρποι ϖεριεχονται, καν μη τϑτο ρητως εκφωνηθη.

§. 2. Και επι των δυο εναγομενων και επερωτωμενων ἑκαϛον ἡ ιδια ὑπεϱθεσις βλαπτει.

§. 3.

§. 1. Qui juſſu magiſtratus facit, dolum non admittit. Neceſſe enim habet parere.

CLXVIII. In dubiis benigne interpretamur.

CLXIX. Qui me jubet lædi, lædit me. Qui vero neceſſe habet parere, nihil peccat.

§. 1. Quod adhuc pendet, non videtur exſiſtere.

CLXX. Quod extra judicium ab judice fit, ratum non eſt.

CLXXI. Nemo ideo tantum obligatur, quia ab alio recipere poteſt, quod ab altero patitur.

CLXXII. Dubium & ambiguum pactum adverſus venditorem & locatorem eſt: aſt ambigua actio cauſam actoris non lædit.

CLXXIII. Qui uſque ad facultatem condemnantur, non conveniuntur *in* omne quod habent, ut ne egeant.

§. 1. Reſtitutionis verbo & fructus continentur, licet hoc expreſſe enuntiatum non ſit.

§. 2. Etiam ex duobus reis ac promittentibus quemque ſua mora lædit.

§. 3.

CLXXII. 1. Harmen. 9. §. 24. & 25. & tit. 15. §. 17. & 18. Eclog. eod. cap. 167. & lib. 11. tit. 1. ϖερι αμφιβολων &c. 34. ubi cap. 80. & 25. idem dicitur de ſtipulatore, quod hic de venditore & locatore. D. GOTH. It. F. & B.

Mire ſolet Eclogen ſive Synopſin adlegare Gothofredus: quæ hic citat, legun:ur quidem Lib XI. pag. 141. & 142. ſed poſteriora ex aliis libris eo relata ſunt, & inſuper male a Goth. tràns ſcripta: nam pro cap. 80. (quod potius referendum ad l. 67. *de R. J.* namque eſt verſio l. 80. D. *de V. Obl.* quam Baſilicis, uti & alias, inſerere oblitus eſt Fabr.) cap. præcedens dare debuiſſet, quod Synopſis ſic effert: Αναγνωθι και βιβλ. μϛ' τιτλ. . . . κεφαλαιον λϑ'. εν ᾧ φησιν. [L. 38. §. 12. D. eod. neque hanc in Baſil. reperio:] Εν τοις αμφιβολοις την επερωτησιν κατα τϑ επερωτησαντος ἑρμηνευομεν. Cap. autem 25. deſumtum ibid. ex L. XLIV. tit. 18.

59. ασαφες και de Syn. F. & Baſ. Nos cum Goth. ex Harm. h. l. edimus.

60. και τϑ μισθ. de: iiſdem.

61. Sic & Syn. αγωγη F. & Baſ.

CLXXIII. pr. Eclog. eod. cap. 169. 1. Harmenop 4. §. 47. adde Theophil. §. 37. Inſt. *de act.* [cap. 223--4. D. GOTH. F. & Baſ. pag. 85.

§. 1. Eclog. eod. cap. 169. Harm. eod. cap. 1. D. GOTH. F. & B.

§. 2. & 3. Ex F. & B.

§. 3. Δολον ποιει τις απαιτων, ὁπερ 62 αναδιδοναι μελλει.

ρόδ. Ὁ δυναμενος πραξαι το ϖροσκευαζον αυτον πληρωσιν της αἱρεσεως, δοκει δυνασθαι.

§. 1. Ουδεις δυναται παραιτεισθαι, ὁπερ ουδε βουλομενος δυναται δεξασθαι.

ρόε. Τα ϖρος τε νομω επιτεθειμενα τοις ελευθεροις οφφικια, δουλοι πρατ]ειν ου δυνανται.

§. 1. Ο λαβων πραγμα ϖρος τινος, ουκ εστι κρειττονος αυτου αἱρεσεως.

ρόϛ. Οἱ ἰδιωται τα των αρχοντων πραττειν ου δυνανται.

§. 1. Ανεκτιμητος 63 εστιν ἡ ελευθερια, και ἡ συ]γενεια.

ρόζ. Ὁ την ἑτερου δεσποτειαν ὑπεισιων η το δικαιον, τοις αυτου δικαιοις οφειλει κεχρησθαι.

§. 1. Ου δοκει κατα δολον απαιτειν ὁ αγνοων, ἁ]α τι ουκ 64 οφειλεν απαιτειν.

ρόη. Της πρωτοτυπου 65 αιτιας μη ερρωμενης, ουδε τα ϖρακολουθηματα ὡς επιπαν ερρωται.

ρόθ. Αδηλου της γνωμης ουσης του ελευθερουντος, ἡ ελευθερια θαλπεται.

ρπ'. Εγω δοκω λαμβανειν, ὁπερ κατα κελευσιν μου ἑτερῳ δοθη.

ρπά.

§. 3. Dolum committit quis petens, quod redditurus eſt.

CLXXIV. Qui facere poteſt quod facultatem ipſi det ad implendam conditionem, videtur poſſe.

§. 1. Nemo repudiare poteſt, quod neque volens adipiſci poteſt.

CLXXV. Impoſita ab lege liberis officia, ſervi gerere non poſſunt.

§. 1. Qui rem ab aliquo accepit, melioris ipſo conditionis haud eſt.

CLXXVI. Privati, quæ *ſunt* magiſtratuum, agere nequeunt.

§. 1. Inæſtimabilis eſt libertas & cognatio.

CLXXVII. Qui in alterius dominium aut jus ſuccedit, ejuſdem juribus uti debet.

§. 1. Non videtur per dolum petere, qui ignorat, quare non debeat petere.

CLXXVIII. Principali cauſa non valente, neque conſequentia ut plurimum valent.

CLXXIX. Si obſcura eſt voluntas manumittentis, libertati favetur.

CLXXX. Ego accipere videor, quod ſecundum juſſum meum alteri datum fuerit.

CLXXXI.

62. αναδουναι wiss. inſciens magis credo, quam emendandi cauſa.

CLXXIV. & CLXXV. integræ e ſolis Baſil.

CLXXVI. pr. Eclog. eod. cap. 171. Harm. eod. §. 34. D. GOTH. F. & Baſ.

§. 1. E Baſil.

63. Vide ſupr. l. 105. ſic Theophilo §. 1. Inſtit. *de haredum qualitate & differentia.* ελευθερια ουδεν τιμιωτερον, & §. 7. Inſt. *qui & quib. ex cauſis manumitti.* ανεκτιμητον ϖρος Ρωμαιους εστιν ἡ ελευθερια. D. GOTH. *ad text. Lat.*

CLXXVII. pr. Eclog. eod. cap. 173. Harmen. eod. §. 22. D. GOTH.

§. 1. E Baſil.

64. Vel ωφειλεν vel ωφελεν, aut ſimpliciter οφειλει reſcribe.

CLXXVIII. Eclog. eod. cap. 174. Harmenop. eodem capite 48. & 23. Eclog. 3. cap. 69. in medio: & 3, Harmenop. 6. §. 26. adde l. 129. in fin. ſupra *eod.* D. GOTH. It. F. & Baſ.

Poſterior Harm. locus haud quadrat: ſed Lib. V. tit. 10. §. 9. hæc leguntur: Των γαρ ϖρωτοτυπων μη σωζομενων, ὑφεσαναι δυνανται τα παρακολουθηματα.

65. Theophil. §. 5. Inſtit. *de pupillari ſubſtitut.* & §. 17. verſ. ſed & ſi ſervus Inſt. *de legatis.* D. GOTH.

CLXXIX. Eclog. eod. c. 175. & 1. Harm. 18, §. 13. D. GOTH. F. & B.

CLXXX. Eclog. eod. cap. 176. Harmen. eod. §. 27. D. GOTH. It. F. & B. p. 86.

CLXXXI.

ρπά. Ει μηδεις προσεχεται τω κληρω, πασα ἡ διαθηκη ακυρωται.

ρπβ'. Αχρηστως επερωτωμεν το μη δυναμενον ειναι τινος· ουδεμια γαρ επι τουτω ενοχη συνισταται.

ρπγ'. Δυσχερως μεν, ὁμως [66] δε τω δικαιω [67] απαιτουντος, εναλλασσομεν την συνηθειαν.

ρπδ'. Ὁ αλογος και ματαιος φοβος ου συμβαλλεται.

ρπέ. Περι των αδυνατων ουδεμια εστιν ενοχη.

ρπς'. Ουδεν απαιτεισθαι δυναται προ του καιρου, [68] καθ' ὁν τη Φυσει των πραγματων δυναται καταβαλλεσθαι, ουδε πριν η παρελθη ὁ επι τη καταβολη ὁρισθεις καιρος.

ρπζ'. Ου δοκει απαις τελευταν, ὁ καταλιπων εγκυον γαμετην.

ρπή. Τα εν διαθηκη αλληλοις εναντιωμενα ουκ ερρωται.

§. 1. Ουδενι νομω βεβαιουται, το τη Φυσει των πραγματων κεκωλυμενον.

ρπθ'. Ουτε θελειν, ουτε μη θελειν ὁ ανηβος ανευ της αυθεντιας του επιτροπου πιστευεται.

ρ'. Το εκδικωμενον ουκ εστιν εν ουσια.

ρ'ά.

CLXXXI. Si nemo hereditatem adit, totum teſtamentum corruit.

CLXXXII. Inutiliter ſtipulamur, quod nequit eſſe ullius. Nulla enim in eo obligatio contrahitur.

CLXXXIII. Difficiliter quidem, attamen æquitate poſtulante, conſuetudinem immutamus.

CLXXXIV. Abſurdus ac vanus metus haud prodeſt.

CLXXXV. Circa impoſſibilia nulla eſt obligatio.

CLXXXVI. Nihil peti poteſt ante tempus, quo ſecundum naturam rerum ſolvi poteſt: nec ante, quam præterierit tempus ſolutioni deſtinatum.

CLXXXVII. Non videtur ſine liberis mori, qui relinquit uxorem prægnantem.

CLXXXVIII. Quæ in teſtamento ſibi contraria ſunt, non valent.

§. 1. Nulla lege confirmatur, quod rerum naturâ prohibitum eſt.

CLXXXIX. Neque velle, neque nolle impubes creditur ſine tutoris auctoritate.

CXC. Quod evincitur, non eſt in patrimonio.

CXCI.

CLXXXI. Sol. Baſ.

CLXXXII. Eclog. eod. cap. 178. [pag. 24.] Harmen. eod. § 28. D. GOTH. F. & B.

CLXXXIII. Eclog. eod. cap. 172. Harm. eod. §. 52. D. GOTH. It. F. & B.

66. Sic Syn. ſed omnib. al. de: δε.

67. Sic Syn. & Baſ. Ceteri cum Harm. απουτος, ubi Mercerus vitioſæ lectioni, ſed incaſſum, mederi voluit hac paraphraſi: *Difficile quidem, ac præſertim ubi jus deſideratur, conſuetudinem immutamus.* Sequens voc. in Syn. editum εναλλαωομεν, ſed corrigit Leuncl.

CLXXXIV. Eclog. eod. cap. 180. Harmenop. eod. §. ult. D. GOTH. F. & B.

CLXXXV. Eclog. eod. cap. 181. D. GOTH. It. Fabr. & Baſ.

CLXXXVI. Eclog. eod. cap. 182. Harm. eod. §. 8. adde 1. Harmen. 2. §. 55. in fin. D. GOTH. It. Fabr. & Baſ.

68. Quidni invertimus? ὡ κατα την φυσιν.

CLXXXVII. Eclog. eod. cap. 183. Harm eod. cap. 9. D. GOTH. F. & B.

CLXXXVIII. pr. Eclog. eod. cap. 184. 5. Harmen. 8. §. 59. D. GOTH. F. & B.

§. 1. Eclog. eod. cap. 184. in fin. 1. Harmen. 1. §. 23. D. GOTH. It. F. & B.

CLXXXIX. Habent omnes. Sed omiſit hic auctoritates Gothofr. Atqui in Syn. invenitur p. 24. num. ρπέ. 185. & L. 1. Harmen. 12. §. 44. quibus paria eod. tit. §. 9. occurrunt: Οἱ ανηβοι χωρις των επιτροπων πραττοντες, ουδεν δοκουσι δυνασθαι η γινωσκειν. Quis autem THi auctoritates h. l. deſideret?

CXC. Ex Baſil.

CXCI.

ρλά. Εαν ὁ βασιλευς τῳ ηδη τελευτησαντι, ὡς ζωντι, δωρησηται, ουκ ερρωται μεν· αυτε δ' εστι τα περι της ιδιας φιλοτιμιας διακρινειν.

ρλβ'. Εξ ὁλοκληρε απαιτενται οἱ κληρονομοι τα αδιαιρετα.

§. 1. Εν τοις αμφιβολοις το καλοθελες δεχομεθα.

ρλγ'. Οὑτω σχεδον τα τε κληρονομου δικαια νοειται, ὡς ἁμα τῳ τελευτησαι τον διαδεξαμενον εκληρονομησεν.

ρλδ'. A. Ὁ διαδοχος εν πασιν επεχει τοπον κληρονομε.

ρλε'. B. Και ὁ μετα χρονον κληρονομος, ὁμοιος εστι τῳ εξ αρχης κληρονομησαντι. Ὁ κληρονομος τε κληρονομε, και οἱ εφεξης εις απεραντον, κληρονομοι εισι του τελευτησαντος.

ρλέ. Τα εκφωνεμενα βλαπτει, τα μη εκφωνεμενα ου βλαπτει.

ρλϛ'. Τα τοις πραγμασι [69] διδομενα περι νομια, ε μην τοις προσωποις, [70] και εις κληρονομες διαβαινει.

ρλζ'. Εν τοις γαμοις ε μονον τι εξεστιν, αλλα και το ευπρεπες ζητεμεν.

ρλή. Ειτε ευπορος εστιν ὁ επιτροπος, ειτε απορος, ὁ δολος αυτε τον ορφανον ε βλαπτει.

ρλθ'. Δολον ποιει, *[70] τῳ αρχοντι μη πειθαρχων.

σ'.

CXCI. Si Imperator jam mortuo, tamquam ſuperſtiti, donaverit, non valet quidem: ſed ipſius eſt de ſuo beneficio judicare.

CXCII. Indiviſa ab heredibus petuntur ex ſolido.

§. 1. In ambiguis benignitatem admittimus.

CXCIII. Ita fere heredis jura accipiuntur, acſi ſtatim cum moreretur, teſtatori ſucceſſerit.

CXCIV. *a.* Bonorum poſſeſſor in omnibus obtinet locum heredis.

CXCIV. *b.* Et qui poſt tempus heres *eſt*, ſimilis eſt ei qui ab initio heres fuit. Heres heredis, & deinceps in infinitum, heredes ſunt defuncti.

CXCV. Enuntiata nocent, non enuntiata non nocent.

CXCVI. Privilegia rebus data, non autem perſonis, etiam ad heredes transeunt.

CXCVII. In nuptiis non modo quid liceat, ſed & honeſtum quærimus.

CXCVIII. Sive locuples ſit tutor, ſive minus, dolus ejus pupillum non lædit.

CXCIX. Dolum committit, qui magiſtratui non paret.

CC.

CXCI. 3. Harm. 1. §. 19. D. GOTH. F. & B. Sed habetur quoque in Synopſi num. ρπζ'. 187.

CXCII. pr. E Baſ. pag. 87.

§. 1. Eclog. eod. cap. 188. D. GOTH. It. Fabr. & Baſ.

CXCIII. E Baſ.

CXCIV. *a.* Eclog. eod. cap. 115. Harm. eod. §. 24. ſed hæc regula videtur eſſe l. 117. ſupra *eod.* Uti eſt ſane. D. GOTH. ſolus. Vide ad d. l. 117.

CXCIV. *b.* E Baſ.

CXCV. Fab. & Baſ. Exſtat apud Schol. Harmen. §. 55. ſub fin. h. t.

CXCVI. Eclog. eod. 192. Harmen. eod. §. 46. D. GOTH. it. F. & Baſ.

69. δεδ. malim.

70. Adde ſup. l. 68. adde Harmenop. 2. titul. §. 10. Authorem μικρε titulo περι ατελειας. D. GOTH.

CXCVII. Eclog. eod. c. 193. Εν τοις γαμοις ου μονον επιτετραμμενον, αλλα &c. 4. Harm. 6. §. 42. D. GOTH. F. & B.

CXCVIII. Eclog. eod. cap. 194. D. GOTH. It. Fabr. & Baſ.

CXCIX. E Baſil.

*70. ὁ adderem.

CC.

σ'. Ὁτε χωρις βλαβης ουκ ενδεχεται γινεσθαι τι, το ἧττον αδικον επιλεγομεθα.

σά. Τοτε τα εν διαθηκη αποτελεσματα λαμβανουσιν, ὁτε και την αρχην ανεπιψογον εσχηκασιν.

σβ'. Πας νομικος κανων σαθρος εστιν, ευχερως γαρ ανατρεπεται.

σγ'. Ὁ εξ οικειου ἁμαρτηματος ζημιουμενος, ου δοκει ζημιουσθαι.

σδ'. Ἧττον εστι το εχειν αγωγην, ηπερ το πραγμα.

σέ. Ὡς επι το πολυ και ἁπερ αποκλασθαι μελλομεν, ὑτως εχομεν ὡς μη μελλοντα αποκλασθαι· ὁθεν ὁπερ ὑπεθεμεθα τῳ δημοσιῳ, εσθ' ὁτε και εκδικειν και εκποιειν και δηλοβαρειν δυναμεθα.

σϛ'. Ου δει γινεσθαι τινα πλουσιωτερον εκ της ἑτερου ζημιας.

σζ'. Το κριθεν αντι αληθους παραλαμβανεται.

σή. Ου νομιζεται παυεσθαι εχειν, ὁ μηδεποτε κτησαμενος.

σθ'. Ἡ δουλεια τι σχεδον εοικε τῳ θανατῳ.

σί. Α. Τα εξ αρχης εν διαθηκαις [72] ανυποστατα, εκ των μετα ταυτα επιγινομενων ισχυν λαμβανειν ου δυναντα.

σί. Β. Ἡ εξ αρχης ακυρος ενστασις, ου βεβαιουται εκ των μετα ταυτα γεγονοτων.

σιά.

CC. Quando abſque damno aliquid fieri nequit, minus iniquum eligimus.

CCI. Tunc quæ in teſtamento *exſtant*, effectum capiunt, quum & principium invituperabile habuerint.

CCII. Omnis regula juris imbecillis eſt, facile enim ſubvertitur.

CCIII. Qui ex proprio delicto lædi-tur, non videtur lædi.

CCIV. Minus eſt actionem habere, quam rem.

CCV. Ut plurimum etiam quæ amiſ-ſuri ſumus, ita habemus, quaſi non a-mittenda: unde quod obligavimus fiſco, aliquando & vendicare & alienare & ſervitute onerare poſſumus.

CCVI. Non oportet quemquam fieri locupletiorem ex alterius damno.

CCVII. Judicatum pro veritate acci-pitur.

CCVIII. Non cenſetur deſinere habe-re, qui nunquam nactus eſt.

CCIX. Servitus fere morti ſimilis eſt.

CCX. *a.* Quæ ab initio in teſtamentis invalida *ſunt*, ex iis quæ poſtea eveniunt, vim accipere non poſſunt.

CCX. *b.* Invalida ab initio inſtitutio non confirmatur ex iis quæ poſt illa eve-niunt.

CCXI.

CC. Eclog. eod. cap. 195. Harm. eod. §. 17. D. GOTH. F. & B.

CCI. Eclog. eod. cap. 197. 5. Harm. 1. §. 60. D. GOTH. F. & B.

CCII. Eclog. eod. cap. 198. Harm. eod. §. 35. & 1. titulo 13. in fin. D. GOTH. F. & B.

Poſtrema citatio erronea eſt, quam tamen cor-rigere necdum ſcio. ανατρεπονται eſt in Synopſi.

CCIII. Eclog. eod. cap. 199. Harmenop. eod. §. 29. D. GOTH. It. F. & B.

CCIV. & CCV. E ſol. Baſil. pag. 88.

CCVI. Eclog. eod. cap. 200. Harmen. §. 30. D. GOTH. F. & B.

CCVII. & CCVIII. E ſol. Baſ.

CCIX. Eclog. eod. cap. 201. §. 3. 1. Eclog. 19. §. 6. 1. Harmenop. 14. § 6. D. GOTH. F. & B.

71. Proinde Theophil. Inſt. *de ſtipulatione ſer-vorum* δηλης αποσωπεσις dixit, hoc eſt *perſonam non habere*. D. GOTH.

CCX. *a.* 5. Harmenop. 5. §. 23. in fin. V. l. 29. ſup. eod. D. GOTH.

72. Eſt & illa Harmenop. 5. tit. §. 60. Τοτε τα εν τη διαθηκη αποτελεσματα λαμβανουσιν, ὁτε και την αρχην ανεπιψογον εσχηκασιν. D. GOTH.

Sed ipſe hanc ſupra adtulit l. 201.

CCX. *b* Ex Fabr. & Baſ.

σιά. Δουλος ου δυναται δια πραγμα δημοσιον απολιμπανεσθαι.

CCXI. Servus non poteſt ob negotium publicum abeſſe.

CCXI. E fol. Baſil.

APPENDIX.

Το εκ των εμων 73 κτηθεν, εμον εστιν· οἷον, ει εκ του εμου εριου σαγιον εποιησας. Το δε εκ των εμων ωνηθεν, ουκ εστιν εμον.

Quod ex meis comparatum (*factum*) eſt, meum eſt: veluti ex mea lana lodicem feciſti. Quod autem ex meis emtum eſt, non eſt meum.

ΤΕΛΟΣ των Κανονων.

FINIS *Reg. Jur.*

Appendix eſt §. 7. Harmen. h. t. ad quam faciunt l. 12. §. 3. D. *Ad Exhibend.* & t. t. Cod. *Si quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.*

73. Vix dubito, quin ποιηθεν vel χρηθεν hic reſcribendum ſit.

XX. EXCURSUS VARIORUM AD THEOPHILUM PERTINENTES.

EXCURSUS I.

Ea ſiſtens, quæ ex FABROTI *Apologia pro Græcis Baſilicon interpretibus* & THEOPHILO *Anteceſſore* (Tom. III. Theſ. Jur. Otton.) ad inſtitutum noſtrum faciunt. Hanc autem, ſcriptam eſſe adparet brevi poſt editos A°. 1638. a Merillio poſteriorum Obſervatt. libros. Paragraphorum diſtinctiones ac numeri a mea ſunt manu.

§. I. EQuidem non inficior, nævos eſſe quoſdam, & παραφαινόμενα in Græcorum commentariis. Sed hæc fere leviuſcula ſunt præ iis, quæ veriſſime & diligentiſſime Græci nobis explanata reliquerunt. Et ut de cæteris taceam, quis nobis titulum *de Fideicomm. hered.* fidelius & doctius explicavit, quam THus noſter? quis titulum *de Literarum oblig.* & tit. 12. *Inſtitutionis tertiæ* felicius enarravit, quam idem auctor graviſſimus, ut appellat Cujacius, interpretum facile præcipuus? quis Latinorum, quæſo tecum, Lector, Inſtitutiones, hoc eſt, libellum aureum, accuratius interpretatus eſt? eo duce ſi ſtudioſa legum juventus utetur, optimum, longe doctiſſimum, & antiquiſſimum Anteceſſorem nactus [*nacta*], ad juris cognitionem ſine magno labore perducetur.

§. II. Antiquior eſt, quam hactenus quidem credideram, &, quantum conjicere eſt, vetuſtior ipſis Baſilicis, in quibus interdum totidem pene verbis habetur, quod apud eundem fideliſſimum interpretem legere eſt; ut ante annos octingentos floruiſſe neceſſe ſit. Abſit enim, ut credamus, THum Accurſio poſteriorem fuiſſe, quod tamen ſcripſiſſe Cujacium quidam referunt. Sed hæc in libris emendatioribus non comparent: & nemo neſcit, opera Cujacii poſtuma ſtudioſorum negligentia parum fideliter excepta, mendas ſuas retinuiſſe.

§. III. Viderint igitur, qui vetuſtiſſimi juris interpretis auctoritatem elevare conantur, quam cæci animi ſint, quamque judicii ſui prodigi! Politiani, Viglii, Auguſtini, Cujacii, (quadriga præſtantiſſimorum JCtorum) de THo noſtro judicium verius & ſincerius eſt. Cujacius ille JCtorum phœnix meritiſſime THum noſtrum laudibus extulit. Ille, ſol unicus Juriſprudentiæ, prout ingenuum ac liberalem hominem decebat, laude ſua non eſſe privandum THum, æquum eſſe cenſuit.

§. IV. Viderint, inquam, qui tam eruditum interpretem, tamquam errorum amaxarium, de manibus cupidæ legum juventutis excutere conantur, quam male famæ ſuæ conſulant. Nunquam omnibus ſapere videbuntur, qui ſoli ſibi ſapere videntur. Imo THus longe cæteris Græcis interpretibus eruditione præſtat, ſi unum Thalelæum excipias. Idem mecum ſentiunt plerique omnes clariſſimi juris interpretes, *Ut contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat. ETC.*

§. V. Hactenus res mihi fuit cum gregariis juris interpretibus: nondum enim perſuaſum habebam, virum adprime doctum, quem equidem multis nominibus colo, & obſervo, tam male de Theophilo ſentire poſſe, ut erroribus eum ſcatere, ſcribere auderet: illud vero cui bono? ut in poſterum Theophilus pro imperito audiat; quem

melior eruditorum pars, ex quo editus eſt, pro impenſe docto habuit. Et certe multa ſunt in Inſtitutionibus, quæ abſque Theophilo foret, viris etiam doctiſſimis negotium poterant faceſſere.

§. VI. Ubi vero tandem errorum illa ſeges? quod nimirum ſcripſerit, teſtamentum origine juris gentium eſſe. Hereditas enim, inquit vir doctus, liberis debetur naturæ ſimul, & parentum communi voto, ut teſtamento eis parentum bona deferri neceſſe non ſit: quin etiam teſtamentis hereditas ad extraneos & ignotos pervenit, quod naturali rationi minime conveniens eſt. Atqui Noachus, ſi rem ab ultima origine repetas, teſtamento ſcripto tribus filiis orbem terrarum diſtribuit καὶα θειον χρηστμον, ut literis proditum eſt: & naturæ tamen jure rem obtinere poterant.

§. VII. Porro licet inteſtato parente mortuo prima naturali ratione liberorum cauſa ſit, &, pluribus liberis relictis, jure gentium quiſque partem petat, divina tamen providentia teſtamentorum jus inductum eſt, cum ut liberi, partem bonorum ex judicio parentum ſperantes, obſequiis, ac meritis eos provocarent; tum ut pecuniæ reique paternæ diviſio nullas inter fratres diſcordias excitaret. Sed neque teſtamenta eo tantum pertinent, ut liberis hereditas teſtamento detur aut adimatur, & ad alios in necem liberorum transferatur: nec enim ille ſolum jure gentium teſtandi facultatem habet, qui liberos ſuſtulit, ſed & illiberis & cœlebs.

§. VIII. Adde, quod apud omnes gentes adeo libera teſtamenti factio conceſſa non eſt, ut quemlibet heredem facere liceat, aut impune liberos præterire, vel exheredare. Imo, ne quid de jure Attico dicam, jure civili Romanorum inter cætera, quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſario deſiderantur, præcipuum jus eſt de liberis heredibus inſtituendis vel exheredandis. Nec igitur teſtamenta naturalem æquitatem heic impugnant: imo liberi, naturæ ſimul & juris ſuffragiis muniti, rei paternæ adminiſtrationem recipiunt.

§. IX. Ipſa quoque liberorum exheredatio a naturali ratione aliena non eſt: quid enim æquitati magis convenit, quam parenti liberorum ferociæ coërcendæ poteſtatem concedi? Nec enim temere pater ad eorum exheredationem procedit: id non ſinit πατρικη χρεσις, & naturalis erga filios charitas: aut certe, ſi pater officium pietatis egreſſus ſit, liberis queri jure conceditur, & inofficioſi querela judicium patris quaſi dementis emendat; idque etiam naturalis ratio ſuadet.

§. X. Denique æquitati conſentaneum eſt, ut quiſque poſteritati ſuæ conſulat: & ex hac animorum affectione orta eſſe teſtamenta recte Tullius ſcribit, & Cujacius eo teſte utitur. In ſumma nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, ut reſcriptum eſt. Quæ res æquitatem naturalem imprimis præ ſe ferre videtur. Sed & tutelæ teſtamento mandantur, quo licet naturali juri vis quædam fieri videatur, quia liberum caput alienæ poteſtati ſubjicitur, & pupillus tutoris ſui quaſi quodammodo ſervus efficitur; tamen impuberes, parentibus deſtitutos, in tutela eſſe naturali jure conveniens eſſe, docent Inſtitutiones.

§. XI. Urget idem vir doctus, contra naturalem rationem eſſe ut hominis voluntas poſt mortem valere incipiat: mortem enim omnia ſolvere; & ideo teſtamenta nominatim lege confirmari. Imo ratio ipſa naturalis, ex qua teſtamenta originem ducunt, ea quoque ſuſtinet: nec enim ubique gentium lex teſtamenta confirmat, ſed per ſe ipſa poſt mortem firma ſunt, nec legis auxilio firmandis eis indigent.

§. XII Supremum cujuſque judicium viva quodammodo defuncti vox eſt; & teſtator quaſi ſuperſtes res ſuas, quarum dominio non exciderit, heredi ſuo tradere videtur. Jus autem civile Romanorum anxium, & diligens multa deſiderat, quæ cæteris gentibus incognita ſunt. Hinc tot juris commenta fictioneſque: puta, ut hereditas defuncti vicem ſuſtineat, & poſt aditam hereditatem heres, ut ita continuatio quædam dominii inducatur.

§. XIII. Urget iterum: quod Romani ea, quæ ſunt origine juris gentium, peregrinis facile concederent, ut puta jus connubii, jus commercii, non tamen teſtamenti faciundi,

ciundi, quaſi id fuerit meri juris civilis. Atqui obſides, qui cives non ſunt, teſtari poſſunt, ſi modo eis permittatur, ut ſcribit Ulpianus: & mixto igitur jure teſtantur, id eſt, jure gentium per ſe, & jure civili Romanorum, quatenus eis conceditur.

§. XIV. Addit: errare Theophilum, quod ad jus gentium referat, το ἀγράφοις συγχωρεῖσθαι: nam hi, qui literas neſciunt, jure gentium teſtari non poterunt; quod perquam erit abſurdum. Quem tamen errore liberabimus, ſi pro ἀγράφοις poſitum illud dicemus: nec enim magis origo teſtamenti, quod ſcripto conſtat, quam quod ſine ſcripto, a jure gentium repetenda eſt: eſt enim jus commune omnibus hominibus, qua literatis, qua literarum neſciis. Sed & ſi dices cum Theophilo, eum, qui teſtamentum conſcribit, jure gentium teſtari, non continuo negabis, literas neſcientem eodem jure teſtamentum facere poſſe.

§. XV. Sola teſtandi facultas libera juris ſolemnibus, non modus & forma teſtamentorum inſpicitur: & quo magis Legum nexibus teſtator adſtringitur, eo magis a libero jure gentium receditur. Ille vero naturali jure teſtari creditur, qui rationem animi ſui ſecutus nuda ſcriptura, vel voce teſtatur. Ejuſmodi ſunt militum teſtamenta, quorum ſuprema voluntas qualis qualis pro teſtamento eſt: principes enim propter nimiam imperitiam militum, remiſſa diligenti obſervatione, voluntatem eorum fere ad merum jus gentium revocarunt, quod ut ſolutius, ita & æquius eſt. Nec alia ratione conſtare poterit, quod ſcribit vir doctus, militem poſſe deportatos, qui ad peregrinitatem redacti ſunt, heredes inſtituere, quam quod deportati ea, quæ juris gentium ſunt, retinent.

§. XVI. Imo & in paganorum teſtamentis vetus illa formalis obſervatio paulatim antiquata eſt, quod miſera, totque formulis obnoxia, liberam cujuſque voluntatem impediret: & eo tandem perventum eſt, ut codicillorum uſu recepto, qui nullam juris ſolemnitatem deſiderant, voluntas cujuſque ſuprema citra verborum anxiam obſervationem non minus exitum habeat, quam teſtamentum, quod juris perito dictante ſecundum regulas juris ac leges teſtamentarias conditum eſt. Imo codicilli etiam ſine teſtamento conficiuntur, ut ſi legata, vel ſingularia fideicommiſſa, aut etiam hereditatem verbis precariis, quæ jus gentium ſapiunt, relinquere velis, teſtamento ſolemni opus non ſit. Unde liquido conſtat, juris auctores, & Principes ſupremas hominum voluntates ad naturalem teſtandi facultatem pene revocaſſe, & commune jus gentium, auctoritate jura conſtituentium coanguſtatum & fere conſopitum, in uſum retraxiſſe.

§. XVII. Reſtat, Theophilum noſtrum non male teſtamentorum originem ad jus gentium referre, id eſt, nudam ſupremæ voluntatis teſtationem: tametſi teſtamenti factionem juris eſſe civilis certiſſimum ſit: vix enim eſt, ut quælibet civitas certam teſtandi legem non præſcripſerit, qua prætermiſſa, merito non jure teſtatus quis dicetur. Libertas teſtandi non adimitur, ſed jure regitur: ſervatis legibus teſtamentariis libertas legitima dicitur, non mere naturalis; & utique tamen naturalis: nec enim recte quis dicet, libertatem nobis ingenitam ac naturalem extingui, quia vi majore aut legibus quædam facere prohibemur.

§. XVIII. Ille autem Theophili multo graviſſimus error eſt, cum ſcripſit, colonum, qui mercede conducit, perceptione fructus ſuos facere, non etiam partiarium, ut conſequenter ſenſiſſe videtur: tam enim colonum partiarium perceptione fructus ſuos facere, quam eum, qui nummis colit. Videamus tamen, ne recte Theophilus, colonum, qui mercede conducit, ſeparet a partiario: Paulus enim cuſtodite ſcribere videtur, colonum, qui nummis colit, cum eo, qui fructus ſtantes ſubripuerit, acturum furti, quia ut primum decerptus eſſet, ejus eſſe cœpiſſet.

§. XIX. Partiarius autem, ut ait Cajus, quaſi ſocietatis jure, & quaſi dominus fructus cum eo, qui partibus locavit, partitur: quanquam poſſit etiam quis apud Theophilum μισθωσαμβρον, conductorem prædiorum interpretari. Gloſſæ Nomicæ: κολονῶ, μισθωτῶ; & ita μισθωτῶ exponi debuit alicubi apud Harmenopulum, non ſpernendum, ut alibi oſtendam, juris interpretem. Certe quod ait ibidem Theophilus το *fere* περιελκεσθαι, verum eſt dumtaxat, quantum attinet ad naturalem adquirendi modum, de quo ibi agitur.

§. XX. Quod autem curiæ traditum decurionem fieri ſcripſerit Theophilus, largiter erravit: quid enim, inquit vir doctus, ſi curiæ oblatus non erat idoneus, vel plenus eſſet numerus ordinis, quo caſu ſi pro Theophilo quis dicet, eum vel in ſpem decurionatus curiæ traditum (nam & minores viginti quinque annis decuriones allecti, ſuffragium inter cæteros interim ferre non poſſunt) vel inidoneum curiæ non jure offerri: Theophilus erroribus ſcatere deſinet, & legi cum ſtudioſorum commodo poterit, qui propter errorum graviorum cumulum ſtultitiæ ac imperitiæ merito poterat inſimulari.

§. XXI. Actionem ſubſidiariam, qua magiſtratus municipales conveniuntur, negat recte appellari *in factum* a Theophilo; & poſſeſſionem, quæ datur familiæ patroni, perperam apud eum ita concipi: *tum quem ex familia.* In duumviros utilis actio eſt, tutelæ ſcilicet, ut putat vir doctus: *quoniam eadem in magiſtratibus actio datur, quæ competit in tutores:* ſic Florentiæ legitur. Ego didici, utili tutelæ teneri tutorem, qui non geſſit, quia ſuo periculo ceſſavit. Magiſtratus autem actione utili, ſeu in factum, tenentur; nec enim tutelæ actione, etiam utili, teneri poteſt, qui nec adminiſtravit, nec adminiſtrare debuit. Actio hæc quaſi ex contractu deſcendit; actio in factum ſubſidiaria ex culpa & quaſi delicto magiſtratus: deficiente igitur directa, & utili tutelæ actione, hæc in ſubſidium competit; & *utilis* ſeu *in factum* dicitur, quia ex SCto introducta eſt, ceſſante vulgari tutelæ actione. Sic actio *præſcriptis verbis* utilis, ſeu in factum dicitur, & pleniore appellatione, *præſcriptis verbis in factum* actio.

§. XXII. Et quoniam aliæ quoque in factum ſunt actiones, videntur auctores diſtinctionis gratia ſubjicere interpretationem hoc modo: *in factum actionem dandam, id eſt, præſcriptis verbis*; vel: *in factum dandum eſſe judicium, id eſt, præſcriptis verbis.* Nec omnis tamen utilis actio eſt in factum. Quod autem ait JCtus eandem *in magiſtratibus* actionem dari, quæ competit in tutores, ſic accipiendum videtur, ut *in magiſtratibus* ſit επι τοις επιτροποις, id eſt, cum magiſtratus conveniuntur actione in factum, cum uſuris ſors exigitur, ſicut cum tutores actione tutelæ. Eadem actio eſt vi & effectu, nomine diverſa. Vulgo legitur *in magiſtratus*, id eſt μετα τους επιτροπους. Sed Florentina lectio, ni fallor, verior eſt.

§. XXIII. Utique autem rectius apud Theophilum ſcribi videtur, *tum quem*; quia bonorum hæc poſſeſſio datur, ſi non erunt liberi, aut patronus; & concinnior hæc appellatio eſt: ſic enim alia dicitur, *tum quibus ex legibus*, ut docent notæ noſtræ ad Theophilum. Sed hæc & alia fuſius & accuratius exequetur editio nova Theophili, ne longior heic ſim, quam par eſt: aut cum primum ſeſe obtulerit occaſio, quod equidem ſpero, vel potius opto.

§. XXIV. Denique Cujacius, interpretum facile princeps, probat Theophili ſententiam exiſtimantis, teſtamentorum originem ex jure gentium eſſe: & Guillelmus Marahus, V. C. & juriſprudentiſſimus, in ea quoque ſententia eſt: & vir doctus igitur, qui Theophilum heic notat, διδασκαλω [*ſic*] κρειττων εστιν: eſt enim a Marano profectus, ut ipſe ait. Idemque Cujacius ſcribit, naturales liberos decurionatu juſtos effici: & continuo igitur efficiebantur decuriones, curiæ ſplendore honeſtabantur, ut eſt in Theodoſii conſtitutione, civitatis ordini abſcribebantur, civitatis decurionibus immiſcebantur, neque diutius expectabant, niſi ſi plenus eſſet ordinis numerus.

§. XXV. Actionem illam ſubſidiariam Cujacius in factum appellat; imo etiam gloſſa alicubi & nonnulli veterum, qui Theophilum noſtrum ne de nomine quidem noverant, ut immerito vapulet, quaſi eorum agmen ducat, qui tam fœdum errorem errarunt. Scripturam illam, *tum quem ex familia*, Cujacius quoque tandem ſecutus eſt. Cujacium igitur erroribus, & ineptis interpretationibus ſcatere jure quis dicet? imo non alio magis nomine nugax videri poterit, και μη νεον κοινον εχειν. Cujacius enim omnes retro juriſconſultos æquat; ſuperſtites, quotquot ſunt, longiſſimo intervallo vincit; & ſæculum nova felicitate cenſeri poterit, quod juris interpretem Cujacio proximum feret.

§. XXVI. Blandiuntur ſibi, qui palmam improbo conanime præripere Cujacio tentant: qui ſi in rebus humanis eſſet, ne hiſcere quidem auderent. Interpretum plerique, ſi verum amamus, ſine dubio cæcutirent, ſi Cujacius facem non prætuliſſet, viam præ-

præmonſtraſſet, & digitum ad fontem intendiſſet. Non erat quidem Cujacius ἀναμαρτητος, qualem Stoici ſapientem ſuum fingunt: & fortaſſe quædam ſunt apud eum adnotamentis digna. Sed hæc imperitiæ nemo ſanus adſcribet, ſed incogitantiæ, vel certe humani generis vitio. Imperitorum errores fere craſſi ſunt & pudendi. Viris magnis excidiſſe quid magis dicere ſolemus, quam erraſſe eos, ſi non ſimus prorſus ἀνηωξοι.

§. XXVII. Erravit etiam interdum Theophilus: fateor, homo erat, non Deus. Atque hæc anquirendæ veritatis, non maledicendi ſtudio, ſcripſiſſe me velim, vir doctus exiſtimet: nam & ipſe, ſi rationibus certet, æquiſſimo animo feram. Errores Theophili verecunde notemus, & quantum eruditioni ejus debeatur, candide profiteamur. Errores etiam cujuſque noſtrum benigne patiamur emendari: ſic enim & attentiores & meliores evaſuri ſumus.

EXCURSUS II.

NIC. HIER. GUNDLINGII,

Anteceſſoris Hallenſis &c.

Commentatio de THEOPHILI Paraphraſi Inſtitutionum Græca.

In Gundlingianis Part. II. Artic. 2. pag. 105. ſqq. editis Halæ 1715.

Ex Teutonico Latine verſa & notulis illuſtrata a G. O. Reizio.

ARGUMENTUM.

§. 1. Theophilus Paraphraſtes non alius fuit ac *Theophilus* in Pr. Inſtit.

§. 2. *Thalelæus* tempore Juſtiniani vixit, citatque α. Paraphraſten atque ejus librum.

§. 3. Probatur, Thalelæum β. coætaneum fuiſſe Juſtiniani.

§. 4. Ad argumenta eorum, qui Theophilum Juſtiniani diverſum ſtatuunt a noſtro, reſpondetur.

§. 5. Error Fr. Broei, M. Freheri, J. Gothofredi, V. Gravinæ, qui Thalelæum inter Baſilicorum interpretes repoſuerunt.

§. 6. Quibus addendum, quod Gothofredus eum Sæculo XI. ſcripſiſſe ſtatuit.

§. 7. Utilitas Interpretum Græcorum, & præcipue Theophili. Apologia Fabrotti γ. pro Græcis & Theophilo A°. 1639. edita.

§. 8. Em. Merillius Theophilum contemnit; & librum adverſus eum meditatur: huic ſe opponit Fabrottus.

§. 9. Auguſtinus Politianum ſummis effert laudibus, quod primus Theophilinæ Paraphraſeos mentionem fecerit. Prima Viglii Zuichemi Editio: quam Wecheli & Neidharti Editiones, & verſio δ. tandem Jacobi Curtii, nec non D. Gothofredi editio ſequuta fuit.

§. 10.

α. Nuſquam citat, quantum ſcimus. Vide infr. ad §. 2.

β. Quum Gundlingius complurium Germanorum more Latina Germanicis miſcere ſoleat, etſi aliquando non ſatis Latina, ut hic *coætaneum*: nos ea retinere maluimus, quam pro noſtro captu Latinius reddere. Quamquam autem probe ſumus guari, quam noſter ſtilus ac Latinitas, præſertim in vertendis aliorum ſcriptis, a vero Romanoque dicendi genere abhorreat, tamen hoc admonendum duximus Lectorem, ne alienos præterea nævos nobis imputet.

γ. Gundlingius, & in ſequenti Excurſu Mylius, nomen FABROTTI per duplex T conſtanter, ſed perperam, ſcribunt.

δ. Error, quem caſtigabo infr. ad ipſum contextum.

§. 10. Ambæ editt. Fabrotti laudantur. Utraque opus eſt.

§. 11. Jo. Doujatius Theophilum notis illuſtrat, additque nonnullas Fabrotti; cujus verſionem emendat. Ejuſdem diſſertatio ſingularis de §. 2. *de Act.*

§. 12. Qua methodo in diſcendis Juris Inſtitutionibus utendum ſit.

§. I. IN Procœmio Inſtitutionum Theophilus & Dorotheus inter Anteceſſores nominantur, qui in iis componendis operam aliquam navaſſe dicuntur. Hinc B. Briſſonius putavit, hunc Theophilum eſſe paraphraſten noſtrum. Viglius Zuichemus, qui Paraphraſin Theophili primus edidit, in eadem prius ſententia fuit, quam deinde variis de cauſis mutavit. Ego tamen exiſtimo, neutiquam neceſſe fuiſſe, ut id faceret: licet ſciam Car. Ann. Fabrottum in eamdem deſcendiſſe opinionem, quæ & Ant. Auguſtino & multis poſtea JCtis probata fuit.

§. II. Hæc mea ſententia eo nititur, quod Theophilus vel Thalelæo vetuſtior, vel ipſius æqualis fuerit. Nam Thalelæus laudavit ε. Theophilum, allegatis ex ejus paraphraſi verbis nonnullis: id quod ipſe Fabrottus, qui Thalelæum legit, in præf. ad Theophili paraphraſin docuit. Atqui Thalelæus imperante Juſtiniano floruit, ut Ant. Auguſtinus in *Notis ad Tractatum de Nominib. propriis in Pand.* [ad fin. cap. I. pag. 256.] adgnoſcit, etſi ignorabat Thalelæum allegaſſe Theophili paraphraſin. Idem Auguſtinus probat hoc ex Inſcriptione Conſtitutionis *Omnem*, Pandectis præpoſitæ, in qua Thalelæus inter illuſtres Anteceſſores nominatur. Hunc Thalelæum Cujacius L. XIII. Obſ. cap. 33. nominat της νομικης οφθαλμον, *Juriſprudentiæ oculum*, *doctiſſimum interpretem.* Fabrottus in præf. ad Baſil. credit, Cujacium doctiſſimas quaſque Obſervationes ex Græcis didiciſſe Interpretibus: & certum ſane eſt, Thalelæum Pandectas [Græce] vertiſſe, quam verſionem Haloander legit, ut teſtatur in *præf. ad Novellas.* Theod. quoque Amad. Schwallenbergius, qui Promptuarium Harmenopuli primus edidit, in præf. ſuo hanc ſententiam calculo probat: & Cujacius ipſe non modo Pandectis illius, ſed & ejuſdem interpretatione Codicis uſus eſt.

§. III. Contra Fabrottus Thalelæum, de quo memorata modo Conſtitutio meminit, pro ipſo Pandectarum interprete non videtur habuiſſe: alioqui procul dubio Theophilum quoque, qui & in Inſtitutt. & in Conſtit. eadem atque alibi laudatur, pro ipſo Paraphraſte habuiſſet. Vero quidem ſimile ait, Theophilum vixiſſe ante Thalelæum, quando hic illum laudaverit, & ipſa ejus verba adduxerit; verum non confitetur Thalelæum floruiſſe ſub Juſtiniano: quum tamen in omni horum temporum hiſtoria non alius inveniatur Thalelæus: tandem vero concedit Fabrottus, eum proxime poſt Juſtinianum vixiſſe. Unde jure merito mireris, cur Thalelæum in Conſtit. Juſtiniani aut non viderit, aut videre noluerit: quem tamen & Pancirollus *de claris Legum interpp.* & Ant. Auguſtinus l. c. jam detexerant. Neque hoc prætereundum, eumdem hunc Fabrottum opinari, Theophilum non videri novum ſcriptorem, quia ſolemnibus & legalibus utatur verbis, & procul dubio Caji, Ulpiani, aliorumque JCtorum veterum libros, temporis injuria amiſſos, legerit.

§. IV. Adeoque operæ erit pretium in cauſas inquirere, cur inter Theophilum paraphraſten, & Theophilum in Jure Juſtinianeo memoratum, diſtinxerint? Vigl. Zuichemus ait, [§. 31. Præf. ad Carol. V.] vix ſe adduci poſſe, ut credat Theophilum in ſua paraphraſi nihil ea de re memoriæ proditurum fuiſſe, quum tamen ad Inſtitutionum Procœmium opportunam arripere potuiſſet occaſionem. Ego vero exiſtimo, hoc ideo non factum, quod forte tum putaverit jam ſe ſatis notum eſſe ζ. omnibus. Idem fere in omnibus hiſtoriis antiquis uſu venit. Non venit in mentem poſteritatis, quæ de minutiis ſæpe, tum temporis ſat cognitis atque adeo neglectis, poſtea edoceri optat geſtitque. Si Thalelæus & Pandectas & Codicem paraphraſtice vertit, ut cuncti pæne

ε. Nemo adhuc locum iſtum invenire potuit, neque Ev. Otto, neque H. Mylius, neque J. H. Böhmerus, neque ego. Quare μνημονικον ἁμαρτημα Fabroti eſſe puto, quum Stephanum nominare debuerit; ut eadem argumenti vis maneat.

ζ. Veroſimilem hujus rei cauſam dabo ad Mylii *Hiſtoriam THi* cap. II. §. 2.

η. & θ.

pæne adfirmant, de ſe quoque meminiſſe debuiſſet: at enim & ipſe hoc tacuit. Et nos forte idem hodie negligeremus, quod Thalelæus & Theophilus neglexere, ſi eodem eſſemus loco, id eſt, ſi quid de nobis meminiſſe deberemus. Addunt Viglius & Fabrottus, non eſſe credibile, eum, qui Inſtitutiones cum aliis confecerit, in nonnullis antiquitatibus, tam parvi momenti, uti Theophilus fecit, offenſurum fuiſſe. Ad quod mihi dubium facile ac cito reſponderi poſſe videtur. Quis enim ſibi perſuadet, Tribonianum omnes pernoviſſe antiquitates, quarum in Pandectis, Codice & Inſtitutionibus veſtigia comparent? nonne ſummæ hic ignorantiæ incuſatur Tribonianus? nonne in ipſis Juſtiniani Inſtitutionibus graviſſimi errores reperiuntur? Quid tandem nos de antiquitatibus Germaniæ noſtræ ſcimus? Immo ne Fabrottus quidem credit, Theophilum iſtos commiſiſſe errores. Putat, nec ſane temere, imperitum tironem *n.* hujuſmodi ſibi gloſſas ac frigidas ineptias adnotaſſe ad marginem, quas deinde librarii in ipſum opus retulerint. Ut taceam, non omnia eſſe errata, quæ Theophilo *ϑ.* adfinguntur. Fabrottus eum adverſus Merillium fortiter defendit; & nos idem mox amplius docebimus.

§. V. Antequam vero ad id aggredimur, obſervamus interim, a doctiſſimis JCtis haud levi culpa Thalelæum iis adnumerari, qui in Baſilica commentati fuere; Franc. Broeus, doctiſſ. alioqui Profeſſor Bituricenſis in *Chronologia totius juris hiſtorica* hac in re erravit, nec non Marq. Freherus in *Chronologia utriuſque Imperii*, immo & Jac. Gothofredus in *Manuali Juris*, & Vinc. Gravina in libro *de Ortu & progreſſu Juris Civ.* pag. 164. [noviſſ. edit. 101.] quorum tamen poſteriorum uterque Joſephi Suarezii *Notitiam Baſilicorum* legiſſe profitetur. Novimus potius, in Baſilicis integra ſæpe loca ex Thalelæo *ι.* inſerta & ad verbum transſcripta fuiſſe: id quod Cujacius in dicta Obſervatione & poſt eum Fabrottus V. Cl. jam obſervavit.

§. VI. Nihil mirum igitur, ſi Theophilum quidam in ſæculum XI. rejecerunt, Accurſioque dederunt comitem; licet Accurſius nec de Theophilo quidquam noverit, neque hic de Accurſio multis poſt ſæculis nato noſſe quid potuerit. Opinioni priori ipſe Cujacius præbuit originem, dum Theophilum pro Theophilize habuit, qui inter Commentatores Baſilicorum refertur. Cujus rei hæc eſt cauſa, quod non animadverterit, jam a Thalelæo laudari Theophilum, haud magis quam Ant. Auguſtinus, qui alioqui ætatem Thalelæi recte obſervavit ac prodidit. Itaque tota Jac. Gothofredi conjectura, qui eum idcirco in XI. ſæculum rejecit, ficulneo nititur argumento. Otto quidem Tabor differt. *de alienatione, quæ in mutuo vertitur*, elench. VI. n. 2. ſcribit, Leunclavium in altero *Notatorum* libro obſervaſſe, Theophilum integras periodos ex Baſilicis *ιι.* transſcripſiſſe: at quis ei dixit, Collectores Baſilicorum non transſcripſiſſe Theophilum? Ex Thalelæo aliquot loca eos deſumſiſſe, certo conſtat: atqui ipſe Thalelæus laudavit Theophilum. Hinc forte Salmaſius *κ.* putabat confici, eum ante Juſtinianum floruiſſe: quod tamen veri non eſt ſimile. Alterum errorem contemtores Theophili non modo auctoritate Cujacii confirmare voluerunt, ſed contenderunt quoque, eum antiquitatum Romanarum loco fabulas cum Accurſio narraſſe. Cui nos cavillationi commentitiæ partim reſpondimus, partim, quod ad Cujacium, ex Fabrotto clarius etiam reſpondebimus.

§. VII. Ceterum exiſtimas forte, quiſquis es, non operæ tamen fuiſſe pretium, Thephilum denuo vulgari tantaque verboſitate celebrari. Fortaſſe laudes, quibus Cujacius, Viglius, Ant. Auguſtinus, Jac. Curtius, Fabrottus, Græcos interpretes & commentatores mactarunt, haud aliter comparatæ tibi videntur, atque illi honores, quos quidam Critici auctoribus ſuis Claſſicis, quos in lucem edunt, nimis liberaliter tribuere ſolent. Homines, ais,

n. & *ϑ.* Vide indicem noſtrum ſub nomine THi, ubi loca adnotavimus, in quibus tam ab aliis quam a nobis vel *gloſſematis purgatur*, vel ſibi *reſtituitur*, vel injuria *ob alterius culpam notatur*, vel denique ejus ſententia *defenditur*.

ι. Pluribus hoc probat Hoffmannus in *Hiſt. Juris* Tom. I. pag. 655-6. *in notis*.

ιι. Vide pag. huj. Edit. 82—3.

κ. Quo loco? Namque Salmaſium putaviſſe, THum poſt Dig. & Cod. vixiſſe ac vertiſſe Inſtit. Juſtiniani, adparet ex nota illius, quam ad Tit. *de Verb. Obl.* pag. 624. & 625. adtuli.

ais, prudentes utilitatem inde oriundam ſtatim oſtendi ſibi volunt: quam quum non percipiunt, haud immerito exiſtimant, adoratores illorum male operam ac tempus collocaſſe; & in opere inutili luſiſſe. Faſtidioſus ſane & importunus Otto Tabor in *Racemationibus Criminalibus ad tit. Arborum furt. cæſ.* ſententiam ea de re minus favorabilem captioſamque tulit, quodque nos de nonnullis ſuſpicabamur, ipſe aperte firmavit. Aliis non placet, quando Græce ſcire aut diſcere jubentur, quemadmodum Viglius in præfatione [§. 32.] docuit. Hinc contemnunt, quæ non intelligunt, eoque plures fingunt nævos, ne quis moleſte ferat, ſi nec Theophilum nec alios Græcos legant aut legere poſſint. Non poſſum tamen hos doctores non commonefacere, ipſos a vera via, ad ſolidam Juriſprudentiam ferente, penitus aberrare. Quid enim? Nonne, qui Juſtinianeas leges & libros, quibus hodie utimur, elaboravit, aut eodem tempore vixit, aut veterum prudentium volumina legit, multis ea partibus melius intelligere potuit ac debuit, quam nos? Hæc eadem eſt cauſa, cur Cujacius Græcos interpretes adeo laudaverit, Thalelæumque & Blaſtarem cum aliis ad cœlos extulerit: ac fere in pagellis ſingulis aliquid docuerit, quod ceteris nec in mentem venerat, neque adeo venire poterat. Quid enim boni & docti barbarus cunctarumque artium ac linguarum rudis *Lucas de Penna* ſcribere poteſt, qui ſine juſto apparatu & capacitate ingenii vaſto Romani juris pelago ſeſe committere audet? Tabor, homo & pertinax & ſuperbus, hæc auxilia me hercules ſpernere debuit, quia in juventute a diſcenda Grammatica Græca fere excuſatus fuerat, & inter illos, qui nec aliunde magnam ſunt laudem conſequuti, notiſſimam hanc legulejorum cantiunculam, *Græca ſunt*, ſæpius ingeminaverat. Si defenſores Græcorum primas tenerent, Tabor vix in claſſe tertia ſediſſet, quod ei Salmaſius jam exprobravit. Igitur Car. Ann. Fabrottus, (quia calumnia ignorantium impudentiſſima, & auctoritas interpretum gregariorum aliquando major eſſe ſolet, quam verorum Juris peritorum) Apologiam *pro Græcis* unaque *pro Theophilo* conſcripſit, quæ cum XII. ejuſdem *Exercitationibus* Pariſiis A. 1639. edita fuit, unde, quia rarior eſt, ſequentem locum adjungam: *Quantum autem Juris ſtudioſi* —— λ. *doctiſſimis hactenus incognita fuerant.*

§. VIII. Mirari autem ſatis nequiit Fabrottus, Clariſſimum quoque Em. Merillium Theophili nullam habuiſſe rationem. Ipſum quidem nomine ſuo non appellat, ſed apertum tamen eſt, eum aliquas ex illius *Obſervationibus*, quas cum *Variantibus Cujacii* ediderat, refutaſſe. Merillius contra præ invidia erga Fabrottum Græcos videtur Interpretes contemſiſſe. Unde in memoratis *Variantibus Cujacii interpretationibus* pag. 390. μ. promiſit, ſingulari ſe libello *animadverſiones in Theophilum* editurum, oſtenſurumque quantopere hic ſcriptor aberrarit, nec mentem Juſtiniani perceperit. Idem hic Merillius Cujacium de mutata ſententia incuſavit: quod alibi dixerit, Theophilum eſſe ſcriptorem antiquiſſimum; alibi autem, eum æqualem fuiſſe Accurſio. Poſterius in *Relationibus Cujacii ad Tit. Inſtit. de Action.* ſe legiſſe ait; ſed hoc jam dubium Fabrottus removit. Singulares Animadverſiones ad Theophilum Merillius non confecit: licet aliquando putaverim, ipſum ſignificaſſe novas Obſervationes ſuas, quas cum Variantibus Cujacii præter alios VIII. libros edidit. At L. II. [immo VIII. pag. m. 304.] cap. XXVII. pag. 111. invenio, eum eaſdem denuo promiſiſſe, adeoque juſtum librum conſcribere voluiſſe. „ Scatet, inquit, Theophilus pleriſque aliis erroribus, *&c.*" Fabrottus contra ea jam omnia, quæ ille in Obſervatt. adverſus Theophilum protulit, bene ac fortiter refutavit, eumque modo dicta Apologia forte deterruit, ita ut Animadverſiones ſuas oblivioni dedicaret.

§. IX. Sagaciſſimus Ant. Auguſtinus longe alius eſt opinionis, quam oſores Cujacii & Fabrotti: ſummo cum honore verba facit de Angelo Politiano, qui occaſionem tantummodo præbuit, ut Theophilus doctis in memoriam ac mentem, tandemque in lucem

λ. Quia Fabroti Apologia hodie non eſt rarior, utpote Theſauro Juris Tom. III. inſerta ab Ev. Ottone, deſcribendi labore ſuperſedemus. Sed quæ ad ipſum THum ſpectant, inde excerpta dedimus in Excurſu I.

μ. Appendicis cap. 2. Edit. Neap. pag. 373. pr. unde, nec non ex ejuſd. Obſerv. iniquum Merillii de THo judicium in Teſtimoniis huic paraphraſi præfixis exhibuimus.

cem publicam veniret. „ Quis Angelus (hæc ſcribit *Emend. L. IV. cap. XIV.*) Poli„ tianus fuerit, quo ingenio, qua eruditione, ignorat, ut opinor, nemo: quantum ve„ ro ei juris civilis amatores debeamus, non multis compertum eſt. Quotus enim „ quiſque exiſtimat, nos præter unum atque alterum locum, quos in Epiſtolis & Mi„ ſcellaneis emendavit, ei accepto referre oportere? Sed mihi multo facilius eſſe vide„ tur, ea loca enumerare, quæ Politianus, aut qui a Politiano acceperunt, non reſti„ tuerunt, quam quæ ejus cauſa emendata ſunt. Nam ut illa omittam, animos omnium „ ab eo excitatos ad juris civilis inſtaurationem, Inſtitutionumque Theophili eum pri„ mum fuiſſe præconem: quicquid Bologninus & eum meliori ingenio ſecuti Alciatus „ & Haloander reſtituerunt, e Politiani libris acceptum eſt". Politianus autem in *Miſcellan. cap.* 84. primus de Theophilo mentionem injecit, donec Vir Eruditiſſimus Viglius Zuichemus eum a Cardinale Bembo ex Veneta Bibliotheca S. Marci obtinuit, cui a Cardinale Beſſarione donatus legatuſque fuerat. Et quum ei Joan. Baptiſta Egnatius alterum itidem conceſſiſſet Codicem, primus hanc Paraphraſin A. 1534. edidit. Primus tamen Tit. *de Juſtitia & Jure* deſiderabatur: quem Viglius ipſe tranſtulit, ne quid novæ Editioni deeſſet. Præfatio Viglii ad Carolum V. ſcripta eſt, totumque Opus Baſileæ ex officina Frobeniana in folio minori prodiit. Ipſe ego Epiſtolas Viglii Zuichemi, Leovardiæ in Friſia A. 1661. editas evolvi, ratus eum hac de re plura particularia [& memorabilia] ad Joach. Hopperum ſcripſiſſe: verum enim vero *ν.* nihil ejus reperi, tum quia hæ epiſtolæ non niſi de rebus novis agunt, tum quia hoc litterarum commercium cum Hoppero ab Anno 1555. demum cœpit: quum vicennio ante Theophili Inſtitutiones typis vulgatæ jam fuerint. D. *Simon Abbes Gabbema* Archivarius Leovardienſis has Epiſtolas in lucem primus protraxit. Interim quoniam argumentum Viglianæ Præfationis Jacobus Gothofredus in Manuali Juris excerpſit, huic ego operæ parcere poſſum. Eodem anno, quo Editio Baſileenſis innotuit, Chriſtianus Wechelus Pariſiis, ope novorum ξ. aliquot Codicum, aliam in 8. typis expreſſit: annoque 1544. juvenis quidam, nomine *Jodocus Petrus Neithart Ulmenſis* hanc paraphraſin ο. textui Inſtitutionum ad ſingulas paragraphos appoſuit: donec tandem Jac. Curtius Brugenſis A. 1545. π. verſionem in 12. confecit, quam Equiti Halevinio dedicavit, additis aliquot annotationibus: quæ editio ſæpiſſime recuſa fuit. Ipſe exemplar poſſideo, A. 1558. Lugduni apud *Joh. Frellon* in 12. editum. Fallitur Doujatius, qui hanc primam ϱ. opinatur fuiſſe editionem. Hoc certum, adjunctas illi nonnullas Franc. Hotomanni annotationes. Ludov. Miræus novam dicitur Editionem A. 1580. Lugduni edidiſſe: cujus Jac. Gothofredus [&] Simon Leewius meminerunt. Hunc tamen crediderim non niſi Græcam paraphraſin cum Jac. Curtii verſione in 12. repetiiſſe: id quod ex Catalogo Bibliothecæ Thuanæ, in quo hæc editio exhibetur, colligo. Tandem ei ſe operi accinxit Dionyſ. Gothofredus, qui textum Theophili A. 1587. cum prototypo Juſtiniani nec non verſione Curtii [in unum] contulit, ac αὐτοσχεδίως inter ſe oppoſuit, additis in margine paratitlis & notis, quæ utiles eſſe poſſunt his, qui litteralem Inſtitutionum ſenſum ac mentem percipere ſtudent.

§. X. Cunctas vero has editiones ſuperant ambæ, quas Carolus Annibal Fabrottus * eruditis impertitus eſt. Hic A. 1638. in 4. Pariſiis textum Viglianum multis, & ut

ν. Sed in litteris ad Craneveldium & Bauſanum non pauca nec parvi momenti habet, quæ ad THi paraphraſin ſpectantia ex edit. Viri Ampliſſimi ac ſumme Venerandi HOYNCK VAN PAPENDRECHT Excurſu V. art. 2. cum Lectore communicabo.

ξ. Falſum hoc librariorum fraudi debetur: ut oſtendi in Prodomo THino, qui facit Excurſum noſtrum IV.

ο. Sed miſerrime truncatam & vitioſiſſimam, ut poſt Mylium docebo *ibid.*

π. Mirum prorſus eſt, Gundlingium hoc ſcribere, quum Fabrotus ad §. 3. *de Nupt.* meminerit Editionis Pictav. A. 1539. quam omnium principem omnes fere docti falſo crediderunt. Vide eumd. Exc. IV. de hac & aliis editt.

ϱ. Dubie loquitur Doujatius, unde nihil certi ſtatuas, quid ſenſerit. Vide illius præfat. ſub fin. in Exc. V. art. 14.

* FABROTTUS alioqui, Profeſſor Aquiſextienſis, *Peireſcii* amicitia fruebatur, nec non Præſidis *Gulielmi du Vair*, qui eum ad Profeſſionis munus promovit. Ab A. 1638. Pariſiis commoratus fuit, & tum

ut ipſe ſcribit, ſexcentis locis emendavit, ad quam rem *Nic.* ei *Rigaltius* aliquot veteres Codd. ex regia Bibliotheca commodavit. Unde prorſus fere novam σ. confecit verſionem, additis Scholiis utiliſſimis, quæ Paraphraſtæ multum lucis inferunt. Præterea uſus eſt impreſſo *Petri Nancelii* exemplari, cujus margini obſervationes nonnullas & emendationes adſcripſerat, ope Codicis MS. repertas, quem tamen Codicem vix ulla in re a regiis Codd. diverſum eſſe oportuit. Tum *Jac. Mentellum* laudat, qui ei ſuum Theophilum, cum uno Cod. regio collatum, commodaverat: unde aliqua fatetur deſumſiſſe, quæ ipſe neglexiſſet. Monendus quoque eſt Lector benevolus, a Fabrotto A. 1657. iterato editum fuiſſe Theophilum, at ita ut priori Editione carere non poſſis. Multas enim in iterata edit. notas omiſit, alias addidit: quod ideo, ut ipſe τ. ait, fecit, quia illas juſto in Inſtitutt. Commentario inſerturus erat. Quare nec textum Juſtiniani adjecit. Sed Commentarius hic in dictas Inſt. Juſt. nondum in lucem prodiit. D. Menagius magnum ejus deſiderium prodit, quando in *Amœnitatt. Jur. Civ. pag.* 147. [pag. 298.] ſic ſcribit: *Commentarios illos Fabroti in Inſtit. Juſt. publici juris fieri maxime intereſſet. Ut tantos theſauros recludat, qui illos repoſitos penes ſe habet, Fabroti filium Virum Clariſſ. & in ſuprema Monetæ Curia Senatorem digniſſimum, Juris ſtudioſorum nomine per patris manes hic rogo atque obteſtor.*

§. XI. Denique Joan. Doujatius Primicerius Juris Profeſſor Pariſienſis, qui & Livium in uſum Delphini procuravit, Theophili noſtri paraphraſin cum nonnullis Fabrotti & Cujacii, nec non ſuis notis A. 1681. Pariſiis in 8. edidit, non addito textu Græco [nec Imperatoris Latino], ne libellus ſtudioſis fieret gravior cariorque. Græcum textum non adeo deſideratum iri credidit: quum inſuper, ceu notum, ſua ſe elegantia υ. minus commendet. Verſionem quidem Curtii cum emendationibus Fabrotti retinuit, ſed eam aliquoties, ubi obſcurior aut Theophilinæ menti, ipſo judice, minus eſſet conveniens, emendare φ. ſuſtinuit: ſimul errores ejus (THi) partim in notis, partim in margine aſteriſcis notans. In calce legitur ſingularis ipſius Doujatii Diſſertatio de §. 2. *de Actionib.* in qua diligenter diſquirit, *quis ſit ille unus caſus, ubi qui poſſidet, actoris partes obtinet.* Non alium hic caſum arbitratur intelligendum, χ. quam *&c.*

§. XII. Hanc ego commentationem de paraphraſi Theophili amatoribus Juriſprudentiæ Romanæ gratam fuiſſe ac fore ſpero. Unicuique ſaltim ſtudioſorum ſenſum litteralem Inſtitutionum cordi eſſe oportet, ut artem Juris Civ. Rom. quam cuncti fere multis exornant coloribus, apte addiſcat, atque ita clare obſervet, quibus in rebus noſtri Germanorum mores ab jure R. diſcrepent, aut potius hoc ab illis, quippe admodum ſimplicibus. Hæc qui non facit, aut ab aliis fallitur aut ſe fallit ipſe, & ad tumulum uſque intricatum *occiput & confuſum ſynciput* retinet. Non tam Inſtitutiones aut artem juris, quam farraginem nugarum & variorum jurium chaos diſcit,

tum ſuos tum aliorum libros edidit. Cancellarius Seguierius ipſi idcirco [annuam] penſionem procuravit, quo melius ſe ſuſtinere poſſet. A. 1659. Kal. Januariis obiit. Filius quoque ejus nuper, ut fama eſt, deceſſit, qui Senator fuit in Monetaria Curia. Nota ſunt illius *Baſilica, Cedrenus, Nicetas, Anaſtaſius Bibliothecarius, Conſtantinus Manaſſes, Glycas, Opera Cujacii, Exercitationes ipſius XII. item Prælectio de vita & honeſtate Clericorum, Diſquiſitiones de juſto partu & numero puerperii.* Omnia quæ ſcripſit, magna cum eruditione & induſtria ſunt ſcripta. Salmaſius, qui omnes fere JCtos pro *Coprianis* [id eſt fungis] habuit, Fabrotum honeſtiſſime tractavit: licet ab eo in controverſia, *an mutuum ſit alienatio*, diſſenſerit. [*Ipſius* GUNDLINGII *adnotatio.*]

σ. Falſiſſima gloriatio; nam pauciſſimis locis verſionem Curtianam, & ſæpe in pejus, mutavit. Vide *Editoris Leidenſis admonit.* in Exc. V. Art. 16.

τ. Nuſquam, quod ſcio, diſerte hoc ait: ſed inde facile deprehenditur, quod in Edit. 2. ſæpiſſime ad *Comment.* ſuum *in Inſtit.* provocat.

υ. Quin immo elegantiſſimo, id eſt, naturali & ſimplici, & ut ita dicam Ciceroniano, non inflato nec Aſiatico aut Juſtinianeo, utitur ſtilo, quod & Viri Docti Græcitatis præ me peritiores agnoſcunt. De Latino-Græcis artis juridicæ vocabulis forte ad Mylium dicam.

φ. Neque hoc ex aſſe verum. Vide e. g. *Editoris Leid.* notam in noſtra hac THi edit. pag. 54. col. *b.*

χ. Vide notam Doujatii in noſtra Edit. pag. 789. col. *a.* & Excurſ. XVIII. ex eodem.

ſcit, cerebrumque ita aggravat, ut lapſabundus ſæpe, ubi ipſe habitet, ignoret. Hæc forte admonitio multis haud placebit.

——— ——— *clamant periiſſe pudorem*
Cuncti pene patres, ea cum reprehendere coner,
Quæ gravis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit.

Ego hoc reſpondeo, clament & vociferentur quantum velint,

——— *Quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt,*
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbi didicere, ſenes perdenda fateri.

Contra & ratio & experientia docebunt, uter ſcopo ſit proximior, egone an hi clamatores & turbatores. Optandum ſane, ut Theophilus denuo mox edatur, ne exemplaria, præſertim ex edit. Fabrotti tam caro amplius veneant. Tum de his forte, dummodo non præfractæ ſint mentis, dici poterit:

Expulit helleboro morbum bilemque meraco,
Et redit ad ſeſe.

Nam qui confuſo eſt cerebro, æger quoque eſt, aut ut cum poëta rurſus loquar:

——— *nihilo ſapientior, ex quo*
Plenior eſt.

Quicumque autem eum volet edere, curet ne MS. Vaticani obliviſcatur, cujus Pater Montfaucon meminit *in Diario Italico* ♆., id quod a nullo hactenus eorum, qui Theophilum edidere, viſum aut collatum fuit. Illi qui paraphraſes Inſtitutionum, veluti Pacius & Fuchſius conſcripſerunt, methodum Theophilinam probaſſe videntur. DANIEL GALTIER ω. idcirco *levem ſuam ac ſimplicem viam ad Inſtitutiones Juris Civ.* A. 1658. Pariſiis editam THEOPHILUM RENOVATUM inſcripſit.

♆. Pag. 211. ſqq. longum exhibet MSS. Græcor. catalogum ex Bibliotheca S. Baſilii Romæ, in quo pag. 216. med. occurrit: *In Codice membranaceo XI. ſeculi, liber Inſtitutorum*, qui procul dubio eſt ipſius Juſt. De Biblioth. autem Vaticana Montfaucon paucos tantum Codd. majoris pretii pag. 277-8. memorat, neque inter eos THum invenio. Equidem vix dubito, quin *nullus Thus in tota Bibl.* Vaticana reperiatur, quum in Bibl. Bibl. idem Montfaucon nullam ejus rei faciat mentionem.

ω. Sic ipſe auctor ſuum nomen ſcripſit, ſed a Gundlingio, neſcio cur, appellatur: *Antonius Daniel Galteori.*

EXCURSUS III.

OPUSCULA MYLIANA AD THEOPHILUM FACIENTIA COMPLECTENS.

ARTICULUS PRIMUS.

JO. HENRICI MYLII J. U. D. THEOPHILUS:

sive de Græcarum Juris Institutionum earumdemque auctoris historia, ætate, auctoritate, fatis, dotibus, nævis,

LIBER SINGULARIS.

[Qui primum editus Lipsiæ 1730. dein recusus Leidæ 1733. *nunc tertium ex postumis Auctoris schedis* emendatus atque auctus, nec non ἐπιγρισεσι G. O. Reizii instructus, prodit.]

CICERO PRO ARCHIA: „ Si quis minorem gloriæ fructum ex græcis putat percipi, „ quam ex latinis, vehementer errat".

[J. H. MYLIUS J. U. D.]

LECTORI S.

NOn sunt adeo multa, quibus Te in exordio velim aut morer, Lector. Opusculum, quod Tibi in manibus est, antea, ut esset, honores, qui juris studiosos expectant, capessendi licentia, publicis contradictionibus expositum, hac nunc facie prodire malui. Quæ mihi tum fuerit occasio scribendi, quæ instituto ratio, quis operæ finis, cognosces ex iis plenius, quæ in ipso hoc libro, capite potissimum sexto, habes. Repetam paucis, ut constet Tibi ab initio, de consilio hoc meo. Postquam in græca institutionum Paraphrasi, multa perperam posita, aliqua opinione meliora esse dicebantur; putavi dignum pretio facinus fore, si quis illa, quæ ad eam rem pertinerent, persequeretur omnia, ac Theophilum alias jure, alias injuria, vapulare doceret. Videbatur ad illud animum inclinasse *Jacobus Gothofredus.* Qui cum se isti negotio subtraxisset rursum, nec eidem, quantum ego noveram, sese dedisset quisquam alius, cœpi ego ad illud animum subinde magis appellere, & quæ Theophilum non errare ostendebant, colligere. Nam apparebat sæpius recto tramite incedere, quam errare, quod aliis videbatur. Sufficere hæc res poterat Dissertationi inaugurali argumentum, non, arbitror, prorsus leve. Quo factum est,

eſt, ut ſubinde majori ardore in hanc rem incumberem. Crevit ſenſim eorum, quæ ad vindicias ejus ſpectarent, numerus, ut opellæ Academicæ modum longe exceſſiſſe viderentur. Obvenerunt præterea quædam, quæ ante plenius ſub examen vocanda erant, quam ad ipſam rem accederem. Huc potiſſimum ipſa Paraphraſtæ ætas librique hujus fata pertinere videbantur, & editiones commentatoresque, quos ſubinde adduxi, aliquando notavi. Inde mihi enatus eſt liber, mole exiguus, quem tum *vindiciarum THEOPHILI præparationem* dixi, ac, ut Academiarum mores exigunt, ſubjeci publicæ cenſuræ, abque eorum, qui alia tenuerant, dubiis vindicavi; eundem nunc tibi, ſi tua intereſt, legendum ſiſto, quem tu, qua te decet, fronte, ſuſcipe. Neque tamen habui, quæ addenda eſſe videbantur iis, quæ in diſſertatione dixi. Quodſi vero cuiquam abeſſe videntur, quæ adferri operæ ſit pretium, illum per Theophilum ego, & ejus cauſa, rogatum volo, ut ſufficiat, quæ hiſtoriæ illius deſunt, & oculos meos effugerunt. Neque enim in enarranda hac re, cum data opera primus verſarer, poteram conquirere undique omnia, contentus reperiſſe me, quæ aliorum virorum, eorumque non indiligentium, latuerunt curam & laborem, non adeo pauca. Ita vero hiſtoriam Paraphraſeos & auctoris ejuſdem perſecutus ſum, ut Paraphraſtæ nomen excuſſerim capite *primo*, *ſecundo* ætatem veram adverſus aliorum dubia adſtruxerim, *tertio* eandem novis argumentis tuitus, *quarto* capite munia & elogia quibus mactatur, commemoraverim, editiones *dein* & fata libri enarraverim, ac quiſnam ſit ipſi Paraphraſi numerus & pretium, diſquiſiverim loco *ultimo*. Id quoque opus eſt, Typothetæ, ſi is nonnunquam, & in græcis aliquoties, erraverit, veniam ut precer & impetrem. Id vero nolim illi imputes, quod *capitis Vti §. ſextus* editionem Neidhardtii opera (1) Baſileæ excuſam duodecima forma prodiiſſe dicat, quæ dum accuratius inſpicio, octava prodiit. Eſt equidem minore forma, & qualis eſſe illa aſſolet, ſed plagulæ ſingulæ tantum octies complicatæ ſunt. Deinde & illud nolim neſcias, *Theophilo* dici *Juſtinianum DOMINUM §. 12. Inſt. Paraphr. de Uſucap.* quod ego non adverteram, cum ſcriberem, quæ ſunt *Cap. III. §. II.* Denique eſt unum, quo ultimum libelli caput augeri velim. Inter illos, qui id agunt unice, ut inveniant, quod Theophilo exprobrent, primæ partes ſunt iſtis, qui omne ejus conſilium reprehendunt, atque eundem ut immorigerum imperatori iſtunt, quod inſtitutiones induiſſet Paraphraſi græca, cum alio modo quam κατα πόδα transferre in grajum ſermonem vetitum fuerit ab Imperatore. Eſt in eorum claſſe Huetius L. II. de claris interpretibus, pag. 133. *Juſtiniani Inſtitutiones græce retulit Theophilus eleganti & erudita, ſed prolixiſſima Paraphraſi, quo ſapientiſſimi Imperatoris ſanctioni minime paruit, quæ legum vetitis interpretationibus reliquis ſolum την κατα πόδα probavit.* Verum & nequicquam reprehendunt. Sed ut ne his reponam quæ capite VI. deduxi, quæque manifeſte monſtrant, ipſius Imperatoris auctoritate prodiiſſe opus; ne quidem allatæ illæ Codicis leges interdicere,

(1) Ediderat Mylius *Ulmæ*, ſed in ſchedis poſtumis ipſe ſic correxit. G. O. B.

dicere Jure Conſultis paraphraſi Inſtitutionum ſcribenda videntur, quamquam digeſtorum fieri alias, quam alligatas vocibus verſiones, vetuerint. Ad illa enim tantum pertinere, non æque ad alios juris libros, quæ §. 9. *L. II. & III. Cod. de Vet. Jur. Enucleando* ſtatuta ſunt, cum illud oſtendit, quod Digeſtis præmiſſæ præfationes illas paraphraſes prohibeant; non, quæ eſt ante inſtitutiones, eodem tempore emiſſa; tum quod in iis, quæ antecedunt, Imperator de pandectarum libris tantummodo loquatur, non de aliis; tum quoque illa evincunt quæ ſequuntur, & quæ ad edictum perpetuum hæc omnia ordinant, cujus in pandectis habetur ratio, alibi nulla. Nihil amplius tua tempora moror. Lege opellam & æquum Te judicem, aut, ſi id recuſas, arbitrum præſta. Ipſas vindicias expecta propediem, ac ad meum hunc laborem confer, quæ Martialis Lib. XI. Epigr. II.

Nota leges quædam, ſed lima raſa recenti;
Pars nova major erit: lector utrique fave.

ARGUMENTA CAPITUM.

CAPITIS I.

I. Opera JCtorum græcorum deperdita; reſtat Theophili Paraphraſis græca.
II. Autor Theophilus, non Theophilizes.
III. Nec Theophylus.
IV. Alii ejuſdem nominis.

CAPITIS II.

I. Summa diviſio ſententiarum de ætate Theophili; utriuſque ſtatores.
II. Triboniani fuit ſocius; quanquam id non indicaverit, ut ſolent plerique, etiam Salvius Julianus.
III. Quanquam adſcripſerit ſibi elogia.
IV. Vapulat ſæpe, ſed injuria. Emend. §. 3. proœm. Inſtit. Peregrino Prætori eſt jus edicti. Explicatur Dio Caſſius. SCtum a Macedone, an parricida? dictum.
V. Notato Connano, explicatur Theophilus, Ellipſis τϑ LEX frequens Græcis & Latinis.
VI. Jure nonnunquam vapulat Theophilus. Fabrotti conjectura rejecta. Etymologiæ JCtorum, item Græcorum. Vina Campana quæ ſint?
VII. Baſilica non exſcripſit Theophilus. Taboris JCti χαραϰτηρ.
VIII. Trivorius corrigitur.

CAPITIS III.

I. Theophilus Juſtiniani συ∫χεον@, nam dicit noſtrum. Cajus noſter.
II. Addit elogia alia. Tribonianum laudat & Theodoram. Domini qui?

III. Divi

III. Divi qui ſint? an tantum mortui?
IV. §. 5. de Senatusconſulto Tertulliano explicatur.
V. Illuſtratur L. 2. §. 9. C. de Vet. Jur. enucl. quid ſit extendere?
VI. Verba ſolennia & loca ex JCtis veteribus in Theophilo: in Cajum Theophili amor. §. 4 I. de Nuptiis.
VII. Thalelæus JCtus quo tempore? An duo ejus nominis? Allegat paraphraſin, uti Baſilici.
VIII. Quando deceſſerit Theophilus. §. 6. paraphr. de J. N. G. & Civ. explicatus.

CAPITIS IV.

I. Theophili munia. Comes conſiſtorii illuſtris. Cur clariſſimus dicatur? de hoc elogio plura.
II. Legum magiſter, doctor. qui illi? Reprehenditur Nicaſius.
III. Anteceſſor, Αντικηνσωρ. *unde ita? & qui ſic?*
IV. Docuit Conſtantinopoli, non Beryti. Notatur Fabrottus.

CAPITIS V.

I. Theophili paraphraſis. Paraphraſis quid?
II. Juſtiniani auctoritate confecta. Græcæ linguæ eo tempore quæ fata? quis in legibus uſus?
III. Fata libri. Politiani & Viglii in Theophilum merita. Editio prima Viglii. de Viglio plura. editiones aliæ.
IV. Verſiones paraphraſeos, Curtii potiſſimum: ejus nævi.
V. Editio Neidhardti notata.
VI. Gothofredorum, Fabrotti, Doujatii operæ.
VII. Editiones ſæculi XVIII.
VIII. Manuſcripti Codices.
IX. Alia ejuſdem ſcripta.

CAPITIS VI.

I. Paraphraſis an extet integra? Inſtitutiones emendatæ. Inſcriptio proœmii.
II. Græca eſt paraphraſis, immiſtis quibuſdam latinis. Græcæ linguæ quid ſit cum JCtis?
III. Theophilus a multis rejectus. Merillii & Fabrotti æmulatio. Gothofredi laus.
IV. Qui Theophilum magni fecerint?
V. Cauſſæ, ob quas negligitur.
VI. Verum libri pretium, uſus, dotes, auctoritas.
VII. Nævi & vitia.
VIII. Noſtrum inſtitutum.

HISTO-

Nos omnium capitum ſummaria ſive argumenta in unum h. l. colligere, quam ſingulis capitibus ſeparatim præmittere maluimus. Tum indiculos in generales noſtros auctorum & rerum indices tranſtulimus. Quæ in contextu his cancellis [ ] incluſa ſunt, ego de meo addidi; ſed ( ) ſunt ipſius Mylii. Denique paginarum in edit. Leidenſi ſive Hakiana numeros margini adſcribendos curavi. G. O. R.

HISTORIA THEOPHILI.

CAPUT PRIMUM.

Pag. 1. QUam ageretur bene nobiſcum, ſi præſtantium ingeniorum, quæ ad jus illuſtrandum acceſſerunt, monumenta ſupereſſent integra! Non repeto juſtas querelas, quas uno ore, quibus juriſprudentiæ ſalus cordi eſt, fundunt, de jactura veterum prudentum, quorum, quæ evaſerunt bonarum litterarum librorumque naufragium, tabulæ & fruſtula in pandectis extant, pauca alibi. Sed illam doleo juriſprudentiæ vicem, quod JCtorum Juſtiniano ſuperſtitum græca opera ætatem non tulerint, quibus, quid poſſit eſſe ad Juſtiniani libros intelligendos aptius. video omnino nihil. Græcum fecere pandectarum volumen & codicem (1) *Thalelæus* & *Stephanus* & *Anatolius* & *Iſidorus*: Sed præſtantiſſima opera noſtræ tempeſtati invidit ſæculorum barbaries: quod facile eſt ad conjectandum, quam inſigni juriſprudentiæ acciderit damno; ſed foret majori, niſi jacturam, non dico, ſarciret ſed vel leniret levaretque Theophili Inſtitutionum verſio ſive paraphraſis, quæ nobis ex tot græci juris voluminibus reſtat fere ſola. Hic vero fundus eſt juris & antiquitatum; hic fons ille unde derivant ſua, qui ad inſtitutiones quicquam ſolidi attulerunt. Sed ut ſit, quem pars JCtorum nobiliſſima tantum non in oculis ferre, fidiſſimumque
Pag. 2. & optimum interpretem dicere; illum alii parvi cenſent, ſuſpectæ fidei habent, nugarum undique plenum dicunt. Horum quicquid ſit, agetur enim ea de re inferius, operæ erit pretium, accuratius inveſtigare, & cum ea, quæ ad auctorem pertinent, excutere, tum verum ipſi libro pretium ſtatuere. Quod cum data opera, quod ſciam, a nemine factum ſit, dixi egomet mihi illam legem, ut, quæ ad paraphraſtæ hujus ætatem, vitam, doctrinam, auctoritatem, tum & quæ ad ipſius virtutes & laudes, vitia & errores ſpectant, colligam & hoc loco perſequar.

§. II. Principio conſtare certo debet de vero iſtius, quo de agitur, nomine. Dicitur is THEOPHILUS, & ſcriptorum fere omnium ſuffragio ita dicitur. Conſentit huic nomini codicum ſcriptura, conſentiunt Baſilicorum gloſſæ, & ipſe vetus

(1) Vide Suareſii *Notit. Baſil.* §. XIX. & pro *Dorotheo* apud eum reſtitue *Theodorum* ex ipſo Blaſtaris loco, quem in *Conſectario* XVI. *ad Memorab. e Baſil.* adfero in Excurſu XX. G. O. R.

(2) Hunc in editis Baſilicorum Scholiis nuſquam inveni: ſed ejus meminit Freherus apud Suareſ. §. 34. & Fabricius Bibl. Gr. Vol. X. pag. 547. „ *Theophilitzes* Nomicus JCtus, cu„ jus Eclogen Novellarum citat Nic. Comne„ nus pag. 15. & epitomen Baſilicon pag. 372. „ ſcholia ſive ectheſin ad Epitomen legum „ Leonis pag. 400.". G. O. R.

(3) Dicitur laudato Fabricio loco, quem excitavi, meditatus eſſe tractatum de claris Theophilis Gottlieb Schellvigius, prænominis forte ratione eo allectus, quem an abſolverit, mihi quidem non conſtat. MYLIUS.

Sic autem Fabricius Vol. V. pag. 96. „ Plu„ res [Theophilos] exſpectamus a Gottliebio „ Schelwigio, ubi ejus Syntagma de claris „ Theophilis lucem viderit". Poſtea Fabricianum THorum Catalogum auxere *C. A. Heumannus* & *Theod. Haſæus* in Bibl. Bremenſi A. 1721. Claſſ. IV. Faſc. 3. & 6. pag. 488. 507. & 1074. not. Pag. 513. Haſæus ſic concludit: „ Uberior ac luculenta magis THorum exſta„ ret hiſtoria, ſi illam promiſſis ſuis ſtantes „ ſingularibus diſſertationibus illuſtratam exhi„ buiſſent clariſſimi Viri *Humfredus Hodius* vv.

vetus Theophili ſcholiaſtes; nec foret ea de re controverſia, niſi intercederent CUJACIUS *in notis ad Inſt. Tit. de inoff. Teſtam.* & GOTHOFREDUS *in manuali juris pag.* 71. [mihi 77.] GROTIUS *in Florum Sparſ. ad Proœm. Inſt.* [p. 7.] TRIVORIUS *in obſerv. apologet. cap. VI. n.* 4. (Theſ. Jur. Civ. Tom. I. p. 220.) ſique ſunt quidam alii, qui unius Cujacii nomine in ejus ſe trahi partes facile patiuntur. Hi movent illi ejus nominis quæſtionem: his THEOPHILIZES audit, qui omnibus aliis THEOPHILUS. Aves ſcire, unde illud ſit? Dicam. Viderat ille, nam, quod dixi, ſecuti Cujacium ſunt cæteri, commemorari a CEDRENO *Hiſtoriarum p.* 560. quendam Baſilii Macedonis, ante imperiale faſtigium, ſervi, dominum, imperatorique & cognatione junctum & perquam familiarem, cui Theophilizes nomen fuiſſe dicitur. Hic illis locus impoſuit: putarunt eſſe, qui Inſtitutiones græcas fecit, eundem ac illum, cujus ſit a Cedreno mentio: ſed quam fuit diverſus quantaque temporum ſerie divulſus ab noſtro hoc, Cedreni homo. Nec conſtat ſibi CUJACIUS, cui aliquando Theophilizes d. n. ad Inſt. *de In. Te.* ſæpius Theophilus L. 27. *Obſ.* c. 8. L. IV. *reſponſor. Papiniani* & ad L. 2. *de U. & Uſufr. leg.* &c. appellatur. Immo is Michaëlis imperatoris cognatus Pag. 3.
Theophili nomine gaudebat, nec datur aliud ab ipſo Cedreno: qui circa imperatorem erant, illi, ſive quod blandiri eidem vellent, ſive ex ingenii, ut fieri aſſolet, petulantia, quem Theophilum debebant, ob puſillam corporis ſtaturam Theophilizen appellant. adſcribam ipſa illius verba: ὁ τȣ βασιλεως Μιχαηλ, καὶ τȣ Βαρδα, τȣ καισαρȣ, συγγενης Θεοφιλȣ, ὁν ὑποκοριζομενοι ἀπο το μικρον της ἡλικιας Θεοφιλιτζην ἐκαλȣν. Memoratur & inter illos, qui in Baſilica ſcripſerunt, quidam (2) Theophilizes, cum quo noſtrum qui confundunt, quam ſint a vero alieni, vel ætas iſtius, quam mox excutiam, evincet.

§. III. Nec eſt infrequens aut inauditum illa tempeſtate Theophili nomen. Veterum non paucos, hoc nomine aut eruditione & doctrina, aut rebus geſtis illuſtres jam dedit SUIDAS *in Lexico, voce* Theophilus, ex quo & aliis confecit Theophilorum, quorum nomen ſcriptis inclaruit, indicem vir doctus J. A. FABRICIUS *Bibliothecæ Græcæ Lib. V. c. I. Vol. Vti p.* 94. [& Vol. XII. pag. 654.] quibus addi poſſunt alii, potiſſimum ex Geſneriana Bibliotheca. Tum & præter hos, quorum nomen in juris noſtri libris celebratur, præfuit Aſiæ vicarius Theophilus anno CCCLXXXXVIII., ad quem extat Arcadii Imperatoris epiſtola *L.* 16. *Cod. Theod. de re militari.* Facit Theophili, celebris illius & orthodoxi Alexandriæ epiſcopi mentionem *L. ult. Cod eod. de his, qui ſuper religionis.* Alius ejus nominis ſophiſta codicillis comitivæ ordinis primi honoratus eſt anno CCCCXXV. *L. un. Cod. Th. de profeſſ. Urbis Cpol.* Servant Theophili urbi Conſtantinopoleos præfecti nomen plura ad eum data a Theodoſio reſcripta *L. un. C. Th. d. de præf. urb. Conſt. L. un. C. Juſt. eodem. L. un. Cod. J. de ſtud. liber.* (Vide Cujacium ad hanc legem) *it. L.* 22. *C. Th. de diverſis officiis* (3).

§. IV.

„ εν μακαριοις, & *Wilh. Schelguigius* (ſic) in „ Athenæo Gedanenſi Profeſſor meritiſſ. quem „ ut fidem ſuam quam primum liberet, roga„ mus publice". Immo Hodius in Prolegom. ad Joan. Malalam §. 24. id ſe opus perfeciſſe his verbis ſignificat: „ Conſule noſtram diatri„ bam *de Scriptorib. Græcis variis:* ubi de præ„ dictis Anaſtaſii Quæſtt. fuſiſſime tractatum „ eſt . . . . vid. etiam ibid. de Heſychio præ„ dicto in cap *de Heſychiis variis*; nec non de „ Clemente & Theophilo ſupradictis in capp. „ *de variis Clementib & Theophilis*, ubi fuſius „ & plenius de illis diſſeruimus". item in notula ad fin. §. 28. ait: „ Vid. Diatr. *de Script. „ Gr. Var.* ubi de Jo. Antiocheno Monacho „ Chronographo". Attamen hanc operam tantummodo adfectam reliquiſſe videtur A. 1707. quo obiit, quum Fabricius Vol. VI. pag. 138. diu poſt illius mortem teſtetur, eam diatriben lucem non vidiſſe.

Ceterum mirari ſatis nequeo, neminem eorum omnium, quos de variis Theophilis quidquam commentatos fuiſſe reperio, (quorum in numero quoque eſt Guidotius ad Theophilum Protoſpatharium ὡς Ουζων) vel verbo meminiſſe THEOPHILI ABBATIS, quem non modo Juſtiniani præceptorem fuiſſe, ſed & vitam Juſtiniani conſcripſiſſe, auctor eſt *Alemannus ad*

Pag. 4. §. IV. Neſcio, an tanti ſit, ut moneam, errari ab illis errorem longe maximum, prodique eximiam litterarum Græcarum ignorationem, qui Theophylum ſcribunt noſtrum, & eo nomine alios. Sed hodie ne minutioris quidem famæ juris magiſtri ea ſcriptione utuntur, quam olim placuiſſe video ANDREÆ MARIÆ CORATIO *de communi opinione doctorum L. II. Cap. IX. caſu 26.* Neſcio an Theophylacti bonis hominibus impoſuit nomen. Theophilus, quod pueri nondum ære loti norunt, eſt απο τυ φιλειν τον Θεον, Theophylactus, απο τυ φυλατειν τα τυ Θευ. Sed hæc obiter, &, ſi Tibi videntur ſuperflua, prorſus non dicta ſunto.

CAPUT II.

ERgo conſtat ex his verum paraphraſtæ nomen. Ergo apparet, recte vocari Theophilum. Opus nunc eſt, videamus, qua is ætate vixerit, & num forte

Procopii Anecdota, qui ejus teſtimonio plus ſemel utitur, etiam in Juſtiniani M. vituperium, in præf. pag. VI. & in notis pag. 16. 21. 22. 23. 34. 35. 66. 68 ter, & 87. Utrum hujus Abbatis vita Juſtin. edita ſit, an in Bibliotheca Vaticana adhuc lateat, cum ignariſſimis ſcio, namque nec in ſcriptoribus *Hiſtoriæ Byzantinæ* occurrit, nec Alemannum ea de re quidquam memorantem invenio, licet P. de Ludewig in *Hiſtoria Juſt. M.* pag. 128. not. 7. ſcribat, eam in membranis Vaticanis Alemanno fuiſſe lectam: ſed quantumvis hoc ſit veriſimile, tamen Ludewigio, tot errorum a Viris Doctis jam convicto, ſine teſte illud adfirmanti credere, minus tutum eſt; quum & in nota ſuperiori ead. pag. ex ingenio, ut alias, finxiſſe videatur, Imperatorem ab eodem in jure & philoſophia fuiſſe inſtitutum. Namque patet ex ipſius Ludewigii verbis pag. 128. not. 6. 7. & 8. it. pag. 403. not. 431. eum nonniſi ex unius Alemanni fide quidquam de hoc Theophilo Abbate cognoviſſe: at is pag. 87. hoc tantum de ſtudiis Theologicis adſerit, ſcribens: *Verum antequam imperium caperet, a THo Abbate præceptore ſuo his erat jam ſtudiis imbutus: nam cum ſanctiſſ. Pontifice Agapeto diu atque pugnaciter pro Eutychiana hæreſi diſputavit.* Ex iis, quæ hactenus dixi, primo concludo, hunc Abbatem diverſum fuiſſe a paraphraſte noſtro, maxime quum hic A. Chr. 534. obierit, ut poſtea cum Mylio probatum dabimus, ut adeo Juſtiniani M. vitam, qui circa A. 568. obiit, conſcripſiſſe vix credi poſſit. Deinde etiam illud ægre admitto, præceptorem Juſtiniani M. qui Imp. tres ſupra octoginta annos vixit, ejuſdem vitam exaraſſe, niſi is præceptor μακροβιωτατων unus exſtitiſſe oſtendatur. Forte igitur Alemannus humani aliquid paſſus eſt, qui Abbatem hunc eidem Juſtiniano, cujus vitam ſcripſit, præceptorem adſignaverit, quum alium Juſtinianum, Magni Juſtiniani ex fratre nepotem, (cujus pater Germanus fuit, quique ſub Juſtino II. contra Perſas feliciter pugnavit. ac deinde Tiberio Imp. inſidias fecit) illi Abbati diſcipulum dare deberet. Juſtiniano enim ſecundo ſive Rhinotmeto locus hic eſſe nequit, quia Alemannus THum Abbatem Procopio æqualem facit. G. O. R.

(4) Quum primum in JCtorum notitiam venerat hæc paraphraſis, conjecit facile quivis eſſe ab illo Juſtiniani adjuva Theophilo confectam. Nec poterat aliter. Cauſſa utrinque æque dubia, & neutra parte argumentis ſatis firmata, erat quædam, ut Scholæ vocabulo abutar, hominis præſumtio, eſſe illum anteceſſorem, ejus auctorem, ſed quæ admiſſura facile fuiſſet contrarii probationem. Poſtea res dubia videri cœpit. Et fuerunt plures, qui poſt Michaëlis demum, aut, quo homines ſine pudore temeritas pepulit, Baſiliorum tempora vixiſſe optabant illum, cujus auctoritas ingeniofis, ſed audacibus inventis & conjecturis obfuerat, fecure in inſtitutiones graſſandi libertatem cohibuerat, &, quo minus ſceleratiſſimi cujuſque mancipii fronte magis diſpunctas redderent, impedierat. Poſt vero & horum exolevit opinio, &, juriſprudentia ſuæ faciei reddita, & coercita magis magiſque quidvis in inſtitutiones audendi licentia, agnita eſt vera ætas, & argumentis ſubinde firmioribus oſtenſa. Recenſebo JCtos quorum auctoritas, ſi non robur, ſpeciem certe addit huic noſtræ ſententiæ. JOSEPHUM MARIAM SUARESIUM primum producam, cujus induſtriæ debemus *notitiam Baſilicorum*, quam ipſis Βασιλικων Διατάξεων libris a ſemet editis præmiſit Fabrottus, & Volumini Bibliothecæ græcæ duodecimo inſeruit J. A. Fabricius. Hac opella id egit, ut Thalelæum, Theophilum, Theodorum, Iſidorum, alios, oſtenderet, non referri adeo recte inter illos, qui in Baſilica commentati ſunt, cum eorum plerique Juſtiniani tempore vixerint, quidam etiam ætate anteceſſerint. Ita vero ille [§. XLI.]: Thalelæus, *cum avo Juſtiniani*

forte ex illis, quos capite I. recenſui, aliquis illam paraphraſin confecerit. Scinduntur in diverſas partes JCti: Sunt, qui eundem eodem, quo Juſtinianus, tempore vixiſſe docent, & inde concludunt, fuiſſe illum Conſtantinopolitanum anteceſſorem, Triboniani in colligendis legibus ſocium. Sed negant id alii, qui, græcum noſtrum Juſtiniano ſuo longe eſſe juniorem, confidenter ſtatuunt. Ego utriuſque partis recenſebo argumenta, &, ſubducto calculo apparebit, eorum ſententiam veritati accedere propius, qui illum inſtitutionum latinarum architectum græcas etiam feciſſe perhibent: Neque enim diſſimulo ab initio, me in horum partes eſſe procliviorem; non tantum, quod auctoritati illius multum addat, ipſis latinis inſtitutionibus adfuiſſe, verum & quod magni nominis Jure Conſultos (4) ita cenſuiſſe & non ſine argumentis cenſuiſſe viderim; quanquam nec deſint, quibus contraria ſententia viſa fuerit verior (5). Pag. 5. Pag. 6. Pag. 7.

§. II. Et juvat hos, quos ultimo loco commemoravi, egregie, quod ſui mentionem non injecerit, nec indicaverit, eſſe ſe eundem, cujus in procœmio me- Pag. 8.

ſtiniani floruerit, ut ſuperius dictum eſt, falſo inter JCtos, qui ſcripſerunt in Βασιλικας, accenſetur, ſicut & Stephanus, Iſidorus, Theodorus, Theophilus, Phocas: *cum Stephanus juſſu Juſtiniani græcis digeſtis inſudarit, Theodorus & Iſidorus duo e XVII. viris, qui latinis digeſtis conſuendis præfuerunt, & Codici græco, Theophilus græcis inſtitutionibus, Phocas unus ex X. viris, qui laborarunt in Codice latino, extiterint* (*). *Itaque niſi quis oſtendat alios ab his eſſe, ſed cognomines; potius erunt collocandi inter JCtos, quorum e commentariis Βασιλικων fuerunt compilata.* Huic jungo, qui eadem ſentit in libro de Nominibus propriis pandectæ Florentini, nuper Theſauro Juris Civilis inſerto, ANTONIUM AUGUSTINUM, Jure Conſultum facile ſummum, &, quod elogii ſatis eſt, priſcis parem, *Virum, cui*, inquit Anton. Contius I. Diſput. VI. *Alciatum ego & omnes ſæculi ſui JCtos poſtpono longiſſime, & quaſi in ima cera ſubſtituo.* Eſſe & unum, qui fecit, & qui transtulit inſtitutiones, Theophilum arbitratur B. BRISSONIUS in Libro de Verbor. Signif. voce *Anteceſſor.* Sed Briſſonii purpuræ aſſuit pannum de ſuo TABOR, in acceſſionibus ad hunc librum, eadem voce, *imo*, inquiens, *is fuit longe alius ac poſterior.* Eſt vero eadem, quæ Briſſonio, ſententia JOANNI MERCERIO, Bituricenſi Juris Conſulto, qui in Conciliatore Juris palam ſibi unum videri eundemque Theophilum aſſerit, atque ex ejus inſtitutionibus, quæ diſſidere invicem videbantur, juris loca in concordiam redegit. Eſt quoque (**) STEPHANO RICCIO, qui in *Vindiciis juris ad §. II. de actionibus, c.* 15. (Theſ. Jur. Civ. T. II. p. 792.) utrum coætaneum Imperatori faciat, an non multo juniorem, fluctuat quidem; videtur tamen eſſe in hanc noſtram partem proclivior. Non ita dubitanter, ſed aperte, rem profert GUIDO PANCIROLLUS, de claris LL. interpretibus L. I. c. 80. p. 64. Quos & noſtra ætate ſequuti ſunt viri doctiſſimi, & quos penes indubium eſt in illa re ſuffragii jus, B. GUNDLINGIUS, qui in obſervationibus ab ipſius nomine dictis L. II. cap. 2. data opera id egit, ut ſuæ ætati reſtitueret paraphraſten, neſcio qua vi loco motum, explosis ſimul eorum, qui aliter ſentiunt, argumentis. Cl. JOH. GOTTLIEB HEINECCIUS, qui ad π. T. *de SCto Macedon. & in præf. ad Vinnii commentar. in Inſtitut.* eandem tuetur ætatem, æque ac V. Cl. EVERARDUS OTTO, *in notis criticis & commentario, quibus Inſtitutiones vere illuſtravit. & in diſſert. de Nuptiis Conſobrinorum Cap. III.* quorum & facta eſt non ita pridem acceſſio J. S. Brunquellius in Hiſtoria Juris L. III. Cap. II. pag. 401. [edit. tertiæ pag. 300.] MYLIUS.

(5) Equidem, fatendum eſt enim, ſunt fere plures, qui paraphraſeos auctorem, ab illo, qui Juſtiniano ſæpius laudatur, Theophilo, alium,

(*) Omittit hic Mylius verba intermedia, quæ non faciebant ad ejus inſtitutum. *Notiſſimum eſt Calliſtratum & Modeſtinum antiquiores ipſo Juſtiniano fuiſſe:* quibus Suareſius Cujacii, etiam hos inter Scholiaſtas Baſilicorum cenſentis, ſententiam recte oppugnat. Ego illis etiam *Eudoxiam* & *Domninum* eximam in Excurſu XX. ubi hos cum *Heroë Patricio* docebo ante Juſtinianum M. floruiſſe. G. O. R.

(**) Duplex ἁμαρτημα ωνημονικον. *Riccius* enim *Chriſtophori*, non Stephani, prænomen geſſit Tum hoc Riccii judicium non loco citato, ſed pag. 764. med. cap. III. *Vindic.* ubi de Conſobrinorum nuptiis agit, reperies. Ceterum præter eos, quos hic Mylius & ego in Sylloge Teſtimoniorum ac Judiciorum de THo adfero, paraphraſten noſtrum Tribuniani ſocium adgnoſcunt G. D'ARNAUD Conject. pag. 4. qui, *unus* (inquit) *ex architectis ipſis, Theophilum dico, ita ſcribit*, &c. ABR. WIELINGIUS in diatribe de Prætore peregrino pag. 6. §. VIII. *Et nullus dubito, quin ex vetere aliquo Juris interprete memorata verba THii hauſerit, quum Boëthius etiam, æqualis fere ſcriptor* &c. Adde alium locum ex

meminit imperator & paraphraſtes. Urget illud potiſſimum VIGLIUS præfatione ad Theophilum pag. 17. & videtur omnino fuiſſe locus id commode indicandi, cum non ſub imperatoris perſona, ut ait VIGLIUS, ſed ſuo id eſt interpretis nomine cuncta narret. Vellem ego monuiſſet illud; faceret multum ad autoritatem operi ſervandam; & erubeſcerent plures anteceſſorem juris arguere erroris, & ignorantiæ, & ſupinæ negligentiæ, & ſi quid his turpius
Pag. 9. pejuſve eſt. Verum patitur ſuos & hiſtoria manes. qui rerum geſtarum monumenta (6) ſcrutati ſunt, queruntur uno ore, omnis ætatis auctores, quæ ſuo tempore ignorata ſunt nemini, tradidiſſe negligentius, & prætermiſiſſe nonnumquam ſecure, incurios poſterorum, quos nunc multa latent, quæ illo tempore & nulli obſcura & exigui momenti eſſe videbantur. Pauca de ſe ipſi, de opera ſua, de excerpendi ex veterum libris ratione Tribonianus & ſocii. Nec, quis fuerit, quave vixerit ætate, aperuit Thalelæus, qui codici & pandectæ operam commodavit, quam noſter inſtitutionibus. Colligo id exinde, quod facili opera & vel exigui pulveris jactu componi potuiſſet, quæ eruditos exercuit de vera Thalelæi ætate controverſia, ab iis, quibus fuit illum inſpiciendi copia. Præſtaret etiam, curatiorem ſui mentionem feciſſent, & qui Baſiliorum [*ſic*] opera, aut compoſuere aut locupletarunt ſcholiis, &, quibus illa juris græci manualia & compendia debemus. Idem ergo quod his omnibus accidit, quidni & Theophilo obtigiſſe dicamus? Potiſſimum cum officio ſuo functus ſit interpres, qui ea, quæ ſunt in archetypo, referat, ut, quæ ſciri e re noſtra fuiſſet, non adjecerit omnia. Equidem ſimili, aut fere eodem argumento utuntur JCti alio loco, ut oſtendant, Salvium Julianum interdicti,

alium, & multis annis diverſum exiſtimant. Quorum non paucos unius alteriuſve JCti, qui eſſe majorum gentium videbatur, in has partes abduxit auctoritas, aut, quæ illi imbiberant a puero, animiſque ſedulo infixerant dogmata, iis quæ tradit Theophilus, ſæpius adverſa, eo compulerunt. Et ne inter ipſos quidem de ea re convenit. Alii ſæculo ſexto proxime vicinum faciunt, alii longius inde divellunt, aut Michaëlis ævo inſerturi, aut ipſi Hexacontabiblo poſtpoſituri; imo pars, ſi id credibile eſt a quoquam ſanæ cervicis fieri poſſe, ex Accurſii familia accerſunt. Videbimus mox de ſingulis. Neſcio vero, qui ſit factum, ut GE. BEYERUS *in delineatione Hiſtoriæ Juris ad Tit. de Or. Juris* §. 271. ſibi tres fingat Theophilos. Unum, Triboniani ſocium, alterum, verſionis Inſtitutionum, forte κατα ποδα, auctorem, & utrumque ab hoc noſtro paraphraſta diverſum. Sed & agnovit, cum iterum recudendas daret poſitiones ſuas, eſſe ſe hic quoque, uti non raro alias in tradenda jurium hiſtoria, lapſum, quum oſtendi præter paraphraſin alia inſtitutorum verſio (*) non potuerit: nec, dari aliam, cuiquam in mentem venit ſerio affirmare. Sed plerique duos ſtatuunt. VIGLIUS ZUICHEMUS, quem ſæpius laudabimus, fluctuavit initio: tandem in alteram partem flexus, eſſe paraphraſin Inſtitutionibus longa annorum ſerie juniorem. Vide *Viglii epiſtolam ad Carolum V.* cedro dignam. Videamus nunc de CUJACIO, cui quod ſæpe objectum novimus, ſibi ipſi non conſtare, id & hic illi exprobratur a MERILLIO *Variantium ex Cujacio Cap. II.* Dixerat illum ſæpius antiquum & probum interpretem, eumque ex optimorum JCtorum diſciplina prodiiſſe dixerat, v. *Notas poſteriores ad Tit. de Inoff. Teſt. ad L.* 19. *de rebus cred. ad L.* 54. *de ædilitio edicto. ad L.* 2. *de uſu & ujufr. legat.* Sed ſui immemor, poſt ipſum Accurſium ſcripſiſſe, alibi dixiſſe dicitur etiam ab *Merillio* loco. Quod an cuiquam

ex addendis meis ad pag. 3. col. *b.* THinæ editionis noſtræ. GOTTFR. MASCOVIUS ad Gravinam (§. 138. de Ortu & progr. J. C. dicentem: *Inſtitutiones vero translatæ per THum, alium, ut arbitror, ab eo, qui condendo juri operam navavit,*) notans: „Imo eundem. Etenim Juſtinianum prin„cipem ſæpe & dominum ſuum vocat; & Thale„læo laudatur, qui Juſtiniani tempore floruit". Sed hoc poſterius quod Thalelæo laudetur, videbimus ad cap. III. §. 7. necdum a quodam probatum eſſe. Aſt ſatis auctoritatum. G. O. R.

(*) Si tamen Fabrotianæ Baſilicorum verſioni fideres, Tom. III. pag. 39. A. „Hæc exſtant ad „verbum L. II. Inſtit. tit. 20. qui eſt *de Legatis*", poſſes aliam Inſtitutionum paraphraſin probare: ille enim locus neque textui primitivo nec Theophilinæ verſioni congruit, licet eumdem ſenſum præſtet. Sed Græce eſt, Το αυτο και επι λεξεως κειμενον εν τω Β'. των Ινστιτ. τιτ. κ'. ὁς ἐστι δὲ λεγατοις. debuit ergo Fabrotus reddere: *Hæc eadem exſtant* &c. G. O. R.

terdicti, quod Salvianum dicitur, non esse autorem. Ad *Leg. I. D. ad Salv. interd.* provocant, in qua Julianus interdictum ipse Salvianum appellat, nec tamen, a se compositum, indeque ei nomen esse, addit, unde Salvium illum autorem non videri, pronunciat illustris BYNCKERSHOEKIUS *Observ. L. I. c.* 24. & ante eum GIPHANIUS *ad* §. 3. *Inst. de Interd.* &, quem vix sententiam rogasses, THESAURUS *in decision.* 176. principio. Sed nec illo argumento res confecta esset, nisi suppeterent alia. Poterat Julianus id monuisse alio loco, quem invidit nobis temporum injuria aut Triboniani manus. Et, quodsi non monuisset, rem nemini homini incognitam indicare, quid opus erat? Et proinde ante Salvium Julianum, interdictum jam Salvianum audivisse, non tam hoc argumento ostenditur, quam quod ipse actiones ex interdicto utiles commemoret, quod de ipso auctore probabile non esse monet BYNCKERSHOEKIUS *cit. loc.* utque adeo scriptoris de se ipso silentium nihil aut parum faciat, ad controversias, si quæ de ipso oriuntur, componendas (7). Pag. 10.

§. III. Sed accedunt his apud Theophilum alia, quæ rem magis dubiam faciunt. Non tantum Justinianeum Theophilum adducit, qua alium, sed etiam laudibus & encomiis mactatum adducit. Apponam verba: ωφστεταξεν Θεοφιλω και Δωροθεω ανδρασιν ιλλεστριοις τε και αντικηνσωρσιν, ων την συνεσιν απαντων, και την εν νομοις παιδευσιν, και το ωφελι τας βασιλικας κελευσεις πιστοδλον, εκ πολλων ελεγχων ο θειοτατος γνους βασιλευς, &c. Hæc paragr. III. in IVto vero ita: Ενδοξοτατος Τριβουνιανος, και οι λοιποι ωφιλανεις και λογιμωτατοι ανδρες. Videtur inde aut alius fuisse ab antecessore paraphrastes, aut ab illa, cui student JCti, modestia nimis procul abfuisse; sed, arbitror, recte in-

quam vero simile videbitur, qui Cujacium noverit? defenditur is hac in re Fabrotto, cui vel soli hic fidem haberi malim, utpote de illius scriptis tam bene merito, *v. Fabrotti apologiam pro gracis interpretibus, speciatimque Theophilo*, exercitationibus ejus adnexam, & Thesauri Jur. Civ. Tomo III. insertam. *Absit ut dicamus*, sunt ipsa Fabrotti verba, *Theophilum Accursio posteriorem fuisse, quod Cujacium scripsisse, quidam referunt. Sed hæc in libris emendatioribus non comparent. Et nemo nescit opera Cujacii postuma, studiosorum negligentia parum fideliter excepta, mendas complures retinuisse. Viderint igitur, qui vetustissimi juris interpretis fidem elevare conantur quam cæci animi sint, quamque judicii sui prodigi.* Dicitur & ANDREAS ALCIATUS, jurisprudentiæ in Italia stator, fuisse in eadem hæresi, ac si Accursium sequuta fuerit paraphrasis: at vero is, qua fuerunt hominum nonnulli suspicione, non doctiorem glossatorum schola fuisse Theophilum scribit; ex ipsa prodiisse, id non asserit: ita ille Lib. V. parergorum Juris cap. 23. operum Tomo II. pag. 333. [p. m. 367.] *Suspectus mihi valde est Theophilus, quem deprehendi Accursio non valde doctiorem, quod ad historias & humanitatis studia.* FABROTTUS ipse non equidem in ultima sæcula relicit, attamen Justiniano adjungere veretur. Quæ habet ejus rei argumenta, aliis quoque adoptata, hoc ipso capite refutabimus; quæ vero illi huic ævo vicinum faciunt, illa ipsi sæculo sexto asserunt, v. præfationem utrique editioni, quam ejus nobis dedit diligentia, præmissam. JACOBI GOTHOFREDI quæ sit de hujus ætate sententia, docui cap. 1. qui, esse illum inter Basilicorum Scholiastas referendum, & Theophilizen audiisse, auctor est. Qua in re quanquam videatur Fabrotto paulo impudentior, sentit tamen fere cum eo TRIVORIUS [Tom. I. *Thes. J.* p. 290.], qui ex §. *ult. de Vulg. Substit.* ætatem ejus sibi exsculpsisse visus est. EGUINARIUS BARO (†) *ad Tit. de Nuptiis*, JANUS VINCENTIUS GRAVINA *Originum Juris Libro primo* [p. m. 101.] REINOLDUS *in notis ad Mercerii conciliatorem* C. II. GEORGIUS BEYERUS *quem adduxi*, & fere plerique, qui aut jurisprudentiæ & legum fata enarrant, aut in libros juris commentantur, cum his faciunt.

MYLIUS.

(6) Similiter sequentibus ratiocinatus est Gundlingius §. IV. G. O. R.

(7) In schedis postumis auctor de Salvio Juliano insuper citat *Otton. præf.* Tom. I. [Thes. Jur. pag. 17.] & *Wachtler. in Actis Erud.* 1716. mense Jun. [edit. Trotzianæ p. 607. sq.] Ceterum quas objectiones his §§. 2. & 3. Mylius fuse nec inerudite refutat, leviori pulveris jactu me soluturum spero adversus Hoffmannum in Testim. ac judic. de TH- num. 39.

G. O. R.

(†) Si Instit. significat, in meo exemplari tale quid non legitur: sed illud, quod ad tit. *Quid. mod. j. p. p. s.* Baro scribit, inter æqua iniqua de THo judicia retuli. Quare hic plures non nominabo.

G. O. R.

intuentibus apparebit neutrum. Juſtinianus eſt proœmii autor: tranſtulit illud tantum Theophilus. Eſt, quod monui, paraphraſtæ, referre omnia, &, quanquam addere liceat, demere tamen quicquam, nefas eſt. Prædicavit has laudes Juſtinianus; ſequitur ea in re Theophilus, nec, quod jure poterat, iis, quæ ſunt in Inſtitutionibus quicquam addit, luculento modeſtiæ teſtimonio. Et quæ ſunt illa elogia, quæ ad faſtum uſque ſibi arrogare dicitur? Ἰλαρὸν ſe & ἀντικηνσωρος dicit: ſcilicet munera recenſet, quod citra arrogantiæ ſuſpicionem licet. Addit imperatorem in ejus fide & doctrina fiduciam poſuiſſe, ut juri in ordinem redigendo admoverit. Cur vera reticeret? & celaret nemini obſcura? Uno verbo: quæ alii de nobis prædicarunt, ſi vera ſunt, & res fert, repetere integrum eſt cuilibet, & modeſtiæ congruum, modo ne addantur alia, quæ jactantiam quandam prodere videantur. Nec alienum eſt ab his temPag. 11. poribus laudes & encomia omni cura aucupari. Imperator quam fuerit laudum ſuarum appetens, vel noſtrum hoc proœmium loquitur; ut illa Novellarum capita & lacinias omittam. Tribonianus facile ſe honorari patitur in illo proœmio, quod fabricatus eſt ipſe, & ſi quis dixerit compoſuiſſe proœmium imperatorem, Tribonianus Inſtitutionum ipſarum auctor eſt extra dubium, qui ſemetipſum, eminentiſſimum virum & ſacri palatii quæſtorem appellat, aut appellari ſinit §. *VII. quibus alienare &c.* Addo, in Triboniani & Dorothei laudes adjecta videri a noſtro elogia. Eorum prædicanda erat doctrina & auctoritas: an vero quicquam frigidius quam ſocios illuſtres & doctos dicere, principis in eos fiduciam laudare, de ſe nihil addere? Nonne inde ſuſpicio, eſſe ſemet collegis doctrina & auctoritate inferiorem? Sed hæc ſatis.

§. IV. Ad novum objectionis caput venio. Aliis noſter ſæpius vapulat, ruditatem & imperitiam prodit, ipſum jus, in quo verſatur, ignorat: id quod turpe & fœdum dictu, de anteceſſore & ſummo juris architecto prædicare. Sed quomodo his occurram? Negabone ineſſe operi tot nævos, tot errores? aut, ſi id largiar, an ambigam de eo, num inde conſequatur ab anteceſſore, & Juſtinianæa ætate, compoſitum non eſſe? Licebit utrumque. Equidem verum eſt ad illum accuſandum catervatim quaſi accedere etiam ex iis, qui elegantiori juriſprudentiæ lucem fœnerati ſunt. Vel conſule JCti libros, & vix invenies, cujus tibi non index Theophili errores ſpondeat. Quænam ſunt frequentiora illis? *Theophilus reprehenditur, notatur. Theophili error.* Imprimis, qui inſtitutiones ſuis commentariis onuſtas fecerunt, quam ſæpe: *male Theophilus; minus recte Theophilus; non cepit hæc; iterum fallit Theophilus.* Et exacerbantur nonnunquam iracundia, ut *fabulari, nugari, delirare* dicant. Immo, neſcio quo fato ex duabus ſententiis, quarum utraque incertis conjecturis nititur, rideatur illa, quæ placuit Theophilo, licet vero etiam ſimilior. Quaſi ſatis ſit ad Pag. 12. ſententiam falſitatis arguendam, aſſumtam fuiſſe a Theophilo. Ergo res confecta foret, ſi ex horum ſermonibus æſtimanda ſit; ſed ſi in rem præſentem veniemus, apparebit, ſæpius plecti, quam delirare Theophilum. In promtu ſunt cauſæ, ob quas tot accuſantur in eo nævi, quos ſi intuearis ſolicitius, nihil apparent minus. Adducerem hic eaſdem, niſi vererer nimium a via me diverſurum, ſed faciam, cum ad virtutes & nævos operis indicandos ventum fuerit, Cap. VI. Elaborarunt jam ab aliquo tempore viri ſummi, ut oſtenderent veracem & fidum eſſe Theophilum, qui aliis tam ſubleſtæ fidei eſt: vis exempla? Dabo; ſed admodum pauca. I. Ante Juſtinianum ad imperatorias conſtitutiones excutiendas non admiſſos fuiſſe legum ſtudioſos, niſi quatuor annorum

(8) Conſilio hic id fuſius non demonſtravi, verba ipſa Conſtitutionis quam mihi faveant, oſtendam in vindiciis Theophili ad proœm. MYLIUS.

Aſt ego contra in Excurſu VII. Fabroti ſententiam probare conabor. Mox de Prætore Peregrino adde ipſius *Mylii Vindicias* in hoc Exc. Artic. III. & noſtrum Excurſum numero IX. G. O. R.

rum curſum emenſos, latinæ inſtitutiones perhibent; ſed poſt operam tres annos juri inſumtam, iis admovet græca noſtri paraphraſis. Notant ob id illam plures, & FABROTTUS, cui alius locus non eſt adeo deſperatus, quem non juvet ingenioſe, & multa eruditione defendat, *aut corruptos eſſe omnes Codices, aut errare illum errorem maximum*, pronunciat ad h. l. nota *b.* Sed ex conſtitutione ad anteceſſores pandectis præfixa, quæ nobis ſola poteſt eſſe præſidio, elucet contrarium, & patet, verius Theophilum, quam Juſtinianum h. l. ſcribere (8). II. Prætorem Urbanum, quid quoque anno ſtatuere velit, edixiſſe; eum, qui Peregrinorum cauſa conſtitutus erat, non æque, communis eſt JCtorum opinio, HOTTOMANNI de *Magiſtratibus Romanorum*, voce: *Prætor Peregrinus* pag. 122. ROSINI, qui fere Hottomannum ſequitur, *Antiquitatum Lib.* VIII. *c.* II. *p.* 701. SCHILTERI *in Diſſert.* de jure Peregrinorum, operi æterno *praxeos juris Romani* inſerta, aliorumque fere omnium, auctoritate ſubnixa: Sed Theophilus jus edicendi Prætori Urbano & Peregrino aſſerit, nec poteſt non ob id vapulare; ſed vapulare injuria, evincunt argumenta, quæ in illam rem, a REINOLDO *Variorum cap.* 37. & HEINECCIO *ad Tit. de Orig. Jur.* §. 41. *pag.* 14. & JOHANNE FRIDERICO GRONOVIO *ad Ciceron. Epiſt. Fam. Lib.* XIII. *Ep.* 59. adferuntur, quibus ſi addideris locum DIONIS CASSII *Lib.* XXXVI. [pag. 21. in fin. Edit. Steph.] res omnis confecta, & græci noſtri ſententia defenſa videtur. Verba Dionis hæc ſunt: οἱ στρατηγοὶ ΠΑΝΤΕΣ τὰ δίκαια, καθ' ἃ δικάσειν ἐμέλλον αὐτοῖς, συγγραφόντες ἐξετιθέσαν. Cur vero παντες, niſi ut oſtendat, non ad urbanum modo, ſed alios etiam prætores id ſpectare? III. Senatus Conſultum, quod adoleſcentum luxuriæ & profuſioni modum ponit, a Macedone filiofamilias & parricida dictum eſſe, idem autumat Tit. *quod cum eo qui in aliena* &c. Hic vero quam nugas agere, & fabulas loqui dicitur interpretibus? vide THOMASIUM *hiſtoria Juris* §. 55. BEYERUM *ad h. t.* (PAG. GAUDENT. *Expoſ. Jur.* l. 28. Ex ſched. poſt.) Reprehenditur etiam V. Clar. EVERHARDO OTTONI *ad Inſt. eod. t.* Sed adverſus hos, & MENAGIUM Theophili cauſam tuiti ſunt MARANUS *in Paratitlis ad ff. de Senatus Conſulto Macedoniano.* HEINECC. *Tit. eod.* (LEYSER Diſſert. *de bonis fil. advent.* Cor. I. Ex iiſd. ſched.) & V. C. LUDOV. MENKENIUS *de uſu SCti in Germania* cap. I. Sufficiant hæc adduxiſſe in præſentia rerum. Collegi plura, operamque dedi, ut liberarem ab interpretum ſtricturis Theophilum. Obtulit ſe mihi tam larga errorum, quorum injuria arguitur, ſeges, eorum ut ne partem quidem hæc opella capiat. Proinde, ubi in ordinem ea redegero, & polivero curatius, parabo apologiam Theophilo meo, ordinem forte Inſtitutionum ſecuturus. Pag. 13.

§. V. Inprimis deſideres bonam fidem interpretum & Theophilomaſtigum. Non rara ſunt errorum exempla, quos in Paraphraſi notant, & quorum, ſi accuratius contempleris, non vola apparet (9) aut veſtigium. Ne id gratis dixiſſe videar, ſubjungam exemplum unum, quanquam habeam plura, quæ alibi. CONNANUS, Vir acuti alias ingenii *Comment. Jur. Civ. Lib.* II. *cap.* 5. *pag.* 98. notat noſtrum, quod Æliam Sentiam legem ab uno Ælio Sentio compoſitam dicat, & inde dictam, quæ ab Ælio conſule & collega ejus Sentio nomen habere videtur. Quod ſi feciſſet Theophilus, erraſſet cum POLITIANO Miſcellaneorum *cap.* 84. & ALCIATO *ad leg.* 70. *de Verb. Signif.* Sed tamen erraſſet. Verum inſpice ipſum Theophilum *tit.* 5. & 6. & non verbum ullum de autore legis; ſæpius tamen: ὁ Αελιῶ Σεντιῶ ἐμποδίζει, διεταξε &c. Prodit Connanus in Græcis litteris ignorantiam, qui ad autorem refert, quod de lege ipſa dicitur; omiſit Græcus, qui ſolemnis ipſorum mos eſt, vocem νομῶ, quam Pag. 14. ſuppleat

(9) Inprimis, ubi aut ad contextum non attendunt, aut THo objectant, quod ipſe Imperator dixit, aut ex ſola verſione Latina ſapiunt: quod nollem Viris etiam conſultiſſimis accidiſſet. Vide in noſtro auctorum Indice nomen THEOPHILI. G. O. R

ſuppleat neceſſe eſt, qui ſenſum deſiderat integrum. Ita noſter *tit. de Acquiſ. per Arrog. & de Public. Jud.* & alibi ſæpe. Ita in *Novella* XXII. *cap.* 43. ὁ Ἰουλιανὸς Μισκελλας, quod veteris interpretis ignorantia, non Legem Juliam de rebus miſcellis, ſed *Julium Miſcellum* vertit. Vide ROBERTI Animadv. & MERCATORIS Notas, & ROBERTI notata ad notas *Lib.* I. *cap.* 2. & Cl. BRUNQUELL. *de Conditione ſi non nupſerit &c.* cap. 1. Nec ignorant iſtam ellipſin Latini: Auſonius Epigramm. LXXXVIII. *Scatiniam metuens, non metuit Titiam*: Juvenalis Satyra VI. *Citari ante omnes debet Scatinia.* Adde Tacitum Lib. III. Annal. cap. 25. *relatum eſt de moderanda Papia Poppea.* Cui ignotum eſt dici DUODECIM, omiſſa legum aut tabularum voce, apud Ciceronem? Titulo Digeſtorum: *ad Municipalem*, nonne opus eſt ſupplere *legem* &c. Adlegabo ea de re plura, eademque deducam latius, cum ad defendendum Theophilum acceſſero propius!

§. VI. Sint hæc εἰς τροπον ἀποδειξεως, ut pateat, quam poſſit ſæpe & defendi & excuſari Theophilus. Illi vero robur & æs triplex circa frontem ſit oportet, qui ab omni labe ſincerum eſſe hunc librum, ſine rubore doceat. Non inficior, fatendum eſt enim, eſſe operi maculas, ſed quæ illud non magis
Pag. 15. quam ſolem ſuæ deformant. Equidem FABROTTUS, quoties invenit, quæ cum reliquo jure componere & a cenſuris interpretum vindicare non poteſt, toties (10) ea non Theophili, ſed ab imperita ac mala manu adlita eſſe libri oræ conjicit, atque hujus operis vitia non autoris, ſed ſtudioſi cujuſpiam, imperitiæ adſcribit, qui oras libri ſui gloſſematibus ineptis deturpaverit. Sed ſi hoc non eſt, eſſe in re Critica audaculum, quid aliud eſt? hac ratione quemvis nugivendulum defenderem ſine negotio; puta, ſi liceret, quæ falſa ſunt & nemini probantur, ejicerę omni & codicum autoritate & conjecturis defecto. Proinde non acceſſerim facile huic opinioni, licet fecerit illud in Gundlingianis GUNDLINGIUS *Lib.* II. *cap.* 7. & EVERHARDUS OTTO *de Nuptiis Conſobrinorum cap.* 4. §. 3. & *in Præfat. ad Theſaur. Jur. Civ. Tom. II.* Largior tamen illa Theophilo recte abjudicari, ſi qua ex novo jure eidem acceſſerunt, inprimis, ſi in uno alterove Codice ea non extent. Atque adeo arbitror non injuria §. IV. *de Nupt.* deleviſſe τὸ ϗ Rutgerum Reſcium & Fabrottum. [Nos cum aliis contra.] Fatebor & illud, eſſe alios eidem errores, & quos unius vocis jactura tollere non poteris, ſed illos exiguos & levioris momenti. Jus ipſum aut nunquam ignoravit, aut rariſſime. Quando ex antiquitate lucem rei accendit, nonnunquam hallucinatur; ſed inde non conſequitur anteceſſorem non fuiſſe, aut non dignum; neque firmat hoc conjecturam, ſequioribus, & quæ ad barbariem ſeſe magis inclinabant, ſæculis eſſe inſerendum. Triboniano quæ non exprobratur imperitia & in antiquitatibus ruditas? Qui quanquam ſæpius gratis, quod & majorum, & noſtri adhuc ſæculi eſt vitium, objurgatur, vanus tamen ſit oportet, qui negaverit ipſum non unquam in hiſtorias & antiquitates impingere. Nec tamen exaudivi ego iſta ætate a quoquam habitum fuiſſe indignum. Sunt alii iterum, quorum poſtulatur jure, nævi, ſed in ejuſmodi rebus commiſſi, ut vitio verti nequeant. Ita, ut ſufficiam
Pag. 16. exemplum, in etymologiis vocum perſcrutandis a vero aberrat ſæpius. ÆDILEM ab ADEUNDO, quaſi *adilem* deducit, & illud cum FESTO. STIPULATIONEM, ſi vera eſt lectio, a STIPE deducit, cum debuiſſet a *ſtipite* (11). In aliis vocibus alicunde deducendis errat itidem. Sed quodſi etiam hic falſus ſit; dandum aliquid eſt vitæ generi & patriæ. JCtus fuit: illi vero vim & poteſtatem legum inveſtigant, ad verba fere non attendunt, aut certe negligentius

(10) Nimis exaggerat Mylius: nam in præfat. poſter. Fabrotus errata ſtudioſo adſcribit; ſed in ipſo Opere plus ſemel in utriſque Notis nimis vehementer noſtrum carpit, & plerumque injuria, ut idem meus index oſtendet; qui ſimul docebit, multa ſane gloſſographis deberi. G. O. R.

(11) In ſchedis addit auctor: „*Actorem* „ ab

tius de iisdem agunt. Experientia confirmat rem non semper acu tangere, cum de verborum significatione incidit controversia. Imprimis ludunt operam, quam eruendis vocum radicibus impendunt. Est vera verborum origo plerumque obscura, ad minimum ambigua: Nonnullæ voces a radice sua ita deflectunt, ut non agnoscas; aliis asseri sui natales non possunt; nonnullæ ex tot aliis natæ, ut vulgo conceptæ esse, nec nosse patrem; aliis ne esse quidem parentes, videantur. Quæ cum sint adeo incerta omnia, reprehendenda non videtur eorum industria, qui non tam studiose exquirant, unde profecta sint vocabula? quam, quid referant? quid significent? qui, ut pateat melius eorum vis & sensus, originem adsignant, unde non verba quidem ipsa, sed res descendunt, & quæ ipsius nominis propriam indolem, & potestatem indicent; ita inquam JCti, nec male: ita & Theophilus, cui ejus rei, si haberet opus, veniam eo facilius faceremus, quod in interiora Latii adeo penetrare non potuit, qui græcus fuit. Si, inquam, id vitium est, verborum στυμον ignorare, est illi, cum cæteris græcis autoribus, fere commune, qui quanquam in historiis & antiquitatibus probe versati, in prima tamen etymologiæ principia impingunt, vide V. Cl. & doctissimi GEBAUERI *Diss. de Romulo* c. III. §. 3. & cap. IV. & *de Numa Pompil.* c. II. §. 11. Nec tamen quisquam severus adeo censor fuerit, qui ob id notandos aut senatu movendos statuat. Si PLUTARCHO & DIONYSIO HALICARNASSENSI, quos in eruenda *lictorum*, *ancilium*, *pontificum* etymologia gentis vitio commiserunt errores, facile condonamus, Pag. 17. certe ipsos libros propterea vili non pendimus; videtur nec Theophilo jure succensseri posse, quod is in derivandis alieni sermonis vocibus sit nonnunquam hallucinatus. Facilius ignoscuntur peccata, in alius populi sermonem, ritus, instituta, leges, commissa, quam in sui. Et ob id ipsum opus est, attendant ad patriam auctoris, qui incusant nævos. Id si factum fuisset in censendo Theophilo, aliquantum rarius notassent censores vitio creati, ob illa, quæ satis, vel cum ad patriam provocat, excusantur. Certe CHRISTOPHORUS COLERUS adeo invehendi in Theophilum non habuisset locum, quod Campana vina omnium pessima dixerit, *Tit. de action.* quæ sunt dulcissima & optima: *Parergor. c.* XXIV. *p.* 86. nec feciisset, nisi græcos humores gustasset, quos, qui Falerno postponit, eum demum blenno & insipido palato esse oportet; si quidem potest de gustu & palato disputari. Sed omnia, ut bis dicam, quæ inculcari satis non possunt, hæc nondum evincunt, paraphrasin Institutorum græcam, sequiore, & magis vergente ad barbariem ætate, esse compositam, nec ostendunt, auctoris doctrinam fuisse minorem, quam ut is antecessor fuisse possit.

§. VII. Sed nondum salva res est; si hæc etiam omnia expedita esse facias, urgent alii, non posse vixisse Justiniani tempore paraphraseos auctorem, quod ex Basilicis multa exscripsisse deprehendatur. Equidem, ubi id factum sit, nescio, si primum Titulum eximas, in quem ex illis multa transtuliisse Viglium, certum est. Sed id exprobrari Theophilo non potest. Quinam sunt ergo, qui plagii insimulant? ad testes provocant, sed videndum, an quoque sint exceptione omni majores. LEUNCLAVIUM & TABOREM antestantur. Ille *Notatorum L.* II. multa istum ex Basilicis mutuatum * dicit; sed dicit; non probat; nec aperit, unde habeat. TABORI vero an erit hoc loco testimonii dictio? Ut sit ejus rei gnarus, de qua testari vult, oportet testem. Hic opus est litteris, quæ ab humanitate dicuntur, probe imbuto, quibus TABOR ne leviter Pag 18.

„ ab eo, quod ad *acta* constituatur". Ceterum hæc & talia non finxit THus, sed ex veteribus JCtis Stoicissantibus hausit, quod in tanta litterarum luce quid adtinet probare? Tum quæ Mylius contra eos, qui verborum originem indagant, disputat, facile dilui possent; uti & illud, quod JCti sint verborum negligentissimi: sed hoc jam non agemus, ne extra oleas cum ipso vagemur. G. O. R.

* Vid. not. *s.* pag. 82-3. huj. edit. G. O. R.

viter quidem tinctus, & tantum non rudis erat. Certe omnem in illas amorem ejuraſſe videtur, quod vel pugna loquitur, quæ illum & Salmaſium, earum, ſi quis unquam alius, peritiſſimum, interceſſit. Litteras græcas palam deſpicit, & JCto negligendas cenſet. Quod ejus minus ſubactum judicium meritas pœnas dedit GUNDLINGIO τῳ μαχαιρᾳ *in Gundlingianis, citato loco.* Quo modo ergo, qui atticas illas delicias ignorat, nec unquam guſtavit, immo, qui ſcoria & quiſquilias putat, quomodo, inquam, is poſſit ad teſtimonium in Græcos ſcriptores admitti, non video; quum præterea inimicos etiam a teſtimonio arceant leges. Quanquam adeo ille in *racemat. criminal.* plagii accuſat paraphraſten, nec tamen de plagio hic convictus, immo nequidem ſemiplene probatum eſt, fuiſſe illud commiſſum. Sed, ut ſim, quam id exigi poteſt, liberalior, concedo, quod nondum oſtenſum eſt, eſſe in Theophilo loca, aliis in Baſilicorum opere, quam ovum ovo, ſimiliora. Aſt vero, etiamſi nondum poſuiſſem extra dubium, Theophilum Juſtinianea ætate omnino vixiſſe, cauſa tamen ad minimum foret (12) utrinque dubia, utrum ex Theophilo græculi, an ex his ille ſua hauſerit. Eodem certe robore & Imperatores JCtoſque Græcos plagii inſimulare, & ex noſtro multa quod mutuati ſint, accuſare poſſem; immo majori, cum, qui diu ante Baſilicorum tempora floruit, Theophilus illos exſcripſiſſe non poteſt. Quam citant ſæpe ipſi Græci noſtrum! quam ejus auctoritate nituntur ſæpius! Sed de ea re capite, quod ſequitur, monebo.

§. VIII. Nec tum res confecta eſt. Supereſt GABRIËL TRIVORIUS, (13) qui in *obſervatione apologetica ad Conſtit. ad anteceſſores cap. 6. n. 4* (*Theſ. Jur. Civ. Tom. I. p.* 220.) eum ideo hoc ſæculo expulit, quod ejus tempore jam corrupti extiterint inſtitutionum codices. Ut rei fidem faciat, ad §. *ult. I. de Vulg.*
Pag. 19. *ſubſtitutione* provocat, atque id corrupto libro adſcribit, quod ibi de Antonino referat, quæ Tribonianus de Tiberio. Latius eadem deducturum ſe ſcribit in notis ad h. l. Et nos deducemus, non corrupta eſſe hæc Theophili verba, in vindiciis paraphraſeos, ubi ad illum locum ventum fuerit. Præivit ea in re, qui pro Theophilo laborat, GUNDLING. P. XXX. obſ. c. 3.

CAPUT III.

VIdimus, quæ ſint eorum argumenta, quibus eſt indignus ſæculo ſexto, anteceſſoriſque munere THEOPHILUS, & ea vacillare pleraque omnia vidimus. Sed unde noſtræ ſententiæ ſuppetant alia, quibus Juſtinianea ætate vixiſſe evincamus? Quæ in eam rem a multis conducuntur, non ejuſdem omnia roboris ſunt: alia, cujus cauſſa adferuntur, extra omne dubium non ponunt; alia, quod debent, evincunt. Perſequamur ſingula. Quædam affert ipſa paraphraſis; ex cujus loquendi generibus vel apparet, inſtitutionibus componendis adfuiſſe eundem, eadem certe ætate vixiſſe. Adverterunt viri docti, quod Theophilus Juſtinianum dicat imperatorem SUUM, & ideo ita dici putarunt, quod fuerit συζυγος, familiaris, & in juris ordinandi laboribus
Pag. 20. adjuva. Exempla in ipſa paraphraſi adeo ſunt frequentia, ut ne illi quidem, qui vel unum aut alterum illius caput perlegerit, poſſint eſſe obſcura. Quid magis inibi obvium, quam illa: ὁ ευσεβεστατος ἡμων βασιλευς, Η ἡμετερα βασιλεως διαταξις, & ejuſdem generis plura alia? Equidem non tantum coætaneos appellamus *noſtros*, ſed illos quoque, qui ejuſdem ſunt patriæ, diſciplinæ, familiæ, ſacrorum.

(12) Cauſa neutiquam ei poteſt eſſe dubia, qui Baſilica & eorum Scholia attente legerit. Tu vide THina fragmenta a me primum inde collecta, & Memorabilia e Baſil. in Excurſu ultimo. G. O. R.

(13) Trivorius ibi loquitur de *THo Abbate*: ſed repone h. l. cap. 32. §. penult. & ult. pag. 289. & 290. G. O. R.

rum. Immo & illos, quorum libris, aut excutiendis saltem, aut explicandis emendandisve, operam damus. Eo sensu CAJUS JCtus a Justiniano noster dicitur §. 3. procem. & §. 5. Inst. *de Publ. Jud.* quem, qui imperatori æquævum, & in deliciis & consiliis fuisse fingunt, suaviter & suo merito ridentur, quos inter est FRANC. CONNANUS *in Comment. Jur. Civ. L.* II. *c.* 4. *extrem.* Et eadem ratione, qui fere ad juris libros explicandos quidpiam attulerunt, glossatores etiam, sed quot annorum serie omnes ab eo divulsi? Justinianum amore suo dignantur, & SUUM dicunt imperatorem. Nec negare ausim, si paraphrasis tribus etiam post Justinianum sæculis esset composita, forte tamen & non male dicturam fuisse τον βασιλεα τον ημετερον: sed utimur tamen eodem argumento sæpius, & quanquam CAJUM non TRIBONIANUS, tamen POMPONIUS, ut coætaneum, SUUM vocat L. XXII. ad Q. Mutium. v. *L.* 39. *de stipulatione servorum.* Et ad imperatorem NOSTRUM i. e. eo tempore superstitem provocat ipse CAJUS *L.* 73. §. 1. *de Legat.* & alii. Vide *L. 6. §. 6. de Excusat. L.* II. §. 3. *de muneribus.* Et qui tam sæpe alios imperatores nominatim citat, hunc tamen non nisi nostrum appellat, nec nomen quidem addit; illum, eodem, quo is, tempore floruisse mihi admodum credibile videtur, utpote quo quid opus quidem fuisset addere nomen imperatoris, quod eo vivo cuiquam esse incognitum non poterat.

§. II. Sed imprimis allegari in rem præsentem debent illa epitheta, quibus mactatum producit imperatorem suum. Vocat nunc κρατιστον, nunc ευσεβεστατον, γαληνοτατον, μεγιστον &c. Quæ cum elogia non facile mortuis soleant tribui, nec is alii, quam Justiniano tribuat, non adeo quidem leve aut imbelle argumentum nostræ sententiæ inde agnascitur. Confirmat hæc egregie HARMENOPULUS, qui hunc nostrum Imperatorem & suo nomine Justinianum appellat, & omittit honorifica elogia. Contra, qui erat illis temporibus propior, Leonem sapientem, celebratissimum Imperatorum dicit, non tamen Sereniſſimum & Clementissimum, quod de mortuo incongruum. *Harmenopul.* προχειρ. *de legibus cap. I.* Favet & mihi, arbitror, quod Triboniani dum mentionem facit, eminentissimum quæstorem ὑπερφυεστατον κοιεστορα appellet: quod, si aliquanto serius scripsisset, non facturum fuisse suspicor, cum, quo recedant a Justiniani ævo JCti magis, tanto liberius in ipsum quæstorem & impudentius grassantur; ac, si ejus meminerunt, aut vitiis inquinatum deturpatumque fuisse innuunt, aut, si modesti sunt, saltem sine elogio & munerum recensione transmittunt. Indicio huic rei esse iterum potest Harmenopulus, qui, προχειρ. titulo de legibus, illum perhibet ad fingendum ingenio callido fuisse, & plurium acquirendi rerum dominii modorum pergnarum, ipsique leges & omnia fuisse venalia. Sed noster majori erat in collegam fide, quam ut exprobraret, quæ an vera sunt, hic non vacat disquirere. Majori etiam in Augustam suam pietate, quam ut traduceret, ut solent, qui recentiores sunt; quin eam ευσεβεστατην δεσποιναν dicat §. *ult. de usucap.*; & SUAM, nempe quod dixi, ut coævam & DOMINAM, quas non dicimus, quæ jam decesserunt. Adnotavit enim, nec in ea ea re falsus est, JACOBUS GOTHOFREDUS, imperatores vivos dici solere, DOMINOS, ita, ut fere mortui vocantur DIVI *ad Leg. ult. Cod. Theodos. de actionibus certo tempore finiendis.* Extat illustre exemplum in novella Valentiniani octava, qua Theodosius Dominus Pater dicitur, scil. superstes: Honorius vero jam defunctus, Divus Parens. Vidi etiam quendam dixisse, vocari a Theophilo Justinianum Dominum: allegat is *Tit. de usucap.* sed ibi quidem (14) Dominus non audit; an alibi nescio; certe ego me legisse non recordor, quanquam plus vice simplici

Pag. 21.

Pag. 22.

(14) In præfat. huic Historiæ præmissa errorem suum corrigit & recte citat §. 12. *de Usuc.* & tamen oblitus etiam est §. 25. *de divis. Rer* cap. m. 42. ὁ ευσεβεστατος ημων δεσποτης: quibus locis plures forte alii addi possent. C. O. K.

plici eundem pervolutaverim: si illud factum sit, ex eodem Gothofredi argumento liceret, ad Theophilum suæ ætati restituendum, uti.

§. III. Si quid ego de meo sensu judicare valeo, videtur & ætatem Justinianeam quodammodo loqui, quod reliquos imperatores, quorum excitat sæpe constitutiones, D. Augustum puta, DD. Fratres, D. Zenonem, D. Justinum, θειοτατης & θειας ληξεως βασιλεας appellet, §. 1. & 12. *fideicom. Hered.* §. 6. & 10. *de Excusat. Tut.* §. 3. *de Locat. Cond.* §. 14. *de Usucapionibus* §. 3. *de Donat.* Justinianum vero suum nunquam ita, quem tot aliis encomiis dignatus est; luculento, nisi vehementer fallor, argumento, superstitem illo adhuc tempore fuisse. Sed possit aliis videri ipsum & a nostro citari ut jam fatis functum, quum sæpius appellitet θειοτατον, ut Marcum & Justinum & alios. Sed quis est adeo in his litteris rudis & tyro, qui nesciat & superstites & denatos imperatores divinis titulis, ita ut affectaverant vivi, mactatos esse. Supersedeo in re non dubia exemplis & auctoritatibus. Vide tamen, si lubet, Acta Concilii Chalcedonensis a DU FRESNE citata *Gloss. Græc.* voce Θειοτης, & Panegyristas illos duodecim, atque CHRISTOPHORI CELLARII *ad eosdem præfationem*: quibus adde Perill. SPANHEMII opus æternum de præstantia numismatum (15): ex quibus, si quis dubitaret, dictos fuisse Divos & θειοτατης principes cum defunctis superstites, apparet evidentius. Ut ne quidem vocem subsidio, quod Bibliothecæ Criticæ litterariæ auctor (*Histoire critique de la république de Lettres* Tom. XI. Art. 10.) ex Homeri aliorumque locis comprobavit, θειον dici etiam sæpe præclarum, magnum, præstans, non semper deitatem id nominis involvere.

pag. 23. §. IV. Sed, quod est omnium maximum, indicat ipse Theophilus ea, quæ Justinianus fecit, suo tempore facta esse. Ita, quod post alios observavit doctissimus CONRADI, in notis Historiæ Juris Beyerianæ subjectis pag. 31. §. 271. not. C. constitutionem de iis, qui a venerabilis Augustæ aut ipsius domo aliquid acceperint, *nuper* εναρχω, emissam esse, attestatur, quod facere non potuisset, si Michaëlis demum tempore floruisset. Sunt his luculentiora, quæ in §. 5. *de Senatusconsulto Tertylliano* comparent. Nam cum ibi Constitutiones priorum principum excitasset imperator, illas esse principum απο βραχεως βεβασιλευκοτων indicat paraphrasis. Quorumcunque (16) vero sint; illud est certum, proximorum Justiniani decessorum fuisse oportere, cum, quo removeatur a Justiniano Theophilus longius, eo fuerit magis inconveniens, dicere ante paucos annos latas fuisse leges, quæ ante Justinianum certe latæ erant. Juvat & me, dici illi ea, quæ eodem Imperatore constituta erant & viguerant, suo tempore in usu esse §. 10. *de Except.* ubi alia olim fuisse, sed σημερον alia servari usu, quippe a sanctissimo suo imperatore statuta, perhibet. Et hac ergo ratione ex ipso illius opere conjeci forte non incongrue ipsius ætatem.

§. V. Visus est quibusdam indicasse eandem & Justinianus, qui *L.* 2. §. 9. *Cod. de veteri Jure enucl.* scribit, Theophilum in splendidissima Constantinopoleos civitate optimam legum gubernationem laudabiliter extendere. *Quid vero hæc Paraphrasis est aliud, quam laudabilis quædam Institutorum extensio*, ait VIGLIUS [in

(15) Et omnium instar Alemannum ad Procopii Anecdota pag. m. 22. G. O. R.

(16) Atqui hoc dubium non est, quum constitutionem maxime Impp. Theodos. (Junioris) & Valent. A. Chr. 426. THus intelligat, quæ exstat in Cod. Theod. l. 7. *de Legit. hered.* eumque titulum clare significet, dum ait: αυτων απο βραχεως βεβασιλευκοτων διαταξεις, ΠΕΡΙ ΛΕΓΙΤΙΜΑΣ ΔΙΑΔΟΧΗΣ διαλογισμαι. Addo tertium exemplum ex §. 15. *de Hered. ab intest.* cap. m. 42. ubi noster sic: οι δε απο ολιγων βεβασιλευκοτες ενιαυτων η κατελιπον αδιορθωτον το τοιουτον αποκημα. Est vero constitutio Impp. Valent. Theod. & Arcadii A. Chr. 389. in Cod. Theod. l. 4. ejusd. tit. in Justin. l. 9. *de Suis & legit.* Et Primum quidem exemplum, quia in ipso textus Instit. Lat. *nuper* legitur, non tantum habet roboris, quam duo reliqua, alterum a Mylio, alterum a me excitata; quum illic nonnisi *antea constitutiones*, &

[in præf. §. 31.] quem primum Theophili noſtri ſuſceptorem tutoremque in noſtras partes fere pertraxiſſet ſola hæc imperatoris locutio, niſi, reipſa curatius expenſa, aliæ inde illum rurſus expuliſſent. Et huic *extendendi* verbo nativa illa virtus & poteſtas eſt, ut ſignificet, rem compactam compreſſamve, aut certe perbrevem, protendi & ad amplius ſpatium complendum produci, expandi. Proinde poteſt commode ſcriptis & libris & litteris accommodari, Pag. 24. & accommodatur ab auctoribus, qui in prima claſſe cenſentur. Adducam vel ſolum, cujus non poſſum niſi cum inſigni voluptate meminiſſe, PLINIUM juniorem, cui L. II. Ep. 13 *preces extendi* & L. VII. Ep. 9. *Epiſtola extendi* dicitur. In Epiſtola 9. quam ultimum adduxi, Aldina aliæque editiones exhibent: *Epiſtola me extendere*: prius tamen loquendi genus & ob plurium Codicum conſenſionem magis placet, &, opinor, accedit genuinæ latini ſermonis indoli propius (17). Ipſo: *tendere* eo abutitur HORATIUS *ſermonum II.* 1. 2. & alii, quibus allegandis ſuperſedeo. Eſt tamen voci & alia vis, & illa ſequiori ætati familiarior: uſurpatur de iis, qui docere alios publice & exponere quippiam, & profiteri dicuntur; ſcilicet illos dicunt iſtius ævi monumenta doctrinas extendere. Non ſuppetit ipſius hujus verbi exemplum: ſed huic admodum ſimilia, &, quæ natura quandam expanſionem aut apertionem exprimunt, ad edocendi ſignificationem inflecti, loca complura demonſtrant. Hoc modo τα *explicare, explanare, expandere* auctores habent, potiſſimum, qui ſubſidentis aut prolapſæ latinitatis ævo floruerunt. Ultimum etiam probæ ætatis LUCRETIUS, cui ea, quæ pertinent ad naturam, exponere dicitur Lib. I. ℣. 126. *naturam expandere dictis.* Ita L. unic. Cod. de ſtudiis liberalibus, *legum voluntates pandi* & Leg. 3. Cod. Theodoſ. eodem Tit. *jura & legum formulæ pandi*, i. e. publice proponi & explicari dicuntur. Et convenit imprimis legibus, ut illæ extendi & pandi dicantur, quod contrahere & ſuperflua circumcidere allaborarunt legiſlatores. *Leg. ult. Cod. Theod. de donationibus.* Hic vero eodem ſenſu venire illud: *extendere*, ſimul alia evincunt loca, quibus Juſtinianus eum docere & tradere jura dicit, ſimul græca Conſtitutionis, *Deo auctore*, verba loquuntur: quæ διδασκειν dicunt, non, protendere gubernationem; uſque adeo ut feliciter mutaſſet ſtilum VIGLIUS, niſi ſupereſſent nobis his firmiora, quæ recenſemus, & partem referemus, argumenta.

§. VI. Ipſe Fabrottus non quidem audet ſuæ ætati, id eſt, ſexto ſæculo Pag. 25. reddere noſtrum; eſſe tamen omnino vetuſtiſſimum, non poteſt non confiteri. Collegit illud ex ſolennibus typiciſque verbis, aliiſque locis, quæ ex veterum JCtorum hauſta voluminibus in paraphraſi comparent. Neque enim inde quicquam mutuari potuiſſet, ſi ſequiori ævo floruiſſet, quo ſubductæ erant hominum uſui illæ JCtorum opellæ, quas ejus tempore extitiſſe oportet, utpote ex quibus hauſit ſæpe, inque ſuam rem vertit, quæ alibi quæres fruſtra. Equidem, ſi mererent calculum, quæ FRANCISCUS HOTTOMANNUS in *Anti-Triboniano cap. XII. pag.* 43. &, qui ejus partes ſecuti, omnia ſibi licere in Tribonianum putant, tradunt, eundem jure poſtulari cujuſdam quaſi ſacrilegii

& hic tantum: *Divi Principes* legamus, quæ THus ita, ut vidimus παραφραζων, ſatis ætatem ſuam prodit. Verum ne quid diſſimulare videamur, erunt qui dicent, eum qui plus juſto probet, ſæpe nihil probare, quum ab anno ſuperioris Conſtit. 389. uſque ad 533. quo Inſt. prodierunt, non ολιγοι ſed 144. ſint anni. His reſpondeo, Theophilum non tam reſpicere ad ipſarum Conſtit. annos, quam ad Theodoſium Juniorem, qui illas Conſtitt. ſuo Codici inſeruit. Atqui is Anno demum 450. obiit, id eſt tricesimo circiter anno ante natum Juſtinianum. ETC. G. O. R.

(17) Εκτεινειν eo loco, quo proprie non tam extendi, quam ſua natura continere ſignificat. Vert. Maurus *de Jure liber.* p. 1079. cap. 42. [III. Theſ. Jur. R.] *Hæc in ſchedis poſt.* MYLIUS. Quod ſequitur, „Ipſo: *tendere* eo abu„titur Hor." vitioſe aut ſcriptum aut expreſſum credo: Horat. habet, *ultra legem tendere opus.* Ceterum ego hoc ſive Vigliano ſive Myliano argumento non utor. G. O. R.

gii & accuſari merito, quod tam præſtantium ingeniorum elaboratos bene fœtus ſuffuratus poſterorum uſui, flammis comburendos dederit; ſi, inquam, eſſent hæc omnia veritati magis congrua, majus accederet ſententiæ noſtræ, & jam firmæ, pondus. Ita enim oporteret, eum ante Triboniani hoc facinus adornaſſe hanc inſtitutionum extenſionem. Sed illa dudum viris doctioribus exploſa ſunt, atque illorum operum jacturam temporis potius longinquitati, atque, quo eorum uſu interdicebatur JCtis, mandato, quam illius invidiæ, dicam, an malitiæ? adſcribi debere oſtenſum eſt; & hac quidem via ad vindicandam Theophilo ſuam ætatem progredi non licet. Convincit tamen erroris hoc ipſum illos, qui Juſtinianum & Theophilum inter, longam annorum ſinem infarciunt, eumque in illud tempus collocant, quo qui vixerunt, illas legitimas formulas, & quæ hauſit ex illis fontibus, alia ignorabant ſecure, nec poterant non ignorare, librorum illorum uſu excluſi. Videtur autem in primis deliciis illi fuiſſe Cajus JCtus. Et cui non ille ſit? Ita uſus eſt inſtitutionibus hujus JCti, ut non raro eadem in Theophilo, quæ in Cajo verba. Si
Pag. 26. quando diſſideat ab Triboniano Cajus, ſequitur is ſæpius illum, quam imperatorem; inde accidit, ut non raro eadem carpantur in Theophilo, quæ in Cajo. Inde emendantur ſæpius, & illius Inſtitutiones, & hujus paraphraſis ex Juſtinianeis Inſtitutionibus, cum hæ debuiſſent ex illis. Inde & ad Cajum ſæpius, ut ne unquam ab illo diſſideret, paraphraſin correxerunt, neſcio qui, ſed deturparunt verius. Exemplo ſint illæ vexatiſſimæ Conſobrinorum nuptiæ, quas permiſit aliquando Cajus, vetant inſtitutiones, uti hodie exſtant, ſed Aniani manu interpolatæ, vide *Schulting. ad Caji Inſt. Lib. I. Tit. IV. pag.* 38. Ut ne diverteret ab iſto græculus noſter, in paragraphum quartum paraphraſeos de Nuptiis inſerſit quidam illud nefaſtum (18) Ου, quod ferme in ipſas Juſtinianeas Inſtitutiones migraſſet, quodque exercuit diu interpretes, donec multa opera & difficili negotio, etiam quibuſdam invitis, & hinc & inde expulerint. Vide Petrum Nannum [*ſic*] & Fabrottum ad §. IV. Theoph. *de nuptiis* OTTONIS *diſp.* de nuptiis Conſobrinorum c. IV. §. 3. Dabo aliud exemplum, ex quo [Cajum] tuliſſe in oculis apparet. Ille L. I. Inſtitutionum *l.* 2. *D. de adoptionibus* adſcripſerat quædam adoptioni, *quæ fit a principe:* Tribonianus illa in ſuam penum referens, adoptionem *per ſacrum oraculum* eandem dicit, ac ideo adulandi Juſtiniano ſtudii affectatæque divinitatis notatur ab HESYCHIO voce Τριβωνιανῷ, & CHR. COLERO παρεργ. *c.* 17. *pag.* 62. Quam bene vel ſecus, hic diſquirendi locus non eſt. Sequitur Cajum ſuum Theophilus, nec cum Triboniano oracula & ſanctitatem crepat. Quanquam, quod moneam obiter, ne quidem inverecundæ aſſentationis argui recte potuiſſet, ſi, æque ac ille, ſacrum principis oraculum allegaſſet, nec inde ſpes Juſtiniani divinitate donaſſe videretur. Manumittendi ſervum modos recenſiturus Cajus, refert eo quoque eum, qui fit cenſu. Omiſit illum, qui inſtitutiones fabricatus eſt. Addidit Theophilus eundem, ſcilicet Cajum ſecutus. Videtur & paraphraſtes §. 6.
Pag. 27. *de Teſtam. ordin.* exſcripſiſſe eundem, quum fere eadem iſtius, quæ hujus ſunt verba, l. 26. D. *qui teſtamenta facere poſſunt*, quod obſervavit B. H. REINOLDUS Vir Doctiſſimus, Anteceſſor Viadrinus, & qui ſuo docuit exemplo quam præſtaret

(18) Immo vero illud Ου a THi eſſe manu, & in prima Inſtit. editione comparuiſſe, evincet Excurſus X. G. O. R.

(19) Fuerint per me duo Thalelæi, alter Juſtinianeus, alter junior, quia ſic Fabric. Vol. X. p. 546. *Thalelæi junioris Anteceſſoris JCti ſyntagma Novellar. omnium & ſcholia ad Nov. Baſilii Maced. citat Nic. Comnenus pag.* 345. & 403. Sed quæ in noſtris hodie leguntur Baſilicis, cœco cœcior ſit oportet, qui non videat ex Thalelæo vetuſtiori fuiſſe deſumta: quod ſatis probabimus in Exc. ultimo. Ipſe procul dubio Mylius, ſi ei fata longiorem conceſſiſſent vitam, Baſilicorum libris accuratius perlectis, errorem ſuum agnoviſſet, nec Gundlingium cum Suareſio notaſſet. Immo in fine huj. §. quaſi in viam redit. G. O. R.

(20) Inſpexiſſe vero videntur, ſi ſunt vera,

ſtaret multum ſcribere, ac multa, *in Diſſertatione ad L. 27. Cod. de inoff. Teſt. §. V.* Sunt alia plura, quæ, quo illi loco, quove numero habitæ ſint Inſtitutiones Caji, docent, certe eaſdem ab Aniani manu integras illi adfuiſſe, indicant. Sed hæc alibi & alio tempore.

§. VII. Venio ad novum argumentum, quo uſus eſt ad aſſerendam genuinam Theophili ætatem B. GUNDLINGIUS *Lib. II. Gundlingianorum cap.* 2. Animadvertit aliquando C. A. FABROTTUS in ſua ante Theophilum præfatione, citari fidum hunc & antiquum interpretem a THALELÆO. Thalelæum ipſum imperatori fuiſſe coævum aſſeruere multi, quorum ſententia ANTONIO AUGUSTINO de Nom. prop. II. Florent. probatur, & JOSEPHO MARIÆ SUARESIO, in notitia Baſilicorum: Quæ ſi ita eſſent, quantum accederet noſtræ opinioni pondus & robur? Sed ſunt quædam circa illam rem nata mihi dubia, quorum & aliqua jam tetigit V. Cl. OTTO *ad proœm. loc. cit.* Quo loco aut modo, quod fere eſt omnium primum, uſus fuerit Theophili auctoritate, cum ignariſſimis novimus. Uſus eſt vir clariſſimus ſolius FABROTTI teſtimonio. Sed an ſola iſtius auctoritate hic ſtandum erit? Niſi ipſa habeamus anteceſſoris verba, res extra dubium poni non poteſt. Neque enim ita certi ſumus, quiſnam ſit ille, qui eo teſte utitur, Thalelæus; utrum is, qui componendo pandectarum volumini adfuit, eidemque εις πλατω vertendo dedit operam; an eodem nomine alius, & ille forſan, qui Baſilicas conſtitutiones explicuit, illuſtravit. Neque enim poſſum, quin duos diſtinctos (19) tempore Thalelæos ſtatuam, quos videtur invicem confudiſſe poſt SUARESIUM ὁ παν GUNDLINGIUS. Equidem Thalelæum, qui græcum fecit pandecten, vixiſſe Juſtiniani tempore, largior facile; nec tamen patior inſimulari eos erroris, qui in Baſilica commentatum eſſe Thalelæum, ab illo diverſum, ſcribunt. Suareſius in Notitia Baſilicorum §. XLI. *Thalelæus ævo Juſtinianeo floruit & falſo inter eos refertur, qui ſcripſere in Baſilicas, ſicut & Stephanus, alii &c.* Quem ſecutus alia ſentientes, Freherum, Broeum, Gravinam reprehendit Gundlingius c. 1. Verum ipſæ ſcholiorum Inſcriptiones, quarum ingenuitati, quid opponam, quove ſuſpectas faciam, novi nihil; illæ, inquam, Thalelæi nomen non ſemel, aut bis, ſed ſæpius referunt. Qui, cum ſit ab illo juriſprudentiæ oculo annis multum diviſus, non potuere non duo eſſe Thalelæi. Uter vero vocaverit Theophilum teſtem, an priſcus ille aut recentior? id neſcitur. Migrarunt in Baſilicorum opus quædam ex græco anteceſſoris opere, quem της νομικης οφθαλμον JCti nominarunt. vide Cujac. obſ. L. III. cap. 33. & Fabricium Bibl. Græcæ Vol. XII. pag. 462. An vero contineantur his fragmentis, quæ Theophilum excitant verba, ignoro; ſubdubito etiam, cum ex iiſdem oſtendi non poſſint. Sed provocavit ad eundem Fabrottus; at ille an habuit inſpiciendi copiam? Unquam ſe vidiſſe græcum opus non prædicat, quod monent, (20) qui inſpexerunt. Habuit in manibus ſedulo Cujacius, an forte ab eo mutuo accepit Fabrottus? ſunt incerta omnia. Nec diſerte quidem innuit illum antiquum Thalelæum. Contrarium colligo exinde, quod ſæpius Gloſſas & ſcholia Baſilica alleget, abque iis auctoritatem Theophili adhiberi ſcribit. Et ſcholia quidem Baſilicorum ſæpius meminere Theophili, ejuſque libris [*ſic*]. Confecit eorum locorum, quæ Theophili meminere, in dictis Baſilicorum ſcholiis gloſſiſque, indicem diligentiſſimus Fabricius, quem apponam (21) infra. Inde patet,

Pag. 28.

Pag 29.

vera, quæ ipſi perhibent: CUJACIUS Obſerv. L. XIII. cap. 33. GREGORIUS HALOANDER in præf. ad Novellas, ADAMUS SUALLENBERGIUS in prologo ante Harmenopulum. An alii quoque? latet. MYLIUS.

Thalelæum Codicis fuiſſe interpretem, & Hoffmannus Tom. I. Hiſt. Jur. pag. 630. obſervavit & noſtra Memorab. in Exc. ult. demonſtrant: ſed ab eod. Digeſta Græce eſſe verſa, neque ego exputare potui, & quam infirmæ ſint hæ Suareſii ac Mylii auctoritates, idem Hoffm. ibid. docet. G. O. R.

(21) Non opus eſt, ut hic repræſentem, inprimis cum non ſit plenus. Tu vide mea Memorab. aut potius ipſam fragmentorum THinorum Appendicem. G. O. R.

patet, quam ineptiant Tabor & Leunclavius, qui ex Basilicorum opere suffuratum sua esse, calumniati sunt. Utuntur ejus testimonio plerique illorum scholiastarum, imprimis vero Stephanus quidam, qui eundem, ut alii, excitat Theophilum τον μακαριτην, utpote jam fatis functum. Quodsi is Stephanus esset, qui vixit Justiniani tempore, res in aprico posita esset; sin minus, non aliud quicquam evincent hæc omnia, quam post Basilios vixisse non posse. Unum incidit, quo Thalelæi Stephanique, Basilicorum etiam scholiastarum, ætatem Justinianeo ævo inserere queamus. Forte nomina, quæ illis interpretum scholiis præfixa sunt, Thalelæi, Stephani aliorumque, non indicant, esse hos illorum scholiorum auctores, sed tantum monent, ex horum operibus sumta esse, quæ in hoc scholio exstant. Id si certum esset, non opus foret ulterius, ut nobis demonstretur locus Thalelæi, qui Theophilum citat, cum, quod monui, in his adducatur ejus auctoritas sæpius. Fac ergo Justinianei Stephani, & Thalelæi hæc esse: Theophilus noster his omnibus antiquior erit, & eadem illum ætate vixisse, supra omne dubium.

§. VIII. Si quis fuerit, de hac ætate ejus qui adhuc ambigat, is & perpendat probe, non alio tempore magis e re jurisprudentiæ fuisse, quam ipsa Sacratiss. Imperatoris ætate, libros juris græcorum idiomate donari. Sedet inde mihi ea opinio, ipso Justiniano auctore & auspice compositam fuisse, ipsiusque jussu vulgatam hanc paraphrasin: quæ me, ut id crederem, moverint, argumenta Capite V. persequar. Ceterum, de ejus vita reliqua constat omni-
Pag. 30. no nihil. Nisi tamen videar justo magis audax, proponam, quæ de ejus morte conjecerim. Theophilus a Justiniano codici primo conficiendo admotus erat, una cum novem aliis. *Const. de novo Cod. fac.* §. 1. & *de Cod. Just. conf.* §. 2. Adlectus ab eodem inter XVII. viros, quorum operæ Digesta debemus, iisdem manus adjutrices tulit. *L.* 2. §. 9. & l. 3. §. 9. *C. de V. J. Enucl.* Immo cum primaris elementa componenda essent, optimos tres ex his electurus Justinianus, judicavit, post Tribonianum suum, cum Dorotheo, illum dignum, qui institutionibus componendis adhiberetur §. 3. *proœm. Inst.* Et hæc quidem omnia ab duodetrigesimo sæculi septimi anno ad ejusdem annum trigesimum tertium. Anno, qui sequitur, cœpit imperator codicem repetere suum & passim immu-

(22) Maxime quum THus non aliunde evocandus, sed præsto ad manum fuerit, utpote jura in ipsa urbe regia extendens. G. O. R.

(23) De *se vivo nihil* memorat THus, nec nominatim Justinianum nominat, quamquam utrumque credo, ut post adparebit. Tum Nov. 118. heic locum non invenit, siquidem ante totum jus Justinianeum frater omnino præferendus fuit patruo, ceteris paribus: quin & in dispari causa post legem Anastasianam A. 498. Quum vero omnes hactenus interpretes hanc a THo relatam controversiam, licet disquisitione digniſſimam, sicco transierint pede, ego eam in *Excursu* VIII. illustrare & planam facere volui. G. O. R.

(24) Bis graviter peccat Mylius, forte quod subscriptionem huj. Nov. nimis præcipitanter legit: primo, quod de anno dubitat, qui sine controversia est 544. deinde, quod Justinianum quaterdecies, quin duodevicies consulem fuisse statuit, quum post QUARTUM ejus consulatum A. 534. nullus in Fastis alius occurrat. Ceterum ante omnes Nov. nostrum παραφρασιν scripsisse, mox ostendam. G. O. R.

(25) Atque non fictum casum, sed revera factum, tota narratio evincit. Vide d. *Exc.* VIII. G. O. R.

(26) His jam argumentis Mylianis, a me passim aut correctis aut confirmatis, addam alia, quantum ad crisin historicam, αποδειξικα atque invicta. Primum est, quod Memorabilia nostra probabunt, STEPHANUM illum, qui THum plus semel μακαριτην adpellat, eumdem esse, cujus opera Justinianus inter alios in condendo suo jure usus fuit. Alterum, quod paullo fusius exsequar, bimembre est; *quod neque expresse ac prudenter, neque tacite aut imprudenter usquam jus Institutionibus recentius memoret, nec in paraphrasi Institutionum, nec in Digestorum expositionibus.* Namque Novellas non modo Justinianeas nunquam citat, sed ne Codicem quidem repetitæ prælectionis: ubicumque enim ad Codicem provocat, leges sunt Institutionibus vetustiores; quin etiam eas inde adfert, quæ in priori quidem Codice exstabant, sed in posteriori omissæ fuerunt. Hoc prudenter feciſſe videri posset: sed nec imprudenti quidquam excidit, unde arguas eum

post

immutare. Hic labor datus est post Tribonianum Dorotheo, Mennæ, Constantino, Joanni, §. 2. Const. *de Emend. Codicis.* Hic nihil de Theophilo. An, quem præ his omnibus, Institutis per eundem ex omni veterum institutionum corpore elimandis, & in unum liquidum stagnum ex turbidis fontibus conrivandis, præfecerat §. 2. *Const. omnem reipubl.* nunc indignus visus fuerit, qui codicis emendationi admoveatur? Qui ipsi Codici conficiendo adfuit, nunc ab emendando repellatur? Quem ex tribus optimis judicavit aliquando, eum nunc ne quidem (22) huic labori adscisceret, cui quinque viros seligit? Videtur mihi inde nasci suspicio, (nam certi quicquam in illo auctorum omnium legumque silentio affirmare, temerarium fuerit), hoc tempore superstitem non fuisse amplius, cum aliam, qua ductus, ejus operam alias sibi probatam imperator neglexerit, causam exputare non queam. Sed, quod dixi, suspicio est, nulla certitudo. Juvat interea, illum a Stephano dici μαναξιτην, si verum est esse Justiniani Stephanum, in §. præc. Sed fuere etiam quæ eidem conjecturæ obstarent. Videbatur ipse indicare, ætatem suam fuisse provectiorem. Nam recensiturus §. *VI. de J. N. G. & C.* varia Constitutionum principalium genera, sopitam esse a principe se vivo (23) controversiam, innuit, utrum Pag. 31.
frater potius, an patruus defuncti cujusdam sit hæres? Quod novella CXVIII. cap. 3. cum factum sit, & illa Justiniano (24) aut XIV. aut XVIII. consule, anno DXL. aut DXLIV. data sit; antequam Codex sub repetitas curas vocatus fuerit, mortuus esse non videbitur. Verum dicto §. VI. non id, quod sit reipsa factum refert, sed exhibet speciem quandam Juris, &, quem vocant pragmatici, (25) casum. Neque enim Novella illa ad relationem cujuspiam magistratus emissa, sed proprio motu facta videtur. Neque ad επαρχιας αρχοντα data est, quod dicit Theophilus. Immo veram legem non indigitare, exinde conjicio, quod eandem speciem, quam hic epistola decisam scribit, decreto compositam exhibet paragrapho, qui sequitur. Ex his, si conjunxeris omnia, conjicio, nec, arbitror, conjectura fallor, eum qui græca nos donavit institutionum paraphrasi, fuisse istum, qui juris ædificio construendo admotus est a Justiniano, juris architectum, eundemque & ipso Justiniano superstite (26) diem supremum obiisse.

CA-

post Novellas scripsisse, siquidem juris Institutionibus recentioris nec volam nec vestigium usquam deprehendes. Quod ne ex præconcepta opinione adfirmarem, singula Novellarum loca, quibus & vetera & sua ipsius jura immutavit Justinianus, diligenter ac sedulo examinavi, secundum indicem, quem & editiones Cujacianæ, & Wielingius in Jurisprud. Rest. exhibent. Nos ordine Chronologico omnia hic persequemur:

ANNO CHR.

535. Nov. I. Licentiam dat testatori prohibendi, ne Falcidia in suo testamento locum habeat.
——— IV. Antiquum ordinis sive excussionis beneficium in usum revocat.
——— XII. c. 1. Incestis nuptiis novas pœnas statuens, mutat jus Codicis *de Incest. Nupt.* ad quod THus cum Imp. provocat §. 12. *de Nupt.*
——— c. 2. Patre incestas nuptias contrahente, liberi ex priori matrimonio nati sui juris fiunt.

ANNO CHR.

536. Nov. XXII. 8. Servitutem pœnæ sustulit, quæ apud THum perdurat.
——— XVIII. c. 1. Legitimam auget portionem: cujus ita mutatæ Scholiastes meminit ad §. ult. *de Inoff. test.* sed THus ubique quadrantem retinet.
——— c. ult. & minus restricte A°. 539. Nov. LXXVII. 4. liberos etiam EX SERVA CONCUBINA natos per subsequens matrimonium legitimari posse concedit, contra l. 10. Cod. *de Nat. lib.* quam paraphrastes cum Just. in fin. tit. *de Nupt.* designat.
536. Nov. XLIX. 3. & A. 541. Nov. CXII. & CXXIV. aliqua circa jusjurandum calumniæ mutavit, unde sunt Authenticæ in Cod. eo titulo: sed nihil novi est apud nostrum in §. 1. *de Pœna tem. litig.*
537. Nov. LII. c. 2. Donationes Principi factæ insinuatione haud indigent.
538. Nov. LXXII. Debitor aut creditor prohibetur ejusdem tutor aut curator fieri.

CAPUT IV.

ERgo & nomen & ætas certa ſunt, ſupereſt, excutiam, quæ illi munia fuerint, qui tituli, qui honores. Fuit, quæ eſt præcipua ejus dignitas, ex comitibus conſiſtorii, i. e. ex viris intimæ admiſſionis & ſummæ autoritatis, qui in ipſo ſanctiori concilio, aut conſiſtorio principis, participantes auguſti pectoris curas agendo claruerunt *L. 3. Cod. Theod. de metatis.* Erat vero ex illis conſiſtorianis comitibus, qui vocabantur illuſtres, vel ſolo hoc nomine diſtincti ab eodem nomine aliis, de quibus *Lib. VI. Cod. Theod.* integer extat titulus, & qui ſpectabiles tantum erant. *Leg. un. Cod. Theod. eod. tit.* Ex quorum numero noſtrum non fuiſſe, colligitur ex §. 3. *Proœm. Inſtit.* & conſtitutionis *ſumma reipublicæ* §. 2. Oſtendit & illud, quod ei additur nomen magnificentiſſimo, quo, præter illuſtres, nulli decorantur alii: uti enim eorum, qui ſunt ſpectabiles, dignitas, *ſpectabilitas*, & clariſſimorum, aut *claritas*, aut *clariſſimatus*; ita illuſtrium honor, *illuſtris magnificentia* dicitur, id quod animadvertit & documentis certioribus confirmat Gutherius de officiis domus Auguſtæ C. XVI. pag. 204. nec cuiquam præter illuſtres magnifici titulum accommodari, adnotavit ampliſſimus BAUDISIUS in Diſſert. *de Titulo illuſtris, ſpectabilis &c. c. 2. §. 5.* quod & *Nov. XV. c. 1. XLIII. c. 1. §. 1. LXX. c. 4.* oſtendunt, ubi μεγαλοπρεπεστατοι ιλλυστριοι, *magnificentiſſimi illuſtres*, vocantur ſæpius. Etenim græci illius tempeſtatis ſcriptores veriti, ne quid inſitæ ſignificationi detrahant, ſi ſuo quodam verbo efferrent, quos hi illuſtres, appellitant iſti ιλλυστριους §. 3. *paraphraſeos in Proœm. Nov. XLIII. c. 1. Nov. CXVII. c. 4.* quamquam & alii περιφανεις & θειοτατους dicant §. 4. *dicti Proœm.* quod nominis & ſenatoribus ſummorumque honorum viris datum fuiſſe, acta concilii Chalcedonenſis evincunt, & alia loca quæ conduxit DU CANGE *Gloſſario græco* voce θειοτατος. Vocat noſtrum conſtitutio *de novo Codice faciendo.* §. 1. clariſſimum, quod elogium illa tempeſtate, (nam Roma libera erat fere maximum, quo conſules, dictatores, & ſi qui his majores erant, decorabantur) ea tempeſtate, inquam, inferioris ſubſellii perſonis, & illis demum competierat, qui dignitate erant infra ſpectabiles. ISIDORUS *Originum L. IX. c. 4. primos ſenatorum dici illuſtres, ſecundos ſpectabiles, tertios clariſſimos.* Sed clariſſimi titulum, ſignificatu nonnunquam laxio-

Pag. 32.

ANNO CHR.

——— LXXIV. Legitimationem naturalium pater etiam poſt concubinæ mortem, immo vel ex teſtamento a Principe petere poteſt.

539. Nov. LXXVIII. omnes libertos pronuntiat ingenuos, ſalvo patronatus jure.

——— LXXXI. Epiſcopatus &c. ſolvit quem patria poteſtate: quum ſolus Patriciatus jure Inſtit. hoc faciat.

——— LXXXIV. & A. 544. Nov. CXVIII. & A. 548. Nov. CXXVII. vetera agnatorum jura tam in tutelis quam in ſucceſſionibus adeo immutarunt, ut quamplurimi Inſtit. tituli & in L. I. & in III. quantum ad praxin inutiles fere ſint redditi: quod tamquam ſatis cognitum generatim monuiſſe ſufficit.

——— XCVII. Omnimodam dotium ac donationum propter nuptias æqualitatem inducit.

ANNO CHR.

541. Nov. CXIX. c. 2. Libertates dare permiſit puberibus, qui teſtamenta facere poſſunt.

——— c. 7. Bona fides adquirenti non prodeſt, ſi alienans in mala fuerit, niſi exacto tricennio.

——— c. ult. Falcidia ceſſat in rebus alienari prohibitis: & Nov. CXXXI. c. 12. in relictis ad piam cauſam.

——— CXV. Certæ exheredationum cauſæ præſcribuntur: & NB: ab herede probandæ.

——— CXVII. c. 2. Teſtamento filius nominatus, cenſetur legitime eſſe natus.

——— cap. 10. Matrimonium bona gratia ſolvere vetat. Atqui hoc, tamquam licitum, ſupponit THus apud Stephanum in fragm. XVIII. ad l. 30. §. 2. D. *de Jurejur.* Scio equidem, hanc prohibitionem ab illius ſucceſſore Juſtino A. 565. rurſus ſublatam fuiſſe Nov.

xiore, ſpectabiles omnes, immo & illuſtres complexum fuiſſe, docet CUJACIUS *ad Cod. de Tut. & Curatoribus perſonarum illuſtrium pag.* 387. Sunt his meliora, & certiora, quæ adnotavit THOMAS REINESIUS *in Theſauro inſcriptionum parte I. inſcriptione* 128. *pag.* 258. dici ſenatores, qua tales, clariſſimos, ſive illi ob alia munia illuſtres, ſive quicunque alii fuerint, quanquam & ita dicantur, qui ſint a ſpectabilibus proximi: inde ipſi conſules republica etiam occupata dicuntur clariſſimi a PLINIO *L. VII. Ep. ult.* niſi dicas, Plinii tempore natum nondum fuiſſe illuſtrium cognomen. Inde ſæpius clariſſimi audiunt, qui paulo ante illuſtres *L.* 7. 11. 13. *Cod. Theod. de Judæis cælicolis* &c. quæ deduxit omnia latius ſolidiuſque V. A. BAUDISIUS *Diſſert. cit. cap. II.* §. 5. Pag. 33.

§. II. Hi ejus in aula honores. Sed quæ in Academia munera? Dicitur Juſtiniano juris magiſter, doctor, anteceſſor, in alma Conſtantinopoleos urbe imperialia jura docere, extendere, profiteri dicitur. Videbo de ſingulis, ſed pauca, quanquam ſi aliorum ſcrinia expilare animus eſſet, queam admodum multa. *Lex III. Cod. de Vet. Jur. Enucl. Juris Magiſtrum* appellat. Magiſter a magiſtrando, obſoleto uſus verbo, uti a miniſtrando miniſter, ab arbitrando arbiter, FESTO auctore, derivatur, & cui non id jam dictum eſt? JCti cum PAULO ſuo Lib. LIX. ad edictum, *magiſtros* dicunt *quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quam cæteri, rebus, quibus præſunt, curam & ſollicitudinem debent, quin etiam*, pergit JCtus, *magiſtratus a magiſtris cognominantur*, ubi non bene DIONYSIUS GOTHOFREDUS: *immo a magiſtratibus magiſtri.* Inde ab infimis ovium armentique paſtoribus, ad ſupremos officiorum præfectos, qui cuipiam rei præſunt, illos ejus rei magiſtros dicunt veteres. *Imprimis*, ſunt verba PAULI, quæ ſequuntur, *cujuslibet diſciplinæ præceptores appellantur a monendo & monſtrando magiſtri. Leg.* 57. *D. de verborum ſignificatione.* Si quis græca amat, in illius gratiam appono verba hujus legis græca, ex Ecloga ſumta: Μαγιστροι λεγονται απο μεταφορας αρχοντων, οι πλεον των αλλων ωφθοεειν οφειλοντες των επιτεταγμενων αυτους [αυτοις] ωραγματων, και οι διδασκαλοι διασθηποτε επιστημης. Unde, qui legum formulas pandunt, legum magiſtri ſunt. §. *I. Conſt. ad Anteceſſores & Leg. III.* §. 9 *Cod. de vet. jur. enucl.* Debent vero nobis ludibrium & ſuavem riſum, qui ex hac lege junctaque illi conſtitutione *de Cod. Juſt. Conf.* argumentantur, non tantum, qui a philoſophantium theologorumque ordine ultima laurea ſunt redimiti, magiſtros dici debere, ſed ipſos illos, quos JCtorum conſenſus doctoris titulo Pag. 34.

Nov. CXL. ſed inde nihil ultra adv. me concludi poteſt, quam ut ultimum hunc locum in medio relinquere cogi poſſim.

Quum ergo nullius harum mutationum aut ſciens aut inſciens meminerit THus, patet eum ante omnes Novellas Juſtin. ſcripſiſſe. Quis enim tam peregrinus in criſi hiſtorica hoſpes eſt, qui neſciat, maximum, immo unicum fere hoc eſſe cujuſcumque ſcriptoris τεκμηριον, ut indagemus, quæ jura, quos ritus, quas opiniones, quos Imperatores, quoſve libros &c. aut nominet aut ſignificet; quo κριτηριω ſublato, nemo amplius ſuppoſititios ac ſpurios libros a genuinis & antiquis diſcernere poterit. Sed forte quis præfractius inſtabit ac dicet, THum de induſtria nihil præter puras putas Inſtitutiones paullo fuſius enarrare voluiſſe. Huic ego primo loco regero: cui ergo bono veteres ritus ac verba ſolemnia inſerſit? quum novis Juſtinianis & futuris Practicis multo fuiſſet utilius, ſi jura Inſtitutionibus recentiora auditoribus propinaſſet. Deinde nulla poteſt fingi vel minima cauſa, cur tam diſſimulanter agere aut voluiſſet aut debuiſſet, ut nihil de conſtitutionibus recentioribus admiſceret. Denique των αδυνατων eſſe ajo, ut quis in tam longa paraphraſi & ceteris operum ſuorum fragmentis dictum modo κριτηριον ſubterfugere poſſit, quin ætatem ſuam prodat. Quicumque his & reliquis ſive meis ſive aliorum argumentis jam nunc nondum ſe de vera THi noſtri ætate convictum fateatur; quodque ea omnia, quæ habemus, ante finem anni 534. ſcripſerit; quo etiam anno terras eum reliquiſſe, cum Mylio probabiliter admodum autumo: adverſus eum equidem, utpote (quod ajunt) prima negantem principia, in arenam nunquam poſt hac deſcendere apud me conſtitui. G. O. B.

titulo & axiomate dignos fecit, & tales haberi, publice indicavit, poſſe commode & convenienter legibus dici magiſtros. Quaſi vero Juſtinianeo ævo jam invaluerit illa donandi doctoris nomine dignos conſuetudo; immo, quod vidimus, qui alios jura docebat, is doctor; qui juvenum ſtudiis præerat, is magiſter erat. Nec eſſet credibile inter ipſos illos, qui JCti & doctores audire volunt, ea de re poſſe dubitari. Sed dubitari, apparet ex JOHANNIS ab ANANIA lectura in clementinam unicam de magiſtris, & alio commentario in Inſtitutiones, cui lepidum titulum dedit auctor: *Nicaſius ſuper Inſtitutionibus.* En Tibi ipſa boni Nicaſii verba. Ita vero ille *ad* §. cumque *proœm. Notandum finaliter, quod etiam Doctores juris poſſint vocari magiſtri, ut colligitur ex prima propoſitione & ex Textu; ſed Johannes ab Anania dicit, quod ſolum artium & Theologiæ doctores debent dici magiſtri, ſed habetur id expreſſe quod ſic.* Quæ ſi ita forent, eſſet de quo ſibi gratulentur, recepto in illorum numerum Triboniano.

§. III. Præter magiſtri & doctoris elogia, dicitur etiam ſæpe Anteceſſor, Græcis Αντικηνσωρ. Quo nomine gaudent, qui doctrina antecedunt alios, & quorum præeuntium legi veſtigia fas eſt. Neque vero, quod ſibi nonnulli perſuadent, tantum ita dicuntur, qui legum formulas pandunt publice, ſed, qui quacunque diſciplina excellunt, eamve alios docent, ita dici, animadvertit
Pag. 35. bene TURNEBUS *adverſar. Lib. VIII. c.* 19. quod & novis argumentis, conductiſque in eam rem auctorum teſtimoniis, tuitus eſt LUDOVICUS DE LA CERDA *in Tertulliani de Virginibus velandis libri Cap. II.* Quibus nihil habeo, quod addam, præter NILI monachi epiſtolam Aglajo anteceſſori inſcriptam, quem quidem non profeſſum Juris prudentiam, ſed philoſophiæ dediſſe operam apparet ex ipſis litteris *Lib.* I. *Ep.* 193. Quod ad nominis originem attinet, mihi, metaphora abs re militari, inſtructaque acie ſumta, dicti ita videntur. Qui exploratum omnia univerſo exercitui præmittuntur, & loca ſtruendis caſtris idonea inveſtigant, quoſque Galli *avantcoureurs* dicunt, illos anteceſſores appellant & tactici ſcriptores & alii. Vide *Sueton. Vitell. c.* 17. *Hirt. de bello Africano* c. 12. *Mauritium Strategicorum L. I. c.* 3. *&* 9. *&* 12. Inde & qui aliqua in doctrina antecedit, præitque reliquos, anteceſſor dicitur, qui ſequuntur, ſectatores. Hos enim a diſcipulis & magiſtris eo nomine differre tradit RÆVARDUS *Conject. L* II. *c.* 5. vide tamen CERDAM loco citato. Græci Αντικενσωρα dicunt, alii Αντικηνσωρα. Heſychius, Αντικηνσωρ ὁ τες νομικες μεμαθηκως. Gloſſæ Juris *Theſ. Jur. Civ. To. III. p.* 1713. Αντικενσορις αντιγραφευς. Αντικεσωρ, Αντιγραφευς ἀμαθηκης. Facile eſt ad videndum, vocem ex latina anteceſſoris effictam, atque a græculis, ut aſſolet fieri, [vid. Gloſſ. Theoph. h. v.] corruptam eſſe; qui, ut ex miſſo μινσον, ita ex anteceſſore αντικενσωρεμ fabricantur; ut, qui a Cenſore illos derivaret, atque, ut ανθυπατες, proconſules, ita illos procenſores diceret, merito cum ALCIATO *Diſpunct. L. III. c.* 12. a CHRISTOPHORO COLERO, *parergor. c.* 22. vapularet.

§. IV. Hæc de nomine ejus & honorum titulis, nunc ad locum, quem ſua doctrina illuſtravit, ubi, inquam, juriſprudentiam docuit publice. Imperatoris illum epiſtolæ Conſtantinopoli datæ dicunt in hac alma, regia, ſplendida urbe jura extendere & explicare; ut mirer, qui factum ſit, ut FABROTTUS [edit. noſtræ pag. 5. col. *a.*], acutus alias & accuratus Theophili commentator, [& P. LUDEWIG in Juſtin. M. pag. 136. *a.*] eum Beryti dicat docuiſſe jura,

(27) *Traduntur quatuor interpretandi genera:* (1) Paraphraſis, *quæ ſumma utitur libertate, omnia admiſcens, quæ vel in fuſiſſimo commentario dici poſſunt, aſſumtis etiam exemplis, ſimilitudinibus & integris expolitionibus.* (2) Metaphraſis, *quæ non ita late vagatur, ut genus praecedens, nonnihil tamen ſibi permittit, in omittendis iis, quæ non admodum ſunt neceſſaria, aut paucis verbis reddi non poſſunt, tum addendis &c.* (3) Ermenia, *quæ intra juſtum modum conſiſtit, & magis appendit fideliter ſententiam, quam verba ſuperſtitioſe adnumerat &c.* (4) Κἀλα πoδα,

ra, Dorotheum vero, quem Beryti fuiſſe profeſſorem *L. 2. §. 9. & L. 3. §. 9. C. de Vet. Jur. Enucl.* oſtendit, Conſtantinopoli hoc ſubiiſſe munus *ad §. 3. proœm. paraphr. nota a.* Et hæc de ejus muneribus, honoribus. Pag. 36.

CAPUT V.

VEnio ad monumenta ingenii, quibus præter labores, coaſſandis legibus, & ordinando juri latos, effecit, ut ne cum Dorotheo, & collegarum aliis, fere ignoraretur. Dedit enim popularium uſui, ut legitimæ ſcientiæ elementa, in ipſorum linguam transferret, ſimul quorum eſſe opus videbatur notitia, ritus & antiquitates explicaret, atque ita inſtitutiones paraphraſi græca indueret. Celebrantur quatuor libros in aliorum linguam vertendi genera, quæ qui differant, nemo, arbitror, melius perſecutus eſt GREGORIO HALOANDRO in præfatione ad Novellas, ab eo in latinum ſermonem tranſlatas, cujus verba, quæ infra apponam, viſa ſunt non indigna (27).

§. II. Videor autem mihi id poſſe conjecturis aſſequi, Juſtiniani auctoritate confectam eſſe græcam hanc εις πλατω (28) verſionem. Expromam, quæ me eo impulerunt, argumenta. Conſtantinopoli agebat Imperator, medius inter Græcos & Thracas. His græca lingua patria erat & vulgaris; legum, quæ is vulgabat, volumina, latina, ex latinorum ſcriptis hauſta, & quaſi ipſa Roma accerſita; cives, ut dixi, græci, latinæ linguæ, ſi non rudes & ignari, certe nec adeo periti. Ex horum re erat, græcos eſſe juris libros, græcas leges: nec difficilis adeo Juſtinianus, qui ſuorum ſe uſui magis accommodavit, ac anteceſſores. Conſtantinus, qui eo migraverat primus, ſermoni latino civium linguas malebat aſſuefieri, quam ſe græco. Inde græca civitate donabat Romanorum linguam, fingebatque ſibi novum inter græcos Latium. Inde urbi ROMÆ nomen. Inde vicis & regionibus urbis, præter græcum, romana etiam nomina. Inde leges editæ Conſtantinopoli, quibus in ipſa Roma non quæſiviſſes magis latinas. Inde ipſi Conſtantino ejus linguæ in conciliis & alibi uſus. Vide EUSEBIUM *in vita Conſtantini Lib. III. c. XIII. & paſſim.* Sed defecit conamina ſucceſſus. Romana lingua in barbarorum ore amiſit nitorem, & græca ſordes ſibi & barbariem ex peregrina contraxit. His incertis natalibus vulgo conceptus eſt novus & hybridus ſermo, quem, utrum græcum dicam, an barbarum, ambigo: græco barbarus eſto. Vidit id, & ſerviit loco temporique Juſtinianus. Ad Romanæ linguæ majeſtatem nunquam aſſurrecturos eſſe græculos & patriam linguam & indigenam ab aliunde invecta non ſuperatum iri, fuerat ad conjectandum facile. Accommodavit ſe propterea ſuorum ori, & uti bonum principem decet, operam dedit, ut ne leges civibus ſint obſcuræ, illectæ, & inintelligibiles, (ſit voci Ambroſianæ venia) quibus vivere deberent. Proinde a Conſtantino fere primus græcas græcis hominibus dedit leges. His confirmandis affero ipſius verba ex *Novella VII. c. I.* Διοπερ αυτην και ωφυδηκαμεν, και ουκ εν τη πατριω φωνη τον νομον συνεγραψαμεν, αλλα ταυτη τη κοινη τε και ελλαδι, ωστε απασιν αυτον ειναι γνωριμον, δια το ευχρηστον της ερμηνειας. *Ideo hanc emiſimus & non patrio ſermone legem conſcripſimus, ſed hoc communi & græco, ut omnibus nota ſit, propter interpre-* Pag. 37. Pag. 38.

πολλα, *miſere verbis alligata, non aurium judicio orationem accommodans, ſed qua ex græcis bonis latina facit non bona.*

(28) Confundit Mylius πλατω cum *paraphraſi*, quum illud *textum plenum* ſignificet, oppoſitum epitomæ ac Synopſi inde hauſtæ. Vid. *Memorab. e Baſil.* in Excurſu ult. Ceterum in præfat. oſtendam, THum, utpote juris Doctorem ac magiſtrum, diſcipulis hanc paraphraſin & Inſtitutionum expoſitionem in calamum dictitaſſe: atque eatenus quaſi Imperatoris juſſu ex officii ratione hoc præſtitit. Mylianæ autem conjecturæ *a poſſe ad eſſe* nihil demonſtrant. G. O. B.

pretationis facilitatem. Propterea utraque lingua pleraſque leges emiſit: *Latina*, & quod patria erat, palatina, præcipua, &, ut intelligerent, qui in Italia Galliiſque & aliis occidui ſolis tractibus, ejus imperio obſequebantur: *Græca*, in græcorum, civiumque circa Conſtantinopolin gratiam. Non poſſum id evincere melius, quam ipſius iterum Juſtiniani verbis: διοτι ῥωμυλων ἡμιν ισοτυπων ἀφταξεων ὡς τε μητρε της ενστασεως των παιδων, της μεν τη ἑλληνων φωνη γεγραμμενης, ἀφ το τω πληθει καταλληλον. Της δε τη Ρωμαιων, ἡτις εστι και κυριωτατη, ἀφ το της πολιτειας ἠθους..... Ἡ δε τη Ρωμαιων φωνη γεγραμμενη ὡς Σαλομωντα τον ενδοξοτατον των εν Ἀφροις ἱερων [ἡγουμενων] πρωτωρων, & quæ ſequuntur, *Novella LXVI. c.* 1. §. 2. & propterea non alienum videtur ab Juſtiniani moribus & inſtitutis græcam paraphraſeos confectionem illum imperaſſe. Quod eo minus diſſimile vero videtur, cum illo, & quod paulo anteceſſit, tempore doctores utriuſque linguæ fuerint in academiis conſtituti, ita tamen ut Conſtantinopoli græci doctores plures quam latini, & niſi majori, eadem certe cum latinis, dignatione habiti *Leg.* 2. & 3. *Cod. Theod. de ſtudiis lib. urb. Rom. Leg.* 1 & 2. *Cod. eod. de Profeſſoribus & Medicis. Leg.* 15. & 18. *eod. de extraord. mun.* Sed extra græcas regiones linguæ utriuſque ſtudia ſollicite quidem diſtincta, latinis tamen profeſſoribus, quorum erant hic plu-
Pag. 39. res, major quam græco, honor. Confirmat Trevirenſium academia ea, quæ dixi, *L. XI. Cod. Theod. de Medicis & Profeſſoribus*, quæ & addit: *græco, ſi quis dignus reperiri poteſt*, qua ſollicitudine inter græcos opus non erat. Vide JACOBI GOTHOFREDI notas ad citatas leges, potiſſimum ad dictam legem XI. *de Medicis.* Quidni ergo & græcis, qui in regia urbe ad juriſprudentiam incumbebant, id datum eſſe dicamus, ut græca facta fuerint prima illa juris principia. Monui ſupra, Juſtiniani tempore fuiſſe tranſlatos in græcum ſermonem alios juris libros, & ut ſint, qui ſequiori ævo malint debere illas pandectarum & codicis verſiones, tamen ſuæ ætati reddiderunt, confirmaruntque, præter JOSEPHUM MARIAM SUARESIUM in notitia βασιλικων ἀφταξεων, apud Fabricium *Biblioth. Græc. Volum. XII. pag.* 437. §. 9. Celebris Taraconenſium Epiſcopus, in notis, ad Tractatum *de Propriis Nominibus pandectarum*, & GUNDLINGIANA Part. II. c. 2. §. 2. MATTHÆUS BLASTARES in *hiſtoria juris*, quam duodecimo operis græci volumini Fabricii diligentia inſeruit, tranſlatas Juſtinianea & ætate & auctoritate leges eſſe teſtatur: Ἐξηγηταις δε και ὑπερογοις [ὀκ] ολιγοις ὁ βασιλευς εις ταυτα ἐχρησατο. Στεφανῳ δε τις εις πλατῳ τα διγεστα ἐξηγησατο. Θαλελαιῳ Κενσωρ (Αντικηνσωρ melius) τας Κωδικας εις πλατῳ ἐκδεδωκε. Θεοδωρῳ Ἑρμηνοπολιτης συντετμημενως, ετι δε συντομωτερον Ανατολιῳ. Ὁ δε Ισιδωρῳ ξενωτερον μεν τη Θαλελαιᾳ, πλατυτερον δε των λοιπων δυο. Si vero pandectæ & codicis neceſſaria videbatur græca verſio; ſi non poterant carere horum librorum interpretatione & paraphraſi; an videtur quidquam antiquius fuiſſe, quam ut darentur ſtudioſæ juventutis uſui inſtitutiones, quas ut εισαγωγας των διγεστων componere jufſerat imperator, & ſine quibus, ut ipſe

(29) JULIUS CÆSAR SCALIGER *in Hypercrit. p.* 802. *Græcis, quæ puerum ſe conſcripſiſſe dicit Politianus, minus prudenter ætatem appoſuit; tam enim bona ſunt, ut ne virum quidem latina æque bene ſcripſiſſe putem.* MYLIUS.

(30) Liceat hic ſumma vitæ capita illius attingere, cui primam lucem Theophilus debet. Is VIGLIUS e gente illuſtri AB AITA, a villa, quam hereditatis jure tenuit, ZUICHEMUS, natus eſt Barhuſii, ignobili gentis Aitanæ in Friſia Prædio, anno MDVIIII. [reponend. MDVII.] Lovanii duce poſt alios RUTGERO RESCIO, & dein Patavii, juri literiſque dedit operam; hic, cum adeſſet diſcipulus, inter Doctores allectus, & publice inſtitutiones interpretari juſſus, ſingulis diebus fecit illud ter, *ſemel cum apparatu, dein textum cum gloſſa, mox ſolum textum pro incipientibus*, ſunt verba SUFFRIDI PETRI *in ejus vita.* Docuit poſt jura Ingolſtadii; deinde Cameræ, quæ tum Spiræ erat, Aſſeſſor, a Romanorum Rege codicillis Conſiliarii honoratus, ſupremi Belgicæ ſtatus & ſanctioris concilii præſes, aurei velleris ordinis Cancellarius, & extremum cathedralis Eccleſiæ Gandavienſis præpoſitus primarius mitratus fuit. Præter hæc munera, alio tempore, ut præeſſet judiciis Cypri vicarius, rogatus eſt a Venetis; alio, ut Cæſaris filio Philippo eſſet a formandis ſtudiis; alio, ut Francofurti jura doceret, etiam Vicecancellarius ut eſſet imperii: ſed tulere omnes

ipſe ait, animo multitudine rerum onerato, aut deſertores ſtudiorum fient, aut ſerius perducentur eo, quo, ducti leviore via, ſine [magno] labore pervenire potuiſſent. Eſt mihi, præter hæc rerum argumenta, & teſtis, & is quidem non αυτοπτης, ſed tamen illo ævo, quam nos, propior, laudatus BLASTARES *pag.* 370. Ex his omnibus ſi conſecero, illi paraphraſi conficiendæ auctorem fuiſſe Juſtinianum, nil temere ſuſpicatus, & tetigiſſe rem, videbor. Pag. 40.

§. III. Sed horum quicquid ſit, quod commune fuit librorum omnium ea tempeſtate fatum, & ſepulta diu fuit & ipſis etiam JCtis ignorata hæc των ιν-στιτυτων paraphraſis. Nec ipſi forte Haloandro nota, qui cum loco, quem excitavi, varia verſionum genera recenſeat, alioſque ejuſmodi labore functos adleget, quidni addidiſſet hanc omnium luculentiſſimam paraphraſin, niſi quod non innotuerit. Nec unquam illius auctoritate ad emendanda inſtitutionum loca utitur, quod facturus fuiſſet, ſi vidiſſet. Primus JCtis, extare græcas quaſdam inſtitutiones, ſignificavit ANGELUS POLITIANUS, qui præter mirificam utriuſque linguæ peritiam, (29) & multa in rem criticam atque bonos auctores merita, juriſprudentiam exercuit quoque, & juvit multum. Vocat ipſe jus civile ſuum, *Lib. XI. Ep.* 13. felici ſtylo confodit aliena in jure pluſcula; ægra & mendoſa ſanitati ſuæ & decori reſtituit *in miſcellaneis* paſſim; quæ ſunt in pandectis græca, ea latina facere aliquando tentavit *libro V. Ep. ult.* in jus ipſum meditatus commentarios *libro X. Ep.* 4. & vel ex eo celebris apud noſtros, quod pandectas Hetruſcos viderit, conſuluerit, contulerit ex jureconſultis primus *lib. X. Ep.* 4. *Miſc. c.* 41. BEMBI *Ep. Lib.* X. *Ep.* 38. *&c.* Vide potiſſimum Ampl. HENRICI BRENCKMANNI *Hiſtoriam pandectarum Lib. IV. c.* 1. *p.* 306. *ſeqq.* Is ergo POLITIANUS, ut revertar aliquando eo, unde primum digreſſus ſum, vel hoc ſibi beneficio obligavit JCtos, quod extare hanc Theophili operam primus indicaverit Miſcellaneorum c. 84. in Gruteri face artium tomo I. p. 102. [vid. Teſtim. & Judicia de THo num. 1.] Excitavit eo Jureconſultorum ſtudium Politianus, ut certatim illi Alpes transvolarent, illum theſaurum ſuis ſibi oculis uſurpandum expeterent, &, ſi fieri poſſet, ſecum aſportarent. Enimvero fefellit ſpes & opera pleroſque omnes, eoſque inter Conradum Heresbachium, JCtum, quem adiiſſe ea de cauſa Italiam, & notis, quas in Inſtitutiones compoſuerat, tamdiu incubaſſe, donec in partes vocare græcum exemplar potuiſſet, ſed fuiſſe fruſtra, memorat VIGLIUS loco, quem ſæpius citavi. Et huic ipſi VIGLIO (30) ſervatum erat, ut & videret, & promeret primum iſtam paraphraſin. Nimirum obtinuerat a Cæſare, ut commendaretur Veneto duci, quo eſſet facilior libros, quos BESSARION reliquerat, inſpiciendi copia. Ex his ergo, beneficio viri ſummi, patris purpurati, PETRI BEMBI, eo nomine multis & meritis laudibus a Viglio elati, impetravit expectatam Pag. 41. Pag. 42.

mnes repulſam. Vitam finiit fere ſeptuagenarius MDLXXVII. Reliquit ingenii ſui monumenta, præter Theophili editionem, in titulos Inſtitutionum decem, quibus teſtamentorum abſolvitur materia, commentarium unum in Frobeniana MDXLII. [immo 1534.] excuſum, & in titulum Pandectarum (*) de rebus creditis alterum. Scripſerat & quædam in primam, & ſecundam pandectarum partem, ſed edi noluit, & morti proximus, unquam fieri vetavit. Quæ ad ejus vitam, munia, libroſque ſpectant, perſecutus eſt pluribus SUFFRIDUS PETRI *in ſcriptorum Friſia Centuria* [leg. Decade] *XII. cap.* 10. Vide quoque *les Tombeaux des hommes illuſtres, qui ont paru au conſeil privé des Païs-Bas pag.* 19. Ex quibus ſumtum adjiciam in Viglium epitaphium:

Qui curas regum & regnorum pondera obivit,
Pervigil hoc dormit Viglius in tumulo
Parce pios, Lector, manes turbare, quietem
Hæc poſt tot vigiles poſtulat umbra dies.
At vigilis Vigli exemplo, vigil eſſe memento:
Nil etenim vita eſt, ſit niſi vita vigil.

MYLIUS.

(*) Hunc comment. poſt Viglii obitum Coloniæ 1585. *in Octavo* prodiiſſe & Suffrid. Petri & Jo. Franc. Foppens auctores ſunt. Ceterum ſuam ipſe Zuichemus ſcripſit vitam, quam cum notis perdoctis inter Analecta Belgica edidit Tom. I. pag. 1. C. P. Hoynck van Papendrecht. G. O. R.

ctatam tamdiu, tamque multorum votis expetitam paraphrasin. Et superavit spem votaque successus. Nam præter hoc Bessarionis ex bibliotheca D. Marci, nactus est aliud a viro, cujus humanitatem doctrinamque extollit mirifice; JOANNE BAPTISTA EGNATIO, cui erat de meliori nota commendatus. Bina exempla describi is fecit, diligenterque secum contulit, & foliis singulis bis complicitis excudi fecit apud Froben: MDXXXIIII. Qui nobis annus, & juri universo faustus & salutaris extitit, quippe qui opus, quo, qui legibus operam dant, carere non possunt, dedit Basileæ semel, & iterum Parisiis apud Wechelium plagis octuplicatis. Adjecit editionibus his suis Viglius epistolam equidem prolixiorem paulo, sed omnino egregiam, nec, quæ sæpius Theophilo annexa fuerit, indignam, qua id operis, gratam mentem testificaturus, Carolo V. Cæsari inscripsit, simul virtutes recenset, historiam texit. Vide GOTHOFREDI Manuale Juridicum pag. 173. Hæ erant primæ Theophili editiones (31) uno anno: secuta has est alia Lovanii anno MDCXXXVI. [vitiose pro 1536.] (Nam tunc major Theophili æstimatio erat, major amor, quam nunc, ubi binæ in integro sæculo prodeunt) eaque ad VIGLII ZUICHEMI exemplar, adjuncta etiam ejusdem præfatione: nisi quod RUTGERUS RESCIUS (32) Typographus Clarissimus, antea Lovanii VIGLII Præceptor, ex cujus officina prodiit, & PETRUS NANNUS [leg. NANNIUS & sic postea.] Latinarum litterarum apud Lovanienses Professor, quorundam patrum versione, Miscellaneorum sylloge, aliisque celebris, juris etiam non imperitus, quædam sustulerint, quædam emendaverint, nullis adjuti codicibus, freti sola conjiciendi dexteritate, re, ut fatentur ipsi, satis lubrica & multorum criminationibus obnoxia. His tamen erat propositum potissimum, quædam eorum, quæ græcæ linguæ puritati adversari videbantur, corrigere, tum &, si quid historiæ aut juri contrarium apparebat, sua auctoritate, librorum antiquorum ope nulla ejicere, emendare. Nec dissimulandum, sæpiuscule rem acu tetigisse, &, quam illorum ingenio debemus, primam lectionem fuisse repertis postea codicibus confirmatam. Ita jam Rescius sua sponte [sed male: vid. sup. not. 18.] sustulerat το ου in §. *duorum*, *Inst. de nuptiis*, approbavitque id Nanno, postea codicibus fegiis Fabrotti firmatus. Nec tamen eorum omnia omnium calculum meruere. PETRI NANNI æque ac Præceptoris quondam sui RUTGERI RESCII, & hujus, suppresso quidem nomine, sed ita evidenter, ut non potuerit non agnosci, collatos huic rei labores reprehendit sæpius, & notat paulo etiam acerbius, JACOBUS CURTIUS, cui, quod debuerat, & suo & præceptoris nomine rependit NANNUS in apologia super annotatiunculis in Theophilum adversus quendam (33) Jacobum Curtium, Miscellaneis ejusdem in primam Lampadis Gruterianæ partem insertis, subjunctam, pag. 1378. In opella ipsa latine & bene scripta satis tuitum esse pleraque sua, ex singulis, si qua in vindiciis, quas paraphrastæ paramus, excutienda erunt, ostendent loca. Et hæc de græcis earundem exemplaribus.

Pag. 43.

Pag. 44.

§. IV. Nondum erat, cum Lovanienses prodiret, qui, quæ is ex latinis græca

(31) Equidem celeberrimus FABRICIUS Bibliothecæ Latinæ *L. IV. c.* 10. *Vol. III. p.* 811. Parisiensem primam facit, sed præcessisse illam Basileensem, dubium non est. Videtur ita ipsi Fabricio *L. IV. c.* 10. *Biblioth. Latina Vol. I. p.* 835. *& Biblioth. Græca Vol. XII. L. VI. c.* 6. *p.* 354. MYLIUS. [Vide de his omnib. & sqq. Prodromum nostrum.]

(32) LIPPENIUS *Bibliotheca Jurid.* voce: *institutiones Græca*, allegat quasi duas diversas MDXXXVI. prodeuntes, Rescii, & Viglii, qua in re lapsi sunt, qui illi libro manus admoverunt. MYLIUS.

(33) Non desunt frequentes sales & sarcasmi in mutuis his scriptis, imprimis id pungit Nannum & admodum male habet, quod Curtius illum ut inglorium & incelebrem hominem adduxerit: *Nannus quidam, ut audio, sic legit: ut cuidam Nanno placuit.* Nec is meliori modo retorquere injuriam posse sibi videbatur, quam

ca fecerat, nunc feciſſet iterum latina, quod tamen eſſe opus videbatur, cum, ut ad eundem aditus eſſet illis, qui puerilem animis imbiberant hæreſin, ad edictum prætoris græca nihil pertinere; tum ut pateret luculentius, quantum latinis Inſtitutionibus præſtaret paraphraſis, etiam latine reddita. Et inventi ſunt, qui ſe illi labori daturos promitterent. Quos inter primas tenet laudatus a PETRO NANNO *in Apol. cit. pag.* 1378. *apud Gruter.* FRANCISCUS CRANEVELDUS, fere μαχεροβιος ad græcæ linguæ ſtudium admiſſus, quorundam tamen græcorum librorum in romanam linguam verſionibus celebris. Is paraphraſin hanc latinitate donare occeperat; ſed cum cunctantius edidiſſet ſua, prævenſtus eſt a JACOBO CURTIO Brugenſi, (34) qui primus latinum edidit hunc Theophili libellum. Vid. ipſius CURTII εικαξων *L. II. c.* 49. Qui, quod omnium eſt, qui primi in aliorum ſermonem transferunt libros, fatum, omnia aſſecutus non eſt, quanquam nec adeo infeliciter tranſtulerit, ut laude eximia orbandus, aut verſio ipſa omnino ſit rejicienda. Ipſe, qui invehitur alias in Curtium ſatis acerbe, laudatus aliquoties Nannus, quod in ea nominatim taxaret, non reperit, utut laudare fere detrectet: Inde *etſi*, ait, *cum meo vulnere prodiit græcarum Theophili Inſtitutionum verſio, gaudeo tamen ſtudioſorum nomine, eum librum latinum eſſe factum; Huic Curtio qualeſcunque gratiæ agendæ ſunt, quod maturavit opus.* [Reliqua leges in Apologia Nannii.] Vix quinque annos exierat Theophilus in orbem, cum is Curtius eundem ediderat primus latinum [Antverpiæ 1536. non] Pictavii anno MDXXXIX. adjunctis quibuſdam notis, ſed brevioribus, quibus cum aliquotiens impeteret Nannum, illi enata eſt ipſa, de qua jam egimus apologia, cui an aliquid reddiderit Jacobus, novi cum ignariſſimis. Ceterum vendicat laudem is ſibi ſoli, quod tranſtulerit hoc opus: nam quicunque poſt eum Theophilum latinum exhibent, Curtii nobis verſionem apponunt, ſed ab aliis aliter emendatam. Quid præſtiterint ſinguli, videbimus ipſas editiones porro enarraturi. Dabo unum, qui in verſione Curtiana te offenderit facile, nævum a MARANO, quod ſciam, primo obſervatum in *Paratitlis ad Pandect. T. de rebus cred. p.* 287. Theophilus §. 15. Inſt. *de action.* dixerat, quid ſit *condicere* & cur, quod ante *denunciare* ſignificaverat, nunc ſit fere *agere*; id quo doceret, commonſtraretque evidentius, addit: παλαι γαρ ὁ εχων δικην πρὸς τινα παρηγγειλεν αυτῳ, ὁτι ελθε τῃ και τῃ ἡμερᾳ, ὡς δικασομενος μετ εμου: reddidit interpres: *Nam qui olim cum aliquo litem habebat, denunciabat ei, ut hoc aut illo die ad judicium accipiendum adeſſet, aut litem proſequendam.* Manifeſta eſt, quam aſſuit præter Theophili mentem, lacinia, toleranda interim, niſi aliena & adverſa vero eſſet. Denunciatio *ad proſequendam litem* huc non pertinet, nec dicta eſt condictio. Unde & deletis ultimis verbis exhibent hæc omnia integriora nonnullæ, quæ ſecutæ ſunt, editiones. Pergo nunc in hiſtoria paraphraſeos.

Pag. 45.

Pag. 46.

§. V. Et recenſenda eſt minori facie, quam (35) octavam vocant, Baſileæ excuſa MDXLIV. curante PETRO JODOCO NEIDHARD, admodum juvene, & tunc ab academiis reduce. Quæ editio recenſetur a pleriſque, qui operis Theophili texunt hiſtoriam; an tamen eorum cuiquam ſit viſa, neſcio, nec tamen fuiſſe, ſuſpicor, cum eorum nemini dederit pœnas, quisquis etiam fuerit, ſubluſtris editor Neidhardus. Is Theophilum ut exhibeat, tantum abeſt, ut

ſi ipſum quoque *quendam* Curtium appellaret. Inde eſt hæc denominandi ratio. MYLIUS.

(34) JACOBUS CURTIUS nec iis ignotus eſt, qui vel præcipuos & paucos JCtos noverint. Is præter hanc verſionem & alia, ſcripſit quoque libros εικαξων, id eſt *conjecturalium*, quo modo leges, quæ videntur controverſæ, omnino emendandæ vel explicandæ videantur, illoſque dixit conjecturalium, ut ſuos Rævardus *conjectaneorum* libros, quoniam conjecturis hic omnia nitantur. Unde ſoloeciſmus egregius eſt, quam TAISAND in vitis JCtorum pag. 155. commiſit: *On a auſſi de ſa façon un traité de conjecturis.* MYLIUS.

(35) *Duodecimam* & mox *Ulmæ* ediderat Mylius: ſed ipſe tam in præfat. hujus Hiſtoriæ, quam in ſchedis poſtumis utrumque errorem correxit. G. O. R.

ut potius exanime & exſangue cadaver. Nam quæ Theophilus præter ea, quæ ſunt in Inſtitutionibus, habet, ut gemmas & margaritas ex aureo monili, ſuſtulit, eoque pretio multum detraxit. Uſque adeo, ut laudes hoc nomine debeantur Neidhardo, adhuc, quo ſibi placet egregie elogio, juveni, nullæ, immo ut & a juniore & eo, qui vix ære lavetur, puero, melior expeti potuiſſet. Nec enim Theophilum in hoc Theophilo repereris facile, aut agnoveris unquam. Daremus tamen hujus facinoris veniam, niſi novi criminis poPag. 47. ſtularetur. In ipſum id Theophili cadaver injurius, paſſim id mulcavit truncavitque membris. Exhibitaque ſæpius prima, quæ antecedit ſententiæ parte, eam quæ conſequitur ſecure omiſit, ſenſus omnis ignarus & Priſciani Orbiliique cenſura dignior, quam, qui ob hanc editionem per ora virum volitet barbatulus homo. Obferunt ſe mihi aliæ, & quæ majori ſunt laudi honorique editoribus, quam hæc ſpuria & manca. Annus, ſupra mille & quingentos, quadrageſimus quintus Curtii verſionem dedit, non tamen primum quod videtur autumaſſe GUNDLINGIUS l. c. §. 9. cum Pictavienſis anteceſſerit anno MDXXXIX. [& Antverp. 1536.] excuſa, quam Clariſſimus Fabricius & Lippenius aliique laudant, & a ſe viſam producit DOUJATIUS *ad* §. 3. *Inſt. Theoph. de nuptiis.* Prodiit & tertium MDLVIII. (36) additis in fine quibuſdam Hottomanni & Jacobi Curtii annotatiunculis. Quam DOUJATIO primam fuiſſe habitam, indeque ipſum falſum, auctor eſt GUNDLINGIUS *L. II. obſerv. c. II.* §. 4. *p.* 120. ſed in Præfatione Theophili, Pariſiis a Doujatio editi, ejus rei (37) nihil extat. Et ſcivit is omnino, & vidit quoque illam Pictavienſem Latinarum Theophili primam. *v. ipſius notas ad* §. 3. *de nuptiis p.* 74. *not.* 8. Poſt has alia ſequuta eſt (38) accurante L. Miræo Lugduni MDLXXX. excuſa in duodecimo, &, quod Struvius refert in Bibliotheca Juris C. IV. pag. 55. LXXXI. forma quarta.

§. VI. Attulerunt vero eidem operi manus præter hos, alii inter Jureconſultos celeberrimi, quorum cura & ſtudio prodierunt aliquoties. DIONYSIUS GOTHOFREDUS primum anno MDLXXXVII. additis, ut ille ſolet, paratitlis ſuis, & appoſitis ſimul ipſis inſtitutionum verbis, vulgavit, quæ editio nonageſimo octavo ejuſdem ſæculi anno & eo mortuo (39), procurante JAC. GOTHOFREDO, filio, anno ſequentis ſæculi vigeſimo, recuſa eſt. Forte, & quod
Pag. 48. FABRICIUS *Bibl. Græc. Vol. XII. p.* 354. ſuſpicatur, debetur (40) eidem GOTHOFREDO alia MDCX. duodecima forma, cum verſione Curtii & notulis Hottomanni excuſa. Præter Gothofredos meritus eſt bene de Theophilo noſtro CAROLUS ANNIBAL FABROTTUS, JCtus, & Aquæſextienſium Decanus, Vir græca litteratura æque ac ſingulari juris peritia illuſtris, & ob hæc ſummis Galliæ patribus familiaris. Is hanc paraphraſin tribus, quos Bibliotheca regia ſervarat, codicibus aliiſque, quos EX PETRI NANCELII, JACOBI MENTELLI, humanitate acceperat, collatam, verſionem Curtii multis locis correctam, & notas in ipſum Theophilum eruditas, quibus pleriſque ab injuriis interpretum eundem vindicat, publici juris fecit primum MDCXXXVIII. Pariſiis. (41) repetitis dein curis prodire iterum juſſit anno MDCLVII. quo tempore notarum alias omiſit, alias emendavit, addidit etiam novas, omiſſa, quæ priori editioni acceſſerat, Viglii ad Cæſarem epiſtola. Exhibet præter ſuas, etiam veteris cujuſdam in Theophilum ſcholiaſtæ notas, codici Bibliothecæ regiæ Pariſienſi adſcriptas. Ipſæ FABROTTI notæ omnibus aliorum in paraphraſin commentationibus præſtant multum, & eruditionem auctoris affatim loquuntur.

(36) Fabricius MDLVII. quæ, an forte eadem? MYLIUS.

(37) Exſtat tamen, ſed dubie. Vide illius præf. in Excurſu noſtro V. Nec Doujatius *Pictavienſem* citat, ſed Fabrotus. G. O. R.

(38) Diu poſt fata Miræi. Vid. præf. Tornæſii in Exc. V. Tum in 16. forma prodiit. De altera 1581. *in Quarto* dixi in Prodromo, ubi plenius etiam de Neidhartiana edit. & alior. commentatus ſum. G. O. R.

(39) Errat. Dion. enim Gothofredus A°. 1622. demum obiit: nec in ulla edit. procuraſſe

tur. Tetigit tamen, ut fas erat, tantum ea, quæ ſunt in paraphraſi Theophili præter inſtitutiones, aut ab latinis verbis diverſa. Reliqua, quibus ipſis inſtitutionibus potuiſſet lux accendi, ſervavit commentariis, quibus inſtitutiones illuſtrare animus erat, ad quæ ſæpius provocat. Quæ ſi vidiſſent lucem, non parum illis jucam fuiſſe juriſprudentiam noſtram, non vanum augurium eſt. Vide MENAGII amœnitates juris p. 141. Hæc de FABROTTO. Ad JOHANNEM DOUJATIUM venio, Pariſienſem Anteceſſorem, qui MDCLXXXII. [1681.] Theophili paraphraſin, ſed latinam edidit, ac, quæ ſunt ipſius verba, *interpretationem ubi opus videbatur, correxit opus ipſum tum aliorum ſelectis, tum ſuis notis illuſtravit, errores indicavit, paraphraſin diſtinxit a verſione.* Præterea adjecit etiam epiſtolas, quas clariſſimi Theophili editores ipſi præfixerant, & quibus Carolo V. VIGLIUS, Jacobo Hallwino Equiti CURTIUS, Seguierio FABROTTUS, opus dedicarunt, ipſe inſcripſit Michaëli Tellierjo, Franciæ Cancellario. Addidit diſſertationem ſingularem in §. *æque* Inſt. *de actionibus*, ex qua ipſi Theophilo lux mutua. Pag. 49.

§. VII. Has tulere nobis duo ſæcula editiones. Non adeo ferax noſtrum hoc, quod vix bis dedit latinam & ne ſemel quidem græcam paraphraſin. Lugduni in Batavis MDCCXV. *van der Linden* Bibliopola non incelebris inſtitutionum verbis ſubjunxit paraphraſeos verſionem, quam frons libri Fabrotti vocat, ſed verius Curtii eſt, Fabrotti opera emendata. Addidit is, qui curam libri habuit (quis ipſe ſit, non indicavit) notas, ſed admodum paucas, quibus emendatæ nonnunquam verſionis ratio redditur. Vidit & ſuperior germania paraphraſin, ſed latinam quoque. Subjunxit enim eandem verſionem inſtitutionibus a ſemet non ita pridem editis, Vir illuſtris J. H. BOEHMERUS. Has ego, ſi a paucis receſſeris, oculis uſurpavi pleraſque omnes Theophili editiones: ſi quæ ſunt aliæ, illæ eo facilius oculos effugere meos potuerunt, cum & latuiſſent Viros doctos J. A. FABRICIUM & NIC. HIERON. GUNDLINGIUM, quorum ille in *Bibliothecæ Latinæ Vol. I. pag.* 835. *& Vol. III. p.* 811. *& Biblioth. Græcæ Vol. XII. p.* 353. hic, in *Gundlingianis, L. II. c.* 2. *p.* 119. poſt JACOBUM GODOFREDUM *in manuali Juris p.* 72. editionum iſtarum dedere indicem. Sed cum pleræque, & potiſſimum antiquiores, & illæ quidem meliores editiones hodie non cuivis obviæ ſint, forſan juri noſtro & legitimæ ſcientiæ non adeo conſuluerit male, ſi quis paraphraſin, atque Nannii, Cujacii, Hottomanni, Godofredi, [Ernſtii in *ſchedis addidit.*] Fabrotti, Doujatii aliorumque in eandem notas, tum & ſi quæ habet, ab aliis nondum adverſa, ſua daret publico uſui. Sed de hac re alio tempore. Pag. 50.

§. VIII. Binis verbis dicam (42) de codicibus hujus operis manu exaratis, quos in illuſtrium virorum & eruditorum bibliothecis aſſervari conſtat. Dixi jam ex BESSARIONIS ſuppellectile in D. Marci bibliothecam migraſſe vetus, &, quod primum innotuit, illius exemplar, & inde eſſe VIGLIO mutuo datum. Dixi & fuiſſe aliud J. B. EGNATIO, etiam Viglio uſurpatum. Eſſe vero utrumque, ab eo, quod habuiſſe videtur POLITIANUS, diverſum, adnotavit ipſe VIGLIUS in *præfatione ante Theophilum.* Servatur quoque inter Vaticanas divitias vetus ejuſdem liber, cujus SUARESIUS in notitia Baſilicorum & MONTFAUCONIUS in Diario Italico fecere mentionem, & ex hoc etiam GUNDLINGIUS

raſſe dicitur Jac. Goth. ſed de hoc vid. in Prodromo. G. O. R.

(40) Non deberi, judico in eod. Prodr. G. O. R.

(41) EVERARDUS OTTO in Diſſ. de *nupt. Conſobrinorum pag.* 125. allegat editionem Jacobi Curtii MDCXXXIX. Pictavii vulgatam, quam ego non vidi, nec a quoquam alio allegatam novi. Inde Typographi forte incuria, annus is dictus eſt, quum ſit liber centum annos antiquior Pictavii 1539. excuſus, quem ſupra vidimus. MYLIUS.

Recte conjicit: namque Vir Conſultiſſ. in præf. Tom. V. Theſ. Jur. verum annum habet. G. O. R.

(42) Ego dicam in mea præfatione. G. O. R.

GIUS *cit. loc.* §. *ult.* Sed cis Alpes nec deſunt ejuſmodi bona. Regia bibliotheca, quæ aſſervatur Pariſiis, & cui plura ſoli debet juriſprudentia, quam aliis univerſis, dedit tria volumina Fabrotto, beneficio Rigaltii & Puteanorum. Uni eorum acceſſerant Scholia antiqua, & tunc temporis nondum edita, quæ editionibus FABROTTUS adjunxit ſuis. Vide præter iſtius præfationem, DU FRESNE *catalogum librorum bibliothecæ regiæ nondum editorum*, (43) quam ſubdidit *Gloſſario græco*, voce *Theophilus*. Fuit quoque PETRO NANCELIO codex. Communicavit is cum Fabrotto exemplar, cui quædam de ſuo, alia ope Codicis adſcripſerat, ſed qui non multum diſſedit a regiis libris. v. Fabrotti epiſtolam Theophilo præfixam. Hæc ſunt illa, quæ nobis Galliæ & Italia ſuffecerunt exemplaria. An apud noſtros alicubi latitet, blattarum tinearumque morſus
Pag. 51. experta charta, quæ Theophilum exhibeat, adhuc non conſtat. Et hactenus expoſui ipſa paraphraſeos fata.

§. IX. Venit nunc in diſquiſitionem, an ſint alia, quæ Theophilus reliquerit, eruditionis ſuæ & ingenii ſpecimina. Nemini ejus rei quicquam ſuboluit, ſi receſſeris a Fabrotto, cujus verba apponam: *Videtur Theophilus commentarium* DE JUDICIIS *edidiſſe, cujus meminit* §. 20. de actionibus & §. 2. de officio judicis, *& alterum de publicis judiciis, cujus mentio in* §. 1. de publicis judiciis. *Nec enim probabilis videri poteſt eorum ſententia, qui putant, Theophilum in dicto* §. 20. *intelligere titulum inſtitutionum*, de officio judicis, *cum in ipſo illo titulo*, §. 2. *citet eundem librum. Præterea ſcholiaſtes auctoris noſtri* ad tit. de inofficioſ. Teſt. *meminit alterius commentarii his verbis:* και αυτῳ γαρ ὁ Θεοφιλῳ εν τῳ ιδιῳ indici των ῥηθεντων κ. τ. λ. (44) *Eſt autem* index ἑρμηνεια, ὑπομνημα, *interpretatio, commentarium, ut exponitur in gloſſis Baſilicorum &c.*

CAPUT VI.

EGI de Theophilo hactenus. Enarravi libri fata. Nunc oſtendam, quo ipſum opus loco aut numero habendum ſit, & quo vulgo habeatur. Ipſa paraphraſis an extet integra, ante omnia videndum eſt. Non eſſe, patet ex primi libri primo titulo, qui de *Juſtitia & jure* inſcribitur, qui deeſt, videturque in-
Pag. 52. de id opus eſſe ακεφαλον. Qui id factum ſit, ut integro omnino procœmio, (45) primus is titulus deſit, cauſſam ego exputare non poſſum: nec liquet, utrum ſcribarum culpa, an ipſius auctoris conſilio omiſſus ſit. Videtur tamen jam diu de-

(43) Quid velit Mylius, nullus intelligo. Nec enim quidquam, quod ad rem præſentem faciat, invenio in Gloſſarii hujus exemplari, quod utendum conceſſit Collega Doctiſſ. Gavel, edito A°. 1688. qui ipſi Du Cangio fatalis & ultimus fuit. G. O. R.

(44) Quem Fabrotus commentarium THi *de Judiciis* credidit, expoſitiones ſ. interpretationes illius ſunt in Libros Dig. *de Judiciis*, uti bene monuit GALTIER ad §. 20. *de Action.* idque clarius adparebit ex fragmentis THinis, quæ ex Baſilicorum Scholiis collecta ſ. l. dedi. Hoc ergo alterum Anteceſſoris noſtri opus fuit, quod non ultra libros *de Rebus* produxiſſe videtur, ut eadem fragmenta oſtendunt. Tertium conſtituit ejuſdem *Index*, per quem (ut in Conſectariis Memorabilium e Baſ. judicavi) non *commentarium* &c. intelligo, ſed *argumenta, ſummaria, breviaria* legum in Dig. poſitarum. Plura THo opera nuſquam adſcripta invenio: nam quod Anonymus quidam Gloſſarum eum Nomicarum auctorem fuiſſe ſuſpicatur ad v. Τραδιτιον, vix umbram veritatis habet, nec probat Schultingius. Adferamus totum locum: „ Τραδιτιον· ἡ απο χειρῳ εις χειρα „ μεταθεσις. THus t. I. L. II. Unde quis „ poſſet colligere, THum eſſe auctorem ha„ rum gloſſarum". (*) [*quo ſigno Anonymum denotat Schultingius qui ſubdit:*] ſed ha„ bent hæc Gloſſaria diverſos auctores, & pot„ eſt aliquis hoc habuiſſe ex THo, vel uter„ que ex alio". Atqui non pauca ex paraphraſi THina in has Gloſſas migraſſe, noſtra fragmentorum collectio oſtendet. Satis inſuper conſtat, eas poſt Baſilicorum libros ſæculo X. compilatas; aſt THum ſub ipſo Juſtiniano ſæc. VI. floruiſſe, quis amplius negabit? G. O. R.

(45) Forte deſunt quædam & procœmio. Omiſit formulam ſolennem, quæ in principio ejuſdem alias comparet. Omiſit & inſcriptionem,

defuiſſe, & aut ab ipſo Theophilo, aut certe ab antiquiſſimis librariis eſſe omiſſum inde conjicio, quod eorum, qui nobis innotuerunt, codicum exhibeat omnino nullus. VIGLIUS in præfatione: *Illud lectorem latere nolo, primum titulum, qui inſcribitur*, de juſtitia & jure, *in utroque noſtro exemplari fuiſſe omiſſum, (conſilione ipſius Theophili an librariorum incuria, non ſatis ſcio,) forte aliquis aliquando & illum reſtituet plenius nactus exemplar &c.* Sed nec fuere pleniores Pariſiis codices, de quibus Aquæſextienſis Jure Conſultus ad Tit. *de juſtitia & jure* nota a. *Hic titulus deeſt in regis codicibus, uti in Viglianis.* Reſarcivit jacturam bona avi, qui tam multis nominibus bene meritus eſt de Theophilo, VIGLIUS, ac reſtituit Baſilicorum opera jutus eundem, & tam feliciter expreſſit Theophilum, Pag. 53. ut Vigliana ſupplementa ſervaverint, inſeruerintque in illam lacunam, quaſi ab ipſo profecta, quotquot poſt eundem paraphraſin prodire juſſerunt. Patet inde, quam fruſtra taxarint quicquam in hoc titulo, quibus volupe eſt reprehendere crebro Theophilum, cum Viglium notarent, non Theophilum, cujus carpendi cauſſa ſurrexerant. Quanquam & illum arbitror adeo bene referre Theophilum, ut nec ipſum aliter ſcripturum fuiſſe probabile ſit, nec melius rectiuſque dicere potuiſſet. Et præter hanc lacunam, eſſe paraphraſin, quæ hodie ſupereſt, ab illa, quam fecit Theophilus, aliquantum diverſam & a librariis paſſim nunc mulcatam membris, nunc inſertis peregrinis extenſam, evincunt tum alia, tum Baſilicorum ſcholia, quæ *Lib.* XXVIII. Tit. V. [leg. IV.] Vol. IV. p. 280: *In quarto autem* (46) *titulo inſtitutionum dicit Theophilus, illuſtres eſſe protoſpatharios, & qui ſupra eos ſunt juxta conſtitutionem Zenonis.* Sed hodie ejuſmodi extat in hac opella nihil. Unde conjicit Vir celebris EVERARDUS OTTO *ad* §. 4. *proœm. Inſt. p.* 17. Theophilum neque integrum neque totum, ſed miſere a ſemidoctis, qui eum poſtea interpretati ſunt, deturpatum, aliis adjectis, aliis omiſſis (47) ad nos perveniſſe. Neque tamen vellem, credat quiſquam, deeſſe inter illa, quæ *gradus cognationum & libertorum ſucceſſiones* exponunt, capita, aliud *de ſervili cognatione*, quod pleræque hoc ipſo loco inſtitutionum latinarum editiones habent. Non enim ibi quicquam deeſt, ſed coaluit cum ſexto titulo is, qui eſt, *de ſervili cognatione*, & injuria ab eodem divellitur. MURETUS ad h. t. *Non eſt titulus per ſe, neque debet ſeparari.* Confirmatur illud cum CHARONDÆ & CONTII libris manu exaratis, tum modo hujus libri titulos allegandi veteribus uſurpato. Ipſe noſter allegat §. *II. de Exceptionibus* caput *de litterarum obligatione*, & vocat vigeſimum primum (48), quod, ſi divel-

nem, titulorumque Imperatoriorum ſuperbiorem paullo laciniam. Sed nec id verti vitio poteſt Theophilo, nec firmat hoc ſilentium eorum conjecturam, qui abfuiſſe hæc a latino codice antiquitus & eſſe poſt hæc adſuta omnia, autumant. vide POL. LEYSERI Diſſ. *de his quæ imperatori ſupponuntur in proœm. inſtit.* §. 3. Nec enim is potuit aliter. Imperatoris præfatio eſt Διαταξις ἡ βεβαιωσα τα ινστιτουτα. Is de ſe loquutus prima perſona utitur. *Nos mandavimus, perfecimus, accommodamus, nos adhortamur.* Sed græcus, quanquam eadem fere verba omnia, non tamen imperatoriam epiſtolam, ſed Juſtinianeæ legiſlationis hiſtoriam exhibet, & ſcribendi genere, quod rhetorum ſcholæ relativum vocant, uſus, imperatorem feciſſe, legiſſe, illum confirmare, & per præſentem epiſtolam adhortari ſcribit. Et illa quidem epiſtola his poterat legitimis verbis muniri, non æque, qualis hæc eſt, privati hominis præfatio. Neque enim, ſi ita dicere licet, Juſtinianus hic loquitur, ſed de Juſtiniano Theophilus. Quo ergo jure comparerent in fronte ipſius Juſtiniani tituli? MYLIUS.

(46) Legend. *IV. Libro tit.* 4. *Inſt.* quamquam ſcholion illud habet α'. pro δ'. ut in fragmentis dixi. G. O. R.

(47) Addi poſſet, quod ὡς παθοντες μαθησομεθα aliquoties moneat, nec ea tamen uſquam adpareant. Vide ex. gr. pag. 155. not. *p.* & p. 602. c. ſed vel prælectiones ſuas ad Dig. ſignificavit; vel (ut fit inter dictandum) plus promiſit, quam poſtea recordatus fuit; vel mortuus ante eſt, quam ipſe paraphraſin ederet. G. O. R.

(48) Similia his loca ex variis Libri III. titulis invenies in Baſilicis, Tom. II. pag. 182, D. 647, B. Tom. III. 52, D. 77, in fin. 78. pr. 140, B. 253, B. 254, A. 360. 435, D. VI. 85, c. 87, C, &c. G. O. R.

velleremus hæc duo, eſſet, poſt viginti ſecundum. Nec potuiſſet illum, qui
Pag. 54. emendi vendendi pactionem exponit, titulum dici ab HARMENOPULO πρόχειρος *L. III. Tit. III. p. m.* 174. vigeſimum & tertium, niſi ſi hæc duo recte ſibi jungantur. Vide præter Muretum ad h. t. & Viglii præfationem, laudatiſſimi OTTONIS notas, hoc titulo.

§. II. Conſtat vero, dixique ſæpius, eſſe hanc paraphraſin græcam. Aperui capite, quod proxime anteceſſit, cauſſas, ob quas hoc ſermone exarari oportuerit. Tu vero, ſi atticis illis deliciis innutritus, & ingenuæ græcitatis fontibus adſuetus ſis, nauſeeſque omnia, niſi, ſi quæ Iſocratem & Xenophontem ſapiant; cave, tuo palato hic dapes augurere. Infectus eſt hujus ſermo (49) ſordibus plurimis & alienis dicendi modis. Ita enim egit cum mortalibus ſors & temporum injuria, ut ex primæ ætatis, probæque latinitatis JCtorum libris fruſtra reliquerit admodum pauca, quæ amiſſorum veræ latinitatis librorum deſiderium, neſcio utrum leniant magis, an excitent. Sed quæ purum & ſincerum græcæ linguæ uſum exhibeant, invenies, arbitror, ex tot græcis juris voluminibus omnino nulla. In his Jure Conſultorum libris ſemibarbara ſunt pleraque & ita deturpata, ut fere non agnoſcas eſſe græca. Et obvia in iſta paraphraſi eſt hæc græco barbara loquendi ratio. Crebræ inibi voces ex Latio petitæ, & modo in græcorum morem flexæ, modo ne quidem civitate donatæ. Crebra dicendi genera, ad latini potius ſermonis, quam græci regulas exigenda. Nec tamen hæc omnia tanta ſunt, ut excutere cuiquam manu paraphraſin debeant. Sæculi iſtud vitium eſt, non auctoris. Neque ego, ut attici ſermonis lepores & deliciæ inde cognoſcantur, frequentis lectionis auctor ſim: Res ipſas laudo, & commendo vehementer illis, qui juriſprudentiæ Romanæ amore percelluntur. Et inſunt etiam libris græcis purioribus latinæ voces, quas ſuo ſermone efferre non poſſunt græculi, & dicendi genera, quæ Latium redolent. De novi Teſtamenti tabulis dubium non eſt, de quibus vide Clariſſ. KAPPII *diſſert. de Latiniſmis novi teſtamenti falſo & merito ſu-*
Pag 55. *ſpectis.* (50) Ut nec Jureconſultis adeo vertendum vitio ſit, ſi malint latinas voces in græcis libris retinere, quam in eorum locum græcas, quibus res æque

(49) Ejuſdemmodi ſordibus, quibus Excellentiſſimi in Academiis magnæ Germaniæ Profeſſores delectari ſolent, quum auditoribus non modo ſemibarbaras, ſed & Gallico-Germanico-Latinas prælectiones dictant. Ceterum ſi ita dictos artis juridicæ terminos eximas, puriſſimus & elegantiſſimus eſt THi ſtilus, cui Novellarum ſtilus immenſum quantum cedit. Qua de re fortaſſe plura in mea præfatione.

G. O. R.

(50) Polybius Περικοπὰς &c. vide Kirchmayer *Paralleliſm. Novi Teſt.* & Polyb. in præf. MYLIUS *in ſchedis.*

(51) Ne tibi videar cum larvis pugnare aut ferire auras, φιλελληνότατε lector, qui illud a quoquam ſanioris ingenii majoriſque doctrinæ ſtatutum fuiſſe ut credas, adduci te ægre pateris, nominabo Jureconſultos ſubſellii non infimi, qui a græcis litteris alieni earum uſum ſtrenue pernegarunt. Ne expectes tamen Gloſſatores, homines ſeſquibarbaros, quorum ſolennis formula, *Græca ſunt*, cui non hodie ridetur? Recenſebo longe majoris eruditionis & famæ homines, nec tamen eos inter AUGUSTINUM, quem græcæ linguæ imperitum dici ab MENAGIO ægre fero Is Modeſtini græca, quæ ſunt in pandectis, vertit & enarravit libro ſingulari: Sæpius tam in illo libro, quam in aliis prodit inſignem earundem litterarum cognitionem, eandemque & aliis ſæpe inculcat: Vide Emendat. & opinionum L. II. c. 1. p. 107. it. p. 95. 195. 208. 291. & in libro ſingulari ad Modeſtinum p. 354. 370. ſqq. Sed referes in horum numerum, me non intercedente, Auguſtini popularem FRANCISCUM AMAYAM, qui in præfatione ad libros poſteriores Codicis, fatetur ingenue, græca ſe tantum non prorſus ignorare. Jungo huic, ut invitus, ALBERICUM GENTILEM, qui Dialogorum de juris interpretibus tertio, cui *Catoni* nomen dedit, id egiſſe ex animo videtur, ut græcæ litteraturæ eſſe in juris ſtudio uſum nullum demonſtraret. Et TABOREM JCtum doctum, ſed non græce, eadem mente fuiſſe ex *racemat. criminal. ſub titulo arborum furtim cæſarum* patet. Vide ſupra C. III. Addam his CLAUD CANTIUNCULAM in Paren. *de ratione ſtudii legalis.* Addo quoque CORNELIUM ECKIUM, Trajecti in Batavis Anteceſſorem, qui ex iis, qui noſtra ætate juriſprudentiam colluſtrarunt, fere ſolus non magnos

que feliciter exprimi non poteſt, ſubmittere. Non quiſquam latinorum vocari ſe in jus patitur, ſi hypotheca, ſyndico, chirembolo, emphyteuſi, chirographo, chomate, eremodicio, ſitonia, aliis utatur, e græcia accerſitis, quorum tamen ſunt penes latinos nomina. Quis græcos objurget, quod κεφατωρφ, εξκουσατιωνα, πατρωνα, λιγατον, συσουκαπιτσυεσθαι, κονδικτιωνα, κομφεσσοριον αγωγην, [προεργεδιγερετευειν i. e. *pro-herede gerere* tit. 19. L. II. ex ſchedis] dicunt, quæ quibus reddant, ſui ſermonis voces non habent. Vide l. 1. §. 1. *de excuſationibus* & ANTON. AUGUSTINUM *ad Modeſtin. p.* 370. Sunt & alii, quibus diſplicet paraphraſis, ideo quod ſit græca: illis ſcilicet, quibus græca non leguntur. Hi ſunt, quibus transferri in latinam linguam debuit, & quorum mentes occupavit & inſedit alte ſuperſtitio, græcis litteris eſſe cum legitima ſcientia commercium nullum. Sed ſuperavimus ſæculi barbariem, quæ bonum juriſtam non debere eſſe bonum græciſtam putaverat. Hodie aut exolevit illa opinio, aut pudet ejus defenſores, palam profiteri, quid de græcæ litteraturæ cum juriſprudentia connubio felici ſentiant (51).

§. III. Sed an eſt operæ pretium, has inſtitutiones legiſſe? Nonne expediret magis, rejeciſſe eaſdem, utpote nugarum plenas? Non eſt una omnium de hac re ſententia. Fuerunt, qui fabulas, nugas, & mendacia exprobrarent. Fuere, qui nihil ad intelligendas Juſtinianeas inſtitutiones prodeſſe magis arbitrarentur. Quæ ſit mihi mens, poteſt colligi ex illis, quæ hactenus dixi. Firmabo eandem, ſi JCtorum, qui ab una alterave parte ſteterunt, recenſuero magna nomina. Producam primum CHRISTIANUM THOMASIUM virum, tam de reſtituenda Germanis ſua, quam de peſſundanda Romanorum juriſprudentia egregie & gnaviter meritum, cujus de Theophilo judicium, ab eo, quod de univerſi juris architectis tulit, non diverſum, exſtat in Delineat. Hiſtoriæ Juris §. LV. *Non multum prudentior fuit paraphraſtes, ut vel ex fabula de SCto Macedon. & aliis patet.* Vide quoque ejuſdem diſſertationes de *primis initiis ſucceſſionis teſtamentariæ*, & *de ſenſu Legis Xviralis teſtamentariæ*. Addam eidem diſcipulum ingenuum GEORGIUM BEYERUM in poſition. ad T. π. de Or. Juris. §. 106. *Ignoſci*

Pag. 56. Pag. 57.

gnos in eadem fecit progreſſus. V. *epiſtolam ejus ad amicum contra Huberum p.* 17. Sunt & forſan in his caſtris alii. Sed quid opus eſt græcis, ſi abſque eorum auxilio ad illud eruditionis faſtigium pervenerunt viri ſummi? Immo vero ſive numeres ſuffragia, ſive earundem momenta ſpectes, utroque caſu diſcedam ego ſuperior, qui ſine græcis litteris juris ſtudium omne mutilum & hiulcum eſſe affirmo. Equidem non enumerabo eos, qui cum græca doctrina junxerunt felici vinculo juriſprudentiam; nec enarrabo qui, ut jungeret, fuerunt cupidæ LL juventuti auctores. Nam neutrorum poſſet iniri numerus. Suppeditabo tamen aliquos, illos potiſſimum, quorum beneficio vel ſolo legitima ſcientia & græcanica eruditio reſtituta eſt. Quo labore defunctus ero, ſi vel ſine elogio nominavero GUILIELMUM BUDÆUM, GREGORIUM HALOANDRUM, JO. LEUNCLAVIUM, C. A FABROTTUM, HUBERTUM GIPHANIUM, SCIPIONEM GENTILEM, & alios complures, quos taceo: nominavi ſaltem potiores. Et quid opus eſt his teſtibus, ubi rerum adſunt argumenta, quæ oſtendant, non videre acutum, quorum luminibus officiat græcarum litterarum ignorantia. An opus eſt in hanc rem allegare LL. duodecim a græcis, ut fert fama, petitas. Ibi quidem pauciora, quæ ex græci ſermonis indole, quam quæ ex latini lucem accipiunt. Et forte poterit ex argumentis non adeo nihili oſtendi, ne quidem eſſe ex Græcia. Sed de eo amplius deliberandum! Sed allegabo auctores, ſine quorum lectione leges ipſæ intelligi & explicari commode non poſſunt, & allegabo, qui Juſtinianei & ſequioris ævi geſtas res ſtili officio deſignarunt, & quorum valde opus eſt ad juris & LL. hiſtoriam libris. Et præterea quoque ſtabiliendæ huic meæ ſententiæ affero loca ipſa in juris libris græca, verſiculos Poëtarum iiſdem inſertos, Homerique apud noſtros auctoritatem. Hæc arbitror omnia curatius litterarum græcarum ſtudium flagitant ab eo, qui ſe juriſprudentiæ dedit ſtudio. Sed præcipue id quoque flagitant conſtitutiones Juſtiniani græci imperatoris græcæ, tum & græci Baſilicon libri, & interpretum juris græcorum, ſi quæ ſuperſunt, fragmenta. Addam his demum omnibus vitia & ſoloeciſmos, quos conviciis & riſu in Gloſſatoribus excipimus, qui tamen plerique ex ignoratione hujus linguæ ortum habent. MYLIUS.

Ignoſci debet græculo juriſperito, ſi erret, aliis quoque erroribus non vacuo. & §. 207. *Theophili paraphraſis fabulis ab Accurſianis non adeo differentibus antiquitates obfuſcat.* & V. C. CHRIST. GODOFRED. HOFFMANNUM *in hiſtoria juris* p. 176. *Theophilus ſuo more philoſophatur, multaque falſa & fidei hiſtoriæ contraria enarrat.* Sed ſunt alii quoque, & illi de ſolidiori Romanorum juriſprudentia optime meriti, qui cum iiſdem faciunt. ANDREÆ ALCIATI verba Cap. II. adduxi, ſed & hic re-
Pag. 58. petam: *Suſpectus mihi valde eſt Theophilus, quoad hiſtoriam & humanitatis ſtudia.* FRANCISCUS CONNANUS Commentar. Jur. civilis *L. II. c. XV. p.* 146. nugatoria ab illo adferri, & eſſe rerum romanarum indagatorem parum diligentem, & *Lib. IX. c. VII. p.* 711. civilis ſcientiæ hoſpitem & peregrinum dicit. His accenſetur etiam a Merillio *append. Variant. ex Cujac. c.* II. CUJACIUS, qui Accurſium illi anteferre dicitur; ſed quam ſint veriora Cujacii de eodem & benigniora judicia, vidimus cap. II. nota *b.* & videbimus §. ſeq. Ipſe vero MERILLIUS, quam ſit acris Theophili cenſor, indicabunt ejus verba: *Scatet Theophilus & aliis erroribus, & ineptis interpretationibus, &c.* Lib. VIII. Obſerv. c. 20. Vide quoque capp. 24. 25. 26. 27. & Variant. ex Cujac. cit. loc. Notaverat multa in Theophilo, dederatque operam, ut ſtultitiæ & ignorantiæ convinceret, & loca pleraque notaret MERILLIUS, uſque adeo, ut FABROTTUS id æqui conſulere ulterius non poſſet, ſed illorum, quæ is notaverat, pararet defenſionem. Hinc nata eſt illi viro apologia, quam pro græcis interpretibus, ſpeciatimque Theophilo confecit, & exercitationibus XII. præmiſit, qua, quanquam non nominetur, petitur tamen unice MERILLIUS, Marani diſcipulus, ut in apologia vocatur, ſed a præceptoris in Theophilum amore multum diverſus, cujus impactos Theophilo errores amovere ab eodem hic conatur. Sunt non adeo multa, quæ excuſat; ſucceſſu felici an id factum ſit, nondum expeditum eſt. Putat ita feliciter hæc Fabrottum eſſe executum, ut etiam ab erroribus Theophili ſingulari libro indicandis Merillium deterruerit, GUND-
Pag. 59. LINGIUS *L. II. Obſerv. C. II.* §. 8. Sed non ex aſſe reſpondiſſe expectationi Fabrottum, cenſet CL. OTTO *in præf. Theſ. J. C. T. III. p.* 35. Creverat hæc inter Aquæſextienſem & Bituricenſem JCtos controverſia, ut ad eam componendam opus eſſe videretur arbitro. Recepit in ſe arbitrium de ea re cognoſcendi ferendique ſententiam JACOBUS GOTHOFREDUS, JCtus vere magnus, & molitus eſt benedicta Theophili & perperam ab eodem admiſſa libro ſingulari enarrare, (52) v. *ad Lib. II. Cod. Theod. de Mag. conven.* Spondet eundem frons paraphraſeos ab eodem editæ, ſed non exhibet. Nec fatorum mihi injuria, aut ſupremi diei adventus celer, impediiſſe videtur, quum editioni huic ſuæ fuerit triginta annos ſuperſtes. Forte, quo minus perficeret, obſtitit, quod tempus omne codici Theodoſiano repurgando illuſtrandoque impenderit, operi æterno & ſupra invidiam magno, quo juriſprudentiam, quam ex lateritia marmoream Cujacius, ille fecit auream. Superſederem lubenter hac ſcriptione, his vindiciis, ſi acceſſiſſet ad vindicandum Theophilum Gothofredus. Sed fuit aliter in fatis. [Adde quæ in fine præf. hujus Hiſt. addi vult MYLIUS.]

§. IV. Sunt tamen, qui & præter Gothofredum, magni fecerunt paraphraſin. ANTONII AUGUSTINI dememineſſe non poſſum, cujus vera & gravia ſunt Emend. & opinionum L. III. cap. VIII. p. 247. verba: *Theophilus antiquus JCtus Juſtiniani inſtitutiones vertit græce, addiditque quaſdam doctas interpretationes. Quo libro nullus extat ad intelligendos inſtitutionum juris libros aptior.* VIGLIUS ZUICHEMUS, quo habeat eundem pretio, oſtendit in præfatione, quam allegavi ſæpius, & quam non poſſum non juriſprudentiæ ſtudioſis vehementer commendare.

(52) Vide quæ Trotzius in *præf. ad Gothof. Opuſc.* MYLIUS *in ſchedis.* Pace Viri Doctiſſ. dicam, nec in toto corpore Theod. talem extare titulum. Reſpexit forſan Vir Conſultiſſ. *Manuale Juris.* . . . . . : ſed nihil ibi dicit de Libro bene & male dictorum THi edendo. Clarius ipſe Goth. ad l. 2. Cod. Theod. *de Domeſt. & Protect.* plenius ſe in

dare. Venio tandem ad CUJACIUM, qui ut Gloſſatoribus, ſi quis eſſe poteſt, ineptiorem judicet, tantum abeſt, ut *paratitl. ad Cod. VIII. Tit. I.* graviſſimum auctorem, ad *l.* 19. *D. de rebus cred.* vetuſtiſſimum & juris peritiſſimum appellet, abque iis, quæ is affert, non eſſe temere recedendum, moneat, ad *L.* 2. *de uſu & uſufr. leg.* vocet optimum interpretem, & quæ docet, eſſe ex intima Pag. 60.
juriſprudentia, ſtatuat, ad *L.* 54. *de ædilitio edicto*, eo non eſſe meliorem Inſtitutionum interpretem, *in notis poſterioribus ad Inſt. de inoffic. Teſtam.* interpretem eſſe fideliſſimum & antiquiſſimum, & *obſerv. L. XXVII. c.* 28. tam eruditum eſſe ex græcis interpretibus neminem, cenſeat. Videtur & ſingulari fuiſſe in Theophilum affectu GUIL. MARANUS, cujus paratitla ad pandectas oſtendunt, quam is ſæpe paraphraſin legerit, & quam bene nonnunquam defendat. De FABROTTO ſuperiore paragrapho actum eſt. Hic adſcribam ex ejus apologia quædam: [Vide ipſam in Excurſ. I.] Quibus & accedunt, qui noſtra ætate de juriſprudentia bene meriti ſunt. Nominabo ex multis, cujus non adeo pridem fecerunt jacturam, nec adhuc ſatis eluxerunt litteræ, GUNDLINGIUM *loc. cit.* & Celeberr. HEINECC. ad π. Tit de SC. Maced. *Quid cauſſæ eſt, ut tot conviciis excipiatur Theophilus, ſcriptor non futilis, ſed probus & doctus, cujus dotes intelligunt pauciores, quam contemnunt.* Adſentitur & his, ille Belgii noſtræque ætatis honos, της νομικης οφθαλμου, EVERARDUS OTTO, in diſſ. de Nuptiis conſobrinorum c. IV. & in præf. Theſ. Jur. Civ. Tomo III. p. 35. *Legendus Theophilus eſt omnino; qui ex intima juriſprudentia tam multa nos docet; abſit ut illum inſipientiæ ſtultitiæque arguamus.*

§. V. Apparet inde, quam ſint diverſæ JCtorum de Theophili auctoritate Pag. 61.
ſententiæ. Sunt qui magni æſtimant & in oculis ferunt. Quid hos ceperit, §. ſequenti oſtendam. Sed alii ſubleſtæ doctrinæ & fidei habent, quos arbitror non una omnes eo traxit ratio. Fuerunt, qui græca ipſius verba non intelligerent, ſequerentur verſionem, imputarentque interpretis vitia & errores ipſi paraphraſtæ. Luculentum extat ejus rei in FRANCISCO CONNANO exemplum, quod Cap. II. recenſui. Fuerunt alii, qui ſuopte ingenio in inſtitutionibus multa taxaverant, mutaverant, emendaverant. Quod ſi omnia, quæ conjecturæ illi favere videbantur, contuliſſent, obſtitit ſæpe auſui Theophili auctoritas, quæ uti ne eſſet remoræ, ipſius fidem ſuſpectam tot conviciis fecerunt. Apud quoſdam forte & hujus auctoritati obeſt, quod habeat quædam illis adverſa, quæ a præceptoribus ipſi tradita ſervant. Sed etiam illis poterat aliquando in opere magno ſomnus obrepere, nunquam certe debuerat poſtponi doctoribus Theophilus. Traxit alios in has partes opinio, eſſe Juſtiniano ſuo longe juniorem, ac adeo ad ejus libros intelligendos non aptiorem, quam noſtros, æque intercapedine temporis ab eodem ſatis longa diſtinctos. Si qui his allecti rationibus tradiderant, erraſſe ſæpius paraphraſten, alii id propagarunt ulterius, qui nec ipſum inſpexerunt & nonnulli ne quidem inſpicere poterant. Nam pertinet quoque ad cauſas hujus contemtus exemplarium inopia & raritas, quæ fuit in cauſa, ut plures non lectum, & ne viſum quidem accuſarent, quam defenderent ſæpius pervolutum. Ita forſan factum, ut Theophilus dictus ſit non recte L. I. c. 10. ſtatuiſſe, capitis mutationem fieri in deterius. Neque enim eſt in ipſo quicquam, quod oſtendat, requiri ſemper, ut fiat capite minuti ſtatus infelicior. Qui inſpexerit ipſum titulum, aliud viderit. Poſſunt & adduxiſſe alios illi, qui inſunt revera, ſed pauci, nævi & errores, ut univerſam illis ſcatere paraphraſin cum Merillio dicerent.

§. VI.

in Benedictorum THi libris *de Sedetis*, ut ait THus, ſeu de ſedibus militum otioſorum acturum, promittit. TROTZIUS *d. l.* p. 17—18.

Locum Goth. ad Cod. Theod. adtulimus in hac edit. pag. 349. *b.* De hoc promiſſo non exſoluto vid. Art. XIII mei prodromi. Ulr. quoque Huberi errorem circa eamdem rem caſtigavi ad THum pag. 196. *b.* G. O. R.

Pag. 62. §. VI. Qui vero Theophilum majoris æſtimant, ipſumque fidum interpretem, ac opus illius & doctiſſimum & explicandis inſtitutionibus idoneum dicunt; illos pellexit eo tam ætas ipſius, quam dignitas? Quis enim melius certiuſve iſtorum temporum ritus exponeret, quis jurium & Legum cauſas aperiret ſolidius, quis verius accuratiuſque legum verba explicaret, genuinum ſenſum erueret, quam συγχρονος & Anteceſſor, & in opere ipſo adjuva? Et oſtendit id ipſe liber. Hic enim, ſi variæ & multiplices libri dotes brevi periodo enarrari, & quaſi uno ſpiritu efferri poſſunt, antiquitatum, quarum nihil penitus debet ignorari, notitia lectorem imbuit; ſi quæ ſunt omiſſa, quæ ad rem curatius explicandam conducunt, diſcutit; verba veterum juris auctorum & ſolennes formulas, quæ ubivis alibi fruſtra quæſiveris, pandit; ipſas legum ſpecies & themata, ſive quos vocant pragmatici noſtri, caſus, exponit probe & explicat; definitiones, vocum etymologias, legum rationes, hiſtoriam, docet: atque ideo quamvis intra verſionis ſe contineat aut paraphraſeos fines, nonne tamen omnibus aliorum commentationibus & notis præferri, in omnium manibus eſſe, debet? Mihi quidem eſſe ejuſmodi operis inſignis auctoritas videtur. Sive de veris inſtitutionum aliarumque legum verbis, & genuina lectione controverſia oriatur, ſive de vocum vi & ſenſu diſceptetur, ſive de ipſo jure ambigatur; ad omnes illas lites dirimendas proderit multum vocata in partes paraphraſis. Quis eſt ex jureconſultis, qui nobis dedititiorum originem & jura percenſuit præter Theophilum? Quis plenius perſequutus eſt & fidelius fideicommiſſarias hæreditates? Quis ſucceſſiones ſublatas doctius, quis litterarum obligationes curatius & verius enarravit & perſcrutatus eſt, quam probus hic noſter & doctus interpres? Inde illius ad legendas intelligendaſque inſtitutiones utilitas, & ad firmandam aut lectionem aut ſententiam, auctoritas maxima. Inde & leges, quæ admodum inter ſeſe pugnant, nec ullo ſociari
Pag. 63. fœdere poſſe videntur, vel hujus paraphraſeos auctoritate poſſe in pacem redigi, oſtendit comprobavitque exemplo JO. MERCERIUS (53) in *Conciliatore Juris* C. II. Inde & accidit, ut ipſi communi opinioni Theophili auctoritatem prætulerint CORATIUS *de Communi opinione doctorum* L. II. Tit. IX. caſu 26. & CAPRIOLUS *de ſucceſſione ab inteſtato*, numero LXXXXVIII. p. 276. Nec defuere, qui frequenter lectitaverint viri ſummi, interque eos etiam illuſtres, Inſtitutiones juris, juncta hac paraphraſi. Condeo & Borbonio, Galliæ principibus explicuiſſe ſemet, ſcribit EDM. MERILLIUS *L. VIII. Obſerv. Cap.* 27. Quod ipſum ad operis commendationem, arbitror, affert multum.

§. VII. Sed tamen adeo ſe non probavit Jure conſultis paraphraſis, ut ab omni omnino parte beata, numeriſque abſoluta omnibus eſſe videatur. Vanus ſit, aut neſcio qua temeritate inſignis, quem nulli prorſus offenderint paraphraſeos nævi. Quam magnifice de ipſo Auguſtinus ſentiat, vidimus, & is tamen quoſdam illius errores detexit atque notavit *L. III. Emendationum cap.* 8. Fabrottus defenſionem ſcripſit, & reliquit in notis, quæ non excuſaret, ſed quæ non bene dicta eſſe, quo erat animi candore, fatetur. EVERARDUS OTTO *cit. diſſ. d. N. C. cap. III. p.* 125. *Nævos habet, ſed ut pulcherrimæ facies, & optima vina fæces ſuas habere ſolent.* Sed qui ſunt illi nævi? In enarrandis romanæ gentis ritibus, eruendiſque latinarum vocum etymologiis lapſus eſt aliquando, ſed meretur veniam græculus, qui in interiora Latii adeo penetrare non potuit. Quod ſi ex juris naturalis, aut morum doctrina quædam arceſſit, rem nonnunquam acu non tangit: ſed hallucinatur pro ſæculi philoſophia. Quo forſan referas, quod ex rationali jure eſſe ſcribit, homicidam

(53) Edit. Reinoldianæ 1713. pag. 56. ubi ſic: „Florentinam lectionem [l. 6. §. 4. D. „ *de Div. rer.*] confirmat THus Inſt. de R. „ D. §. 9. Ει δε και πυρα γνωμην απεδετο" &c. ubi ſimilia adfert Reinoldus. G. O. R.

dam capite plecti debere, ſed furem non niſi in mulctam eſſe condemnandum, jure gentium. In ipſum jus aut nunquam, aut perraro impegit, nec adeo ſæpe, imo forte non unquam, in adumbrandis illis thematibus & ſpeciebus a vero aberravit. [Vide Indicem Auctorum v. THus.]

§. VIII. Nec tamen hi ipſi nævi tanti ſunt, ut ea, quæ habet is bona & ve- Pag. 64.
ra, numero aut pondere ſuperent, atque opus iſtud manibus noſtris excutiant. Jam ab illo tempore, quo primum Juſtiniani imperatoris inſtitutiones verſarem, eorum, qui mihi ad hanc juris ſtudii viam ineundam auctores fuerunt, ſequutus conſilia, cum inſtitutionibus latinis etiam græcam paraphraſin contuli. Et videram illum adeo frequenter ab Juris auctoribus notari, & reprehendi, ut ſuſpicari inciperem non ſemper jure accuſari. Et quod tunc ſuſpicatus eram, poſt, ubi ipſos JCtos, & legum libros magis verſaſſem, deprehendi, eſſe omnino veriſſimum. Dolebam vicem optimi & fidelis interpretis, qui bene docendo audierat peſſime. Cepi inde conſilium, ſi quando tulerit occaſio, ipſum defendendi, & ab injuriis, quibus veteres & noſtri afficiunt, vindicandi. Aggreſſus ſum rem ipſam, atque plura longe vidi ex iis, quæ vulgo caſtigantur, loca poſſe defendi aut commode excuſari, quam jure reprehendi & damnari. Secutus in ea re ipſarum Inſtitutionum ordinem, ea, quæ in juriſprudentiam & antiquitates commiſiſſe dicitur, crimina, vindicare ſuſcepi; omiſi tamen, ſi quos in philoſophiam morumve & juris rationalis doctrinam, aut etymologiæ rationem dicitur errores erraſſe. Hæc eſt Vindiciarum mearum ratio, quibus expedire viſum eſt, ut præmitterem hanc ipſius auctoris & libri hiſtoriam, cum, ut hic ſemel dicerem, quæ ſingulis fere capitibus repetenda videbantur, tum ut ea fundarem, quibus univerſa reliqua opera ſuperſtruetur. Tu, vero, Lector, fave his ſtudiis, & vindiciarum aliquod ſpecimen, quam primum id fieri poteſt, expecta, & dictum Tibi puta quæ Horatius,

—— —— —— *exemplaria græca*
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

SIVE

JO. HENRICI MYLII J. U. D. SPECIMEN VINDICIARUM THEOPHILI.

Ad proœm. Libr. I. Tit. I. & partem Tit. II.

ARGUMENTA CAPITUM.

CAPITIS I.

I. Vindiciarum noſtrarum ratio. Epigraphe Theophili.
II. Cur Græci ιστορια?
III. Dei & imp. nomen omiſſum, & quare?
IV. Emend. & explic. § 3. proœm. Inſt.
V. Methodus ſtudii jur. ante Juſtinian.
VI. & Juſtinianea. Notatur Hotomanus.

CAPITIS II.

I. Deeſt primus Titulus, quem ſupplevit Viglius.
II. L. 10. de juſt. & jur. explic. Quædam de definitione juſtitiæ.
III. De eadem, potiſſimum ex auctoribus veteribus.
IV. Laud. & expl. §. ult. paraphr. h. t.

CAPITIS III.

I. Errores Theophili in jus nat.
II. De homicidæ pœna ex jur. nat. Notatur Theoph.
III. Adulterii pœna ex eodem. Caſtigatur Avellanus.
IV. Furti ex eodem jure.
V. Teſtamenti factio ex quo jure, natur. an civili? Expend. locus Merillii. Tacitus explic.

CAPUT PRIMUM.

§. I. AGgreſſurus ergo ad eas, quas ab aliquo tempore Theophilo paravi, vindicias, ſequar ipſius operis, ſeu, qui idem eſt, Inſtitutionum ordinem. Præmiſit his proœmium, vel, ut ex §. 8. [§. 11.] *Conſtitut. de Confirm. Digeſt.* non inconcinne vocari poſſet, de confirmatione Inſtitutionum orationem imperator. Noſter eamdem Græco ſermoni reddidit, &, ſi fides eſt pluſculis, quæ in noſtris hodie manibus verſantur, editionibus, inſcripſit Ἀγορεύει βεβαιοῦσαν τὰ ἰνστιτοῦτα. Quæ epigraphe, cum ipſi, quod eſt apud Græcum noſtrum, proœmio non bene conveniat, a nonnullis etiam antiquorum codicum abfuiſſe dicatur, non ſine ſpecie in ſuſpicionem (1) adducitur a *V. Cl.* CHRIST. GOTTL. SCHWARZIO *Schol. philol. in proœmium Inſtitutionum, pag.* 22. Illudque eo magis, ſi ipſam PROOEMII vocem, quam Latinæ Inſtitutiones habent, προοιμιον dicamus, cum LUDEWIGIO *in Juſtinian. cap.* 6. §. 1. *pag.* 105. Quamquam, ut verum fatear, nullum hic punctum ferre videatur laudato SCHWARZIO *Theophili editio* anno 1544. *Baſileæ* (2) typis exſcripta, quam vir eximius bonæ notæ appellat, quæ tamen ſuis Theophilum infamavit verius nugis, & paraphraſin quidem, ſed diſcerptam truncatamque membris exhibet. Pag. 67. Pag. 68.

§. II. Neque arbitror tanti fore, ut moneam, Græculum noſtrum Ἰνστιτοῦτα dixiſſe, quas ille, ut Latinorum plerique, Inſtitutiones; aut indicem, Græcis potiſſimum id ſolemne fuiſſe, & Latinorum pauculis, cum id hodie ne tyrones quidem prætereat. Addere licebit, non videri rem acu tangere viri magni (3) ſuſpicionem, Inſtituta ideo Græcis potius dici, quam alterum illud; quod Latinorum verbalia, quæ in TIO finiunt, illorum palato non bene conveniant, ſoleantque illa plerumque neutro genere ab Græcis efferri. Neſcio an præter hoc unicum, alia ſuppetant exempla, quæ eamdem firmant. Id vero probe memini, frequentiſſime apud noſtros Ἐμανκιπατιονες, Δεπορτατιονες, Ἀρρογατιονες, Ἐξκεπτιονες atque id genus centum alia obvenire. Singulare id videtur, quod condictiones maſculino genere efferat per κονδικτιονες (4), *tit. Inſt. de actionibus.*

§. III. Ut auguſtiora faciat Inſtitutionum ſuarum principia, a nomine divino eadem auſpicatur *Juſtinianus.* Addidit ſuum nomen, & quam uſurpavit titulorum pompam. Eorum omnium nihil habet Theophilus, ſuo, ut arbitror, jure. Non quod ſuſpectæ hæc fidei ſint, ſed quod, quale ipſe habet, proœmio, non conveniant. Quod cum fuſius alio loco perſecutus ſim, nunc de iis ne verbum quidem amplius addam. (5) *Vid. Diſſertationes noſtras de his quæ Imp. Juſtiniano ſuppoſita eſſe in proœmiis Inſtitutionum perperam creduntur.* Pag. 69.

§. IV.

(1) In Excurſu VI. docebo, nullam Rubricarum Græcarum a THi eſſe manu. G. O. R.

(2) Vide Art. XI. Prodomi noſtri, ſive Excurſus IV. G. O. R.

(3) Cujus? niſi forte Ludewigium ſignificat, qui videatur in Juſtin. M. pag. 92-4. ubi inter alia ipſum Imperatorem monet Græce Ἰνστιτοῦτα dixiſſe. Contra nihil THo frequentius, quam ἐν τῇ πρώτῃ, δευτέρᾳ &c. Ἰνστιτοῦτιονι adlegare. G. O. R.

(4) Nuſquam ſic; ſed κονδικτιτιες, ubi ſubaudi λογες, ut Gloſſarium noſtrum oſtendet. G. O. R.

(5) Ne quid omittere incuſer, excerpam inde, quæ ad THum ſpectant: in *Vindiciis* ergo *Proœmii Inſtit.* cap. 1. §. 3. ait Mylius: „ Nimirum alia eſt imperatoriæ epiſtolæ, alia „ paraphraſtæ proœmii facies. Illa Ἀγορεύις „ eſt, βεβαιοῦσα τὰ Ἰνστιτοῦτα. Inde Imp. de ſe „ locutus, & prima, quam vocant, perſona „ uſus: *Nos mandavimus*, inquit, *perfecimus*, „ *adhortamur.* Sed qui Græcam fecit, verba „ quidem fere eadem omnia, non tamen „ Conſtitutionem, ſed Juſtinianeæ legiſlationis „ hiſtoriam, ſuis quaſi verbis exhibet, & ſui „ proœmii ipſe auctor, Imperatorem quaſi „ alium *feciſſe*, *legiſſe*, *firmaſſe*, *adhortariqua* „ per præſentem epiſtolam, ſcribit. Et illa „ qui-

§. IV. Quodſi nunc ipſam, quæ eſt ante Inſtitutiones, præfationem cum Græca hac conferre juvat, apparebit §. III. a Latinis Inſtitutionibus Græcum exemplar valde diſſidere. Cum enim imperator ſcribat, ſuperioribus temporibus poſt quadriennium contigiſſe juris ſtudioſis, ut principales conſtitutiones tractarent manibus, noſter hic verbum verbo reddit, niſi quod loco *quadriennii* τριετη χρονον ſufficiat. Ubi ergo ex Latinis verbis rem æſtimes, en tibi egregium, quem in ipſo limine erravit errorem Theophilus. Deſerit illum FABROTTUS, &, *aut corrupti ſunt*, ait *Theophili codices omnes, aut erravit inſigniter, recte enim apud Juſtinianum legitur, poſt quadriennium.* Affert medelam, vel vim potius HOTOMANUS. Deceptus Juſtiniani verbis, tollit τριετη, & τετραετη (6) ſubſtituit, codicum conſenſu omni deſtitutus. Quorum alterutrum, quamquam reliqui omnes, ut grex ducem, ſequantur, ita ut ne unius ego quidem reminiſcar, qui *triennium* pro *quadriennio* maluerit: vix tamen eſt, ut quiſquam ſeu de loci ſalute, ſeu de Theophili integritate deſperet. Rectius enim & verius apud noſtrum τριετη, quam in Latinis *quadriennium*, legi, quovis ego pignore certem. Quod cum antea vel binis verbis in *Theophili hiſtoria, cap.* 2. §. 4. *pag.* 12. indicaſſem, facile perſuaſi laudato SCHWARZIO *l. c. pag.* 45. Nunc, quod in hunc locum diſtuli, rem ipſam conficiam. Uti vero appareat, quo in cardo agatur, res omnis erit altius repetenda. Antiquis temporibus, qui
Pag. 70. ad leges incubuerunt, non ſuopte ingenio, ſuove arbitratu ſtudendi rationem ordinarunt, ſed quibuſdam finibus circumſcripti tranſgredi eos, & diverſo ab eo, qui præſcriptus erat, modo jurium libris operam dare nefas exiſtimabant. Singulis annis, imo & ſingulis unius anni partibus ſua penſa, ſuus labos erat, nec adhibebantur moderandis cauſſarum fatis, ſolvendiſve ambiguis legum ænigmatibus, niſi qui non modo juſtum ſtatumque tempus juri operam dediſſent, ſed etiam eos, qui propoſiti erant, libros verſaſſent. Id ea nobis ætate Scævolas & Servios, Papinianos & Paullos tulit, quos ignorat noſtra, qua ad veram & priſca, ſi ſuperi annuant, meliorem juriſprudentiam pertingere, eo quiſque certius confidit, quo ſui magis animi voluptatem ſecutus, confuſius & inordinatius per juris auctores vagatur. Sed unde eſt, niſi ex hoc fonte, quod cruda plerique in cathedram & forum ſtudia protrudant? Nunc redeo, unde digreſſus eram.

§. V. Illa tempeſtate, quæ Juſtinianum anteceſſerat, *primum* juris ſtudioſis aliquot JCtorum libri, *altero* anno nonnulli legum tituli excuſſi ſunt, biennio elapſo, *tertio* in anno, aliis titulis data opera, & PAPINIANI *Reſponſa* expoſita ſunt. Quibus a profeſſoribus traditis, anno eodem *tertio*, (neque enim quidquam additur, quod quarto demum factum eſſe, indicio ſit,) *Reſponſa* PAULLI ipſorum induſtriæ data ſunt, & inde antiquæ prudentiæ omnis IN QUARTUM annum finis. Hæc ex §. 11. *Conſt. ad Anteceſſ.* datæ & Pandectis præfixæ, quæ alio præſidio defectis utramque hic paginam ſola facit. Inde patet, trium annorum opera omne juris ſtudium emenſos in quarto finem eidem impoſuiſſe: quid vero tunc magis probabile eſt, eos uſurpaſſe manibus, quam principales
Pag. 71. illas voces, aut quid oſtendet hunc annum otio datum, & alterum demum Conſtitutionibus impenſum fuiſſe. Tulerunt hoc anno nomen λυτων, quod vel ſolum dirimendis ſolvendiſque litibus pares fuiſſe probat. Qui ipſi juris nodos expediunt, quid obſtat quo minus Conſtitutionibus principum excutiendis habeantur idonei? Quid quod ex allegatæ Conſtitutionis §. 6. recte colligatur, potiori ante Juſtinianum jure λυτας audiviſſe, quam ipſius tempore, qui hoc anno Paulli Reſponſa legi juſſit, nondum permiſit cauſſas ſolvere. Ibi: „ *ſiquidem maluerint, hoc cognomen retineant.*"

§. VI.

„ quidem epiſtola his poterat verbis commode incipere, non adeo bene, qualis hæc eſt, „ privati hominis præfatio. Vid. Theoph. „ [Hiſtor.] cap. 6. §. 1." [not. 45.] G. O. R.

§. VI. Utne vero videar omisisse, quæ adversantur meæ huic conjecturæ, quæ in *dicta Constit.* hæc sequuntur, nunc expendam. Quæ attuli, pertinent ad studiorum rationem ante Justinianum. Migravit hic mores pristinos, & hæc voluit alio modo servari. Intra primum annum Institutiones & ωρωτα tradit Justinianeis novis §. 2. altero libros *de rebus & judiciis*, & quatuor alios versari jubet edictales §. 3. tertio ex Digestis & PAPINIANI *Responsis* legi §. 4. quarto, ut ante, post hæc, PAULLI *Responsa* λυταις explicari §. 5. & ultimo demum anno ipsas *Constitutiones* vult tractari. Duo inde nobis opponi videas. Primum, si solitum fuerit etiam ante imperatorem nostrum anni quarti studiosos certo quodam vocabulo appellare, nondum emensos omne juris prudentiæ studium habuisse & alia forte, quibus operam quarto hoc anno impenderent, antequam illis patuerit ad constitutiones via. Verum illud non consequi, vel ωρωλυτω nomen docet, quod quamquam quintus annus suis tribuat; tamen auditum fuisse quemquam, non memini, qui ne post quadriennium quidem illum cursum finitum dixerit. Deinde verba §. 5. *pro responsis Paulli*, quæ antea *recitabant*, Pag. 72.
ostendere videntur, annum hunc quartum, quem ego constitutionibus pertractandis datum fuisse arbitror, JCti Responsis insumtum fuisse; at quod ANTE lecta fuisse dicuntur responsa: post Papinianum, ut olim, non tamen præcise anno quarto fuisse tradita, nexus horum omnium docet. Et ita evictum, arbitror, melius Græcum interpretem, certe convenientius Justinianeæ Constitutioni scripsisse, quam Latinos Institutionum auctores. Ut vero & videamus, quid abduxerit in aliam sententiam non paucos, ac Theophilum arguere videatur, hæc forsan contrariæ opinionis est origo: quod dicitur, *his a professoribus traditis* contigisse, id exacto tertio anno accidisse creditum fuit, cum intra illum factum sit, id quod patet ex verbis: *inde IN QUARTUM annum finis juris prudentiæ.* Forte & errandi inde provenit occasio, quod non attenderint interpretes, quæ quarto anno fieri dicuntur, ea non accidere μετα τετραετη, sed μετα τριετη, & multum esse diversa: *post quartum annum*, & *quarto in anno.* Quod facile quamquam sit ad dijudicandum; confudit tamen HOTOMANUS *ad h. l.* qui non recte ait scribere Theophilum μετα τριετη, cum ex *Const. ad Anteceff.* pateat, quarto anno iis admotos fuisse, sed μετα τριετη & quarto anno an differunt? an non eadem sunt? Quæ omnia cum nunc ita sint, sequitur, ut aut, quæ SCHWARZII conjectura est, ex αυξησεως amore, suaque omnia extollendi libidine, tribus annis quartus adjectus sit, aut verius nobis de Latino exemplo pronunciare liceat, quæ ille de Græco: *aut corruptos esse omnes* Institutionum *codices*, *aut errare vehementer* Tribonianum. *Omnino enim recte legitur apud* Theophilum *per triennium*, *prout constat ex Orat. ad Anteceff.* §. 1.

CAPUT II.

§. I. QUæ cum ita sint, liceret nunc a procœmio hoc ad primum primi libri Pag. 73.
titulum aggredi, si illum Græco sermone noster induisset. Quod vero quum factum non sit, ut ne quidquam deesset operi, quod primum vulgaverat, addidit de suo has de justitia & jure paragraphos VIGLIUS, paraphrasi quidem paullo breviores, neque tamen Theophilo indignos. Imposuit hoc ipsum non paucis, qui, cum ex hoc titulo sumta in suam rem attulerint, nec attenderint, a quo hæc profecta sint, testimonium denunciarunt Theophilo, re ipsa VIGLIO teste usi (7). Proinde nihil attinebit, si quando hoc loco aberravit JCtus, in tramitem eum revocari a nobis, qui Theophilo apo-

(6) Recte Hotom., ut evincam in Excursu VII. ubi argumenta Myliana refellam. G. O. R.

(7) Vid. HUBERUS, MAURITIUS, cæterique; locis, quæ indicabimus. MYLIUS.

apologiam paramus, non VIGLIO, aut ſi quis alius hanc lacunam eodem ſucceſſu ſupplevit.

§. II. Cum vero *juſtitiam* βελησιν τα ἑαυτε ἑκαςῳ απονεμωσαν *voluntatem ſuum cuique tribuentem* finiverit interpres, liceat vel duobus verbis monere, magis nobis id
Pag. 74. probari, quam ſi βελησιν απονεμωσθαι *tribuendi* dixerit, ut eſt in *L.* 10. *D. de juſt. & jur.* Obſtare ei quidem videntur, quæ in hanc rem diſputarunt viri celeberrimi, GERARDUS NOODT, *Probab. Libr. III. cap.* 2. &, quem honoris cauſſa nomino, LEYSERUS *ad Digeſt. Libr. I. Spec. I. cap.* 2. Qui cum docuerint, virum juſtum non ſemper ipſa re ſuum cuique dare, ſed modo, quo id minus faciat, ipſa publicæ utilitatis ratione prohiberi, modo indiciis & legitimis argumentis deceptum alicui, quod non meruerat, ſupplicium adſignare, nec tamen ideo juſti viri elogio excidere: ſequi videtur, ut juſtitia concinnius fere dicatur voluntas cuique ſua tribuendi, quam re ipſa ſemper tribuens. Verum quod ſi dixeris ea cujuſque eſſe, quæ illi tribui & competere publicæ rei intereſt, & quæ illi indicia vero ſimilia & legitimæ conjecturæ adſignant; facile obtinebis virtutem hanc noſtram non tantum velle, ut tribuatur, ſed re vera quoque, quod cujuſque eſt, tribuere.

§. III. Quæ ſi nunc latius perſequerer, verendum mihi foret, ne in logomachiam abiret omnis diſputatio, cum in eo rei cardo volvatur, quo ſignificatu *tribui* cuipiam *ſuum* a nobis dicatur. Negari illud non poteſt, veterum ſapientum & JCtorum pleroſque frequentius participio, quam gerundio uſos eſſe, (8) quorum loca fere moverant MENAGIUM, ut *L.* 10. *D. juſt. & jur. tribuens* in locum *tribuendi* ſubſtituiſſet, *Amœn. cap.* 4. Cæterum HUBERO *præl. ad π. h. t.* §. 2. voluntas *tribuendi* efficacior; OTTONI in *Notis ad h. t. tribuens* propria
Pag. 75. magis JCtis eſſe dicitur. Theophilum, ſi umquam hunc titulum tranſtulit, νεμωσαν dixiſſe non dubito, vel ob Baſilicos, qui eodem prorſus modo loquuntur. Imo ipſe Juſtinianus *Nov. LXVIIII. princ.* Τα δικαια παση βεβαιευε.

§. IV. Addi hoc loco poteſt, laudari Theophilum, vel potius, qui nominari debuiſſet, Viglium, quod ſtudii juris poſitiones, ſeu Θεσεις, expoſuerit per εἰδη, ſive genera. Non tantum enim Harmenopuli & eclogarum juvatur conſenſu, vid. DION. GOTHOFRED. *ad h. l.* ſed concinnius etiam hæc *genera* quam *partes* dici, vocato in ſubſidium hoc loco, late diſputat MAURITIUS *de princ. jur. publ. cap.* 2. §. 13. *p.* 15.

CAPUT III.

VEnio ad titulum ſecundum (9), qui vindiciis noſtris ampliorem campum aperit. Enumerat hic Theophilus non procul a limine aliquot natura-
Pag. 76. lis ſive gentium juris exempla, qua in re non adeo acutum vidiſſe contendunt, & illud quidem non ſine omni jure aut ſpecie. Neque enim ea, qua vixiſſe illi contigit, tempeſtate perfecta adeo erat naturalis juris ratio & indoles, aut expeditum, quid naturæ aut gentium jus, & quid hæc & civile interſit: ſequitur ergo ſæculi ſui philoſophiam, dum ad hujus juris præcepta refert: Τυς φονεις αποτεμνεσθαι, τον κλεπτην εις χρηματα τιμωρεισθαι, τας Διαθηκας συγγραφεσθαι, cet. Vide quæ de ea re in *hiſtor. Theophili cap.* 6. §. 7. *pag.* 63. notavimus. Prædiximus ibi, vindicias noſtras ad hos errores (10) non extendi. Neque enim

(8) CIC. *ad Herenn. Libr. III. cap.* 2. Idem *Libr. II. de Invent. cap.* 53. & *Libr. V. de Fin. cap.* 23. MACROB. in *Somn. Scip. Libr. I. cap.* 8. Quibus adde quæ FABROTTUS in utraque editione *ad h. l.* attulit. MYLIUS.

Add. Chr. Wæchtlerus in Not. ad Noodtii Probab. MEERM.

(9) Equidem paraphraſeos re vera primus eſt. Sed præſtat Latinarum Inſtitutionum numeros ſervare, ut ne, ſi diſſideret ab illis paraphraſis, aliquando turbæ excitarentur. MYLIUS.

(10) Sed non ſunt errores, ut noſtræ notæ & addenda docent. G. O. H.

enim in quæſtione eſt, cujus pretii fuerit Theophili philoſophia aut morum diſciplina, cum auctoritatem ejus in juris prudentia & antiquitatum doctrina expendimus. Juvabit tamen nihilo ſecius oſtendiſſe pleraque hæc, niſi & ipſi veritati, ejus certe, quo vixit, ævi placitis ex aſſe convenire.

§. II. Quod ergo ad gentium jus, ſive hoc nomine communi populorum uſu invectum, ſive idem, quod nos vocamus naturale, intelligat, quod, inquam, ad hoc referat, αποτεμνεσθαι τους φονεις, homicidas capite plecti debere, hoc illis, quibus innutritus fuit, principiis, nos imputamus. Vehementer ſe olim probaverat nonnullis talionis jus, inprimis in cæde hominis vindicanda. SENECA pater, *Controverſ. III. 9. Juſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitat ſupplicio, excipiat ſuo.* Alter SENECA *Epiſt. VII. occidit ille, & quia occidit, meruit, ut idem pateretur.* Sequuntur hos imperatores *L. 3. C. de epiſcop. audient. homicida, parricidaque, quod fecit, ſemper expectet.* Cæterum ut fatear, quod res eſt, non ipſum naturale jus, imo ne gentium quidem conſenſus, adeo abſciſſe eum, qui hominem dolo malo interimit, ad capitale ſupplicium abſtrahit: EURIPIDES certe, GROTIO *de jure belli Libr. I. cap. 2. §. 5. citatus.*

Καλως εθεντο ταυτα πατερες οἱ παλαι· Pag. 77.
Εις ομματων μεν οψιν ουκ ειων πεσειν,
Ουδ' εις απαντημ', ὁστις αἱμ' εχων κυρει,
Φυγαισι δ' ὁσιων, ανταποκλειναι δε μη.

Ut nunc taceam Romanorum antiquiora inſtituta, quos leviore pœna in hoc crimen advertiſſe, palam eſt.

§. III. Sequitur in iis, quæ ex jure gentium derivat, paradigmatibus: Τον μοιχον κολαζεσθαι. Neque, ut arbitror, injuria. Si quod enim aliud flagitium, adulterium certe, naturali juri prorſus adverſari ego exiſtimo. Recte ULPIANUS *L. 42. D. de verb. ſignif.* inter probra, quæ non tam more inſtitutoque civitatis, quam ipſa natura turpia ſunt, & hoc refert: non deſunt tamen quibus alia omnia videntur. PETRUS certe AVELLANUS cum vidiſſet furta, quæ naturaliter turpia Ulpianus ſcripſerat, civitatis demum lege injuſta cenſeri ALCIATO ad *d. L. 42.* auſus eſt eadem de adulterio affirmare. Sed nullo, ut videtur, jure. Quantumvis enim daremus inceſtas cognatorum nuptias, majus & turpius, ut videtur, adulterio flagitium, illo jure non prohiberi, neque tamen inde ſequetur, ut nec adulterio nobis ab eodem interdicatur. Uti enim difficile eſt απλως definire, quæ delictorum magis, quæve minus turpia ſint, ſi ipſorum indolem & naturam, non eam, quam publicæ rei afferunt perniciem, ſpectes: ita poteſt contingere, ut, quod naturale jus nequidem interdixerat cuiquam, illud acerbiore pœna vindicare, civitatis exigat utilitas.

§. IV. Dicitur præterea ex hoc jure deſcendere: Τον κλεπτην εις χρηματα τιμωρεισθαι, επειδη σῶς εβλαψεν ἡμας εις χρηματα. Quod ipſum ut ut vehementer laudet ALBERICUS GENTIL. *ad L. quiſquis* §. 1. mihi tamen ſe magis probant, quæ FABROTTUS hic locorum adjecit *edit. poſt. n. h. Notatur hic Theophilus, quod pœna furti apud omnes gentes pecuniaria non ſit* (11). Imo vero, quia falſum eſt, quemque eodem, quo deliquit, modo eſſe puniendum. Pag. 78.

§. V.

(11) Scythæ ſaltem non videntur ſola multa affeciſſe fures, de quibus JUSTINUS II, 2, 6. *Nullum apud eos ſcelus furto gravius: quippe ſine tecto munimentoque pecora & armenta inter ſylvas habentibus, quid ſalvum eſſet, ſi furari liceret?* MYLIUS.

Nequaquam opus eſt, ad determinandum aliquod jus gentium, ut omnes æque gentes idem obſervent: ſed ſufficit, ſi moratiores pleræque id ſequantur. Præterea mihi ac THoſatis eſt, & Philoſophos ſummos & JCtos clariſſimos ejuſdem eſſe ſententiæ. Vide ipſum Mylium in hoc Exc. III. Artic. 7. §. 1. & addenda noſtra ad THi pag. 13. G. O. H.

§. V. Posteaquam his addiderat alia quædam, quæ minus in suspicionem adducuntur, ἐθνικὰ νόμα ὠνόματα, adjecit ultimo loco: Διαθῆκαι συγγραφεῖαι. Acris est & multum agitata inter JCtos contentio, utrum ex gentium, id est, naturali jure, an ex civitatum institutis derivanda sit testamenti factio. Sunt utrique sententiæ sui patroni, neque ii exiguæ auctoritatis viri, quos, cum adscribere jam minus vacet, vide apud OTTON. *in Instit. de testam. ordin.* & ad PUFFENDORF. *de offic. hom. & civ. Libr. I. cap.* 14. §. 13. Castigatur noster nominatim ea de re MERILLIO *Observat. Libr. VIII. cap.* 25. adversus quem patrocinium ejus, ut alias sæpe suscipit, FABROTTUS in *apologia pro Græcis.* Si quis hac in re arbitrum se præstabit, id ex oculis non dimittat necesse est, non tam de sollemni & legitimo & juris Romani testamento quæstionem nunc esse, quam de quavis ultima voluntate, resque suas in eventum mortis alienandi potestate (12).
Pag. 79. Non satis ad hæc attendit MERILLIUS qui, ut nostrum confutet, *si*, inquit, *testamenta fierent JURE GENTIUM, ab omnibus fieri possent.* Et possunt omnino jure hoc gentium ab omnibus, qui ratione utuntur integra, & rerum suarum dominium habent. Ubi nunc expromenda est animi mei sententia, dabo facile, juri universali, primo, simplici & absoluto ignorari hæc testamenta. Sed tamen hypothetico, quod vocant, secundario, seu, ut appellat cum JCtis noster, jure gentium, omnino testamentorum jura contineri censeo. Et amplius censeo, ipsos liberos aut cognatione junctos, naturali jure, non alia ex ratione ad bonorum successionem vocari, nisi quia credibile sit, patrem aut cognatum, de cujus hereditate quæritur, testamento, si quod condidisset, hereditatem eis relicturum fuisse.

(12) Quod quamvis videatur vulgare & notissimum, vix tamen credi potest quam sæpe in exponendis auctoribus utrumque significatum confundant interpretes. Exemplo sit TACITI locus *de moribus Germ. cap.* 20. *nullum* apud eos *testamentum.* Quem sunt qui de sollemni tantum exaudiant testamenti factione, ac ita exponunt, quasi dixisset, Germanos non ea, qua Romani, sollicitudine rebus suis ultimam legem dixisse, sed quocumque modo declaratam moribundi voluntatem servasse. Quos tamen falli vel ea, quæ antecedunt, & quæ sequuntur, verba ostendunt: *heredes successoresque sui cuique liberi* cet. *Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres*, cet. unde apparet, Tacitum id voluisse, suis quemque bona sua reliquisse, nec testamentis ad alios, quam quibus lege debebantur, transtulisse. MYLIUS.

THi auctoritatem hac in parte secuti sunt Vigl. Zuichemus ad §. 2. Inst. *de Test. ord.* n. 4. sqq. Fr. Connanus L. I. *Comm. Jur. C.* c. 5. n. 6. & L. IX. c. 1. n. 3. Did. Covarruvias L. III. *Var. Resolut.* c. 6. n. 7. J. Cujacius ad l. 1. & 3. D. *qui test. fac. pos.* P. Perrenonius L. II. *Animadv.* c. 21. Cl. David in *Velit. legali* ad §. 2. Inst. h. t. Arn. Vinnius ad pr. Inst. *de Test. ord.* & Mylius hic. Alii vero testamenta juri civili adscripsere, & THum hic erasse contenderunt, ut Fr. Duarenus ad Tit. Π. *qui test. fac. poss.* ipse Cujac. in Comm. ad §. 1. Inst. *de V. O.* Guil. Fornerius ad l. 3. §. 1. *de V. S.* Ant. Faber *de Error. Pragm.* Dec. 36. err. 2. notatus eo nomine a Desid. Heraldo L. I. *Rer. quot.* c. 17. n. 5. sqq. Em. Merillius in *Comm. ad Inst.* h. l. & L. VIII. *Obs.* c. 25. & L. III. *Variant. ex. Cuj.* in App. c. 2. reprehensus a C. A. Fabrotto in *Apolog.* Verius tamen est, testamenta origine inspecta esse juris gentium, formam vero testandi ex jure civili cujusque regionis proprio descendere. MEERM.

Similia his ego jam scripseram in edit. nostra pag. 16. Ceterum Merilliana λογομαχία de verbo συγγραφεῖαι serio refutari non meret, quod tamen Fabr. in Apol. facit. G. O. R.

EX-

EXCURSUS III. ARTIC. III.
SIVE
JO. HENRICI MYLII J. U. D.
DISSERTATIO AD
THEOPHILI
Libr. I. Tit. II. §. VII. VIII.
DE
PRÆTORE PEREGRINO.

ARGUMENTUM.

I. Inſtituti ratio. Quinam egerint de prætore peregrino.
II. Prætoris multiplex, latior alia, alia ſtrictior, acceptio.
III. Quando duo creati? Notatur Pomponius.
IV. Quando alter urbanus dictus. Variæ peregrini appellationes. L. 2. D. de orig. jur. explic.
V. Peregrini, omnes non cives, etiam Latini, ſigillatim incolæ urbis Rom.
VI. Prætor major, urbanus. Contentiones de honoratiore prætura.
VII. Peregrini poteſtas an minor?
VIII. An illi jus edicti proponendi. Hotomanus notatur. Edicta quotuplicia?
IX. L. 9. D. de dol. mal. expl. Reinoldus notatur, probatur jus edicti ex Boëthio, Theoph. & Val. Max.
X. Ex Dione Caſſio, Cicerone, ex analogia juris civilis.
XI. Ex Aſconio, & Dione iterum.
XII. Apud peregrinum an cives egerint? An lege egerint, an de repetundis?
XIII. Variæ ſortis peregrinæ fata.
XIV. Quando hic magiſtratus ceſſaverit?

§. I. POſteaquam adpulimus animum ad ſcribendas Græcarum Inſtitutionum vindicias, & nonnulla jam *Tituli ſecundi* capita ſub examen vocavimus; id nunc nobis negotium dari videtur, ut paullo curatius, & ex inſtituto, de PRÆTORE PEREGRINO exponamus. Quamvis enim multi omnino multa tradiderint de Romano prætore, & honorario jure, vix tamen quiſquam eſt, qui pro rei dignitate & data opera peregrinæ jurisdictionis fata perſecutus ſit. Olim aliquando ANTISTIUM LABEONEM libros triginta *prætoris peregrini* compoſuiſſe accepimus, *L. 9. §. 4. D. de dol. mal.* Sed quanto acerbior nobis eſt operis univerſi jactura; tanto miramur magis, non inventum eſſe poſtea, qui ad argumentum hoc, cum cura perpoliendum, tam illuſtri nomine excitari ſe pateretur. Paucis equidem, & Pag. 84.

velut in tranſitu nonnumquam hoc caput attigere, qui vel magiſtratuum generatim hiſtoriam compoſuerunt, vel ad Pomponii Enchiridion commentati ſunt, JCti; verum hi, & perfunctorie plerique ac aliud quaſi agentes id præſtiterunt, &, quod inſtituti ratio ſingula excutere non ſineret, non adeo proba & recta appoſuerunt. Quæ cum ita ſint, operæ erit pretium, quæ ad hiſtoriam & jura iſtius provinciæ pertinent, ſimul ex juris noſtri libris, ſimul ex aliis litterarum monimentis repetere, &, quæ alii ſparſim tradiderunt, ea hoc loco colligere & perſequi univerſa. Niſi exigere, certe ferre illud commode videtur, paraphraſeos hic locus, cujus de *peregrino edicto* tradita expendi accurate vix poſſunt, niſi de ipſius prætoris officio recte nobis conſtet. Quod ſi quædam minus aſſecuti, alia prætermiſiſſe videamur, ejus nobis rei
Pag. 85. veniam fieri tanto æquius eſt, quanto ipſius rarior & parcior eſt in legum libris mentio. Uti enim antiquiorum, ſi quæ huc pertinent, fragmenta ætatem non tulere: ita in ſequioris familiæ libris vix umquam opus fuit, magiſtratus peregrini meminiſſe; quod vulgata paſſim, & communicata cum ingenuis omnibus Romana civitas aliam longe peregrinorum faciem induxit. Quæ poſtquam occupavimus, nunc ad rem ipſam aggredimur.

§. II. Quod a principio, omnibus, qui militiæ aut magiſtratui præfuere, commune fuit, & quemcumque in re ſacra aut profana præfectum denotavit, PRÆTORIS nomen; illud poſtea ſupremæ illi & regiæ poteſtati, *conſulatui* puta, peculiariter & quaſi per excellentiam adhæſit: pervulgatum id ipſum & notius fere eſt, quam ut veterum auctoritatibus comprobare opus eſſe videatur. Non tantum *prætorem Tiburtinum*, *prætorem juventutis*, *prætorem ſacrorum* in vetuſtis monimentis deprehendimus; ſed diſerte etiam ASCONIUS PEDIANUS *in Verr. III. p. m.* 157. ait: *veteres omnem magiſtratum, cui paret exercitus*, prætorem *appellarunt*. Cui non dictus eſt CICERONIS locus *Libr. III. de legibus, cap.* 3. *regio imperio duo ſunto, iique* a præeundo, *judicando*, *conſulendo*, prætores, *judices*, *conſules appellantor*. Imo, ut nec ignorari videretur, quod FESTUS ait, voce: *prætoria: initio prætores erant, qui nunc conſules*; ipſe imperator noſter, loco valde importuno, *pr. Nov. XXIV. & XXV.* generale hoc & commune aliis elogium fuiſſe, memorat, ac affert eam in rem multa, ut ipſi videntur, valde acuta, ſed, ſi verum amamus, quavis Gallica nive frigidiora. Et eo adhuc
Pag. 86. tempore, quo ſalutares illæ & æternæ legum tabulæ, divino beneficio Romam commigraſſe perhibentur, eo conſules gaviſos eſſe nomine dubitare nos non ſinit LIVIUS *Libr. III. cap.* 55. *His temporibus*, inquiens, *nondum* conſulem *judicem*, *ſed* prætorem *appellari mos fuit*. Videtur veroſimilis ZONARÆ *T. II. p.* 28. ſuſpicio, inſtaurato poſt exactos decemviros conſulatu, & conſulare nomen in prætorii locum irrepſiſſe. Illa vero appellatio a conſule ad proximam lege poteſtatem, collegamque ipſius tranſiit. Cum enim alterius conſulatus facta eſſet plebi copia, in gratiam ejus amiſſi, peculiarem magiſtratum, qui judiciis præeſſet, & juri dicundo vacaret, conſtitui placuit, eumque *prætorem* nominari. Quo tempore, aut qua potiſſimum ratione permoti hunc magiſtratum creaverint, cum LIVIUS *Libr. VI. cap.* 42. *& VII. c.* 1. & JCtus in *L.* 2. §. 27. *D. de orig. jur.* indicant, tum late diſputant, qui ad hunc locum, alii, ut accuſent, alii, ut defendant, frequentem ſenatum habent, interpretes.

§. III. Et initio quidem unus functus eſt hoc magiſtratu, cujus jurisdictio ad eos, qui in urbe Roma commorabantur, omnino omnes pertinuit. Sed cum ſubinde urbs abundaret incolarum multitudine; ſolus vix ſufficere viſus eſt litibus, quæ, ut fit, aliæ ex aliis ſeri, & cum hominum numero & ipſæ augeri cœperunt. Atque ideo neceſſe fuit, alterum huic adjicere. Quod cum anno ab urbe condita DX, elapſo a primi prætoris natalibus ſæculo integro, &, qui excur-

(1) Ego ſic dicerem: *quoties ſive inter duos peregrinos, ſive peregrinum inter & civem controverſia eſſet:* non habita ratione, uter actor, uter reus ſit. Quale jus hodieque Conſules Bel-

excurrunt, aliquot annis, factum esse, LIVII *epitomator Libr. XXIX.* aliique gravissimi quique historiæ Romanæ conditores referant: mirum videri poterat, qui POMPONIUS *L.* 2. §. 28. *D. de orig. jur.* post aliquot tantum annos a creato primum prætore id contigisse memoret. Sed cum ipsum alias in ponendis annorum calculis aberrare, assidua est & frequens interpretum querela, tum & sollemne JCtis, vocabula, quæ exiguum alias temporis spatium indicant, ad longiorem moram signandam adhibere. Vid. FESTUM *voce: nuper.* JURETUM *ad Symmach. Libr. I. Epist. 6.* RUPERT. *ad Pomp. Enchirid.* §. 28. Pag. 87.

§. IV. Duo nunc in urbe prætores erant, uterque eadem potestate & imperio, sed non eodem honore & munere. Alter juris inter cives dicundi provinciam retinuit; inter peregrinos, aut civem & peregrinum, accepit alter. Ille ab eo tempore URBANUS, hic PEREGRINUS dictus. Non enim vero simile est, quod, vereor, ne in mentem venerit POMPONIO, *L.* 2. §. 27. *D. de orig. jur.* illi etiam, cum solus esset, nec dum adscitus collega, *urbani* elogium adhæsisse. Neque enim tum opus videbatur unum prætorem, ab alio quoquam addita hac nota discernere, neque obtulit se mihi auctoris locus, qui antiquiorem epitheti usuram comprobet. Alter peregrinus dictus est: quod nemo, nisi litterarum bene vehementerque rudis, ita accipiet, ut sibi hominem alio sub sole calentem, aut jure Romanorum civili defectum fingat. Quemadmodum Deos peregre advenientium tutelares, litterati aliquot lapides, quos ex GRUTERO & GUDIO adlegat EVER. OTTO *de tutela viarum publ. part.* I. *cap. 6. pag.* 131. PEREGRINOS dicunt, e. g. JOVI PEREGRINO: ita &, qui jura advenis administrarunt, ipsos peregrinos dictos esse, palam est. Qui sermonis elegantia & castitate se commendant, auctores, illi ad indicandum hunc magistratum sæpius fere aliqua circuitione uti solent, & *prætorem, cujus jurisdictio est inter peregrinos, aut inter cives & peregrinos, nominant*, Liv. *XXXIII*, 21. & *XLV*, 21. GRUTER. *Inscript. pag.* CCCCXCIII, 1. quomodo & Græca inscriptio apud GRUTER. *pag.* 503. στρατηγὸς κατὰ πολιν καὶ ἐπι των ξενων, Λευκιου Κορνελιου Σισεννα. VALERIO MAXIMO tamen I, 4, 2. JCtis sæpius, marmoribus quibusdam, imo & aliis non inauditus prætor *peregrinus*, & Livio persæpe, fors, provincia, jurisdictio *peregrina* dicitur. Non erit hic locus incommodus ad persequendum præcipuas dicendi formulas, quas ad significandum hujus prætoris munus adhibere solent rei Romanæ scriptores. Liv. *XXII*, 35. *Romæ juri dicundo urbana fors Pomponio; inter* cives Romanos & peregrinos *P. Furio evenit.* IDEM *XXIII*, 30. *M. Val. Lævinus* peregrinam sortem in jurisdictione *habuit.* IDEM *XXXII*, 28. peregrina jurisdictio *Minutio obtigit*; & *XXXIII*, 26. *prætores* provincias *sortiti, Fulo urbanam* jurisdictionem, *Acilius* inter cives & peregrinos. Eodemque modo *XXXIX*, 8. & 38. *XLII*, 1. TACITUS *Annal. I*, 15. Idem LIVIUS *XXXVII*, 50. *urbanam sortitus est*, & inter peregrinos, uti & *XL*, 1. *XLI*, 15. 21. 27. IDEM *XLV*, 16. *Prætorum sortes fuere: Cassii urbana, Juventii* inter peregrinos. Nec est infrequens illius in marmoribus mentio: GRUTER. *pag.* CCCXCIX, 6. CCCCXLVI, 4. CCCCXCIII, 1. DIII, 1. DIV, 1. DVI, 1. & *Reinesiani Syntagmatis* VII. 10. cet. Offerent se curatius scrutanti longe plura. Nos non adscripsimus, nisi potiora, & quæ inter legendum olim adverteramus. Ex his ergo omnibus non est difficile ad videndum, nunc inter *peregrinos*, nunc inter *cives & peregrinos* juris dicundi munus tribui. Quorum tamen ut ne quis alterum ab altero diversum esse existimet, quod existimasse videtur SIGONIUS *Libr. I. de judiciis, cap.* 7. vel LIVIUS efficiet, qui *Libr. XLV*, 21. factum laudat prætoris, cujus *inter cives & peregrinos esset* jurisdictio, M. Juvencii Thalnæ, cui is eodem anno *d. l. cap.* 16. sortem *inter peregrinos* tribuit. Quod ut intelligi possit, constituimus ante & præsumtum habemus toties ad nostrum eundum fuisse, quoties actio intendebatur (1) a peregrino. Quod cum adversus Quirites Pag. 88. Pag. 89.

(1) Belgici apud exteras nationes fere exercent, Belgam & indigenam jus dicendum est. G. O. R. sed adhibitis ex illa natione judicibus, si inter

rites non ſecus, ac adverſus extraneos fieri potuiſſet; ſequitur, ut modo inter duos pluresve peregrinæ ſortis homines jus dixerit, modo inter civem & peregrinum. Aut hoc in animo habuit, aut neſcio, quid ſibi velit POMPONIUS *L.* 2. §. 28. quod *plerumque* tantum inter peregrinos ejus juriſdictioni locum relinquat: niſi dixeris, digitum intendiſſe ad alia quædam, quæ interdum, præter ſortem hanc ſuam, eidem committi aut mandari ſolebant.

§. V. Quæ cum ita ſint, non erit ab hoc loco alienum, diſpicere, qui PEREGRINORUM nomine intelligantur. Antiquiſſimos olim Romanos *hoſtes* dixiſſe, quos poſteri eorum molliori vocabulo, peregrinos, ex FESTO, CICERONE, & *decemviralibus tabulis* conſtat, & hodie nemini, ne tyroni quidem cuiquam, obſcurum eſt. Sed non viguit diu hæc appellandi ratio. Paullo poſt, qui antea *hoſtis*, is dicitur *pereger*, aut, quod idem eſt, *peregrinus*. Quamvis enim frequentior ſit peregrinorum appellatio; tamen nec alteram harum vocum Romanis ignorari, & juris etiam interpretibus in uſu eſſe, comprobarunt JCti primi ordinis, SCHULTING. *ad Ulpian. Tit. XVII.* §. 1. & HEINECC. *ad legem Jul. & Pap. Popp. Lib. III. cap. 6. pag.* 406. Complectuntur vero Romani his vocabulis omnes, quotquot ſuprema illa Quiritium libertate ac jure deſtituuntur; uno verbo, qui cives non ſunt: ita ut verum atque unicum peregrinitatis criterium ſit, inter Romanos cives cenſum adſcitumve non eſſe. Id vero ſi eſt, efficitur inde, ut Latini nominis ſocii, Italici juris participes, & provinciarum, municipiorum, coloniarum aut præfecturarum legibus uſi, æque ac qui ſingulis his omnino carent, ad unum omnes, hac appellatione contineantur. Quamvis enim Latinorum jus fere æmulum fuerit civitatis, ipſique
Pag. 90. ſupra cæterorum ἀπολιδῶν ſortem longe eminuerint, attamen ne hi quidem excluſi videntur, ſi generatim peregrinorum in legibus mentio. Quod cum olim negare intenderet VERTRANIUS MAURUS *de jure liberorum cap.* 29. in ordinem redactus eſt ab doctiſſimo omnium *Legis Juliæ & Papiæ* interprete *Libr. II. cap.* 9. *p.* 15. Adde, viri eleganter docti, NORDKERKII librum *de Lege Petron. cap.* 1. *p.* 15. Eſt hæc generalis, catholica quaſi, & quæ ad urbis externæ [æternæ] incolas non magis, quam ad omnes in univerſo terrarum orbe ἀπολιδᾶς extenditur, ipſoſque barbaros comprehendit, ſignificatio, quæ & in illis SENECÆ *de morte Claudii, cap.* 2. *Hos pauculos, qui ſuperſunt, civitate donari: conſtituerat enim Gallos, Sauromatas, & ſi qui ultra glacialem boream incolunt Barbari, togatos videre. Sed quoniam placet aliquot* peregrinos *in ſemen relinqui*, cet. locum invenit. Nos vero cum peregrinorum juriſdictionem hoc loco commemoramus, non intelligimus, niſi illos publici privatique Quiritium juris exſortes, qui Romæ viverent. Non enim difficile eſt ad credendum, ad excellentiſſimum hoc & litterarum & quarumlibet aliarum rerum emporium, undiquaque omnis ætatis, ſexus, nationiſque homines, quaſi agmine facto, convolaſſe. Confirmat illud elegantiſſimus alter ejuſdem philoſophi locus ad *Helviam matrem, cap.* 10. quem, ut pæne longus ſit, liceat tamen adſcribere integrum, idque tanto magis, cum vel ex eo conſtare poſſit, quantopere e publica re fuerit, cauſſis peregrinorum ſingularem prætorem aſſignari. Ita vero ille: *Adſpice hanc frequentiam, cui vix urbis immenſæ tecta ſufficiunt, maxima pars illius turbæ ex municipiis & coloniis ſuis, ex toto denique orbe terrarum confluxerunt. Alios adduxit ambitio, alios neceſſitas officii publici, alios impoſita legatio, alios luxuria, opulentum & opportunum vitiis locum quæ-*
Pag. 91. *rens, alios liberalium ſtudiorum cupiditas, alios ſpectacula, quoſdam traxit amicitia, quoſdam induſtria. Nullum non hominum genus concurrit in urbem & virtutibus & vitiis magna pretia ponentem. Jube omnes iſtos ad nomen citari, & unde domo quiſque ſit, quære: videbis majorem partem eſſe, quæ relictis ſedibus ſuis venerit in maximam quidem & pulcherrimam urbem, non tamen ſuam.* Cave tamen exiſtimes, qui peregrino hoc jure, peregrinoque magiſtratu uſi ſunt, omnes alienigenas, & aliunde advectos eſſe; quamvis enim hoſpites illi ac advenæ plerique omnes peregrini ſint, vereor tamen, ut quis etiam inverſa vice peregrinos omnes

aliunde

aliunde adveniſſe recte credat. Quid? quod facile contingere poteſt, ut ne unum quidem pedem ex urbe patria umquam extulerit, qui tamen extranei loco habetur. Quod verum eſſe, præter Latinos, vel ii oſtendunt, qui deditiorum conditionis ſunt, aut qui ad peregrinitatem redacti; Vid. BRISSON. *Antiqu. Libr. I. cap.* 13. & 15. item & ii, qui ex cive & peregrina nati, ut plures alios nunc mittam, optimo maximo civium jure deſtitutos. Et hactenus de iis, quos libera republica, aut ſub initium oppreſſæ, *peregrinorum* nomen denotavit. Poſteaquam enim omnibus, qui in orbe Romano erant, jus civitatis communicaverat ANTONINUS, alia huic vocabulo adhæſit notio, quæ pro multiplici & varia juris, qua olim ſoli Quirites uſi, mutatione & ipſa ſæpius immutata eſt. Sed quæ nos, utpote ab hoc tempore & loco aliena, ſecuri prætermittimus. Quam migraverit ſignificationes ſuas hoc nomen, indicavit VALESIUS ad *Ammianum Marcellinum Libr. XIV. cap.* 6. eaſdemque ſuo more, id eſt doctiſſime, excuſſit vir illuſtris EZECHIEL SPANHEMIUS *Orb. Roman. Libr. II. cap.* 22.

§. VI. Redimus ad prætorem noſtrum, quem & munere & dignitate ab urbano diverſum eſſe diximus. Munere: quod inter peregrinos; ille inter cives jus reddidit: dignitate: quod ille major ac honoratior habitus eſt. Quod præter PLUTARCHUM *in Bruto* affirmat FESTUS: MAJOREM *prætorem L. Cæſar putat dici* urbanum; & paullo poſt: MAXIMUM *prætorem dici putant alii eum, qui maximi imperii ſit; alii, qui maximæ ætatis; pro collegio quidem augurum decretum eſt, quod in ſalutis augurio majores & minores appellentur, non ad ætatem, ſed ad vim imperii pertinere.* Inde forte contigit, ut quoties prætorias provincias, ſuam cuique, aſſignatas LIVIUS aliique auctores referant, toties fere primo loco eum nominent, cui in urbe juriſdictio; poſtea, cui inter peregrinos; poſtremo loco, quibus aliæ provinciæ obvenerunt. Et quamvis prætores deſignati in comitiis incertam omnes acciperent juriſdictionem, & ſorte, quam quiſque haberet, tranſigendum eſſet; poſtulavit tamen nonnumquam urbanæ provinciæ dignitas, ut extra ordinem illa alicui ex iis nominatim, vel SCto, vel populi auctoritate daretur. LIV. *XXIV*, 9. *Comitiis prætorum perfectis SCtum factum eſt, ut Qu. Fulvio* extra ordinem urbana *provincia eſſet, iſque potiſſimum conſulibus ad bellum profectis urbi præeſſet.* Atque hoc ipſum non leves aut exiguas turbas & contentiones excitavit, dum alii deſignatorum, qui ſui fiduciam haberent, honoratiorem hunc locum citra ſortis aleam vehementius appeterent; alii hoc ſe munere, ſortis certe beneficio, excluſos gravius acerbiuſque dolerent. Suppetunt illuſtria duo ejus rei in Romanorum hiſtoriis exempla. Alterum APPIANUS refert *Libr. II. bell. civil. pag.* 811. *edit. Toll.* & PLUTARCHUS *in Bruto*; alterum DIO CASSIUS *Libr. XLII. pag.* 198. Nobis nunc loca ipſa, eaque bene longa adſcribere, non vacat. Præter hæc omnia inter hanc juris Romani civibus dicundi ſortem, & alias quaſcumque, omnino non parum interfuiſſe diſerte CICERO *pro Muræna* comprobat *cap.* 20. *Hujus ſors ea fuit, quam omnes tui neceſſarii optamus* [*tibi optabamus*], *juris dicundi, in qua gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio, qua in ſorte ſapiens prætor* [*qualis hic fuit*] *offenſionem evitet æquabilitate* [*vitat æqualitate*] *decernendi, benevolentiam adjunget* [*adjungit*] *lenitate audiendi. Egregia & ad conſulatum apta provincia, in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum voluptate ludorum concluditur. Quid tua ſors? triſtis, atrox? cet.* Quæ quamvis ita ſint omnia, vereor tamen ut probari poſſint, quæ non ineruditos etiam Romanorum rituum conditores tradidiſſe memini: unum urbis prætorem *honoratum* dici, &, quod ex hujus edictis deſcendit jus, ſolum honorarii nomine intelligi. Sed de peregrinis edictis paullo poſt agemus ex inſtituto.

Pag. 92.

Pag. 93.

§. VII. Et de officio magiſtratus noſtri expoſuimus & de loco; ſequitur ut de imperio ac poteſtate diſpiciamus. Etiam, quantum ad hæc attinet, eſſe urbano illo longe inferiorem, ſunt qui cenſeant; ſed ſi verum amamus, eadem utrum-

que poteſtate fuiſſe confitebimur. Magiſtratui uni in collegam ſuum imperium tribuere, ab omni juris ratione alienum eſt. Quid, quod urbano peregrinus nonnunquam interceſſiſſe invenitur; aut quæ ille decreverat, revocaſſe: luculento indicio, illum imperio quidem nihil anteiviſſe. *Lucius Piſo*, CICERONIS verba ſunt, *Libr. II. in Verr. cap.* 43. *multos codices implevit earum rerum, in quibus ille interceſſit, propterea quod iſte aliter, atque ut edixerat, decreviſſet:* & *Cæcilium*, quem vocat, tribunal ſuum prope Trebonii, non ſorte, ſed Cæſaris voluntate honoratiorem provinciam conſecuti, ſellam collocaſſe, & ſi quis appellaret, auxilium præ ſe tuliſſe, inque iis, quæ ad Cæſaris arbitrium ille edixerat, interceſſiſ-
Pag. 94. ſe, auctor eſt DIO CASSIUS *Libr. LXII.* nec inficiatur ipſe CÆSAR *Libr. III. de bello civil. cap.* 20.

§. VIII. Sed ſi rem ipſam putemus, quid inter utramque præturam interfuit? FRANCISCUS HOTOMANUS *in deſcript. magiſtrat. pop. Rom. hac voce,* &, qui ipſum bene & gnaviter exſcripſerunt, alii, triplicem differentiam ſibi reperiſſe viſi ſunt. Nos ſingulas altius repetemus, ab ea, quam is poſtremo loco commemoravit, initium facturi. *Prætor urbanus*, habes verba HOTOMANI, *edictum in albo proponebat, quibus de rebus jus anno ſuo dicturus ſit, cum alter nuſquam, quod ſciam, legatur propoſuiſſe, ſed, ut opinor, ex urbano edicto jus dicebat.* Cui jus hoc edicti peregrinis prætoribus neganti, vel verbo aſſentiti ſunt bene multi. Nos e turba nominemus, rarum & eximium juriſprudentiæ decus, JO. SCHILTERUM, *de jure peregrinor.* §. *IX.* & ſi parvis magna conferre licet, ROSINUM *Libr. VII. Antiqu. Rom. cap.* 11. Vereor tamen ne injuria fiat SCHUBARTHO, quem vir illuſtris HEINECCIUS in iiſdem numeris habet. Ob ea certe, quæ de *Fatis juriſpr. Rom. pag.* 399. monuit, fere in alia omnia iviſſe cenſeri poteſt. Et recte, ſi quid video, facultatem, quo pacto jus redditurus ſit, edicendi, utrique prætorum eodem jure alii tribuunt. Intelligimus plerumque per hæc edicta, formulas initio magiſtratus publice propoſitas, inque univerſum annum conceptas. Differunt ab his aliæ, eæque ſubitaneæ & ſingulares prætorum edictiones, de eo, ſi quid de improviſo accidiſſet, aut ſi ab uno homine, aut in judicio aliquid faciendum. E. g. ſi vi de poſſeſſione dejectus, eo, unde dejectus, reſtituendus eſſet, aut ſi Cajus intra certum tempus adeſſet, aut alius urbe & Italia exire juberetur, & ſi quæ ſunt alia ejuſmodi. Utriuſque vero generis edicta a prætore peregrino proponi ſolita eſſe, facili opera compro-
Pag. 95. babimus, eam viam inituri, ut quæ ab aliis in hanc rem allata ſunt, primo loco; poſtea etiam, quæ primum detexiſſe viſi nobis ſumus, non dubiæ auctoritatis argumenta, longo ordine recenſeamus.

§. IX. ANTISTIUM LABEONEM *prætoris peregrini libros XXX.* aut ſi plures ſint, ſcripſiſſe, ex *L.* 9. §. 4. *D. de dol. mal.* intelligitur. Equidem, quod video viro apprime erudito REINOLDO *Varior. cap.* 37. in mentem veniſſe, his eum libris edictum peregrini prætoris interpretatum fuiſſe, id ægre mihi perſuaderi patiar, propter ea, quod præter *utriuſque prætoris* libros, diverſos ab his *ad edictum* compoſuiſſe deprehendatur LABEO, GELL. IV, 2. *Noct. Att.* HEINECC. *ad Digeſt. de Orig. jur.* §. 41. Attamen hoc argumento id certe effici poſſe ſpero, peregrinæ ſorti alias omnino partes, aliam rationem, alia jura fuiſſe, quam urbanæ; ut vel ideo peculiari edicto opus fuiſſe videatur. Quid alias attinuit tam amplo, & ſpatioſo volumine, libris plus quam triginta, de officio prætoris peregrini commentari. Nonne ſatis erat, aut generatim de prætore, aut de juriſdictione inter cives expoſuiſſe. Sed quid opus eſt his concluſiunculis, ubi diſerta adſunt auctorum teſtimonia? Alterum BOETHII *in Topic. Cicer.* quod neſcio cur ad partes ſuas trahat diſſentiens a nobis SCHILTERUS *l. c. Edicta,* in-

(2) Peregrinum hunc fuiſſe, recte concludit Mylius. Vide PIGHII *Annales* ad A. U. 703. [704.] Tom. III. pag. 424. med. G. O. R.

(3) Incaſſum hoc adfirmari, atque SCtum illud

inquit BOETHIUS, *magiſtratuum ſunt, quæ prætores urbani & PEREGRINI jura dixerunt cet.* Alterum THEOPHILI eſt, §. 7. & 8. *Inſtit. de jur. nat. gent. & civ.* fundus omnis noſtræ diſputationis & occaſio. Verba ipſa, quia Græca ſunt, & noſtri ea faſtidiunt, dicam an reformidant? non appono. Quorum utrique, Boethio æque ac Theophilo, ut fortaſſe ſint, qui parum auctoritatis & roboris relinquant, hic tamen in tanta omnium conſenſione fides non debet denegari. Quid enim opponent VAL. MAXIMO I, 3, 2. *C. Cornelius Hiſpallus*, PRÆTOR PEREGRINUS, *M. Popilio Lænate Cn. Calpurnio coſſ.* EDICTO *Chaldæos intra decimum diem abire ex urbe, & Italia juſſit.* Pag. 95.

§. X. Quæ quidem ut ne quis omnia ad extemporales illas & extraordinarias edictiunculas referat, leges annuas propoſitas neget, dabo nunc alia, quæ in promtu ſunt, ejus rei argumenta. Cum veteri SCto, tum Cornelia lege, cautum eſt, ut prætores ex edictis perpetuis jus dicerent, nec quod ſemel edixerant varie immutarent. Dederat huic rei anſam, quod illi, ut DIO CASSIUS refert, *jus, quod ad contractus dirigendos poſitum erat, negligerent, neque ſcripto jure facile ſtarent.* Quod quidem potiſſimum ad eum, qui peregrinam ſortem in juriſdictione habuit, ſpectare, obſervat SCHUBARTHUS *de fatis juriſprud. Rom. pag.* 398. *ſeqq.* Et videtur ipſe Dio caviſſe, ut ne ad ſolum urbanum quis reſtringeret. Qui dixiſſet alias in iis, quæ paullo antecedunt, παντες στρατηγοι cet. vide, ſi lubet, *hiſtoriam Theophili, cap.* 2. §. 4. *pag.* 13. Aliud argumentum CICERO ſuppeditat *Epiſtol. ad diverſ. Libr.* XIII. *epiſt.* 59. & ex eo J. F. GRONOVIUS *ad h. l.* & EV. OTTO *ad* §. 7. *Inſtitut. de jur. nat. gent. & civ.* Datæ ſunt hæ Ciceronis litteræ ad *M. Curtium Peduceanum, prætorem* (2), ut inſcriptio indicat: *Servabis*, inquit, *ut tua fides & dignitas poſtulat*, edictum *& inſtitutum tuum.* Sed cum urbanam provinciam Titium Rufum adminiſtraſſe, ea quæ proxime antecedit epiſtola luculenter oſtendat, quid ſupereſt, niſi ut ad alium, ſed in urbe, prætorem hæc referantur. Ut ne quis enim ad eum, qui eſſet pro prætore in provincia, litteras dari exiſtimet, certum eſt Romam ex provincia ſcriptas eſſe. Et præter hæc omnia Romanis & peregrinæ ſortis hominibus recte ex eodem edicto jus redditum eſſe, immo, ſi Romanæ rei ſtatum conſideres, vel reddi potuiſſe, recte ſapienterque negant multiplicis doctrinæ viri SCHUBARTHUS & OTTO locis citatis; propterea, quod plura longe propria civibus Romanis fuerint & peculiaria jura, quorum uſura hoſtibus ac *externis* (nam & ſic vocantur civili jure deſtituti, *L.* 13. *D. qui teſtam. facer. poſſ.* & *L.* 7. *de captivis & poſtlim.*) negata. Pag. 97.

§. XI. Hactenus eæ, quas aliunde congeſſimus, rationes; ſed habemus & alias, & quæ, niſi fallimur, noſmet ipſi nobis primum reperiſſe viſi ſumus. Suppetunt enim duo loca, quæ edictorum prætoris peregrini non obſcuram mentionem faciunt: CICERO *in Orat. I. pro Cornelio*, majeſtatis reo, cujus nobis pauca fruſtula ſervavit ASCONIUS: *Lucius Siſenna bonorum Cn. Cornelii poſſeſſionem ex* edicto *ſuo P. Scipioni adoleſcenti, ſumma nobilitate, eximia virtute prædito, dediſſet*, cet. *Is eſt L. Siſenna*, adnotavit ad hæc ASCONIUS, *qui res Romanas ſcripſit.* Is vero quam ſortitus eſt provinciam? peregrinam (3), reſpondeo, idque probabo SCti fragmento, quod ſingulari temporum felicitate nobis ſervatum, poſt alios GRUTERUS exhibet *Inſcr. pag.* DIII.

ΕΠΙ ΥΠΑΤΩΝ, ΚΟΙΝΤΟΥ ΛΥΤΑΤΙΟΥ ΚΑΤΛΟΥ, ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΙΜΥΛΙΟΥ ΛΙΠΕΔΟΥ, ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΤΕ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΞΕΝΩΝ, ΛΕΥΚΙΟΥ ΚΟΡΝΕΛΙΟΥ ΣΙΣΕΝΝΑ.

id

lud male ſic verti, docebit Excurſus noſter IX. & Mylius & typographus ſæpius aberrarint. ubii d multo integrius exhibebimus, quum hic Adde etiam finem notæ ſq. G. O. R.

id eſt:

Qu. Lutatio Catulo & M. Æmilio Lepido, coſſ. prætore inter cives & peregrinos L. Cornelio Siſenna.

Pag. 98. M. Cœlium Rufum, ſeu, ut vocat DIO CASSIUS, *Cæcilium* prætorem, Trebonio majori collegæ adverſatum ſæpe eſſe, ſupra vidimus. Is Cœlius peregrina provincia functus, DIONI *leges publicas* propoſuiſſe, iiſque præter alia, quæ contra jus ac æquitatem edixiſſet, mercedes habitatoribus remiſiſſe dicitur. Quo dicendi modo illum edicta (4) ipſius indigitare, & ea quæ loco & tempore conjuncta ſunt, oſtendunt, & facile patitur Græcorum Romanorumque ſollemnis, edicta legum nomine continendi, conſuetudo. Quæ cum ita ſint, ego in aprico eſſe arbitror, prætorem urbis æque ac peregrinorum publice de ea, qua jus dicturus erat, ratione edixiſſe.

§. XII. Faciliori negotio tranſigemus de reliquis duabus, quas HOTOMANUS ſuppeditat, diſcrepantiis. Sunt enim ita comparatæ, ut facile ex iis, quæ ad nos pervenerunt, litterarum legumque monimentis oſtendi queant. *Solos cives Romanos apud urbanum agere potuiſſe, peregrinos non potuiſſe*, refert JCtus. Quid ſi ergo a peregrinis in jus vocandus erat civis Romanus? Nolim cum CUJACIO *ad tit. de officio prætor.* & MUELEN *de orig. jur. ad* §. 28. quiſquam exiſtimet, rei tum rationem habere, & ad urbanum ire, peregrinos oportuiſſe. Imo ſufficit ASCONIUS exemplum ducti in judicium civis (5) a peregrino, & Lucullum prætorem peregrinum jus dixiſſe, refert, quod fieri non potuiſſet, ſi forum rei potius, non actoris ſpectandum fuiſſet. ASCONIUS *in orat. contra competitores: Græci, quos ſpoliaverat, eduxerunt Antonium in jus, ad M. Lucullum prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat.* Sed quid dicemus de *actione legis*, quam alii fuiſſe apud hunc peregrinum negant, alii adfirmant: HOTOMANUS: *Apud urbanum lege agebatur; apud hunc nequaquam.* Non convenit ea de re JCtis primariis,
Pag. 99. CUJACIO *ad tit. de offic. prætor.* GRAVINÆ *Orig. jur. civ. Libr. I.* §. 35. CAMPIANO *de officio & poteſtate magiſtrat. Rom.* §. *LXVIII. pag.* 209. Noſtrum non eſt has lites componere, ſed cum ALEANDER *ad Caji Libr.* II. *tit.* 1. aliique obſervaverint, actionum harum alias tribunal, alias magiſtratum, alias ne hunc quidem requirere, venit in mentem ſuſpicari, nec peregrino prætori eas negatas fuiſſe. Erit hic locus opportunus quæſtioni, an de repetundis quæſiverit peregrinus prætor. Videri ita poterat ob Aſconii locum, quem paullo ante adſcripſimus; ſed cum Antonius nondum eo tempore prætor, nec publicas, quas non debuiſſet, pecunias acceperit, ſed nactus forte aliquot turmas equitum, Græcos illos ſpoliaſſe videatur; nec repetundarum id crimen, quo de Marcus Lucullus quæſivit, videtur fuiſſe. Vid. HOTOM. *de magiſtrat. Rom. voc.* prætor peregr. & *voce:* quæſtores parricidii.

§. XIII. Nec tamen adeo neceſſaria viſa eſt hæc peregrinorum prætura, quin etiam, poſteaquam duo creari prætores cœperunt, nonnumquam nni & peregrina

(4) Recte quidem, ut eam rem novo argumento firmaret ſupra laudatus MYLIUS, provocavit ad exemplum M. Cælii Rufi, ſive ut eum Dio vocat, Cæcilii, qui peregrina provincia functus, *auxilia debitoribus adverſus creditores, mercedeſque habitationum annuas ſe conductoribus remiſſurum, pollicebatur.* Hæc enim verba edictum non obſcure indicant. Sed quod idem putavit, per *legem* ab eo Prætore *per ſe promulgatam, qua merces habitationum omnis conductoribus remittebatur, tabulæque novæ proponebantur*, Edictum ſignificari, id ſatis refellit ipſa narratio Dionis, & novas tabulas proponendi ratio, quæ fiebat per legem. Neque valet alterum argumentum, quod idem e fragmento Cic. ex Aſconio . . . . duxit. Non enim conſtat, L. Siſennam *eo anno* Prætura peregrina functum eſſe.

CONRADI I. *Parerg.* 1. pag. 24.

(5) Vide ſup. not. 1. ad §. 4. G. O. R.

grina ſors & urbana data fuerit, quod potiſſimum eo tempore factum eſſe credibile eſt, quo provinciarum tumultus & turbæ plurium præſentiam expoſcerent. LIV. XXV, 3. *P. C. S.* (6) *peregrina & urbana, quæ duorum antea ſortes fuerant.* Atque ab hac fere tempeſtate continuit urbana juriſdictio peregrinam, atque hic mos per plures annos ſervatus eſt, *conf.* LIVIUM *Libr.* XXV. & XXVI. *paſſim. Idem* XXVII, 36. illi, cujus erat major juriſdictio, & peregrinam datam refert, *ut tres in provincias exire poſſent.* Et ſæpius id factum eſſe vel conſtat ex eodem LIVIO XXXVI, 2. XXXVII, 50. Imo præter urbanam alia etiam interdum peregrinæ illi adhæſit, Gallia ſæpius, tum & aliæ nonnumquam, *peregrina cum Gallia evenit* uni prætori apud LIV. XXVII, 1. & XXIX, 13. *Peregrina, & quo ſenatus cenſuiſſet.* XXVII, 22. XLIV, 17. Alias etiam ſua quaſi ſponte tradidiſſe, & collegæ alteri commiſiſſe videntur peregrinam provinciam. LIVIUS XXVIII, 11. *Prætor* peregrinus, *Manilius, collegæ provincia tradita in provinciam* (7) *habuit.* Pag. 100.

§. XIV. Sed quo uſque hæc juriſdictionis urbanæ ac peregrinæ diſtinctio duravit. Hadriani tempore fuiſſe, qui inter cives ac peregrinos jus diceret, lapis oſtendit apud GRUTER. *pag.* CCCCXCIII, 1. quem jam antea adduximus. Niſi fallimur conjectura, ab eo forte tempore defecit, quo ingenuo cuique facta eſt ab Antonino, ſive is Caracalla fuerit, ſive alius quiſquam, jus Quiritium copia. Inde enim factum eſſe, ut alia *peregrini* vocabulo adhæreret notio, iique, pro omnibus, non ex ipſa urbe oriundis, acciperentur, erudite omnino docet SPANHEMIUS *Orb. Rom. Exerc.* II. *cap.* 22. *pag.* 363. Nec eſt prætoris peregrini ulla in poſterioris ævi monumentis memoria. Et hæc de PRÆTORE PEREGRINO attuliſſe ſufficiat.

(6) *Et Prætores provincias ſortiti ſunt: P. Cornelius Sulla urbanam & peregrinam, quæ* &c. Sic Livius. G. O. R.

(7) Forte *abiit* voluit Mylius. Mire autem verba Livii immutavit, apud quem cap. 10. (nihil hujus rei exſtat cap. 11.) hæc invenio: „ Prætores exinde ſortiti ſunt: M. Cæcilius „ Metellus urbanam, Q. Mamilius (*non Ma-* „ *nilius*) peregrinam, C. Servilius Siciliam, „ Ti. Claudius Sardiniam. Exercitus ita di- „ viſi: conſulum alteri. . . . . Et Q. Mami- „ lio, ut, collegæ juriſdictione tradita, Gal- „ liam cum exercitu, cui L. Porcius propræ- „ tor præfuerat, obtineret, decretum eſt". G. O. R.

EXCURSUS III. ARTIC. IV.

SIVE

JO. HENRICI MYLII, J. U. D.

DISSERTATIO

AD

THEOPHILI

Libr. I. Tit. II. §. 2. & Tit. V. §. 4.

DE JURE QUIRITIUM.

Pag. 103. §. I. PErtinet ad THEOPHILI vindicias, diſpicere de JURE QUIRITIUM, quod dum deſcribit ille *Paraphr. tit. de jure nat. gent. & civ.* §. 2. non obſcure ſignificat, idem ſibi eſſe cum JURE, quod appellamus CIVILE. Qua in re utut non diſſentiat ab exemplari Latino, cum tamen ſponte ſua eadem titulo *de libertinis* §. 4. repetierit, poſſet nihilo minus erroris, nec immerito, poſtulari, ſi certum ſit, eſſe duo hæc invicem ſejungenda. Verba ipſius: Ὡσαυτως και το νομιμον ᾧ ἡ Ρωμαϊκη κεχρηϑ πολιτεια *jus Quiritium*, τουτ' εϛι, ᾧ κεχρηνται οἱ κειριται. Οἱ γαρ Ρωμαιοι απο Κουιριτινου, τουτ' εϛι Ρωμυλου, του εξ Αρεως γηγεσιν εχειν αυχουντϑ. κουιριται ωνομασμενοι. κ. τ. λ. Et tit. *de libertinis*: ἡ γαρ ενομωϑ δεσποτεια λεγεται *jure Quiritium*, τουτ' εϛιν εκ του δικαιου των κουιριτων, (al. εκ του νομου των πολιτων) Ρωμαιων· οἱ κουιριται γαρ Ρωμαιοι απο Ρωμυλου, εξ ου την αρχαιογονιαν εσχηκασιν. Pag. 104. Non conveniunt de duplici hoc jure conſulti: quorum alii latius civitate jus Quiritium, alii anguſtius faciunt; alii alio pacto diſcriminandum, imo pars nequidem eſſe ab illa diverſum pronunciat. Nos in rem præſentem veniemus, & potiores de eo ſententias perſequemur. Sed omnium a vero aberravit longiſſime viri docti THEODORI RYKII *Animadv. ad Tacit. Hiſtor. Libr. I. cap.* 78. ſuſpicio, jus, quo QUIRITES utantur, eſſe id, quod dicimus JUS LATII, quodque eſt inter civitatis & Italiæ jura medium. Sed quis umquam audivit, *Latinorum* jura ad *Quiritium* prærogativas adſurrexiſſe? unde extricabit RYKIUS, quæ eum juvent, idonea argumenta? Et reduxit eum in viam vir magnus EZ. SPANHEMIUS in *Orbe Romano, ad Leg.* 17. *D. de ſtatu hom. Exerc. I. cap.* 9. *pag.* 57.

§. II. Audiamus nunc PAULLUM MANUTIUM (1), quo neſcio an multi feliciore ſucceſſu ad antiquitates Romanorum acceſſere. Is *de civitate Rom. pag.* 12. juris Quiritarii aliquam portionem civitatis jus, & quaſi ignobiliorem ejus ſpeciem, ipſoſque Quirites civibus longe honoratiores cenſet. Juvat eum egregie,

(1) Hanc Manutii ſententiam neque plene ſatis propoſuit (Mylius), neque firmis ſatis rationibus refutavit, adeo ut mentem Manutii ne recte quidem percepiſſe videatur. TREKELL *in Select. Antiq.* P. I. pag. 114.

gie, quod manumiſſo Romano jus hoc Quiritium non raro expetitum aut impetratum dicatur; numquam vero jus civis, quo, ſi pleno jure manumiſſus erat, jam cum ipſa libertate donabatur: perſæpe tamen peregrinos, ſeu ingenuos ſeu libertinos, civitatem hanc impetraſſe, traditum inveniamus. Adſcribam ſententiæ hujus fundum, loca aliquot PLINII JUNIORIS, qui *Epiſt. X*, 4. *Quare rogo des ei* CIVITATEM *Romanam. Eſt enim* peregrinæ *conditionis, manumiſſus a* peregrina: *vocatur ipſe Harpocras. Item rogo, des jus* QUIRITIUM *libertis Antoniæ Maximillæ Heliæ & Antoniæ Harmenidi.* IDEM *Epiſt. X*, 5. *Ago gratias* Pag. 105. *domine, quod & jus* QUIRITIUM libertis *neceſſariæ mihi feminæ*, & CIVITATEM *Romanam Harpocrati Jatraliptæ meo, ſine mora indulſiſti.* Et *Epiſt. X*, 6. *Rogo, ut propinquis ejus des civitatem, Chryſippo Mithridatis, & Stratonicæ Epigoni, item liberis ejuſdem Chryſippi, ita ut ſint in patria poteſtate, utque in libertos ſervetur jus patronorum. Item rogo indulgeas* JUS QUIRITIUM *Lucio Satrio Abaſcantio, & Publio Cæſio Phoſporo*, & *Panchariæ Soteridi.* Neque tamen ſunt hæc conſtanti ſollemnique uſu ſervata. Cum enim alia ſuppetunt loca, quæ peregrinis æque ac civibus jus Quiritium tributum eſſe oſtendunt, tum & Panchariam Soteridem, quid oſtendit Romanum fuiſſe libertum; quod ſi etiam reliquos duos *Epiſt. 6.* memoratos, ob nomen, quod gerunt, Romanos credas. Deinde unde colligas, hos pleno jure, id eſt, tributa una civitate, manumiſſos; nec Latinos Junianos fuiſſe. SUETONIUS *Claud. cap. 19. civi vacationem legis Poppææ*, LATINO *jus Quiritium datum*, qui locus nec fugit MANUTIUM *pag. 19.* Poſtremo apud alios promiſcue modo Quiritum jus, modo civitatis datum eſſe libertis, iiſque ſive peregrinis, ſive Romanis palam eſt. PLINIUS certe iſque major, *Libr. XXIX. cap. 6. primus e medicis Romam venit e Peloponneſo Archagathus Lyſaniæ filius, eique* jus Quiritium *datum*, citra dubium peregrino, nec dum civi. Nonne ipſa manumiſſio QUIRITES efficit, ſi audias PERSIUM *Sat. V. una* Quirites *vertigo facit.*

§. III. Ergo opus eſt, ut alia nos ratione his tricis expediamus. Certe aliam viam ingreſſus eſt doctiſſimus de *antiquo jure civium Rom.* commentator *Libr. I. cap. 6. ad 13. fin. & de antiquo jure Italiæ, Libr. I. cap. 4.* traxitque in partes ſuas SPANHEM. *Orb. Roman. Exercit. I. cap. 9. & II. cap. 5.* SCHULTING. *juriſpr.* Pag. 106. *ant. pag. 574.* HEINECC. *Antiqu. Roman. Libr. II. app. cap. 1. §. 23. ſeqq.* alioſque noſtræ ætatis (2) JCtos. Qui quidem omnes id agunt, ut QUIRITIUM jure, quæ ad domeſticam cujuſque vitam pertinent, contineri oſtendant, CIVITATEM vero ad publica etiam jura porrigant. Ergo, his arbitris, quæ Romanis competunt jura connubiorum, dominii, patrium, hereditatum, uſucapionum, alia, ad *Quiritium* jura pertinent. *Civitas* privilegia, ſuffragiorum, honorum, cenſus, militiæ, vectigalium, & ſi quod aliud eſt, publicum jus complectitur. Sed videbimus, quo id jure aut qua fiat injuria? PLINIUS locis, quæ ante indicavimus, *peregrinis* quibuſdam jus civitatis, id eſt, publicum, *libertis* vero *Romanis* Quiritium ſeu privatum rogat, & quo erat apud Trajanum loco, facile impetrat. Scilicet, quod vetus juris fragmentum apud SCHULTINGIUM *pag. 803. §. 6.* ait: *manumiſſis jam competit civitas Romana*, hoc eſt, SIGONIO interprete, jurium, quæ ad publicam rem pertinent, uſura: at vero ipſe SIGONIUS *Libr. II. de ſtat. jur. civ. cap. 14.* tradit, & quis ambigat? eodem jure privato cum civibus uſos eſſe libertini generis homines, ſed honorum, ſtipendiorum, ſuffragiorum, aliorumque id generis, publico jure deſtitutos. Sequitur ex hoc, ut Quiritium jus conſequuti nil aliud acceperint, quam cujus jam antea habuere poteſtatem. Sed fac, quos PLINIUS memorat, Latinos libertos fuiſſe, non cives, atque ideo ne privato quidem hoc jure uſos? cur his

(2) Pro Sigonio diſputat v. Cl. TREKELL *Select. Antiq.* P. I. pag. 124. ſqq. Quum vero nec ipſe Sigonium ſequatur, quid opus illa deſcribere? G. O. R.

his privata tantum jura, exteris & peregrinis ipſa etiam publica exorat. Imo jus patrium nonne ad privata pertinet? Non inficiatur ipſe SIGONIUS. Tamen PLINIUS *Libr. X. ep. 6. rogo ut des* civitatem *Chryſippi liberis, ita ut* SINT IN
Pag. 107. POTESTATE PARENTUM, *utque iis in libertos ſervetur* JUS PATRONORUM. Contra ea ULPIANUS *L. 1. D. de bon. libert.* ait, *grande beneficium, cum liberti ad* civitatem *perducantur.* An vero credibile illis juribus, quæ hoc nomine comprehendi vult vir doctus, eos graviſos eſſe?

§. IV. Non eſt prætereunda hoc loco, quam vir elegantis doctrinæ JO. FRID. CHRISTIUS *Libr. II. Noct. academ. cap. 6.* expoſuit, conjectura. Cum enim MANUTIO aliiſque jus hoc Quiritium excellentius longe atque auguſtius creditum fuerit, quam jus civium Romanorum, hoc ut ſe viro claro probet, tantum abeſt, ut vilius longe ac tantum fæci civium & proletariæ plebeculæ proprium eſſe exiſtimet. Sed, quod ſi de meo ſenſu judicare fas eſt, eoſdem eſſe cives Romanos, cum his, quos vocamus Quirites: quod ipſum non adeo ut arbitror male comprobavit GUNDLINGIUS eo, quod ad univerſum populum verba facturi oratores, QUIRITES compellarent, quodque præco edicturus comitia, OMNES QUIRITES convocaret. Recte STRABO *Libr. V. Geograph.* Κουιρίτας ονομαζουσιν οἱ δημηγοροῦντες τους Ρωμαιους. Neque videtur mihi poſſe idoneis argumentis firmari, quod vir eximius tradit, de patricio & ſenatore in ſuffragia cum plebe & proletariis non eunte. Imo horum potius, quam ignobiliorum in comitiis habitam rationem vel inde apparet, quod ſedulo operam dederint, ut ſua, pauciorum quamlibet, ſuffragia vincerent reliquorum, ſiquidem numerum ſpectes, omnino majora. Inde enim eſt illa Romanorum omnium in centurias, & harum in quinque claſſes diſtributio. Qui vero ſuffragium tuliſſent in prima claſſe, niſi, ut ita dicam, majorum gentium Quirites, &, ſeu ex
Pag. 108. patribus, ſeu ex plebe nobiliores. A. GELLIUS tradit *Noct. Att. Libr. XV. cap. 17.* TRIBUNOS *neque advocare patricios, neque ulla de re ad eos referre poſſe.* Id vero ſi eſt, efficitur inde tantum, ad plebis comitia, quæ tributa appellamus, advocatos non eſſe (3) civitatis primores. Sed ad comitia centuriarum vocari potuiſſe, quis negabit? & vocatos omnino eſſe, paullo inferius oſtendemus. Equidem nec interfuiſſe tributis comitiis certum eſt, ſed unde id factum eſt, niſi, quod nulla in iis cenſus, ordinis, ætatis ratio haberetur. Quam hinc facile eſt ad conjiciendum eo comparuiſſe frequentius, quando populus in centurias conſcriptus coibat, fierique poterat, ut unius aut duorum primæ claſſis civium tabellæ ſexcentis aut pluribus proletariorum & capite cenſorum ſuffragiis eſſent potiores. Cur diebus comitialibus ſenatum habere nefas erat, niſi quo nemo ullus civis a ſuffragio avocaretur? Sed habemus & alia, eademque exceptione omni majora ejus rei documenta, VARRO *Libr. III. de re ruſt. cap. 4. comitiis ædilibus cum ſole Caldo ego atque Appius* SENATOR *tabulis ſuffragium tuliſſemus.* VALER. MAXIM. *Libr. IV. cap. 5. ex. 3. magna cum invidia, fortuna prætoriis comitiis Africani ſuperioris filium Cn. Scipionem & Cicereium in campum deduxerat. Cicereius ut vidit ſe omnibus centuriis Scipioni anteferri, templo deſcendit, abjectaque candida toga competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit.* Sic CICERONI *pro Plancio cap. 14. Plancius, vir ſummo & equeſtri loco natus,* quod antea oſtenderat, ſuffragium *tuliſſe, & primus ſciviſſe legem de publicanis dicitur.* Sic *pro P. Sextio: Gellius,* ait, *homo & fratre indignus, viro clariſſimo atque optimo conſule, & ordine equeſtri, cujus ille ordinis nomen retinet, is de me ſuffragia tulit, is affuit,* cet. Aut ego vehementer fallor, aut ex his omnibus efficitur, patricios omnino, & no-
Pag. 109. biliorem quemvis, ipſos etiam ſenatores, non ſecus ac tenuioris ſortis homines in ſua quemque tribu & centuria ſuffragii tabulam in ciſtam injeciſſe, nec vide-

(3) Advocati ſunt procul dubio, ſiquidem nemo Quiritium tribu carebat; ſed multitudo in iis capitum, non cenſuum magnitudo prævalebat: unde forte, ſi res eſſet minoris momenti,

videtur quidquam ſubeſſe cauſſæ, ut hos tamquam ſexagenarios & inutiles de ponte deturbemus. Omiſi prudens loca, quæ tantum probant præſentes adfuiſſe comitiis, de quibus loquimur, civitatis principes, cum poſſint adfuiſſe, vel ut eorum ratio haberetur in magiſtratuum; vel ut ad ſuadendum diſſuadendumve prodirent in legum comitiis, vel in quibuſcunque, ut ſedentes pro tribunali arbitros aut ſpectatores ſe præberent, quod de conſulibus ait LIVIUS *Libr.* XXXIX.

§. V. Quæ quidem omnia ſi ita ſunt, uti omnino eſſe, poſt ea quæ diſputavimus, ambiget opinor nemo, videtur omnino illa QUIRITIUM compellatio non ad ſolam togatam plebem pertinuiſſe. Quod ipſum ut magis firmem, provoco ad legis Publiliæ formulam apud LIV. *Libr.* VIII. *cap.* 12. *ut plebis ſcita omnes* Quirites *tenerent*; provoco ad ſollemne devotionis carmen, *pro* POPULO ROMANO QUIRITIUM; ad illas: fidem *populi*, fidem *Quiritium*, implorandi obteſtandique formulas; ad certa illa & typica quaſi: *proh fidem veſtram Quirites! porro Quirites!* Quæ certe tantum ad vilioris ſortis popellum retinere [pertinere], vix patitur horum omnium dignitas, & prorſus reſpuit Publiliæ legiſlationis hiſtoria. Ita ego teneo, QUIRITES dictos, qui erant Romanæ civitatis participes, omnino omnes, idque nominis tunc potiſſimum ſibi vindicaſſe, cum, qua cives, auguſtiſſimorumque horum jurium participes eos contemplamur. Quotieſcumque ergo cives, qua ſunt cives, qua portionem populi Romani, illius terrarum domitoris, conſiderant, toties nomine hoc uti ſolent Pag. 110. veteres. Inde nimirum Publiliæ legis, devotionis, quiritationis, inde publicæ comitialiſque rogationis verba: VELITIS JUBEATIS QUIRITES. Inde illa: UTI EGO DIXI, ITA VOS QUIRITES ROGO: Inde aliæ ſollemnes formulæ arceſſendæ ſunt. Imo inde accidit, ut ipſi Quirites patribus & magiſtratibus opponantur; non generatim honoratioribus & nobilioribus quibuſcumque, ſed ſenatui & magiſtratu functis. Sic QUIRITES ſciſcere & ferre, PATRES auctores fieri perſæpe dicuntur. Sic LIV. *Libr. IX. quid ceſſatis*, QUIRITES, *voſque*, PATRES *conſcripti*, *arma capere?* IDEM *Libr. XXXVIII. hoc die*, ait, TRIBUNI *plebis voſque* QUIRITES. Omnium vero elegantiſſime *Libr. XXXIV. cap.* 3. *quorum alterum ad nos* CONSULES *reliquoſque* MAGISTRATUS, *alterum ad vos*, QUIRITES, *pertinet*: *nam utrum ex re publica ſit, nec ne? id quod ad vos fertur, veſtra exiſtimatio eſt, qui in ſuffragium ituri eſtis.*

§. VI. Quid ergo? An jus Quiritium idem eſt cum civitate? Nullumne hæc duo diſcrimen ſegregat? Ita certe videtur, ſi ex promiſcuo & vario auctorum juriſque peritorum uſu rem æſtimes? Præter ea, quæ in eam rem ante allata ſunt plura, adde nunc ex PLINIO *Hiſtor. natur. Libr. VI. cap.* 5. *uni huic omnium externo curru &* Quiritium *jure donato. Quippe Gadibus genito* civitas *Romana data eſt.* ULPIAN. *tit.* III. §. 2. *beneficio principali Latinus* civitatem *Romanam accipit, ſi ab imperatore jus* Quiritium *impetraverit.* IDEM *L.* 1. *D. de rei vindic. ſi quis*, ait, *ita petit filium ſuum in poteſtate*: ex jure Romano; *videtur mihi Pomponius conſentire, recte eum egiſſe: ait enim adjecta cauſſa*: ex lege Quiritium, Pag. 111. *vindicare* poſſe. Abſque duobus iſtis, quos ſupra adſcripſimus, PLINII JUNIORIS locis foret, & libere ac ſine hæſitatione pronunciarem, non eſſe diverſa. Sed cum is hæc tanta cura, tantaque ſollicitudine diſtinxerit, ut non umquam ea inter ſe commutaret, aut cui alterum rogare intenderat, alterum accommodaret: venit in mentem ſubvereri, ut hæc acu rem tangat opinio? Ergo tamen erunt diverſa? Sed quo pacto? Hic mihi aqua hæret, nec eſt in manibus tabella, qua ſuffragium feram. Quodſi hæc aliquis compoſuerit, & de vero utriuſque diſcrimine meliora me edocuerit, is εὐεργέτης (4) habebit, & ſi hæc eum cura tangit, Veneris baſia, & Phyllida ſolus. [Hactenus MYLIUS.]

APmenti, nobiliores ad tributa comitia, quaſi plebeja, venire aliquando dedignabantur. G. O. R.

(4) Huic loco bona fide adſcribam, quæ olim ad primam ejus lectionem ante editas

APPENDIX I.

ARTICULI IV. EXCURS. III.

ex Obſervatt. Miſcell. CORN. VAL. VONCKII *pag.* 104. *ſqq.*

PRimum itaque mihi quemvis facile conceſſurum puto, *jus Quiritium*, proprie ſic dictum, fuiſſe jus Civitatis optimum maximum, omnibus privilegiis, Quiritibus ſive civibus ingenuis, id eſt Romæ natis & domicilium habentibus, tantum propriis, munitum. . . . . Itidem nec ullo negotio cuilibet perſuaſurum me arbitror, non omnes, qui cives Romani cluebant, eodem jure gaviſos fuiſſe, ſed in multis a ſe invicem diverſos. Quis namque poſt Sigonium & Spanhemium, in *Colonias Romanas* miſſos deteriori civitatis jure, atque Quirites reliqui, uſos, amplius dubitaverit? quid notius, quam *Municipiorum* legibus viventes Cives Rom. audiiſſe, ſed non eodem, quo in Urbe domina viventes, jure? . . . . Si itaque in colonia R. habitanti jus civitatis plenum, civibus tantum ingenuis proprium, concederetur; quid tum? non poterat dici jus civitatis, quod dudum habuerat, inpetraſſe. Quid ergo? *Jus Quiritium.* Pari modo, ſi in municipio vivens, per negotia forte ſua, aliave de cauſa, Romam migrare inpediretur, & tamen ille ſpeciali privilegio jus civitatis optimum inpetraret, recte *jure Quiritium* donatus dici poterat. Idque eo ſæpius expetiiſſe municipes credibile eſt, quod poſterioribus temporibus adeo obliterata eſſent Municipiorum jura, ut iis per ignorantiam uti nequirent, Gellius XVI. *N. A.* 13. *Jus* itaque *Quiritium* erat optimum civitatis jus, adeoque etiam jus Quiritium revera conprehendit jus Civitatis; aſt non viciſſim omne jus civitatis continet jus Quiritium. Et eo ſenſu potuit jus iſtud cum civitate & confundi, & ab eadem etiam diſtingui. Ita, verbi gratia, ſervi ſollemniter manumiſſi fiebant quidem cives R. ſed non poterant dici *jus Quiritium* habere; nam in multis a reliquis civibus diſcrepabant. Si vero ab Imperatore jura impetrarent civium legitimorum, ut nempe natalibus reſtituerentur, jam fiebant Quirites, & civitatem plenam adeoque & Quiritium jus adipiſcebantur. Ita Plinius *ETC.*

Vonckii Obſervationes exemplari meo ea mente adleveram, ut fuſius ſuo tempore deducerem ac probarem; quod nunc facere ſuperſedebo, pro Adpendice ſubjuncturus, quæ Vonckius ac poſtea Trekellius eadem de re commentati fuerunt. En jam meam notulam: [paucis additis.]

Quid ſi *jus Quiritium* [id eſt jus Romanorum civium] olim ita fuerit unicum ac ſimplex, uti ipſa libertas a cive Romano ſervis tributa, quos ſcimus manumiſſos nihil a dominis diſtitiſſe, auctoribus Dionyſio Halic. noſtroque Theophilo. Poſtquam vero & coloniæ & municipia & varia manumiſſorum jura introduci cœperunt, videtur *jus Civitatis Romanæ* ita diſtinctum fuiſſe a *jure Quiritium*, ut hoc generatim dictum omnia civitatis jura complecteretur, qua publica qua privata; ſed in ſpecie notaret ea, quæ ad publicum rei R. ſtatum pertinerent: dum *jura civitatis* non niſi privatæ civium R. eſſent prærogativæ circa patriam poteſtatem, nuptias, jus dotis, patronatus &c. Eamdem differentiam inter cives natos & adſcitos ſervant multæ Belgii Fœderati civitates, ſoluſque Princeps [id eſt Civitatium Ordines, vulgo Provinciarum ſtatus] natalium tribuendorum jus habet, quod *naturaliſeren* vocamus. [In quibuſdam magnæ Germaniæ urbibus idem eſt diſcriminis inter cives, ut ita dicam, majorum ac minorum gentium, aut, ſi mavis, melioris deterioriſque juris: vulgo, *Grootburgers en Kleinburgers.*] G. O. R.

APPENDIX II.

ARTICULI IV. EXCURS. III.

ex Selectis Antiquitt. ALB. DIET. TREKELLII, *P. I. pag.* 111. *ſqq.*

SI quis tamen paullo clarius & accuratius exprimere velit, qua in re optimum JUS CIVITATIS R. conſiſteret, is, me auctore, dicere poteſt, civem R. optimo jure plenum fuiſſe eum, quicunque omnibus civitatis R. juribus, nullo excepto gauderet: contra minus plenum fuiſſe eum, qui quibuſdam juribus deſtitueretur. . . . . Quæritur ergo, quot jura ſufficerent, ut aliquis pro cive R. haberetur. Mihi ea ſedet ſententia, omnia jura privata (excepto jure connubii) omnino fuiſſe neceſſaria ad civem R. efficiendum: non perinde vero jura publica. Publica ergo jura magis faciebant, ut aliquis pleniori jure civis eſſet, quam ut omnino eſſet civis: id quod aliis tamen accuratius excutiendum in præſenti relinquere volo. . . . . Neceſſe omnino eſt, ut Pag. 112. quædam etiam DE JURE QUIRITIUM admoneam. Licet enim poſt alios hanc rem peculiari Diſſertatiuncula pertractandam ſibi ſumſerit Juvenis doctiſſ. & ſi quis unquam longiori vita digniſſimus, J. H. MYLIUS, tantum tamen abeſt, ut ille aliis hac de re dicendi facultatem præripuerit, ut in fine potius aquam ſibi hærere ingenue fateatur, aliiſque ἐυρετὰς promittat. . . . . Primo quidem id mihi certum eſſe videtur, Romanos non ſemper diſtinxiſſe inter jus Quiritium & jus civitatis, ſed utrumque potius pro uno eodemque jure quam ſæpiſſime ſumſiſſe: id quod bene etiam obſervavit lociſque veterum quibuſdam firmavit laudatus Mylius, quem mea tamen ſententia non recte eo retuliſſe locum Ulpiani Fragm. t. III. §. 2. infra oſtendam. Si vero Ulpiano etiam teſtimonium denunciandum eſt, ego huc potius pertinere puto §. 6. h. t. *Nam Latinus civitatem R. accipit, &c.* ubi . . . . . Suet. in Claud. 19. *Latinis jus Quiritium* &c. . . . . Quum enim omnes omnino cives R. dicerentur *Quirites*, ut pariter recte docuit idem juvenis doctiſſ. §. 5. quis dubitabit amplius, jus Quiritium eſſe ipſum jus civium R. Et hoc ſatis fuiſſet ad THEOPHILUM defendendum. Licet enim vel maxime quædam aliquando inter duo iſta jura differentia intercedat: ſufficit tamen, ipſos plerumque veteres hanc diſtinctionem non obſervaſſe. Immo, ſi dicendum, quod res eſt, Th. in iis locis, ubi jus Quiritium per jus civile ſive jus civium R. explicavit, plane non erravit: ibi enim ſaltim nec potuit nec debuit aliter explicari, ne dicam, illum in §. 2. *de Jure N. G. & C.* nudum egiſſe tranſlatorem. Quid enim verius eſt, quam jus illud, quo Populus R. utitur, jus civile vel jus Quiritium appellari? Quid itidem verius eſt, quam jus dominii legitimi ſive civilis, appellari etiam ex jure Quiritium? Sane qui hac in re THum reprehendunt, illi nihil aliud agunt, quam ut propriam prodant inſcitiam. Pag. 113.

Jam opinionem quoque ONUPHRII PANVINII (quam Mylius non attigit) ex ejus libro *de Imperio R.* c. 9. exhibebimus . . . . cujus ſententia cum Manutii in eo tantum convenit, quod jus Quiritium jure civitatis nobilius exiſtimet: id quod tamen mihi haud veroſimile fit . . . . ego potius cum aliis facerem, qui jus civitatis nobilius fuiſſe, quam jus Quiritium exiſtimant . . . . in cæteris Panvinii ſententia multum a Manutiana differt. Nam (1) Manutius nullum determinavit tempus, quando hæc diſtinctio orta fuerit: Panvinius contra tempus determinare voluit, ſed ita ut admodum hac in re fluctuet. (2) Deinde & Panvinii ſententia in eo a Manutiana differt, quod Man. exiſtimet, ſolos libertinos caruiſſe jure Quiritium, ingenuos vero omnes cum jure civitatis habuiſſe etiam jus Quir. Panvinius vero ſuſpicatur, jus Quir. competiiſ- Pag. 119. Pag. 120. Pag. 121.

ſe ſolis civibus antiquis & nobilibus, cives vero novos, ſive ingenuos ſive li-
Pag. 122. bertinos, habuiſſe tantum jus civitatis. (3) Tandem in eo quoque differunt hi laudati duumviri, qua in re jus Quir. quando a jure Civ. diſtinguitur, conſtiterit. Manutius id in jure ingenuitatis præcipue quærit, idque ex ſua hypotheſi, quam jam antea refutavimus. Panvinius vero putat, eos qui jus Q. habebant, omnibus gaviſos fuiſſe privilegiis, quæ civibus veteribus competerent, eoſque præterea tanto quoque tributo non gravatos fuiſſe quam cæteros. Sed hæc omnia gratis affirmantur. *ETC.*

Pag. 123. Sequitur jam CAR. SIGONII ſententia, quæ ſuperioribus quidem melior eſt, neque tantis premitur difficultatibus, quam Manutii & Panvinii, unde eam ſummi quoque viri, Spanhemius, Heineccius, Cellarius (in Diſſert. *de Paulli Ap. civitate R.* §. 10.) Cortius (in not. *ad Plin.* pag. 716. qui tamen falſo Manutium huic ſententiæ adſcribit,) aliique ſunt ſecuti: neque tamen illam omni exceptione majorem eſſe, jam oſtendit ſæpe laudatus Mylius §. 3. licet ejus rationes non unius ejuſdemque ſint ponderis.

Pag. 127. Sic igitur pro Sigonio contra Mylium hactenus diſputavimus, ut ſi nulla alia ſupereſſent dubia, Mylii quidem rationes non obſtarent, quo minus ſecure in Sigonii ſententiam pedibus ire poſſemus.

Pag. 130. Primo quidem probabile eſſe puto, non omnibus apud Romanos temporibus diſcrimen aliquod inter jus Q. & C. fuiſſe obſervatum..... Deinde quando accuratius paullum conſidero, quibuſnam Imperatorum temporibus jus Q. in ſpecie ſic dictum, conceſſum fuerit, ego ſane nullos alios reperio, quam Latinos, ſive colonarios ſive Junianos, ſive ingenuos ſive libertinos.

Pag. 132. Quando ergo ex Latinis illis civis R. erat efficiendus, non neceſſe erat, ut tunc demum omnia illa, quæ ad jus C. conſequendum neceſſaria erant, jura acciperet, quia jam varia ante habebat: ſed neceſſe tantum erat, ut in ſupplementum & iſta acciperet jura, quæ hactenus illi defuerant, quibuſque civis R. carere haud poterat. Puto igitur poſt L. Juniam Norbanam ſpeciali aliquo ſenſu complexum jurium illorum civitatis R. quæ Latinis adhuc deerant, quominus eſſent Quirites ſive cives R. vocatum fuiſſe jus Q. Jus ergo Quiritium cum jure Latinorum ſimul ſumtum totum jus civitatis R. complectebatur: eo tamen diſcrimine, ut Latini libertini per jus Q. illa tantum conſequerentur jura, quibus gauderent cives R. libertinæ conditionis: Latini vero ingenui illa etiam jura, quibus utebantur cives ingenui plebei.

IDEM *in præfat. Antiq. Select.*

Id tamen adhuc monere volo, partem ejus [cap. 4.] primam uſque ad §. 44. jam ante fuiſſe compoſitam, quam Diſſertatio V. Cel. F. C. CONRADI *de jure Q.* in lucem emiſſa fuerit. Aliam viam vir iſte doctiſſ. ingreſſus eſt: neque tamen meæ [me] pœnitet ſententiæ; neque neceſſe eſſe putavi, ut propterea aliquid mutarem aut adderem, ſed liberum potius lectoribus relinquo judicium. Dum hoc ſcribo, ex litteris amiciſſimis Viri Nobiliſſ. GER. MEERMAN perſpicio, nuperrime in Belgio hac de re ſententiam quoque ſuam dixiſſe C. V. VONCK *in Obſ. Miſc.* c. 24. ſed quum illa non multum differat a ſententia Paulli Manutii, & falſa illa (*) nitatur hypotheſi, ac ſi libertis civibus R. datum fuerit jus Q. reſponſio jam ex iis ipſis, quæ in Opere diſputavi, peti poteſt.

(*) Nullus video, unde V. Cl. hanc hypotheſin Vonckio tribuat, qui tantum quibuſdam libertis ſingulari privilegio ab Imperatore hoc jus Quiritium conceſſum fuiſſe, ex ſua & mea ſententia recte adfirmat. Ceterum vix dubito, quin ipſe Trekellius, qui multa jam nobiſcum communia habet, licet aliis ea efferat verbis ad finem uſque pag. 113. perpenſis denuo omnibus, in noſtram utriuſque ſententiam, multo ſane ſimpliciorem & locis Plinianis explicandis aptiorem, pro ſuo candore acceſſurus ſit. G. O. R.

EX-

EXCURSUS III. ARTIC. V.

SIVE

JO. HENRICI MYLII J. U. D. DISSERTATIO POSTUMA DE SCTO SABINIANO,

de adoptione ex tribus maribus.

ARGUMENTUM.

§. I. Variæ emendationes §. XIV. *I. de Hered. ab inteſtato.*
§. II. *Rævardi* & *Wielingii* conjecturæ expenſæ. Δογμα Græcis Senatus Conſultum. *Theophilus* explic.
§. III. SCtum de tribus *maribus* recte dicitur, non de tribus *manibus* aut *mancipationibus*. Qui in nepotis locum adoptati ſunt, an ter mancipati? *Ulpianus* & *Cajus* exponuntur. *Rævardus* confutatus.
§. IV. Nec ex *tribus manumiſſionibus*. Lectio vulgaris defenſa.
§. V. Quid ſit *adoptare ex tribus maribus*? *Accurſii*, *Connani*, aliorum ſententiæ explosæ.
§. VI. *Theophilus* explic. & defenditur.
§. VII. Idem vindicatur contra *Connanum*.
§. VIII. Conjecturæ de ætate SCti.

§. I. NOn una cicatrice deformis eſt §. 14. *I. de Hered. qu. ab inteſt.* Ait JUSTINIANUS: *Nec neceſſitas patri adoptivo imponitur vel heredem eum inſtituere, vel exheredatum facere, utpote nullo vinculo naturali copulatum, neque ſi ex SCto Sabiniano de tribus maribus fuerit adoptatus.* Gemina his habet, unde hæc decerpſit, *L.* 10. §. 3. *C. de adoptionibus.*

§. II. Sine his locis eſſet & interiiſſet omnis SABINIANI SCTI memoria, adeo illud omnes veterum Libri quaſi ex compacto ignorant. Imo ne hoc quidem loco omnes ferunt. RÆVARDUS certe *de auctoritate prudentum Cap. VI. p.* 39. vetat, SCtum perſcribi. Quin quod ſcriptum fingit EX SABINIAN. SEN. id a librariis non intellectum, exponit: *ex Sabinianorum ſententia*, audaci niſi fallor & luxurianti emendatione, quam omnis ratio, quam Codicum fides, quam *L.* 10. *C. de adopt.* & vel ſola THEOPHILI auctoritas, ſatis convellit. Quod enim WIELINGIUS *Juriſp. reſtit. T. ult. p.* 198. hunc a RÆVARDI partibus ſtare exiſtimat, id oppido falſum eſt. ΔΟΓΜΑ, qua is voce utitur, non JCtorum opinionem aut alterutrius ſcholæ ſententiam, ſed *Senatus Conſultum* Græcis denotat. Certa res & expedita eſt, & quæ, ſi opus ſit, advocatis quam plurimis Græcorum Prudentum locis facile intelligetur. NOSTER §. 5. *de J. N. G. & C.* εκληθη *Senatuſconſultum*, τετ' εξι της συγκλητε το δοξμα. §. 2. *de Uſufructu.* Δογμα συγκλητε γεγοιε το λεγον ὡξε. & §. 5. *de fideicom. hered.* Δογμα πεηγαειανεσον. §. 7. *eod.* Τξεβελλιανειε Δογματ☉. §. 7. *quod cum eo, qui in al.* Μακεδονιανειον δο-

γμα, & paſſim ſæpius. Vidit id jam ERNSTIUS *Obſ. L.* 1. *C.* 14. *p.* 58. *Alibi legitur* Συγκλητε δογμα *& ſimpliciter* Δογμα, *quod ſi probe notaveris, multa loca a paucis intellecta perſpicua deprehendes.* Quod ne Theophilo propriu̇m exiſtimes, aut contra aliorum Græcorum conſuetudinem factum putes, efficiet MODESTINUS qui *L. 6. D. de Excuſat.* SCtum Δογμα βουλης appellat. Conf. ANT. AUGUSTIN. *ad Modeſtin.* p. 390. GLOSSÆ etiam Juris Δογμα Θεσπισμα interpretantur, quæ & Οξφιτιανον δοξμα, Τερτυλλιανον δοξμα habent, κ. τ. λ.

§. III. Eſt igitur Senatus Conſultum, ſed qua de re latum? DE TRIBUS MARIBUS ait vulgaris lectio, quam non capiunt, qui immutant. *Tres manus* in *marium* locum ſurrogat *Alciatus pareng. L. IV. c.* 3. quod in alienam poteſtatem translati e manu patris naturalis in fiduciariam *manum* tranſirent, inde in *manus* patris adoptivi traditi, ſed is in viam reductus eſt a CONNANO *Commentar. jur. L. II. c.* 15. §. 3. Neque enim veteri jure in ulla omnino adoptione hic trium manuum concurſus defuit, nec ſine his manibus unquam adoptio peracta eſt. Et quamvis peracta eſſet, unde conſtat, his ſolenni more adoptatis potius ſuccedendi jus fuiſſe, quam iis, qui ſine his ambagibus modo, ſi quis fuit, minus ſolenni adſumti fuerunt. Nonnihil diverſa eſt JACOBI RÆVARDI emendatio, qui iterum corruptelam omnem librariis imputat, cauſſam corruptelæ ſigla: TRIB. MANC. allegat, & profligatis *maribus*, *mancipationes* reſtituit. Sed cum omnis, quæ ex non intellectis litterarum compendiis petitur emendatio, periculoſa ſemper mihi via eſt: tum hoc loco vereor, ne tam multiplici fictione & ſalutari illo ſiglorum arcano commodo ſuperſedeamus. Et amplius vereor, ut ne omne, quo RÆVARDUS ſubnititur, fundamentum lubricum ſit, & facile ſua ipſum vi corruat. Qui in *nepotis* locum adſciſcuntur, eos una tantum mancipatione, ut in adoptivi manum tranſeant, indigere, atque ab iis, qui ter mancipati, in *filii* locum adſumuntur, etiam quod ad ſuccedendi jus differre contendit, idque ſibi ſine pignore credi poſtulat RÆVARDUS. ULPIANI *Tit. X.* §. 1. & CAJI *Tit. VI.* §. 3. quibus ſolet in ea re ab aliis teſtimonium denuntiari, loca nihil efficiunt, quin tantum id probant, nepotem ex avi naturalis poteſtate una emancipatione, manumiſſioneque exire, & ſui juris effici, a quo niſi vehementer fallor, diverſum eſt adoptivo patri in nepotis locum adſumi. Neque aliter JUSTINIANUS *L. ult. C. de adopt.* accipi debet. *Veteres*, inquit, *circuitus in adoptionibus, quæ per tres emancipationes in filiis, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri ſolebant, &c.* Qui, dum ait, *in cæteris liberis*, filios [*lege* filias,] nepotes nepteſque intelligit, quos aliis in adoptionem damus, non quos ab aliis nobis in hunc locum dari ſinimus. Id vero, ſi eſt, idem RÆVARDO obſtabit, quod ALCIATO, nullam ſine terna mancipatione adoptionem conſtare, & quod, ſi nonnulla conſtet, oſtendi non poſſe ter mancipatos, alio quam ſimplici mancipatione ex patria manu emiſſos, jure uti. Certe, quod is porro cenſet, *L.* 10. *pr. C. de adopt.* & cujus eſt in ea lege mentio, MARCIANI diſtinctionem ad diverſum emancipationum numerum pertinuiſſe, ac utriuſque familiæ JCtis in ea ſpecie non ſatis conveniſſe, ea, ut ſolent eſſe hujus JACOBI pleraque, ingenio ſe auctoris, & veri ſpecie commendant, ipſis rerum teſtimoniis & argumentis deficiuntur.

§. IV. Quemadmodum autem omnium longiſſime a vero abhorrent, qui tres *manumiſſiones* infarciunt propterea, quod ne in filiis quidem niſi duplici manumiſſione opus eſt, ac mancipationes ab ea, quæ has ſequi ſolet, manumiſſione omnino ſejungendæ ſunt, RÆVARD. *L. c. p.* 37. Ita qui rem curatius expendimus, locum, quomodocunque immutetur, injuria ſollicitari, facile deprehendimus. Quæ ante Senatus Conſulti nomen Sabiniani huic placito vindicarunt, argumenta, ea vulgarem & hoc loco lectionem firmant. Quid cauſæ ſubeſt, ut manum injiciamus verbis, quæ conſtanti exemplorum ſcriptura, & cum aliarum legum tum Theophili conſenſu, juris denique omnis

ana-

analogia facile adverſus omnem vim & injuriam muniuntur. Ut temerarent locum interpretes, ſola effecit rei difficultas & quod de trium marium adoptione alias nil inaudiverant. Qui norunt, quæ ſit illa ex tribus maſculis adoptio, illi ab omni injuria ſe lubenter abſtinebunt conſentientque FABROTTO, qui præclare & ſapienter, ut ſolet, ad THEOPHILI *h. l.* annotavit, *edit. prior. Qui lectionem hanc immutant, corrumpunt, non corrigunt locum, qui mendo vacat*: quibus *poſter. edit.* addit, *qui Theophilum hæc comminiſci putant, a veri regione multum aberrant.* Nos rem, quam pauci, certe non ex inſtituto pertractarunt, altius repetemus.

§. V. Nihil vidit ACCURSIUS, aut quiſquis gloſſæ ad d. *L.* 10. auctor eſt. Verba Gloſſatoris: *Tres erant patres, quorum quiſque ſuum filium adoptanti offerebat, ut eum adoptaret, ex quibus unus adoptabatur, aut contra erant tres volentes adoptare, ſed uni eſt datus, cui plus videbatur providendum, cum ſit adoptatus cum majori ſolennitate.* Ridet ACCURSIUM CONNANUS *l. c.* ſed qui nihilo certiora in eam rem affert. Vocat ex tribus maribus adoptatum, qui ex Lege datus eſt in adoptionem, ut patri adoptivo eſſet loco quarti filii, h. e. ut eum quarta ſaltim parte bonorum ſuorum augeret, quamvis plures filios haberet, quaſi EX TRIBUS MARIBUS h. e. *poſt tres mares*, hic quartus ſit. Sed nec ipſa cohærent, nec idoneo autore confirmantur, & quis tolerabit hæc: EX TRIBUS h. e. *poſt tres.* Imo ne ipſe quidem ſatis in ea re conſtare videtur. Paullo poſt de eo locum accipit, quem pater naturalis tanquam ex tribus ſuis filiis quartum dedit adoptandum, ut quemadmodum ſibi quarta parte ſuccederet, ita patri adoptivo & tanta parte ſuccedat. Quæ aut non ſatis capio, aut palam eſt, eſſe ab omnis veri ſpecie & ab hoc loco valde aliena. Alii alia attulerunt, ſed quod nec ipſi inficiantur, meras conjecturas, & eas pleraſque ſic ſatis inficetas.

§. VI. Optime omnium hæc expoſuit THEOPHILUS Paraphraſtes, quem eo facilius credibile eſt, rem acu tetigiſſe, quod & ipſius SCti ætati propior, & juris, in quo tum verſabatur, peritior cenſendus eſt. Quamquam ne his quidem coloribus opus eſſe videatur, quod ipſa res oſtendit, ejus ſententiam aliorum commenta multis paraſangis antecedere. Εαν εχων εγω τρεις αρρενας παιδας [&c.] Res eo redit, ut quod in arrogationibus ex D. PII reſcripto neceſſe fuit, ut impuberi quarta bonorum pars integra linqueretur, id quodammodo ad adoptiones productum eſſe, græcus ſignificet, idque inter fœcunditatis præmia recenſeat, ut trium filiorum uni in adoptionem dato ab adoptivo patre quadrans bonorum ab inteſtato deberetur. Quæ quidem ejus ſententia eo propius ad verum accedit, quod & alias Leges noſtræ ex tribus filiis uni commoda nonnulla indulgeant. Sane *L.* 132. *Cod. Theod. de decurion: Si quis Curialis tres mares filios ſuſceperit, unum dare ſenatui non vetetur.* Quod enim JACOBUS GODOFREDUS ad *h. l.* id non tam ex fœcunditatis privilegio arceſſat, quam propterea, quod Imperatori ſatis viſum ſit, patrem tres Curiales Curiæ ſufficere, conſtitutum eſſe exiſtimet, id neſcio, quo idoneo argumento confirmari poſſit. Neque enim inauditum eſt, & ipſos aliquot filiarum parentes, ut liberis porro operam darent, allicit magis ſolos filios ad capienda hæc præmia numerum facere. Sed, quid, inquis, ad patrem πολυτεκνον, filium Senatorem eſſe? quid, filio in adoptionem dato Sabinianum hunc quadrantem ab inteſtato deberi? Eſt vero innatum illud mortalibus gloriolæ ſtudium, & ipſa erga hos, qui ex ſe nati ſunt, voluntas, quæ facile efficit, ut & liberis bene cupiant, & quo illis melius ſit, operam omnem impendant. V. VERTRAN. MAURUM *de Jure Liberorum, c.* 23. ut recte paulo ante GODOFREDUS, (qui tamen vereor, ut ſibi nunc ipſi conſtet) ab iis diſſentiat, qui quadrantem inductum putant, quod qui ex tam parvo numero liberos in adoptionem daret, in adoptantis gratiam, non exonerandæ domus cauſæ id facere videatur, quod MURETUS [non invenio hæc præcedentia apud Muretum. G. O. R.] exiſtimaverat ad *Inſt. h. l. Cum*, inquit, *quis ex tribus maſculis filiis unum in adoptionem dediſſet, cum ſe multis*

multis commodis privaret, æquum erat, aliqua ratione ſuccurri, Sabiniano igitur SCto cautum eſt, &c. Vereor, ut recte. Neque enim privat ſe commodis liberorum, qui eos adoptandos dedit. Quin dati in adoptionem nihilominus tamen patri naturali proſunt. *pr. I. de excuſ. Tutor.*

§. VII. Quæ, cum ita ſunt, nihil cauſſæ eſt, ut Paraphraſtes CONNANO *d. l.* vapulet, aut parum diligentis rerum Romanarum indagatoris nomine traducatur, maxime cum melius quicquam a ſe afferri poſſe deſperet. Neque difficile nunc erit eidem, *cur non idem in eo, qui unicus patri cum eſſet, datus ſit in adoptionem*, quærenti reſpondere: ſcilicet ob πολυπαιδιας illud præmium, aut ſi MURETUS magis placeat, quod qui unum tantum aut duos filios habebant, ſi eos in adoptionem dare & domo quodammodo ejicere voluiſſent, non ſatis humane facere viderentur, at, qui tres aut plures habebant, ſi exonerare ſe vellent, & in aliquam locupletem familiam unum ex iis dare in animum inducerent, viderentur id facere benevolentia adducti: &c. Quod vero is addit. *Cur non id ipſum in eo, qui ex quatuor aut quinque maribus?* non intelligendum eſt, ita abſciſſe ternarium liberorum numerum exigi, ut plures non æque proſint, ſed ut ſignificetur, pauciores non prodeſſe. Cæterum, qui ex pluribus adoptatur, eodem emolumento fruetur, imo ubi ex analogia rem æſtimes, ex ſex aut ſeptem maſculis forte duo fruentur, quanquam in tanta argumentorum penuria certi quidquam præſtare vix auſim.

§. VIII. Fuerit operæ pretium, de ætate Δογματος Sabiniani, deque ejus auctoritate pluribus diſpicere, niſi & hic eadem monumentorum penuria luminibus noſtris officiat. Fallor, aut poſt D. PII demum Reſcriptum, quo de quadrante arrogatis proſpicitur id factum eſt. Et ſi quis Conſulares faſtos excutiat ante Pii tempora, æque ac poſt illa non unum ejus nominis Conſulem deprehendet (1). Et quot non ſuffecti ejus nominis eſſe poterant. Venit aliquando in mentem ſuſpicari, antiquius longe & forte ante Neronis tempora latum eſſe. Adduxerat eo SENECÆ auctoritas, qui *Controverſ. L. II. c. 1. Dives ſuſtulit unum filium, non fuit contentus, quid enim erat diviti unus, tres ſuſtulit, poterat unum in adoptionem dare, abdicavit unum, alterum, tertium.* Sed res ipſa & quæ loco conjuncta ſunt docent, Rhetorem aliud nihil velle, niſi oſtendere, divitis patris filios injuria abdicari, quos, ſi ejicere pater voluiſſet, potuiſſet dare in adoptionem.

(1) Scil. Divi Pii tempore A. U. 908. i. e. A. Chr. 155. C. Jul. Severus & M. Rufinius Sabinianus Coſſ. fuere. Sed nihil prohibet, quin & SCtum Sabinianum ab uno Sabinorum nomen accipere potuerit, quorum memoria inter conſules frequens eſt: ex. gr. A. U. 715. 750. 762. 779. 835. 837. ante Pium, & poſt eum A. U. 967. 969. 993. 1069. 1070. Incerta ergo hujus SCti manet ætas. G. O. R.

EX-

EXCURSUS III. ARTIC. VI.

SIVE

JO. HENRICI MYLII J. U. D. DISSERTATIO POSTUMA

DE TRIBUS LEGIS AQUILIÆ CAPITIBUS.

ARGUMENTUM.

§. I. Legis *Aquiliæ* ſunt tria tantum capita: diſſentientibus *Balduino* & *Noodtio*.
§. II. Quod argumentis uno pluribus oſtenditur. Nova de Cap. II. L. Aqu. ſuſpicio.
§. III. Commentitia quædam legis capita profligantur.
§. IV. Nominatim quod de Noxali actione egit.
§. V. Aut de pœna dupli adverſus inficiantem. *Gloſſæ Jur.* notatæ.
§. VI. De ſervo corrupto, &c.

§. I. LEGIS AQUILIÆ tria commemorantur capita. PRIMUM *L. 2. pr.* [*D.*] *ad h. t.* continetur. ALTERUM jam a longo tempore in deſuetudinem abiit *L.* 27. §. 4. *eod.* & §. 12. *eod.* TERTIUM vide in *pr. d. l.* 27. §. 5. *eod.* De his conſtat: non æque an plura habuerit, quorum aut argumentum, aut legitima certe verba, monumentorum veteris ævi ſumma infrequentia nobis invidit. Si BALDUINUM *ad L. Aquiliam pag.* 160. & 178. NOODTIUM *Lib. ſing. ad h. t. c.* 1. *p.* 138. & qui hoc ſecuti ſunt, alios audis, longum accipies eorum, quæ hac lege contineri dicuntur, capitum ordinem. Sed, ſi rem ipſam putes, contra deprehendes tribus illis, quas habemus hodie ſuperſtites, partibus univerſam legem abſolvi.

§. II. Me quidem, ut ita cenſeam, movet, quæ non ſat ſcio an alios movebit, Noodtium ſane movere non potuit, *Inſtitutionum græcarum* auctoritas: Ἡ δὲ νομοθεσία εἰς τρία διαιρεῖται κεφάλαια, ait THEOPHILUS *pr. h. t.* In cauſa pari & utrinque æque incerta vincet credo Theophilus, vincet ea, quæ præter capita, quæ extant, alia non agnoſcit opinio. Quin ad eos, qui plura deprehenderunt, redibit ea oſtendendi & demonſtrandi neceſſitas, & niſi fallor, ipſa capitis *tertii* verba legitima oſtendunt, *ultimum* id fuiſſe. Poſteaquam de pecude & homine occiſis, primo capite, & de quocunque id fuerit, (1) ſecundo

(1) Cogitavi aliquando, an ex *prioribus* capitibus *alterum* de pecude, *alterum* de homine occiſo egerit. Videbatur id velle caput *ultimum*, quod dum priorum argumentum commemorat, *præter* PECUDEM HOMINEMVE *occiſos*, ait. Poterat id Tribonianus ignoraſſe, & quod ipſe §. 12. *I. ad L. Aquil.* tradit, *hoc caput in uſu non eſſe*, id ULPIANO invito & ignoranti *L.* 27. §. 4. *eod.* obtrudere. Sed re amplius deliberata ab hac ſuſpicione tanto me magis abſtinui, quo ſe mihi minus ſemper probaverunt illi Emblematum Tribonianeorum artifices.

MYLIUS.

do expoſuerat, omnia quæ fieri injuria poſſunt, damna uno quaſi faſce comprehenſa, ultimo loco vindicat. *Ceterarum rerum* ait, *præter hominem pecudemve occiſos, ſi quis alteri damnum faxit, &c.* Scilicet ſolent Legiſlatores, ubi primis capitibus de ſingulis criminibus monuerunt, ea quæ reſtant omnia in ſummam contrahere, & ſanctionibus reliquis loco ultimo quaſi appendere.

§. III. Sed, quid efficient hæc omnia, ſi oſtendi poſſit, de quibus AQUILIA caverit, ea neque ex iis, quæ hodieque ſuppetunt, legis partibus recte derivari omnia, neque ad id, cujus argumentum noſtratium omnium induſtriam effugit, caput pertinere. Sane BALDUINO & NOODTIO in promtu ſunt capita, quorum argumentum certum, non niſi legitima verba in obſcuro eſſe videntur. Alii & ipſa verba commenti ſunt. Sed ubi nova hæc legis capita curatius æſtimes, aut ad veterum trium unum referes, aut ad Aquiliam utique non pertinere, aut poſt Aquiliam rogationem prætorio jure vel prudentum interpretatione invecta eſſe pronunciabis. Sane illis, qui cum CUJACIO, MORNACIO, aliiſque ſibi perſuadent, de intercepto quocunque, quod jure ad nos pertinuiſſet, commodo, ſingulari capite Tribunum egiſſe, NOODTIUS *c. l.* & BYNCKERSHOECKIUS *Obſerv. Lib. I. c.* 13. plane ſatisfecerunt.

§. IV. Sed nihilum verius eſt, quod ipſe NOODTIUS & cum eo Ampl. HEINECCIUS *Antiq. Jur. L. IV. Tit.* 3. *p.* 183. & ante eos alii tradunt, *de noxali actione damni injuriæ* eum ſtatuiſſe. Quanquam enim imperator omnino §. *IV. Inſt. de noxal. act.* ajat, *conſtitutam eſſe noxalem actionem damni injuria ex lege Aquilia*, inque eo conſentientes habere videatur e veterum prudentum ſchola non paucos *L.* 2. *D. de noxal. act.* Vereor tamen ut diſertis verbis ea de re populi ſcitum quicquam caverit. Et quid opus erat expreſſa ſanctione, poſtquam in mundo erat illa ex duodecim: *Si ſervus domino ſciente furtum faxit, noxiamve nocuit, noxæ deditor.* Imo inquis Legibus, quæ ante ſe de damno injuria locutæ ſunt, ſive XII. Tabulis, ſive quæ alia lex fuit, derogavit Aquilii ſcitum *L.* 1. *D. ad h. l. & Celſus Ulpiano L.* 2. §. 1. *eod.* teſte diſcrimen ſibi inter has leges deprehendiſſe viſus eſt? Verum & ipſa, quæ hodieque habemus Legis capita, quod Tabulæ juſſerant, facile admittunt, imo vel ex juris analogia id abſciſſe exigunt. Quæ enim lex vetat damnum fieri & factum vindicat, illa nec per alium noſtro juri ſubjectum impune cuiquam inferri ſinit: contra ea, cujus inſcii aut inviti ſervus noxiam nocuit, is ex juris noſtri indole non niſi ad dedendum noxæ tenetur, ſive AQUILIA id præciſe dixerit, ſive non dixerit. Sequitur inde, ut quicquid eorum ſit, id ad ſententiam Legis & argumentum, & prudentum interpretationem pertineat, diſertam ſanctionem neceſſario non requirat. Fallor, aut veteres legis interpretes id luculenter indicant. ULPIANUS *d. L.* 2. *pr. de noxal. act.* quæ lex particula eſt *Libr. XVIII. ad Edictum*, in quo de lege Aquilia JCtum egiſſe, reliqua, quæ inde ſuperſunt, fragmenta oſtendunt: *Si ſervus ſciente Domino occidit, in ſolidum dominum obligat, ipſe enim videtur occidiſſe. Si autem inſciente, noxalis eſt, neque enim debuit ex maleficio ſervi plus teneri, quam ut noxæ eum dedat.* Et hæc omnia ita ſunt, quamvis nihil de ea re nominatim ſanxerit Aquilia. Vide hæc præclare exponentem NOODT *C. XI. p.* 152. Nec aliter PAULUS *L.* 169. *de Reg. Jur.* quam itidem ad Aquiliam rogationem pertinere, ex *L.* 33. *de L. Aq. & L.* 13. *de interrogat.* probat NOODT. c. l. ut oſtendat eum, cujus ſervus domino volente damnum dedit injuria, ſervi nomine teneri, non ad caput legis, non ad expreſſa verba, ſed ex artis noſtræ principiis concludit. Verba PAULI: *Damnum dat, qui jubet dare.* Senſus, quamvis de ea re abſciſſe nil ſanxerit Aquilius, tamen vel iis verbis: *Si quis alteri damnum faxit*, & ea contineri: *Si quis facere juſſerit.*

§. V. Reſtat inſpectio de actione in duplum adverſus inficiantem, quam ex eadem lege deſcendere primum prodidit CAJUS *L.* 2. *d. T.* & adſentiuntur veterum plures. Sed quo ſpeciatim loco, & an nominatim de illa egerit lex,

lex, non liquet. Sane BALDUINO nihil cauſæ fuit, ut *caput IV.* præciſe, idque ut vocat, poſtremum huic argumento aſſignaret *p.* 178. Forte rectius alii, inter quos HOTTOMANNUS eſt de LEGIBUS *h. v.* Capiti primo (2) vindicant, vel propterea, quod Cajus poſtquam legitima primi verba adduxerat, addit: *& infra cavetur, ut actio adverſus inficiantem in duplum eſſet.* Niſi dixeris, hæc verba non tam de ipſa lege, quam de edicto Prætoris, ad quod commentatus eſt h. l. Jureconſultus, accipienda eſſe. Certe pleraſque omnes inficiationum pœnas ex Prætorio jure deſcendere, facile foret ad demonſtrandum, ſi nunc vacaret per partes latius ire. Ut taceam, ne quidem omnibus ſine ullo dubio videri, adverſus confitentem æque ac negantem actionem hanc eſſe in duplum. GLOSSÆ Juris: Ακιλιω αγωγη κινηθη κατα τη υπερδιπλης δουναι το καταληφθεν. Mihi tamen, ne quid diſſimulem, vero propius videtur gloſſæ ſive auctorem ſive librarium falſum eſſe. Vid. SCHULTING *ad h. l.* Nihilo tamen minus id palam eſt, ejus rei cauſa novum caput effingi, & Jureconſultum græcum (3) erroris convinci non debere.

§. VI. Nihil addo de ſervo corrupto, de effuſis, vel dejectis, & aliis, quæ *Capite II.* vindicari creduntur, damni ſpeciebus, illas enim generali *Capitis III.* ſanctione comprehendi ipſa ejus verba dubitare nos non ſinunt. Et ita arbitror, quæ luxata erant, capita, reſtituimus: de argumento ſecundi non laboramus, quod qui faciunt, illi, ut comicus ait, & operam ludos faciunt, & retia.

(2) Primo Legis capiti uno ductu adſerit Schol. Baſil. Tom. VII. pag. 66. Και εν τω μεν α. κεφαλαιω διαγορευει ο νομος. Εαν τις οικετην η θεραπαιναν αλλοτριας, η τετραποδον αγελαδον βοσκομενον αδικως ανελη, οσου πλειονος αξιον ην το αναιρεθεν ζωον εν τω παρελθοντι ενιαυτω, εις τοσουτο καταδικαζεσθω. Ει δε αρνησεται εναγομενος, διπλασιον μετα της ελεγχυς καταβαλλετω. G. O. R.

(3) Sunt & quædam in hoc THEOPHILI capite alia, quæ ab interpretibus obelo notantur, quorum aliis ſuppetias deinde laturi ſumus, aliis alio tempore. MYLIUS.

Iniquum Parcarum obſtitit fatum, quominus promiſſa adimpleret. G. O. R.

EXCURSUS III. ARTIC. VII.

SIVE

JO. HENRICI MYLII J. U. D. DISSERTATIO POSTUMA AD THEOPHILINÆ PARAPHRASEOS

Lib. I. Tit. II. §. 1. & 2.

ARGUMENTUM.

§. I. Notatur *Fabrottus* & *Albericus Gentilis*.
§. II. Recenſentur furta puniendi apud Græcos & Romanos veteres modi.
§. III. Refutatur *Schultingius*.
§. IV. & V. Significationes variæ verbi νομος ſ. Legis.
§. VI. Non datur populus ſine omni Lege. Explicantur varia Autorum loca.
§. VII. Error *Theophili*. *Fabrottus* τῶ των Λακεδαιμονιων ejicit. Conſilium *Nanni*. Excuſatur *Theophilus*.

§. I. SI ex THEOPHILI mente rem æſtimemus, Jus naturale abſciſſe exigit, qui rei noſtræ familiari damnum intulit, ut is pœnæ loco in eadem detrimentum capiat. Quod ipſum & veterum non pauci, interque eos præter ARISTOTELEM *Problem. Sect. XXIX. qu.* 17. & CICERO *L. III. de Leg. c.* 20. ſuo calculo comprobat, dum *par eſſe*, ſcribit, *ut e ſuo quiſque vitio plectatur, vis capite, avaritia multa*; & ipſe THEOPHILUS alio loco, tantum non iiſdem verbis, repetit: Δικαιον γαρ εϛι τον εις χρηματα αδικησαντα, εις χρηματα τιμωρηθηναι. *v. tit. de perp. & temp. action.* Quæ quantumvis ita ſint, ego tamen horum auctoritate ſola, mihi perſuaderi non patiar, adeo naturale, & neceſſarium eſſe, ut illa, quam pœna infligit, noxa, jacturæ, quæ delicto data eſt, & gravitate ſupplicii & genere ex aſſe reſpondeat. Sed tamen nec illud fero, quod FABROTTUS ad hunc locum ait; *notari* THEOPHILUM, *quod furti pœna non ſit apud omnes gentes pecuniaria.* Fac enim in furibus ære plectendis populos, qua meliorum partium ſunt, conſpirare omnes; ex hoc certe eorum conſenſu nunquam conficies, eo neceſſitate aliqua & communi juris præcepto adſtringi. Neque eſt ex hac ratione, quod ad gentium juris

(1) Idem hoc quum ſexcenties ab aliis dictum & recoctum ſit, bona cum Lectoris venia totam §. 11. nimis longam omittimus. Confer, quæ pag. 1079. ad not. 11. dixi. G. O. R.

(2) Neſcio an tanti ſit, ut moneam quæ latinæ inſtitutiones copulandi modo, *legibus* ET *moribus*, ea græcum ſub disjunctione extuliſſe: η εγγραφοις νομοις η αγραφοις, atque inde illum *legibus* AUT *moribus* legiſſe videri FABROTTO *ad h. l.* &, qui FABROTTUM bene & gnaviter exſcribit,

juris paradigmata ille referat, τον κλεπτην εις χρηματα τιμωρηθηναι, quum vel *pr. paraphraſeos de perp. & temp. act.* evidenter oſtendat, varia, quibus in hoc crimen ſolemne fuit animadvertere, eum non præteriiſſe. Et quis eſt, qui cum ALB. GENTILI *ad L. quiſquis ad L. Jul. Majeſt.* §. 1. affirmet, pecuniariam ejus pœnam apud omnes peræque cuſtodiri? Ut enim nunc nihil addam de iis gentibus, quas barbararum nomine traducebat Græcorum Romanorumque ſupercilium, neque illas memorem, quibus in laude habebatur, certe extra pœnam fuerat, rapto vivere, quod de Lacedæmoniis, Ægyptiis, ipſiſque majoribus noſtris veteres quidam, & ex iis AB ALEXANDRO *Dier. genial. L VI. c.* 10. tradidere, v. V. Cl. J. S. GRIBNERI *diſſ. de furti apud Lacones licentia*: id tantum nunc agam, ſi unius mihi detur digreſſionis venia, ut varios, qui in Græcia & urbe Roma frequentabantur, furta puniendi (1) modos perſequar.

§. III. Quod Imperator in §. 1. huj. tit. de nonnullis tantum populis videtur intellexiſſe *legibus ac* (2) *moribus uti*, id ad omnes extendit Paraphraſtes. Eſt hoc quidem leviculum, nec tamen ſicco pede prætereundum, quod videamus noſtrum ea de re nominatim notari ab JCto inclyto ANT. SCHULTINGIO, *qui ad* CAJ. *Inſt. L. I. T. I. non eſt verum*, ſcribit, *omnes populos legibus aut moribus uti, quod ait Paraphraſis* THEOPHILI. A cujus partibus cum non abhorrere alios viros doctrina & ingenio præſtantes videam, interque eos ſubtilis ingenii Philoſophum PETRUM BAYLIUM *Contin. medit. de cometa p.* 569. deprehendam, neque indignum opera, neque ab hoc loco alienum exiſtimavi, oſtendere, non eſſe in mundo, imo non exiſtere poſſe populum, qui nullis legibus nulloque teneatur imperio.

§. IV. Cum vero non Græci minus, quam Latini his LEGIS & νομος vocibus multiplici ratione uti ſoleant, verendumque nobis ſit, ne diverſas earum notiones confudiſſe videamur, operæ erit pretium, potiores, eas certe, quas miſceri hic ſolenne eſt, ſigillatim perſequi. Primum, quæ ampliſſima eſt græcæ latinæque vocis ſignificatio, omnem omnino ejus, cui ſupremas populus partes detulit, voluntatem; omnem ad quam civium mores exigendi ſunt, normam deſignat, ac jus in ſcriptura promulgatum æque ac vetuſto utentium more introductum, naturale nil minus, quam cuique civitati proprium continet. Appoſite CICERO *partit. orat. c. XXXVII. propria legis ſunt & ea, quæ ſine literis aut gentium jure, aut moribus continentur.* Hanc verbi poteſtatem ante oculos habuere PAPINIANUS & MARCIANUS, & quos illi citant *L. 1. & 2. D. de legibus.* Neque eſt anguſtior aut minor vis græcorum illis νομος, νομιμον, νομικον, quæ nihilominus ad omnes quocunque modo promulgatas juris ſpecies extendi, quamvis in ſuſpicionem vocetur a GUIL. BUDÆO *annot. prior. ad L. 6. D. de J. & J.* poteſt tamen vel ex ipſis, quæ conduxit *Budæus h. l.* auctorum teſtimoniis, tum & ex aliis aliorum locis comprobari, quorum vide, quantum ſatis eſt, apud FERRAND. ADDUENS. *Expl. J. C. L. I. ad d. L. 6.* & meliora apud VALESIUM *in notis ad Mauſſac. in Harpocrationem p.* 96. Unde accidit, arbitror, ut hæc utriuſque linguæ vocabula ſolos interdum mores, excluſo jure ſcripto, indicare videantur, quod de latino VV. Cll. BURMANNUS *ad Petron.* 136. & CORTIUS *ad Salluſt. de rep. ordin. Ep. II.* & de græco ADDUENS. & VALESIUS *locis indicatis* tradidere. Sed, verſa etiam vice, mores non raro pro legibus uſurpantur, v. NOODT *probab. L. I. c. XI.* §. 3. & viri celeberrimi HEINECCII *epiſtol. ad Pagenſtech.* Quamvis vero hæc ita ſint, deprehendes tamen multo frequentius pro eo tantum jure utraque hæc verba accipi, quod diſerte

&

ſcribit, OISELIO *ad Caj. l. c.* Quis enim eſt, qui neſciat non aliud quicquam eſſe mutua illa disjungentium & conjungentium particularum permutatione apud noſtrates frequentius. Quod etiam τω η græcorum contingere, patet vel ex fragmentis JCtorum græcorum, tituli *de verb. ſignif.* a GOTHOFREDO Theophili editioni additis *L.* 154. MYLIUS.

& palam promulgatum est, opponique ei, quod diuturno civium usu paulatim invectum. Hinc sæpius leges moribus, ἐθη νομοις, videas jungi. Cujus rei si argumenta exigas, fiet tibi numeratio a RITTERSHUSIO *ad Inst. h.* §. SIGONIO *de jure civ. Rom. L. I. c.* 5. ADDUENSE *l. c.* Postremo qui tertius, & JCtis fere proprius est vocis usus (3) ad singularem juris ἐγγραφα speciem significandam adhibetur, quam populus comitiis centuriatis scivit, ut ait BOËTHIUS *in Top. Cic. L. III.* Quum enim varia soleant a JCtis constitui juris genera, primum eorum, & quasi præcipuum est, quod Senatorio Magistratu rogante populus centuriatim calatus jubet, quod lex vocatur. §. 2. *Inst. h. t.*

§. V. Non tamen potest negari, adeo sæpe cum aliis scripti juris speciebus hoc nomen communicari, ut, nisi aliunde id constet, fere nescias, cui proprie competat. Plebis enim scita potissimum post Horatias, Publilias, & Hortensias rogationes hoc nomine appellari, cum ex CIC. *II. de Lege Agrar.* patet, tum nemo dupondiorum hodie ignorat, v. §. 2. *Inst. h. t.* Et SCta (4) eodem verbo comprehendi luculenta auctorum loca ostendunt. TACITUS *L. II. Annal. c.* 13. cum de eo, quod a Macedone nomen habet, quædam tradidisset: *lata*, inquit, *hac* LEGE. Idem TACITUS *Annal. XI.* 25. & SUETON. *Jul. XLI.* LEGEM Sæniam commemorant, quam cum της βελης επιτρεψασης τατο ποιησαι latam esse, Dio tradat, non abs re LIPSIUS *ad h. l.* suspicatus est, fuisse amplissimi ordinis consultum, non legem. SCtum Orphitianum a CAPITOLINO *M. Anton. c. XI.* nomine LEGIS de successionibus filiorum in parte materna intelligitur. Illa denique, quibus solvit Principem legibus, eique & in eum omne imperium transtulit, Senatus consulta, siquidem genuina sunt, nonne LEGIS Regiæ nomine celebrantur? Hæc de SCtis. Sic & Principum Orationes LEGIS nomine sæpius intelligi NOODT auctor est *ad D. Tit. de Feriis.* v. *L. 6. ff. de Feriis L. 16. ff. de Pign. Act.* Quæ a Magistratibus edicebantur, quanquam alias juris honorarii nomine legibus opponi solent, ut supra ostendimus, non tamen raro & ipsa eadem appellatione comprehendi certissimum est. Cui ignota sunt illa CICERONIS *Lib. I. in Verrem* §. 42. *Qui plurimum tribuunt edicto, Prætoris edictum annuam* LEGEM *dicunt esse.* PLINIUS *Hist. Nat. LXXXIII. c. 9. Gatidiani Prætoris edictum* LEGEM vocat, & ex nostris Ulpianus *L.* 1. §. 2. *D. unde cognati: pertinet hæc* LEX, puta edictum Prætoris. JUL. PAULI *Rec. Sent. L. III. T.* 3. *de* LEGE *Fabiana*, & ipsæ illæ leges censoriæ, quarum est frequens in autoribus & jure mentio, quid sunt, nisi de vectigalibus P. R. operibus publicis, agrisque elocandis censorum edicta? Recte ergo THEOPHILUS: Κοινον των εγγραφων νομων ονομα λεξ. & in eandem sententiam *fragmentum vetus regularum juris* apud SCHULTING. *p.* 803. LEGES *& cæteræ partes justi appellantur.*

§. VI. Nunc ut in arcem controversiæ veniam, ultro patet in quæstione hac, nostræ artis peritos primo vocis significatu uti, quo ad omnes omnino su-

(3) Nolo in conquirendis unius vocu'æ significatibus videri molestus sedulus, alias adderem plures, qui in promtu sunt. Velim tamen notari jus, quod honorario opponimus, quodque civile vocamus, nonnunquam legum nomine κατ' εξοχην venire. Ita certe §. 4. *I. de Noxal. action. hujusmodi actiones, aut ex legibus aut ex edicto prætoris descendere* dicuntur. Præterea nemini obscurum est, Legem præcise dici de quacunque, quam in quæstione habemus e. g. Cincia, Papia, Voconia, & inprimis de XII. Tabulis. PAULLUS *recept. Sent.* v. 4. 6. injuriarum actio aut lege aut more aut mixto jure introducta est. Quid est mixtum jus, nisi quod post XII. Tabulas seu scriptura, seu usu constitutum est. v. Noodt Prob. J. C. *L. I. c.* 12. Schulting ad Jul. Paul. *d l.* Hoffmann. *Diss. de Jure Consuetud. c.* 11. §. 4. MYLIUS.

(4) Inprimis SCta mutato subinde nomine comparent. Non tantum, quod nemo tyronum est, qui ignoret, cum *principum orationibus*, sed nec rarius cum *Principum edictis* in quorum aut sententiam proposita, aut ut majus ipsis robur accommodarent aut eorum quædam immutarent, edita erant, confundi videas. Inde quæ *L.* 1. *ff. in qu. caus. Pignus tacit. &c.* Senatus Consulto adscribit, ea ex principali edicto arcessit *L.* 24. §. 1. *de rebus auctor. Judic. poss.* Inde *L.* 2. *de ædificiis privatis* eadem res & *SCto* & Vespasiani *edicto* vetita

ſuperiorum voluntatis ſpecies ſcriptas & receptas, naturales & poſitivas, & quaſcunque alias extenditur (5). Eſſe enim, quantumvis id etiam de Lacedæmoniis negares, aut eſſe certe poſſe, qui ſcripto jure careant, populos, & apud quos boni mores bonarum legum loco ſint, nemo ambiget; ſed inveniri nationes, quæ neque promulgatis palam tabulis, neque more aliquo inſtitutoque civitatis regantur, ut credam, adduci non poſſum. Quod tamen ipſum ſi qui faciant, illi, quid opus eſt verbis, inquiunt, ubi rerum argumenta loquuntur. Appellant auctores, quos cum ſcribendi genere, tum dictorum veritate in prima claſſe cenſemus, quorum ſunt luculenta in hanc rem teſtimonia. CICERO pro Sextio c. XLII. *Quodam tempore homines neque naturali neque civili jure deſcripto fuſi per agros ac diſperſi vagabantur, tantumque habebant, quantum manu ac viribus per cædem ac vulnera eripere aut retinere potuerunt.* JUSTINUS Trogi Epitomator L. I. c. 1. *Populus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant.* SALLUST. *Jugurth.* c. XVIII. §. 2. *Neque moribus, neque lege, neque imperio cujuſquam regebantur.* IDEM Catil. c. VI. *Aborigines genus hominum agreſte ſine legibus, ſine imperio, liberum & ſolutum.* adde TACIT. Annal. III. c. 26. LACTANTIUM Div. Inſtit. L. V. c. 5. OVIDIUM Metam. L. I. ℣. 59. (6) alioſque plures, atque illos etiam, qui aureæ, quam ſibi fingunt, tempeſtatis mores deſcribunt, quos longo agmine recenſet BROUKHUSIUS *ad Tibull. L. I. Eleg. III.* ℣. 35. Sed hæc omnia, ut ſint multa, videanturque eſſe evidentia, nil tamen quicquam adverſus nos conficiunt. Quod ſi enim accuratius ſingula intuearis, facile deprehendes, eorum alia de ſcriptis tantum aut publice propoſitis legibus agere, alia καθ' ὑπερβολὴν de paucis potius quam nullis accipienda eſſe, pleraque non de legitima & juſta civitate, ſed de diſſociato aliquo confluentium undiquaque latronum nebulonumque globo loqui. Nos vero cum *legis* vocabulum in ampliſſimo ſenſu, juncto & more & gentium jure uſurpamus, tum de eo, qui in legitimam civitatem coivit, atque adeo reipublicæ nomine intelligi poteſt, populo tantum loquimur. Quod ſi vera ſunt, quæ alicubi elegantiſſime habet CICERO: *Ne illi quidem, qui maleficiis & ſcelere paſcuntur, poſſunt ſine ulla particula juſtitiæ vivere. Nam qui eorum cuipiam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit, is ſibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem, qui Archipirata dicitur, niſi æqualiter prædam diſpertiat, aut occiditur a ſociis, aut relinquitur. Quin etiam leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſervent, Offic. L. II. c.* 11. Quanto magis credibile eſt, legitimam civitatem ſine legibus eſſe, imo ne quidem animo aut cogitatione effingi non poſſe. Hæc enim eſt reipublicæ ſeu civitati ratio, ea indoles, ut aliquot homines coëant, illi, quam natura cuique dedit, libertati repudium mittant, ac certa quadam ratione invicem colligati, non tam ſingulorum, quam univerſi cœtus utilitatem ante oculos habitum iri invicem in ſe recipiant. Quis non videt, ejuſmodi corpus ruere mole ſua, ſuſti-

tita dicitur. Illuſtriſſimum multo eſt exemplum in SCto Liboniano, & quod hoc ſecutum eſſe dicitur, Edicto D. Claudii; quæ duo verius duplici nomine una Sanctio fuiſſe videtur V. ad hoc SCtum diſſertationem habitam Maſcovio noſtro Præſide, quem nos honoris cauſſa nominamus. MYLIUS.

(5) Niſi ſi expreſſe addas: *moribus*, ceu fecit noſter & alii, tum enim in ea, quam ſecundo loco excuſſimus, ſignificatione de ſcriptis tantummodo legibus uſurpari ſolet. MYLIUS.

(6) Omiſi prudens Pomponium Melam, quamquam is L. I. de ſitu orbis. c. 8. de inferioris Africæ incolis tradit, *in familias paſſim & SINE LEGE diſperſos nihil in commune conſultare*; vereor enim ut hæc cum BAYLIO *penſées ſur la Cométe* l. c. ita accipi poſſint ut ſignificent, nullo civili legis vinculo illos invicem nexos colligatoſque fuiſſe. vide Vir. Ill. RECHENBERGII *diſſ. de Norma Juſtar. Legum* §. 1. Imo vero ut non raro alibi, ita hic *legem* pro *ordine* & *modo* ſumi verius eſt, & ipſa loci ſeries oſtendit. SINE LEGE *diſperſi*, ſunt qui paſſim incolunt ac ſeparatis ſinguli locis habitantes nullo invicem contineri vinculo videntur. Perinde ut *ſparſos* ſine lege *capillos* dixit OVIDIUS *Heroid. XV.* 73. *Comam* ſine lege *jacentem* SENECA *Hippolyto v.* 804. *effuſos* ſine lege. MYLIUS.

In his verbis definit Myliana nota, quam ſupplere non laboro. G. O. R.

ſuſtinerique non poſſe, niſi conſtantibus quibuſdam & certis inſtitutis tam diſcordes atque diſſimiles hominum animi contineantur, atque ipſo pœnæ metu, ut aliquando alienam vel communem potius ſuæ ſalutem præferant, adigantur. Quod ipſum, ſive ab initio a populo publice edictum conſtitutumque ſit, ſive longo uſu tacitaque ejuſdem voluntate admiſſum intelligatur, ſive ex ejus cui ſummas rerum detulere, libera voluntate pendeat, *legis* nomine venire neceſſe eſt. Ut nunc ne quidem id adjiciam, illi certe juri, quod inter omnes omnino nationes natura conſtituit, in unaquaque republica locum eſſe debere, quod ipſum νομων και εθων vocabulo complexus eſt *Theophilus*. Neque eſt, quod nos morentur populorum exempla, quos ſeu princeps, ſeu plures & optimates ſua manu, & ad mentis quaſi voluptatem gubernant. His enim, quod ille ait, arbitria magiſtratuum pro lege ſunt, quæ & ipſa id nominis jure occupare vel inde colligimus, quod, quem TACITUS *Annal. L. I. c.* 1. ut libitum imperitaſſe refert, Romulum, leges tuliſſe, cum alias certum ſit, tum ex Livio, Dionyſio aliiſque certiſſimum. Quæ cum ita ſint, conſequens eſt, ut & recte ſuoque jure paraphraſis ajat: ὑπας δημος η νομοις η εθεσι κεχρηται, nec injuria illius vindicem agat ALEANDER *ad Caj. L. I. T.* 1. fruſtra, ſi quid video, notatus a viro de arte noſtra multum vehementerque merito *ad Caj. d. l.* in *Juriſprud. Antejuſtinianeæ* opere aurum contra caro *pag.* 2.

§. VII. Videbimus nunc paucula de paragrapho, qui proxime hunc ſequitur, ει τις εθελει τε Σολωνος τε των Αθηναιων νομοθετου, η τε Δρακοντος τε των Λακεδαιμονιων πολιτικον νομιμον των Αθηναιων η των Λακεδαιμωνιων αποκαλεσαι. κ. τ. λ. quibus verbis inepte, & adverſus omnem hiſtoriarum fidem Draconem Lacedæmoniorum legiſlatorem exiſtimari facile patet. Quod ſi a Theophilo factum eſſet, & injuria fieret, & mereretur ipſe, ut debitas ignorantiæ pœnas daret D. GOTHOFREDO aliiſque commentatoribus *ad h. l.* tum & viro de græcis literis præclare merito MEURSIO *Solon. c.* 13. Sed ego abſtinebo me a turpi & inficeto gloſſemate, quo nunc paraphraſin liberavit verus & unicus Theophili ſoſpitator, FABROTTUS, qui, quæ ad Codicum Regiorum marginem adleverat indocta manus: τε των Λακεδαιμονιων, ea prorſus ejecit & ſuſtulit. Parum aberat, quin idem jam auderet nulla codicum ope adjutus PETRUS NANNUS in annotationibus *ad h. l.* Sed qui, ut ſervaret Lacedæmoniorum nomen, inſeruit η τε Λυκυργε τε των Λακεδαιμονιων κ. τ. λ. quod & fecit MEURSIUS *l. cit.* ſed quod addit NANNUS, mirum illi videri, græcum hominem græcas res ignoraſſe, aliis mirum non eſt, quod eo tempore eoque loco, quo vixerat Theophilus, res ille græcas non melius, quam nos Romanas, & ne quidem eadem ratione noſſe poterat. Si quis enim illos Athenienſes Laconeſque recentium illorum Græculorum, & Byzantinorum majores faceret, næ is non minus erraret illo, qui Germaniæ Auguſtorum originem ſeu ex Roma vetere, ſeu Conſtantinopoli repetierit.

MYLIANORUM OPUSCULORUM FINIS.

EX-

EXCURSUS IV.
SIVE
GUL. OTT. REIZII JCTI
PRODROMUS
THEOPHILINUS:

Superiorum *Editionum* pæne omnium *Hiſtoriam*, virtuteſque ac vitia enarrans.

GUL. OTTO REITZ

Lectori Erudito ac Benevolo

S. P. D.

QUandoquidem novam Theophili Paraphraſtæ editionem Græco-Latinam (variantibus lectionibus, Doctorumque notis tam editis quam ineditis, ac verſione plane nova, inſtructam) prelo typographico propediem commiſſurus ſum; cui editioni Excurſus aliquot more Lipſiano ſubjungere cogito: placuit ex amicorum conſilio hunc numero quartum, Prodromi inſtar, cum Viris Eruditis communicare; non alium in finem, quam ut omnes ac ſingulos, cum debita honoris ac veniæ præfatione, rogem, & per communia Muſarum Themidoſque ſacra obteſter, ut, quæ mihi deeſſe etiam poſt perlectum hunc Excurſum perſpicient, quantumvis videantur tenuia, ſuppeditare ſive per ſe, ſive per Bibliopolarum commercia benigne velint: inprimis, ſi qua in ſuis exemplaribus vel ipſi emendarunt vel aliunde adſcripſerunt, aut aliquam ex Codicibus MSS. lectionum varietatem collegerunt. Quam grato ac religioſo animo ſuum cuique tribuam, ipſum hoc ſpecimen loquetur. Vale Lector Erudite ac Benevole, paremque, ſi ſe occaſio dederit, officii præſtationem a me exſpecta. Scribebam Medioburgi Kal. Julii 1745.

P. S: Vixdum hunc Prodromum emiſeram in lucem, quum ecce certatim Viri eruditionis aliarumque virtutum & honorum laude inſignes, quorum nomina ſuis quæque locis adparebunt, varias benigne ſymbolas contulerunt: unde, quæ ad hunc Excurſum ſpectant, cum Lectoribus nunc communico. Spectant autem ferme omnia ad Latinam Curtianæ verſionis editionem toties repetitam: namque Græcam aut Græco-Latinam, præter eas quas jam olim laudavi ac verſavi, nemo hactenus detegere potuit, & quantum auguror, nunquam deteget. *Typis denuo expreſſum menſe Majo* 1750.

SUMMARIUM.

ARTIC. I. Generalia prænonita.

EDITIONES GRÆCÆ.

II.	*Princeps BASILEENSIS Viglii Zuichemi.	1534.	Fol.
III.	*PARISIENSIS ſive Wecheliana.	1534.	8.
IV.	*LOVANIENSIS Reſcii & Nannii.	1536.	4.

LATINÆ EX VERSIONE J. CURTII:

V.	*Princeps ANTVERPIENSIS apud J. Steelſium.	1536.	8.
	*iterata ibid. apud eumdem.	1539.	8.
	*PICTAVIENSIS apud Marneſios fratres.	1539.	8.
VI.	LUGDUNENSIS dubia.	1545.	12.
	*- - - - - - - - apud Jac. Faure.	1554.	16.
	*- - - - - - - - - - Jo. Frellon.	1558.	16.
	*- - - - - - - - - - Lud. Cloquemin &c.	1572.	16.
	*- - - - - - - - - - Jo. Huguetan.	1581. & 1587.	16.
VII.	†GENEVENSIS apud Jac. Stoer.	1598.	
	- - - - - - apud eumdem.	1610.	16.
	*- - - - - - apud eumdem (forte eadem quæ COLONIENSIS.)	1628.	16.
	†- - - - - - apud Sam. Chouët.	1651.	24.
	- - - - - - dubia.	1738. (forte 1638.)	16.
	†LOVANIENSIS apud Jo. Maſium, ead. ac ſeq.	1573.	12.
	†ANTVERPIENSIS apud Jo. Keerberg (eád. quæ Lovan.)	1594.	12.
VIII.	Brugenſium nulla videtur exſtitiſſe.	-	-
	Veneta.	1588.	12.
	*TOLOSENSIS apud Raym. Boſc.	1663.	12.
IX.	Aliæ editt. ſuſpectæ.	-	-
X.	*DOUJATIANA 2. Voll. *Pariſiis.*	1681.	8.
	*LEIDENSIS apud Jo. van der Linden (aut Theod. Haak 1733.)	1715.	12.
	*BÖHMERIANA impenſis Orphanotrophii, Halæ.	1728.	4.
	*VENETA ex typographia Pitteriana.	1738.	4.

GRÆCO-LATINÆ.

XI.	*Baſil. JOD. P. NEITHARDI apud Henr. Petri.	1544.	8.
XII.	*LUGDUN. L. Miræi apud Tornæſium.	1580.	16.
	- - - - - ejuſdem (mihi ſuſpecta)	1581.	4.
XIII.	*D. GOTHOFREDI tripartita Genevæ.	1587.	4.
	Ejuſdem. - - Genevæ.	1598.	4.
	*Ejuſdem. - - - Lugduni.	1608.	4.
	*Ejuſdem - - Genevæ.	1620.	4.
XIV.	GENEVENSIS apud Jac. Stoer (dubia.)	1590.	12.
	*- - - - - - apud Jac. Stoer.	1610.	16.
XV.	*C. A. FABROTI prior editio Pariſ.	1638.	4.
	*Ejuſdem poſterior ibid. (innovato titulo 1679.)	1657.	4.

GALLICA.

XVI.	**Paraphraſe de Theophile, traduite en François, &c.*	1689.	8.

ALIORUM SCRIPTA HUC MAXIME SPECTANTIA:

XVII.	*Dictionariolum Juris Civ. ex IV. libris THinarum Inſtit. *Lugd.*	1552.	8.

XVIII. * THus renovatus, auctore DAN. GALTIER. Toloſæ. - 1677. 4.
XIX. * Jo. Henr. Mylii Hiſtoria THi & Vindiciæ. *Lugd. Bat.* 1733. & 1738. 12.
XX. * Juſtiniani Inſtit. ex THi paraphraſi illuſtratæ, &c. - 1746. 8.

NB: Stellulæ adpictæ denotant, me non tantum vidiſſe, ſed verſaviſſe etiam atque excerpſiſſe, quæ uſui erant. Cruces, Viros Eruditos αυτοψίας ita per litteras me edociuiſſe. Denique ſ. l. in hoc Excurſu legendum, quaſi integre ſit ſcriptum, *ſuo loco.*

ARTIC. I.

UT minimæ in re qualibet ἀδιαφορίας ignorantia homines aut ſuſpenſos tenere, aut in errorem etiam inducere ſolet: ita non mirum, ſi hoc omnibus eruditis, qui de noſtro Theophilo atque editionibus ejus aliquid commentati fuerunt, plus ſemel accidit; quod meo ipſius exemplo edoctus tanto magis verum eſſe deprehendi. Confer quæ GUNDLINGIUS §. 4. *de Paraphraſi Th.* diſſerit: qui tamen ipſe non ſuis cuncta perluſtravit oculis, ſed ſcriptores vetuſtiores, uti eum recentiores, tantummodo deſcripſit: quod, ſi non plagii, tamen ſervilis imitationis, vitium utinam ab Erudito Orbe tandem exulet! Quare operæ me pretium facturum arbitror, ſi paullo uberiorem editionum ac librorum, in ſummario modo recenſitorum, hiſtoriam contexam, & de ſingulis editionibus meum pronuntiem judicium. Attamen duo hæc generaliter præmonenda cenſeo: primo, me nihil ceteris Editorum laudibus detractum velle, ſi quando editionum nævos ac vitia ingenue, ut hiſtoricum decet, aperiam; deinde neminem ante me, ne Fabrotum quidem, diverſas inter ſe editiones commiſiſſe, aut variantium lectionum inſtituiſſe optionem, ſed unam tantummodo vetuſtiorum ad verbum fere expreſſiſſe, exceptis tamen propriis unicuique correctionibus. Sic Baſileenſem principem, ſed incorrectam NEITHARDUS, correctam WECHELUS, RESCIUS & MIRÆUS expreſſerunt. Lugdunenſem Miræi editionem κατα ποδα ſecutus eſt GOTHOFREDUS tam in prima edit. quam in poſterioribus, & Gothofredianam ſecundam in Genevenſi JAC. STOER. De FABROTO nondum certi quid ſtatuere poſſum, ad quam ſuperiorum præcipue editionum ambas ſuas concinnaverit: tam varius eſt in ipſis etiam erroribus ac σφαλμασιν. Videtur tamen, ut ex paragraphorum & verſiculorum diremtionibus maxime concludo, unam ex Gothofredianis adhibuiſſe. Ego poſtrema Gothofredi editione A. 1620. (nam & talia ſæpe ſcire intereſt) uſus fui, quam plus millies correctam, cum adſcripta lectionum varietate virorumque doctorum notis, typographo exprimendam dedi.

ARTIC. II.

BASIL. *Editionis Titulus integer.*

„ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΑ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΝΤΙΚΗΝΣΩΡΟΣ.

„ INSTITUTIONES JURIS CIVILIS IN GRÆCAM LINGUAM PER THEOPHILUM
„ Anteceſſorem olim traductæ, ac fuſiſſime planiſſimeque explicatæ: nunc vero
„ primum in lucem reſtitutæ & recognitæ, cura & ſtudio VIGLII ZUICHEMI
„ Phryſii. Quarum eximiam utilitatem ejuſdem præfatio ad Opt. Max. Imp.
„ CAROLUM abunde declarat. Baſileæ in officina Frobeniana Anno M. D.
„ XXXIV.

Pagina verſa Privilegium Cæſareum exhibet, bibliopolis conceſſum. Sequitur ipſius VIGLII præfatio, quam ſuo loco dabimus: hanc excipiunt Titulorum Indices, Græcus ac Latinus; ſed in ipſo opere Rubricæ Latine tantum exhibentur. Vide Viglii præf. §. 28. & 29. quod & inſequentes editores ſervave-

runt, donec primus D. Gothofredus Græcas Rubricas ipſi etiam operi intexuit malo exemplo, & pejori novam adfinxit ἀφὲ συσχήσεως ἀλλων. Sed de his Rubricis alibi plura dicemus.

Hinc incipit opus Theophilinum, additis margini primis §§. Latinorum verbis, (quod ceteros quoque editores præter Neithardum & Fabrotum cuſtodiviſſe ſemel hic moneo) idque paginis 284. in folio minori abſolutum, ſic ſubſcribitur:

ΤΕΛΟΣ. BASILEÆ IN OFFICINA FROBENIANA PER HIERONYMUM FROBENIUM ET NICOLAUM EPISCOPIUM ANNO MDXXXIV. MENSE MARTIO.

Denique in folio ſequenti legimus:

„LECTORI S.

„ Quum jam haſce Inſtitutiones imprimere cœpiſſemus, allatum eſt nobis aliud „ exemplar ab ipſo Viglio ad utriuſque veteris Codicis (cujus in præfatione „ mentio fit) collationem recognitum. Itaque quæ illic ad eum uſque locum, „ ad quem perveneramus, emendata comperimus, honeſtum judicavimus pau„ cis annotare. Deinceps vero recognitum exemplar ſequuti ſumus."

Has nos emendationes, (quæ in pagina 96. ſub fin. tit. *de Milit. Teſt.* deſinebant) in Varr. Lectionibus Lectori impertivimus, niſi cum manifeſta tantum operarum σφαλματα corrigi juberentur: quorum tamen ſat magna remanſit copia, ut ipſe conqueritur Viglius, nimiam Frobenii feſtinationem incuſans, in epiſtolis ſ. l. ſubjungendis.

Viglianæ autem editionis exemplar verſavimus Trajecti ad Rhenum in Bibliotheca publica; unde mihi Fratres Cariſſimi, JO. FREDERICUS & JO. HENRICUS REIZII, (alter germanus, alter patruelis) variantes ad poſteriorem Fabroti diligentiſſime adſcriptas ſubminiſtrarunt: donec Vir Cl. idemque Humaniſſimus C. A. DUKERUS ſuum exemplar tranſmiſit, de quo ipſe in litteris ad me datis ſic ſcribit: „ Exemplar meum Ed. Viglii fuit quondam Matthæi Sla„ di, Viri Græce doctiſſimi, deinde P. Francii, poſtremo Petri, fratris Ha„ driani, Relandi. In margine multa emendata, ſed pleraque ex indice eo„ rum, quæ jam ante emendaverat Viglius, tranſcripta ſunt. Quis præter „ ea conjecturas & notulas nonnullas adleverit, non ſcio; nec magis quam ve„ rum ſit, quod Francius, ut puto, in fronte ſcripſit, plurima ei adſcripſiſſe „ Alciatum & alios. Nam de Alciato nihil pro certo adfirmari poteſt, niſi „ conſtet eam illius manum eſſe."

Scil. in fronte ſeu Titulo Libri hæc adſcripta ſunt margini:

Sum Matthæi Sladi 1599.
Ex Libris P. Francii. Plurima huic libro adſcripſit A. Alciatus & alii.
P. Relandus.

Nos ergo quia diſcernere haud potuimus, quæ in ipſo opere aut Sladi aut Alciati aut aliorum eſſet manus, omnia ſub nomine ANONYMI excerpta damus: præſertim cum non pauca ſint, quæ tantis viris forent indigna. Multa quoque ex Reſcio ac Nannio tranſcripta videntur. Tandem de Baſil. hac edit. adde Præfat. atque Epiſtt. Viglii, quæ hunc Excurſum excipient. Transmiſit poſtea V. Ampliſſ. JOA. VAN NISPEN, Curiæ ſupremæ Senator, aliud ejuſdem edit. exemplar, in quo eædem fere conjecturæ & notulæ, ſed ut plurimum conciſius ac brevius, adſcriptæ erant. Hinc quæ diverſæ aut novæ ſunt, cum Lectoribus communico in Addendis ad pag. 184. uſque, quoniam typographi eo jam pervenerant, antequam eas acciperem. Deinceps ANONYMUM DUK. & ANON. NISP. diſtinxi: ſed ſi ſimpliciter ANON. ſcribo, Lector ſciat, apud utrumque

utrumque ita me inveniſſe. Poſtremo V. Nobiliſſ. G. MEERMAN aliud rurſus exemplar ſimiliter conſcribillatum dono mihi miſit; quod ſi quid ſingulare habet, ſub ANON. MEERM. adlego. Unde conjicio omnia hæc, & ſi quæ alia ſunt ſimilia exemplaria, ex hujus illiuſve Profeſſoris prælectionibus aut dictatis ab auditoribus, magis minuſve in litteratura provectis, eo modo conſcribillata fuiſſe. Denique fide Viri Eruditi αυτοψιου memoro, TROTZII V. Clariſſ. exemplar Baſileenſe, nonniſi ex Vigliano erratorum variarumque lectionum indice, correctum eſſe.

ARTIC. III.

PARIS. *Titulus integer.*

„ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΑ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΝΤΙΚΕΝΣΩΡΟΣ.

„ INSTITUTIONES JURIS CIVILIS IN GRÆCAM LINGUAM PER THEOPHILUM ANTECESSOREM olim traductæ ac fuſiſſime planiſſimeque explicatæ. Superioribus „ diebus cura & ſtudio VIGLII Zuichemi Phryſii in lucem æditæ: nunc vero „ exemplarium collatione, quæ mutila erant, diligenter ſuo loco reſtituta at„ que inſtaurata: quod intelliget is, qui noſtra cum aliis conferre non grava„ bitur. Eximiam autem harum utilitatem VIGLII præfatio ad Opt. Max. Imp. „ CAROLUM abunde declarat.

„ PARISIIS. Excudebat Chriſtianus Wechelus, ſub ſcuto Baſileenſi, in vico „ Jacobæo. Anno M. D. XXXIV."

Titulum ſtatim ſequitur Præfatio Viglii & reliqua; eodem plane ordine, quo in principe Vigliana, quam καλα ποδα exprimit, niſi quod Addenda & Corrigenda ſuis quæque locis inſerta habet: & præterea σφαλματα quædam ſuperioris correxit; ſed contra, ut fieri ſolet, alia nonnunquam commiſit. Fallax autem editionis hujus titulus & Fabricium & Gundlingium in eam induxit opinionem, quaſi Wechelus novis inſuper Codicibus uſus fuiſſet, quum non alia quam Viglianorum exemplarium collatio, ab hoc ipſo facta, intelligi debeat. Ipſum opus Theophilinum a pag. 49. incipit, & in pag. media 675. (ſic enim legendum.) definit, adeoque paginis 626½ abſolvitur. Bina Pariſ. hujus edit. exemplaria tractavi: quorum alterum in publica Bibliotheca Trajectina habetur; alterum beneficio Anteceſſoris Celeberrimi ABR. WIELINGII diu penes me habui.

ARTIC. IV.

LOVAN. *Titulus integer*, ſed per compendium a me ſcriptus:

„ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΙΩΝΕΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΝΤΙΚΗΝΣΩΡΟΣ.

„ Inſtitutiones Juris Civ. in Græc. L. per Th. Anticenſorem traductæ, ac „ fuſiſſime planiſſimeque explicatæ, cura & ſt. Viglii Zuichemi primum in lu„ cem æditæ, nunc denuo a Rutgero Reſcio recognitæ, adjectis etiam aliquot „ Petri Nannii annotatiunculis. Exim. a. har. util. Viglii præf. ad O. M. Imp. „ Carolum abunde decl. LOVANII ex officina Rutgeri Reſcii, 1536."

Epiſtolam Viglii excipit Titulorum Index Gr. Lat. atque hunc Nannii præfatio, quam cum ejuſdem Apologia ex Muſeo Viri Cl. WESSELINGII ſ. l. habebis. Sequuntur P. NANNII Annotatiunculæ, quas pro re nata vel in Lectiones Variantes vel in Notas Doctorum retulimus: in quibus nihil eſt frequentius, quam *bene mutavit Reſcius*, *recte mutatum a Reſcio*, *bene legit Reſcius* &c. Ex. gr. „ Pag. 24. ℣. 3. κινσω ην bene Reſcius poſuit pro ην. Pag. 25. ℣. 10. δανειζων

„ mutatum a Reſcio pro δωίων. Pag. ead. verſ. a fin. II. προσελθεῖν pro προσίλθαι „ mutavit Reſcius. Plurima hujuſcemodi orthographiæ errata emendavit Re„ ſcius, quare non eſt conſilium amplius tales lapſus annotare.".

His Annotatiunculis ſubjectæ ſunt caſtigationes mendarum, quas ego ſeduló obſervavi. Sequitur opus Theophilinum, eodem contextu, quo in editt. ſuperioribus, conſtans paginis 463. in 4. min. Eſt autem hæc editio omnium omnino caſtigatiſſima & maxime ſibi conſtans: neque dignus aut Reſcius aut Nannius, qui ob unum alterumve errorem tam male haberetur. Uſus ego ſum binis exemplaribus, uno Amitini conjunctiſſimi F. L. ABRESCHII, altero Theologi ac Medici Litteratiſſimi GER. WINDII.

ARTIC. V.

(α) *Princeps* CURTIANÆ *verſionis Editio*, quam mihi utendam conceſſit V. Cl. VRYHOVIUS, hunc habet titulum:

„ INSTITUTIONUM JURIS CIVILIS LIBRI QUATUOR. Olim a THo Antec. in „ Græcum e Latino huberius diffuſiuſque tranſlati, & nunc nuper in gratiam „ eorum, quibus operam Græcis literis dare non admodum vacat aut libet, „ e Gr. in Lat. per D. JAC. CURTIUM, Brugenſem JC. converſi, ac jam pri„ mum excuſi, I. *Joan. II. Juſtitiam qui facit, ex DEO natus eſt.* Antverpiæ ap. „ Jo. Steelſium An. 1536. menſe Septemb. In ſcuto Burgundiæ."

Titulum excipit Epiſtola Curtii dedicatoria, quam ſ. l. dabimus. Tum abſolutis IV. Inſtit. libris ſequitur Index Titulorum Alphabeticus, & tandem hæc Typographi admonitio:

„ TYPOGRAPHUS LECTORI.

„ Quantumcumque a nobis atque operis noſtris advigilatum ubique ſit, ne „ quid errorum his libris immiſceretur: excuſo tamen jam opere, deprehen„ dimus quoſdam non indignos, quorum te admoneremus. Multos ex iis vi„ deas, quos ad ejus negligentiam, cui Curtius ipſe rem totam concredide„ rat, melius quam ad noſtram referre poſſis. In cæteris quoque, qui levio„ res ſunt, adnotandis colligendiſque ideo diligentiores fuimus, ne boni ad„ uleſcentes jam primum ad Juris ſtudium admoti, quibus hic labor potiſſi„ mum datus eſt, facile uſquam hærerent. Id tu, quicquid eſt, boni conſu„ le, ac vale. Ex officina noſtra Typographica, Idib. Septemb.".

Minoris fere momenti ſunt omnes illi errores: in quibus una tantummodo notula, quæ in noſtra hac edit. *de Adopt.* pag. 112. *p.* occurrit, nove additur; quam ſequentes editt. ſuo inſeruerunt loco, atque ideo hanc admonitionem omiſerunt. Triennio poſt eadem verſio Curtiana & Antverpiæ iterato & Pictavii excuſa eſt. ANTVERPIENSIS 1539. exemplar eſt in Bibl. Trajectina ad Rhenum,

(α) Quæ in prima hujus Prodromi editione hanc in rem ſcripſeram, placet hic ſubjicere, ut, quam ſollicite omnia examinaverim, Eruditis ſemel adpareat:

ART. V. Principi verſionis Curtianæ editioni omnes adhuc Eruditi, præter Struvium, (de quo mox) vel Pictavium annumque 1539. vel Lugdunum atque annum 1545. adſignant. Sed cum Viglius in Epiſtola A. 1537. d. 10. Januar. Spiræ ſcripta, P. Bauſano pro exemplari verſionis Curtianæ transmiſſo gratias agat, [& eod. anno 1537. die 25. Apr. Apologiam Nannii non ſine animi dolore ſe legiſſe reſcribat:] neceſſe eſt eam anno jam 1536. prodiiſſe. Atque ita apud me ſtatueram, antequam B. G. STRUVII *Bibl. Jur. Selectam a Budero auctam* conſului, quæ pag. 57. Latinam hanc verſionem PRIMUM editam & excuſam memorat *Antverpiæ apud Joannem Steelſium* 1536: 8. idque nullus dubito quin ſit veriſſimum, quia Antverpienſis 1539: 8. apud eumdem in fronte ſe ITERATAM profitetur, cujus integer hic eſt titulus:

„ INSTITUTIONUM JURIS CIVILIS LIBRI „ QUATUOR. Olim a Th. Antec. in Græcum

„ e

Rhenum „ quæ hic illic paullum interpolata eſt, tam quoad verſionem, quam quoad notulas in margine (ut in ceteris editt.) adjectas: id quod ipſum feciſſe Curtium ſuſpicor poſt editam Nannii Apologiam, & ſcriptas a Viglio ad Bauſanum litteras A. 1537. d. 25. Apr. quas Excurſ. ſequens exhibebit. Pictavienſis editionis exemplar Bleſis A. 1747. emtum dono mihi miſit Vir Ampliſſ. G. Meerman, nunc Rotterodamæ civitatis Syndicus. Hæc Antverpienſem primam (ni fallor; nec enim omnes ſimul editiones ad manum unquam habui, nec habere potui) κατα ποδα exprimit, edita PICTAVII *ex officina Marneſiorum fratrum ſub Pelicano* M. D. XXXIX. in 8.

ARTIC. VI.

Lugdunenſem verſionis Curtianæ editionem 1545. in 12. ut primam laudant Suareſius in *Notit. Baſilic.* §. 18. Jac. Gothofredus in *Manuali Juris* p. m. 76. & Gundling *Commentationis de THo* §. 9. Meminerunt ejuſdem Mylius *Hiſt. THi* cap. V. §. 5. & Hoffmannus in *Hiſtor. Jur.* Vol. I. pag. 634. Tantum vero abeſt, ut prima fuerit, (vid. ſuper. artic. & notam) ut, an exſtiterit unquam, dubitari jure poſſit: primo quia nullus illorum eam ſibi ait viſam eſſe: ſecundo quia nullus Lugdunenſem 1554: 16. (de qua mox) memorat: tertio quia facilis lapſus vel Suareſii vel typographi in deſignando anno eſſe potuit, quorum alteruter inverſe 45. pro 54. forte dedit: hunc vero errorem reliqui, ut perperam fieri ſolet, transſcripſiſſe videntur. Reſpondebit alius, formam editionis haud eſſe eamdem, quum illa in 12. hæc in 16. dicatur: verum quemnam fugit, has formas ob variam chartæ amplitudinem primo nequaquam obtutu poſſe dignoſci, niſi plagularum indices & pagellarum numeros inter ſe compares; ut taceam in Catalogis Bibliothecarum minoris formæ libellos, ſi non ſub 8. ſaltim ſub 12. ut plurimum comprehendi. Melius reſponderetur, fraude bibliopolarum factum, ut is titulus annum 1545. præferens hodie non compareat; quippe qui eo reſciſſo novum titulum, recentiorem annum, & alius forte & loci & typographi nomen ſubſtituerint. Sed niſi ea fraus, cujus certa exempla tam ſuperiorum quam hujus ſeculi inferius (β) dabo, hoc in caſu probetur, manebit dicta mihi editio dubia ac ſuſpecta. Ego quatuor exemplaria LUGDUNENSIA inter ſe diverſa vidi & verſavi. Primi cum Antverpienſi principe concordantis A. 1554: 16. apud *Jacobum Faure* copiam fecit Vir Venerandus G. DE WIND. Alterum 1558: 16. apud *Jo. Frellonium* communicavit Vir Nobiliſſ. G. MEERMAN: quod in calce poſt Indicem Rubricarum Alphabeticum hoc opuſculi adjunctum habet, pagellis 17. conſtans:

„ In Theophili Inſtitutiones notæ ex Franc. Hotomani & Jac. Curtii libris „ collectæ. *Lugduni apud Jo. Frellonium* 1558. (at in fine legitur: *Lugd. excudebat „ Symphor. Barbierus* 1558.") Cujus præfatiunculam ſ. l. dabo. Notas tamen Curtianas nequaquam omnes, ſed ex Hotomano non paucas habet, quæ nihil ad

„ e Latino huberius diffuſiuſque translati, & „ nunc NUPER in gratiam eor. quib. operam „ Græcis literis dare non admodum vacat aut „ libet, e Gr. in Lat. per D. JAC. CURTIUM, „ *Brugenſem* J. C. converſi, ac jam ITERUM „ excuſi. 1 *Joan. II. Juſtitiam qui facit, ex „ DEO natus eſt.* Antverpiæ in ſcuto Burgun- „ diæ ap. Jo. Steelſium A. M. D. XXXIX.

ART. VI. Ex *Pictavienſi* 1539. ratiocinatur ad §. 3. *de Nupt.* Fabrotus: eamque pro principe venditant Fabricius in *Bibl. Gr. Vol. XII. pag.* 354. Ev. Otto in *Præf. V. Tomi Theſ. Jur. pag.* 14. Mylius in *Hiſt. Th. pag.* 45. Hofmannus in *Hiſt. Jur. pag.* 634. & plures forte, qui nunc non occurrunt.

(β) Exempla harum fraudium, hiſtoriæ litterariæ admodum noxiarum, in editionibus hujus paraphraſeos tam Latinis quam Græco-Latinis dabunt loca ſeqq. hujus Prodromi. (1) Ed. Lugd. IV. hoc ipſo Art. (2) Antverpienſis tertia Artic. ſeq. VII. (3) Genevenſium aliqua eod. Art. (4) Leidenſis Art. X. (5) Fabroti poſterior Artic. XV.

ad Theoph. faciunt, atque idcirco a me neglectæ ſunt. Tertium 1572: 16. *ex Officina Lud. Cloquemin & Steph. Michaëlis* cum primo conveniens, niſi quod præfatiunculam addat, (quam, quia brevis eſt, non quia memorabilis, ſ. l. inſeram) idem MEERMANNUS mihi donavit. Quartum 1587: 16. apud *Jo. Huguetan*, primo ac tertio ſimile, utendum miſit Vir Eruditiſſ. D. RUHNKENIUS: ſed alia eſt præfatiuncula, ut ſ. l. adparebit,) cui annus 1581. ſubſcriptus eſt: unde poſſeſſor ejus ſuſpicabatur, eam eſſe editionem L. Miræi, quam Goth. & Fabr. deſignavērint: (v. inf. Art. VIII. ad locum Fabricii, nec non quæ ad edit. Tornæſianam dicemus) ſed argumentis meis ad ipſum reſcriptis, quæ hic memorare haud adtinet, ceſſit; unde in aliis litteris ita reſpondit: „ Editio illa THi, „ quam tibi transmiſi, vix digna fuit oculis tuis." [*Immo digniſſima, quum in præfatione Prodromi Eruditos omnes rogaverim, ut, quæ mihi deeſſent*, quantumvis viderentur tenuia, *ſuppeditare vellent*, &c. G. O. R.] „ Eadem nuper incidit in „ manus meas impreſſa, ne verbo quidem mutato, apud *Jacobum Stoer* 1598. „ quæ cum nondum in Catalogo tuo appareat, velim ne quid deſit, inſeras."

ARTIC. VII.

Venio ad Latinas editiones GENEVENSES, quarum ego unam tantum tractavi, beneficio Viri Conſultiſſ. G. MEERMANNI, excuſam apud *Jac. Stoer* 1628: 16. quæ Huguetanam cum ipſa præfatiuncula ex aſſe refert, omiſſo tantum in fine loco & anno. Eumdem Stoer tricennio ante 1598. hanc Curtii verſionem edidiſſe, ex Ruhnkenio modo memoravimus: ſicuti nunc ex MEERMANNI litteris aliam ejuſdem adferemus, quas Anno 1745. menſe Julio mihi ſcribere dignatus fuit: „ Cæterum Genevenſi editioni verſionis Curtianæ Anno 1628. a„ pud Jacobum Stoer, cujus uſum tibi conceſſeram, jam præceſſerat alia La„ tina apud eund. typographum A. 1610. *in* 16. quam memorat Catalogus Bibl. „ Hulſianæ inter libros in 8. & min. form. N. 2305. h. t. *Inſt. J. Civ. olim a „ THo in Græcum, poſtea e Gr. iterum in Lat. per Jac. Curtium converſæ: cum ar„ gum. compend. impr. apud J. Stoer* 1610: 16. Eſt ſane hic tit. diverſus ab eo, „ quem præfert Edit. Gr. Lat. ejuſd. anni & typogr. & plane convenit cum „ eo, qui in edit. 1628. invenitur; ut adeo neceſſe ſit, eo ipſo anno 1610. „ quoque idem typographus meram verſionem Latinam in lucem emiſerit. „ Quam vero in §. VII. [ſuperioris Prodromi: vide nunc §. VIII. ſq.] ex Fa„ bricio & Foppenſio memoras COLONIENSEM editionem, eam non puto di„ verſam ab aliqua ex Genevenſibus apud Jac. Stoer impreſſis. Per Coloniam „ enim non Agrippinam, ſed Allobrogum h. e. Genevam intelligo. Moris „ quippe fuit illi typographo, (ob quam cauſam ignoro) in libris a ſe editis, „ nonnullis exemplaribus adponere nomen urbis Genevæ, in aliis Coloniæ „ Allobrogum; in quibuſdam vero ſine loci mentione ſimpliciter typographi, „ adeoque ſui ipſius, ut & anni mentionem facere, id quod in quam plurimis „ obſervavi libris. Et ſic etiam in *Biblioth. Jurid. Lipeniana* noviſſime cura *Je„ nichii* edita Lipſiæ 1736. pag. 268. memorantur J. CURTII INST. J. C. (in„ tellige THinæ) *ex edit. Colon.* 1628: 12. quæ tamen eſt ipſiſſima Genevenſis „ ejuſdem anni a me transmiſſa. LOVANIENSIS editio d. §. VII. memorata pro„ diit A. 1573. in 12. ejuſque meminit J. W. Freymonius in *Elencho omnium au„ ctorum, qui in Jure Civ. & Can. ſcripſerunt*, edito Francof. ad Mœn. 1585. „ hunc ei adſignans tit. fol. 48. vſ. (γ). *Inſtitutt. Gr. & Lat. THi Antec. D. J. „ Curtio interprete. In quibus multa ſunt reſtituta. Acceſſerunt Obſervatt. in THum „ cum arg. in ſingulos §§. Lovanii* 1573. *in* 12. Vix tamen eſt, ut credam, THum „ in

(γ) Freymonium deſcripſiſſe videtur M. Georg. Draudius in *Bibl. Claſſica*. Ffurti 1611: in 4. edita, (quam Collega Doctiſſ. GAVEL ſuppeditavit) nam pag. 519. eumdem titulum ad litteram

„ in illa edit. Græce & L. inveniri, ſed potius verba *Gr. & Lat.* a Freimonio „ adjecta puto ad ſignificandum, THum Græce ſcripſiſſe. Nam quum titulus „ ille cætera conveniat cum illo, quem præfert Lugdunenſis apud Frellonium „ 1558. & Obſervatt. illæ in utraque illa edit. reperiantur, nullus dubito, quin „ Lovanienſis illa memoratam Lugdunenſem ad verbum expreſſerit." Hanc Lovanienſem fraude librariorum deinde in Antverpienſem 1594. in 12. (quam ex Catalogo Biblioth. Leidenſis Artic. VI. citaveram) eſſe transformatam, patebit ex his epiſtolæ RUHNKENIANÆ verbis: *Excuſſi quoque eam his diebus; quæ ſcriniis Bibl. Batavæ attinetur. Prodiit* Antverpiæ apud Jo. Keerberg 1594. *at in fine legitur:* Lovanii ex officina Jo. Maſii, typographi jurati 1573. *Sed hæc editio non niſi loco & anno diverſa videtur ab illa Lugdunenſi, quam G. Meermannus V. Cl. & amicus noſter tecum communicavit; ſiquidem hic etiam in fine notæ apparent eod. judicio ex Hotomanni & Curtii libris collectæ.*

ARTIC. VIII.

„ Jenichius (*ſunt rurſus verba* Meermanni *ex ead. epiſt.*) in modo citata Bibl. „ t. THus Part. 5. pag. 14. memorat editiones Brugenſes 1545. 1558. *in* 12. „ 1580. ib. 1581. *in* 4. at ea re nihil falſius: ſunt enim omnes editt. illæ Lugdu- „ nenſes, quæ iis annis prodiere: (niſi illa 1581. *in* 4. plane ſit ſpuria; nam de „ priori 1545. *in* 12. id definire non auſim, præſertim quum totiens illa Curtii „ verſio in forma minori lucem adſpexerit.) Error autem ille exinde mana- „ vit, quod Mylius in *Hiſt. THi* cap. V. §. 5. de editt. 1545. & 1558. loquatur „ ſine mentione loci; unde quum Curtius patria Brugenſis fuerit, errandi oc- „ caſio Jenichio enata fuit: quemadmodum etiam Mylius male *Ulmæ excuſam* „ *Neithardi* editionem ſcripſit, quam Neithardus patruis ſuis Ulmenſis Reip. „ patriæ patribus dedicaverat, ut recte notaſti §. X." [nunc XI.] Aliis litteris idem Vir Nobiliſſ. mihi ſignificavit, & Venetiis 1588. *in* 12. Curtianam verſionem prodiiſſe. In aliis rurſus ſic ſcripſit: „Vidi porro adhuc alicubi in Gallia „ editionem verſ. Curt. quæ prodiit *Genevæ ſumptibus Sam. Chouët* 1651. *in* 24. „ & in Catalogo quodam Genevenſi aliam memoratam, impreſſam Genevæ 1738. „ *in* 16. Sed credo vitium eſſe operarum, & legend. 1638." Idem denique Vir Amiciſſ. pro ſummis in THum ac me meritis ad partes ſæpe vocandus, TOLOSENSI editione *apud Raym. Boſc in vico Porta Arietis* 1663. *in* 12. titulo tenus forte recuſa, (namque cum Huguetana 1587. & Genevenſi 1628. omnia habet communia, ne quidem excepta præfatiuncula,) me beavit.

ARTIC. IX.

His inſuper aliæ ex Fabricio addendæ forent, dummodo ſatis diſtincte eas nominaſſet; quare ipſius verba cum notulis meis apponam. Poſtquam ergo de Græcis Baſil. Pariſ. & Lovan. dixerat, pergit: „Latina autem verſio Franciſci „ Cranenveldii, quam laudat P. Nannius in Apologia adv. J. Curtium Tom. I. „ Lampadis artium Gruter. pag. 1378. [*& Viglius in Epiſt.*] non vidit lucem. Sed „ exſtat Latina interpretatio Jac. Curtii Brugenſis JC. ſeparatim edita Pictavii „ 1539. ac deinde Coloniæ, Lugd. 1557. 12. & 1581. curante Lud. Miræo, & „ Lovanii, noviſſime etiam Pariſiis 1681. 12. cum J. Doujatii notis impreſſa": [*de Colonienſi & Lovanienſi, quarum & Vir Reverendus J. Fr. Foppens in Bibl. Belg. de J. Curtio agens pag.* 511. *meminit, vide præced. artic. Sed pro Lugdunenſi* 1557. *ultimum*

litteram exhibet. Pag. autem 521. f. hæc habet: „THi paraphraſis Gr. in Jur Civ. Inſtit. „ cum Lat. J. Curtii interpr. Genev. apud J. „ Stoer 1610: in 16. Lovanii 1573: in 12. Antverp. 1593: in 12."

timum numerum mutandum esse censeo vel in 4. *vel in* 8. *de altera* Lud. Miræi 1581. *dicam in fine Artic. XII.*] „ Verum una cum Græcis, sine editoris nomine, „ quem Dion. Gothofredum esse non dubito, [*Ego admodum dubito, vid.* §. *XIV.*] „ Genev. apud Jac. Stoer 1610: *in* 12. [*verius* 16.] additis notis brevibus: & in „ calce voluminis subjuncto utroque titulo de V. S. & R. J. cum fragmentis „ ad eos ex Gr. auctoribus hinc inde collectis. Et notæ illæ & fragmenta „ hæc auctiora etiam [*vide quæ dicam in fin.* §. *XIV.*] exstant in editione Græ„ co-Latina altera optima, in qua Græca paraphrasis media posita est inter „ textum Latinum Institutionum & Curtii versionem. Hæc Dion. Gothofre„ di nomen præfixum habens, excusa Genevæ 1587. 4. apud Eustathium Vi„ gnon, repetita 1598. 1620. 4. Denique C. A. Fabrotus &c."

ARTIC. X.

Quid DOUJATIUS, cujus editionem WIELINGIUS ὁ μαχαιρίτης utendam dederat, & BÖHMERUS præstiterint, ex Gundlingio & Mylio, additisque a me στιγμασι atque ex ipsorum præfationibus s. l. patebit.

LEIDENSIS editio (sic autem appellare malo, quamquam *Lugduni Batavorum* nomen præfert, ne confundatur cum Lugdunensibus in Gallia excusis) prodiit apud *Jo. van der Linden Jun.* 12. maj. anno 1715. aut innovato tantum titulo apud *Theod. Haak* 1733. Admonitionem librarii (quæ verius Editoris Doctiss. qui se nominari necdum vult, præfatio est) s. l. dabimus. Hanc sequuntur in 6. paginis notulæ, quæ Fabroti potissimum interpolationes in versione Curtiana perperam admissas emendant, quas Boehmero in fine præfat. jure optimo laudatas, suis quasque locis operi Theophilino inserui, sub nomine ED. LEID. i. e. *Editoris Leidensis*. Adduntur bini Titulorum Indices, alter secundum ordinem litterarum, alter secundum librorum ordinem. Hinc per paginas 622. ipsæ Institutiones Cæsareæ cum subjecta paraphraseos versione decurrunt, quibus in fine adjunguntur duo postremi Digg. tituli cum Alphabetico utriusque Indice.

VENETA 1738: 4. cujus duo exemplaria lustravii, alterum Viri Consultiss. J. W. BLONDEEL, alterum nostri MEERMANNI, Doujatianam verbotenus cum ipso titulo refert, ita ut nonnisi forma discrepet, & Græca notulis a Doujatio interspersa perquam vitiose exprimat.

ARTIC. XI.

Hæc de Latinis paraphraseos Theophilinæ editionibus. Venio ad Græco-Latinas, quarum prima tempore, postremissima bonitate, est decantata illa NEITHARDI, de qua prius audiamus laudatum plus semel Meermannum: „*Jod.* „ *Petri Neithardi* editio, *Basileæ apud Henr. Petrum* Anno 1544. forma Octava „ excusa est. Sane Neithardum eandem curasse præmissa editioni illi Epistola „ dedicatoria evincit: unde mirari quis posset, cur Vir Celeb. Chr. Gotl. „ Schwarzius, in Epist. ad Mylium die 24. Sept. 1732. data, eam Neithardi no„ men haud præferre ajat; item, cur idem Vir Doctiss. in Schol. Philol. ad „ Procem. Inst. pag. 22. (edit. 1739.) ne quidem Theophili nomen in ea ex„ primi inquiat, quum tamen in ipso Titulo illius edit. hæc verba occurrant: „ *e regione Latinis Theophili Gr. tralationem plurimis locis emendatam oppositimus.* At „ vero, quum nos jam quatuor vel quinque ejus edit. exempla viderimus, in „ quibus primus octernio (qui operis titulum, dedicationem & tabulam Ru„ bri-

(*) In priori edit. subdideram: *nisi quod dicat, quam Neithardus patruis suis Ulmensis aberrante vel calamo vel animo Ulmæ excusam Reip. patriæ patribus dedicavit*: quæ nunc deleo.

„ bricarum [*alphabeticam*] continet) deërat, & credibile ſit, in ſimile exemplar „ incidiſſe Celeb. Schwarzium, ignoſcendum erit Viro illi Doctiſſ. hac in parte „ erranti, qui defectum illum non obſervaverat, imo ſine collatione integri „ exemplaris ne quidem animadvertere poterat: nam ſecundi octernionis in„ dex eſt prima alphabeti litera A, & prima ejuſdem pagina ſimiliter Titulum, „ (ſed priori longe concinniorem) exhibet h. m. *Inſtitutionum ſive Elementorum „ D. Juſtiniani ſacratiſſimi Principis, Græce & Latine Libri* 4. Neque in ipſo libro „ deinceps uſquam aut Theophili aut Neithardi nomen invenias, ut adeo ſu„ ſpicer, ipſum Neithardum, ubi edoctus fuit, male ſe ob interpolationem „ Græci hujus auctoris famæ ſuæ conſuluiſſe, exemplaribus Editionis ſuæ, quæ „ quidem invenire poterat, primum octernionem, qui ſolus nomen ſuum pro„ debat, detrahi juſſiſſe, ut ſic editor, qui de auctore ipſo tam male meritus „ erat, in incerto foret. Eo ipſo tamen ſubterfugere non potuit, quominus „ aliqua adhuc ſupereſſent exemplaria integra, editorem prodentia. Et tale „ exemplum non ſolum Mylius habuit, ſed & ego præterito vere, fortuna faven„ te, montibus Hannoniæ in officina quadam libraria mihi comparavi, quod adhuc „ in Bibliotheca mea adſervo, &, ſi tuis uſibus inſervire poterit, lubens ad te „ transmittam" Hanc ego conjecturam non veræ ſimilem, ſed veriſſimam judicavi, poſtquam ſuum non modo exemplar Vir Amiciſſimus transmiſit, ſed & aliud, in quo primus ille octernio deerat, ab humanitate Viri Cl. DUKERI nactus ſui. Veriſſima etiam ſunt, quæ Mylius in *Hiſt. Th. pag.* 46--7, de ſubluſtri hoc auctore diſſerit (*d*). Eſt autem Titulus integer:

„ Juſtiniani Aug. ſacratiſſ. Principis Inſtitutionum Libri 4. quibus legum juriſ„ que immenſi uberrimam materiam, in epitomen redactam, breviter ſine ob„ ſcuritate complexus eſt. Qui libri omnibus & incipientibus & doctiſſimis „ jureconſultis quotidiana manu neceſſario verſandi ſunt. Quoniam autem ſtu„ dioſis juris eſt quoque Græcæ linguæ utilis cognitio, e regione Latinis THi „ Græcam tralationem, plurimis locis emendatam, oppoſuimus, quo facile ea„ dem opera ſtudioſa juventus rerum peritiam ſimulque linguam conſequatur. „ *Baſileæ apud Henrichum Petrum* ".

Præfationem Neithardi ſ. l. dabimus. Latina ergo hujus editionis non verſionem Theophili, ſed ipſum Juſtiniani textum cum titulis Imperatoris exhibent: Græca autem præter frequentiſſima operarum σφαλματα primam Viglii editionem ita referunt, ut nec emendationum nec recognitionum, in calce operis Vigliani adjectarum, ulla ſit habita ratio: tantum abeſt, ut hæc Baſil. altera ex MS. ſit derivata. Quare nec ego illam in Variantibus uſquam in auxilium vocare ſuſtinui. Quæ Mylius inſuper de lacero Theophili cadavere loquitur, lubet ex unico Tit. 2. Lib. I. docere: unde clarebit, hunc editorem Græca non videri intellexiſſe, cum aliquando Græce longe aliud dicat quam Latine. (namque Procœmium & Tit. 1. a Viglio verſum exhibet integra.) Principium ergo Tituli 2. claudit his verbis: εν τοις τιμωσι τυτον τον νομον αναξεγραμμενα, *iſtius juris peritia cenſeri.* [Omittit hinc ἡ γαρ φυσις ὁρωσα uſque ad εμηχανησατο.] Incipit rurſus: *Jus autem civile:* ειρηκαμεν εν τοις ωθλαβεσιν uſque ad η εγγραφως η αγραφους. [omittit Τι εστιν εθνικον νομιμον - - - - - - - - ουκ ωκνησαν.] Sequitur: *Nam quod quiſque populus* Απας ουν δημος uſque ad των σαφων αποκρισεις. pergitque *Lex eſt,* ἡδεως δε εμαν- θανον - - - - - - - - και πως τα παρ' ἑκασῳ νομοθετουμενα κεκληται. Egregria ſane legis definitio! [quippe omiſſis ἐξ ὡν δε Ρωμαιοις εισιν - - - - - - ὁ δημος επενευσεν.] Sequitur: *Plebiſcitum eſt:* Ὁ χυδαιος δημος εστι το λοιπον - - - - - - - πολιται δηλουντες. [omittuntur Εν τριτῃ ταξει νομοθετουσι ωσπερ Ρωμαιοις ἡ συγκλητος.] Pergit, *Senatusconſ. eſt* Συγκλητος δε εστι - - - - - - ιδιωτου παντος. [omiſſis Το δε παρ' αυτων - - - - - - - - ἡ δε αιτια εστιν αὐτη: quæ

leo, quoniam ipſe Mylius in ſchedis poſtumis, a Patre V. Cl. ad me transmiſſis, hunc errorem caſtigavit.

quæ minime pro ſcopo ſuo omittere debebat; ut Lector per ſe facile videbit.] Seq. *Nam cum auctus* Εν τη Ρωμη πολυανθρωπω ουση, οἱα φιλει γινεσθαι, ϛασις και διχονοια τις ανεφυη. Hæc ſcil. Latina exprimunt! [Omiſſa μεταξυ των συϛκλητικων & reliqua omnia aduſque ταις ἑαυτων εμαχοντο ψηφοις.] Hinc *Sed & quod principi* perquam abſurde ſic incipit: Ὁ γαρ δημος τετον εχειροτονησε - - - - - - - τουτεϛιν αρχοντες τε δημε του Ρωμ. [omittuntur Ενομοθετουν δε ουτοι - - - - - - - - - ὡϛε δικαιοδοτειν τοις περιγρινοις.] Sequitur: *Proponebant & Ædiles*, Οἱ δε ædiles curules και αυτοι ενομοθετουν· ανομαϛησαν δε ἐντευθεν. [At unde? hoc ſiletur: namque omittit ab επειδη φρονῖις αυτοις ην - - - - - - - - των δυο ϖροβιτωρων, ερβανουτε και περιγρινου.] Incipit rurſus *Reſponſa prud.* εν ἑκτη ταξει νομοθετουσιν οἱ σοφοι - - - - - - - - - - - - των σοφων αποκρισεως.] Inc. *Sine ſcripto jus* Αγραφος δε νομος - - - - - - - η δευτερα νομε θεσις.

Huic Tit. 2. aliorum exemplo ſubjungit principium tituli ſeq. ſed truncatum. [omiſſis enim Ειποντες τι ϵϛι δικαιοσυνη - - - - - - - - - καταγινεται νομοθεσιω] incipit, *Omne autem jus* Περι τειω τοινυν - - - - - - - - και μετα ταυτα ϖρι αγωγων. [Poſt hæc om. συμβαινει - - - - - - - επινενοηνται νομοι.] Hinc tandem Tit. III. inchoatur: *Summa itaque* Ἡ τοινυν των ϖροσωπων &c. Ex ungue leonem! Cognationum nullum aut invenio aut deſidero typum. Pag. tandem 927. ſic concluditur.

ΤΕΛΟΣ. BASILEÆ IN OFFICINA HENRICHI PETRI ANNO M. D. XLIIII. MENSE MARTIO.

ARTIC. XII.

LUGDUN. Gr. Lat. Titulus integer, niſi quod litterarum compendio utar: „ INSTITUTIONES JURIS CIVILIS per Theoph. Antec. in Gr. L. traductæ, ac „ fuſius explicatæ. Cura ac ſtudio Viglii Z. primum in lucem editæ: nunc „ vero a Ludovico Miræo emendatiores redditæ, addita Lat. interpr. Jac. „ Curtii Brug. J. C. Præter typum graduum cognationum a Franc. Roaldo J. „ C. Celeberr. reſtitutum, ſubjunximus & alios ab eodem J. C. delineatos, „ quib. integra l. *Juriſc.* plana ac dilucida redditur. LUGDUNI APUD JOAN. „ TORNÆSIUM, TYPOGR. REGIUM. M. D. LXXX."

Hujus exemplar nobis ex auctione Hagienſi comparavimus. Poſt præfationem *Tornæſii* ſatis memorabilem, quæ ſ. l. adferetur, ſequitur Titulorum Index Gr. Lat. & exinde opus Theophilinum, addita e regione Curtiana verſione, ſine ullis ullius notulis. Emendata ſatis eſt hæc Edit. non ſic tamen ut Lovan. Singulare hoc habet, quod formulas & ρημαλα τυπικα majuſculis ſive uncialibus litteris G. ac Lat. exprimat. De binis graduum ſtemmatibus, altero Gr. altero Lat. ſ. l. in ipſo Opere dicam. Abſolvitur pag. 992: 16. [al. male 12.] Quæ vero Roaldus ad operis calcem adjunxit, in meo exemplari deſiderantur. Necdum aliud reperi, unde id ſuppleri poſſit, quamquam ad ipſum Theophilum non faciunt. Laudant L. Miræi editionem Lugd. 1581: 4. Struvius & Hofmannus: ille tamquam Lat. tantum, hic tamquam Gr. Lat. Gothofredus autem in *Man. Jur.* & Fabricius, non memorata libri forma, ſimpliciter ut Latinam, citant: ſed & hæc editio mihi ſuſpecta, primo quia inter hos doctos haud convenit; ſecundo quod nullus horum eam ſibi viſam ait; tertio, quod nec Gundlingius nec Mylius de ea quid meminerunt. Alia argumenta, tam quam minus ſtringentia, non adduco.

Nec præterire hic poſſum errorem, neſcio cujus, in ſcholiis Philolog. Viri Conſultiſſimi Chr. G. Schwartzii pag. 37. in not. ubi lego: *equidem in Gr. verſione THi, ſecundum editt. A.* 1580. 1610. *&* 1630., *quas inſpeximus.* & mox ſequitur de Baſileenſi A. 1544. Errorem ajo eſſe in numero 1630. non modo, quia eo anno nullam edit. Gr. prodiiſſe ſatis certum eſt: ſed quod Schwartzius ipſe in litteris ad Mylium, paullo poſt horum ſcholior. editionem datis, hæc ſcribat: „ Etiam ex impreſſis iſtis libris non niſi quatuor exemplaria poſſideo, ce-

„ teris

„ teris amicorum beneficio aliquando uſus. Primum exemplar Baſileæ in offi-
„ cina Frobeniana A. 1534. excuſum eſt in Fol. Alterum itidem Baſ. in offic.
„ H. Petri 1544. *in* 8. Tertium Lugduni apud Jo. Tornæſium 1580: 12. Quar-
„ tum apud Jac. Stoer 1610. 12.". Forte autem pro 1630. reponend. 1620.

ARTIC. XIII.

GOTHOFR. I. hunc habet Tit.

„ INΣTITOYTA ΘΕΟΦ. ANTIKENΣ. INSTITUTIONES THEOPHILO ANTEC. Græco
„ interprete. IMPER. JUSTIN. INSTITUTIONUM L. IV. Paratitla & Notæ ad
„ eundem Th. Græcum, Latinumque ipſis Inſtit. Latinis ex ⟨illegible⟩ conjun-
„ ctum commiſſumque. GRÆCA TITULORUM DE V. S. ET DE R. J. fragmenta
„ hinc & inde collecta. *Dion. Gothofredo J. C. authore.* Apud Euſtathium Vi-
„ gnon. M. D. LXXXVII." (ſic in meo exemplari lego, ſed Hofmannus ſcri-
bit: *Apud Guillelmum Læmarium Genevæ* 1587. in 4.)

Alteram D. Gothofredi, cujus & Fabricius meminit, Hofmannus repetitam ait apud *Euſtathium Vignon* 1598. in 4. quam necdum vidi.

Alia ejuſdem, quam Profeſſor Celeb. ARN. DRAKENBORCHIUS ſubminiſtravit, eumdem plane titulum ſic ſubſcribit: *Lugduni Sumptibus Paulli Frellon M. DCVIII.*

Poſtrema Anni 1620. in meo exemplari & binis aliis, quæ vidi, in Titulo (ne ſcil. nimis oneretur) omittit quinque hæc verba *Imp. Juſt. Inſt. L. IV.* ſed poſt *Authore* ſequitur: *Acceſſerunt* THEOPHILI BENEDICTORUM ET PERPERAM AB EODEM ADMISSORUM LIBRI IV. AUTORE JAC. GOTHOFREDO *JC. Sumptibus Sam. Criſpini* M. DC. XX. Sed in aliis exemplaribus hæc deſiderari, monuit MEERMANNUS ſic ſcribens: „ Quæ autem cura D. Gothofredi prodiit, poſtre-
„ ma editio Anno 1620. *in* 4. in quibuſdam duntaxat exemplaribus aureum il-
„ lum, dummodo exſtaret, Jac. Gothofredi libellum" [*de quo promiſſo non perſoluto vid. Mylium Hiſt. Th. pag.* 59. *& Otton. Præf. III. Tom. Theſ. Jur. pag.* 2. *&* 55.] „ promittit, nam in aliis, ut in meo, quæ præferunt *Sumptibus Sam. Criſpi-*
„ *ni* M. DC. XX. nihil ſimile reperias." quam forte ob cauſam horum *Benedictorum &c.* nec Fabricius nec Hofmannus nec Gundlingius nec Struvius meminerunt.

In omnibus his Editt., nec tamen titulotenus ſed omnino diverſis, & paginæ & ſingula verba conveniunt, exceptis aliquando erratis manifeſtis, ita ut & dedicatio & præfatio identidem eædem repetitæ ſint, quas ſ. l. dabimus. Has ſequitur Index Titt. Græco-Lat. [quos Græcos titulos in Rubricas primus introduxit D. Gothofr. vid. ſupra §. II.] deinde ipſum opus, ut ſæpius dictum, tripertitum; editionem Lugdunenſem L. Miræi A. 1580. in Græcis exprimens. Poſt pag. 308. quæ Librum II. abſolvit, incipitur nova paginarum enumeratio, quarum 276. claudit IV. Librum. Hinc a pag. 277. incipiunt Tituli Latini *de V. S.* & *de R. J.* additis e regione Fragmentis Græcis abſque verſione, & deſinunt in p. 329. Sequitur *Index Rerum ac verborum* paginis 4. conſtans: & in ſola Edit. I. *Erratorum* correctio. Opus Theophilinum illuſtratur tam Paratitlis ſive Summariis, ſingulorum titulorum capiti præmiſſis, quam Notis ac Schoiiis a D. Gothofredo in margine adjectis, quæ in Titulis *de V. S. & de R. J.* ſubjunctis perquam ſunt rara. Nos & Paratitla & Scholia his ſimilia in novum Materiarum Indicem; alia in Gloſſarium noſtrum Theophilinum rejecimus: ceteras autem Notas in opere ipſo exhibuimus.

ARTIC. XIV.

Editionem aliam in Bibliotheca Barbeyraciana memoratam invenio inter Libros in 12. pag. 58. N°. 80. h. m.

Theophili Paraphrasis Græca in Juris Civ. Instit. cum Latina interpretatione J. Curtii. Genev. 1590. Sed forte eadem est quæ sequitur; ut is qui catalogum fecit, pro anno M. DCX. aberrante oculo legerit MDXC.

ED. GENEV. 1610. Titulus integer.

„ THI PARAPHRASIS Gr. in Jur. Civ. Inst. cum Lat. J. Curtii Brungensis (*sic*) „ JC. interpr. Additæ sunt notæ succinctæ ex fusioribus viror. Doctor. com- „ mentariis selectæ, partim Græca interpretantes, partim breviſſimis summa- „ riis & legum citatt. textum illustrantes. Adjecta sunt etiam Græca titt. de „ V. S. & de R. J. fragm. hinc & inde collecta. *Genevæ ap. Jac. Stoer.* M. DCX." Sequitur præfatio Typographi, quæ vid. f. l. Exinde Index Titt. Gr. Lat. & reliqua cum Indice Rerum, ut in editionibus Gothofredianis, præterquam quod Instit. textus non sit adjectus. Opus Theoph. definit in pag. 1007. & Tit. adjecti in pag. 1240. Hanc D. Gothofredi esse non dubitat Fabricius ὁ πανυ, atque ex eo repetit Mylius l. c. ast ego illam a neutrius aut patris aut filii manu profectam fuisse, inde judico potius quam conjicio: (1) quia ipsorum nomen non præfert: quæ autem causa fingi potest, cur illud suppresserint, quum & ante illum annum & post ita facere consueverint? (2) quia de D. Gothofredo aliquoties in tertia, ut loquimur, persona verba facit. ex gr. περὶ συσγ. δουλων *h. t. restituit D. Goth.* aliquoties autem in pers. prima, *dixi ad* hanc illamve *legem*: unde patet supina vel editoris vel correctoris opera: (3) quia Gothofredianis notis sæpissime omissis aut varie truncatis alienæ vel immixtæ vel substitutæ sunt, nominibus auctorum rarius additis.

Inde nos, quæ auctiora habet, Gothofredianis notis ita addidimus, ut primo intuitu distingui possint. Variantium vix ullam rationem habuimus, quia ex secunda aut tertia Goth. ed. tantummodo ad litteram expressa est. Ceterum & in eo fallitur Fabricius, quod Fragmenta quoque auctiora exstare ait in ipsis GOTHOFR. editionibus, cum sint ad verbum una eademque. Duo hujus edit. Genev. exemplaria tractavimus: alterum Viri Nobiliss. Spectatiss. P. BODDARTII, alterum Medici expertiss. G. WINDII, donec ipsi tertium nobis comparavimus.

ARTIC. XV.

ED. FABROT. I. Tit. integer.

„ ΘΕΟΦ. ΤΟΥ ΑΝΤΙΚΗΝΣ. ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ. THEOPHILI ANTEC. INSTITU- „ TIONUM L. IV. CAROLUS ANNIBAL FABROTUS Anteceſſor Aquiſextienſis ex „ tribus MSS. Codd. Bibl. Regiæ recensuit, & Scholiis Græcis auxit. Idemque „ JAC. CURTII Latinam interpretationem emendavit & notas adjecit. *Huic* „ *edit. acceſſere Græca Titt. de V. S. & de R. J. fragmenta e Regiis Codd. MSS. eru-* „ *ta, ejusdem studio & cura.* PARISIIS sumptibus Mathurini du Puis, via Jaco- „ bæa, sub signo Coronæ. M. DC. XXXVIII."

FABR. II. eumdem Tit. habet usque ad verbum *adjecit.* Inde sequitur: *Editio Secunda* PARIS. *apud Viduam Math. du Puis, via Jac. sub signo Cor. aureæ.* M. DC. LVII. Eadem plane est sub novo tantum titulo, quæ a Fratre transmissa subscriptum habet: *Ed. Sec.* PAR. *apud Anton. Dezallier, in Vico San-Jacobæo ad Coronam auream.* M. DC. LXXIX.

Ego

Ego uſus fui duobus utriuſque edit. exemplaribus ex inſtructiſſ. Biblioth. Viri Illuſtris, Ordinum Zeelandiæ Conſiliarii ac Syndici, DIGNI KETELAAR: donec ipſe ambas ex auctione Mediob. & poſteriorem cum collatione principis Viglianæ a fratre Optimo JO. FREDERICO nactus fui.

Jam quæ Fabrotus præſtiterit, & quibus in rebus Editiones ambæ inter ſe ſint diverſæ, ex parte docuerunt GUNDLING. & MYLIUS in Excurſibus ſuperioribus. Videtur autem Fabrotus tot ſimul negotiis ac librorum editionibus ſe oneraſſe, ut in corrigendis operarum ſpeciminibus ipſe aut nullam aut non niſi perfunctoriam poſuerit operam. Tam multa & in utraque hac & in Pariſ. Inſtit. Lat. edit. 1643. errata comparent. De his cum Gudio conqueſtus ſum in *Obſ. Miſc. Novis* T. V. pag. 323. De illis teſtabuntur Lectt. Varr. quamvis vix alia errata, quam in quibus utraque editio conſpiraret, in Varr. retulerim. De verſione Fabroti interpolata veriſſimum eſt judicium Viri Docti in præf. Leidenſis Ed. quam ſ. l. videſis. Eadem eſſe videtur cauſſa, cur de frequentiſſimis lectionis Viglianæ mutationibus ter tantum quaterve rationem reddat: quod quam inique ferant, nec injuriâ, Viri Eruditi, exemplo ſit locus ex nota SCHULTINGII ad Cajum pag. 163. a. „ Optandum vero eſſet, *in-*
„ *quit*, ut viri eruditi, quoties in veteribus ſcriptoribus, quos edunt, aliquid
„ mutant, ſimul etiam lectores monerent, quo pacto antea lectum fuiſſet, &
„ quo modo & quas ob rationes ac auctoritates aliquid emendaverint: quale
„ nihil video factum eſſe a Fabroto". Idem conqueritur WIELINGIUS Lect. Jur. Civ. pag. 214. „ Qua ergo de cauſſa eruditiſſimus Fabrottus, in utraque
„ ſua edit., ſive ex ingenio, ſive ſcripto codice, pro τριτῃ [*in pr. de L. Falcid.*]
„ repoſuerit δευτερᾳ, ignorare me fateor." nec non G. D'ARNAUD Var. Conject. pag. 330. „ Nec quidquam cauſſæ video, cur Fabrottus, omiſſis Impera-
„ torum nominibus, [*in §. 6. de excuſatt.*] & integra voce deleta, ediderit:
„ Τουτε γαρ οἱ θειοτατοι αδελφοι, και Μαρκῳ δε και ἑαυτον αντεγραψαν. ita in priore ed.,
„ in poſteriore exhibuit αντεγραψεν". Similia de Baſilicorum editione adferre & conqueri poſſem, ſed uno nunc teſte defungar, CHR. WÆCHTLERO, qui in Opuſc. a Trotzio editis pag. 510. „ Sed mirum hic eſt, inquit, Fabrotum,
„ quum A. 1647. opus Baſilicorum, cum Novellis Græco-Latinis, Pariſiis ede-
„ ret ex Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, non ſecutum fuiſſe edit. Pariſ. priorem
„ 1542. neque cauſas attuliſſe, quare codices alios huic prætulerit, & quinam
„ fuerint illi" ETC.

Dedicationem & Præfationem ſecundæ editionis cum adnotatis ex prima diverſitatibus ſ. l. dabimus. Has ſequitur in priori ed. Epiſtola Viglii, quam in poſteriori omiſit; & poſt illam Magnor. Viror. de THo teſtimonia, in altera edit. paullo auctiora. De ipſo opere hoc reſtat monendum, notas ac ſcholia in prima ed. in oras paginarum laterales, ſed in ſecunda infra textum eſſe conjecta. Nos ea omnia in noſtra editione ita diſtincte exhibemus, ut ſtatim appareat, utrius Edit. an ambarum, vel omnino vel pro parte, communis ſit nota. Fragmenta Græca in multis paſſim a Gothofredianis, ſicuti utræque ſæpe a Wiſſenbachianis diſcrepant; quorum itidem varietates ſedulo notavimus. Editio prior Fabroti pag. 847. abſolvit opus Theophilinum. Hinc Græci Digg. Tituli ad finem pag. 912. excurrunt: quos excipiunt primo ADDENDA tribus pag. & in quarta pagina CORRIGENDA *in Græcis. In Verſione. In Notis*: quæ me multo melius obſervaſſe affirmo, quam in ipſa edit. ſecunda factum eſt.

Poſterior Ed. pag. 720. Librum IV. concludit, nec quidquam amplius comparet.

ARTIC. XVI.

Verſionis Gallicæ notitiam uni debeo MEERMANNO, qui eam ex Gallia ſecum deportavit. Titulum hunc habet:

PARA-

PARAPHRASE DE THEOPHILE *ſur les Inſtitutes de l'Empereur Juſtinien, traduite de Grec en François, & à côté le texte Latin du méme Empereur. Par Mr. F. C. Avocat au Parlement à Paris chez Nicolas le Gras au troiſième Pillier de la Grande Salle du Palais à l'L. Couronnée. MDCLXXXIX. avec Privilége du Roi.* Sed in fine utriuſque Tomi legitur: *à Paris de l'Imprimerie de Pierre le Mercier* 1688. Tom. I. pag. habet 592. Tom. II. pag. 558. excepto ordine Rubricarum. Verſio Gallorum more perquam eſt libera, & vel ex poſteriori Fabroti vel ex Doujatiana editione expreſſa; tantum abeſt, ut, quod Titulus mentitur, e Græco ſit converſa, nihilque mihi præter præfationem, quam ſ. l. oſtendet, præcipui habere viſa eſt: quare nullam ejus rationem habui, nec uſquam in notis citavi.

ARTIC. XVII.

Idem Vir Conſultiſſ. roganti mihi utendum transmiſit cum Galterii THo renovato hunc libellum, pagg. 140. conſtantem, nec ulli, quantum ſcimus, memoratum. „ Dictionariolum Jur. Civ. ex IV. Lib. Theophilinarum Inſtit. in „ gratiam eor. qui juris ſacris initiari volunt, concinnatum. Magna vi vo„ cabulorum legalium ex Epitome Legum Conſt. Hermenopuli huc adjecta. „ Pontio a Quadraginta, Lorigena auctore. Lugduni apud Mathiam Bonhom„ me 1552." Præfationem ſequitur ipſum opuſculum, a pag. 5. ſic incipiens: *Acceptilatio* eſt imaginaria ſolutio *&c. Accipere b. f.* ſi credam eum dominum eſſe, qui vendidit *&c. In ſq. pag. 6. & 7. Acquiſitiones* aut juris gentium ſunt aut civiles. Et Juris gentium quidem ſunt 14. *&c.*

In hunc libellum ob raritatem tantummodo inſignem conveniunt, quæ FR. BALDUINUS in præfat. *Juſtiniani ſ. de Jure Novo* differit: „ Fuerunt ſuperio„ bus annis multa utilia, & fortaſſe neceſſaria, quibus jam carere facile poſſe„ mus. Multa fuere optima, quibus jam meliora proferri poſſunt. Sed ad „ ſecundum hunc gradum perventum non eſſet, niſi ſi prior ille viam muniiſ„ ſet: & prior fortaſſe, quamvis deinde cedat & jaceat, laude dignior eſt ſe„ cundo: neque quia tertius poſtea ſuccedet excellentior, medius ſua laude „ carebit. Multa quæ antea rara & ſingularia erant, jam ſunt vulgaria atque „ protrita, & nonnulla quæ a doctiſſimis etiam viris tunc ignorabantur ſine re„ prehenſione, nunc pueri ſine admiratione ſciunt: quæque hæc ætas nondum „ percepit, proxima exponet, ut indies Antiquitatis monumenta proferuntur, „ quæ prius latuerunt."

ARTIC. XVIII.

THEOPHILUS RENOVATUS *auctore* DAN. GALTIER *Biterrenſi, Toloſæ apud Bern. du Puy, Bibliopolam in vico Portæ-Arietis.* 1677. in 4.

Ex hujus præfat. quæ ad THum faciunt, ſ. l. cum lectore communicabo: ſicuti in Notas Theophilinas retuli, quæ ad illuſtrandam paraphraſin pertinent, in qua ſat multa, ſæpius tamen injuria (ut ἐπιχείρις mea oſtendet) carpit. At ſi loca illa, quæ in THo laudat aliorumque explicationi antefert ac præponit, aut ex ipſo aut ex aliis Juris Interpretibus adſcribere voluiſſem, in nimis grandem molem excreviſſet noſter labor. Addidit Galtier diſſertationes tres:

I. An recte adjiciantur hæc verba in definitione legati, *ab herede præſtanda.* Concluditque adfirmative.

II. Ad L. *precibus* 8. C. *de Impub. & al. ſubſtitutt.*

III. Ad L. *ejus* 41. D. *de Reb. creditis.*

Hunc Galterii THum renovatum (ob multas ſane dotes magni æſtimandum) A. 1728. in Hiſpania recudi curavit G. Majanſius; quem ſi conſulas in Epiſtt. pag. 211. & 274. facile intelliges, primam editionem huic ſecundæ multum antiſtare.

ARTIC.

ARTIC. XIX.

JO. HENR. MYLII *Theophilum* ſive *Hiſtoriam Theophili* Lipſiæ 1730. in 8. maj. primum editam, Theod. Haak Lugd. Batav. 1733. in 12. maj. recudit, atque editioni, a me Leidenſi dictæ, adjecit. Deinde A. 1738. ſubjunxit huic Hiſtoriæ ejuſdem MYLII *ſpecimen Vindiciarum THi de Prætore* PEREGRINO *& de Jure Quiritium*: nec non binas Vindicias Procemii Inſtit. *de iis quæ Juſtiniano Imp. ſuppoſita perperam creduntur*: atque his omnibus Titulum generalem J. H. MYLII *Opuſcula Academica* &c. cum præfat. G. A. JENICHII *de Vita & ſcriptis Mylianis* præfixit.

ARTIC. XX.

Ultimo loco memoranda eſt ſequens editio, ab omnibus ſuperioribus diverſiſſima, quam mihi procurarunt Bibliopolæ, quorum ſumtibus THinum hoc opus publicatur. Titulus hic eſt:

DIVI FL. JUSTINIANI INSTITUTIONUM *ex Theophili paraphraſi illuſtratarum Libri IV. Queis non ſolum textus, una ſerie interpoſitis THi luminibus, in uſum tam docentium, quam diſcentium, genuina interpretatione dilucidatur, ſed inſimul, ad obtinendum aliquando jus* certum, *planiſſima via, hac ex parte, ſternitur. Ffurti & Lipſiæ ex officina Beati Knochi, & Jo. Georg. Eſlinger. Excudebat Jo. Gotl. Imman. Breitkopf. MDCCXLVI.* Auctor hujus opellæ *Franc. Edm. Chr. de Beaurieux* videtur, cujus dedicatiunculam ſ. l. dabimus. Ipſum opus cum præfatione, ejuſdem credo de Beaurieux, pagg. 380. in 8. continet, nec aliud quidquam adjunctum habet. Quid autem præſtitum ſit, dicta præfatio ſ. l. adferenda docebit. Nec tamen ingratum Lectori eſſe poterit, ſi harum illuſtrationum exempla ex ipſo procemio adtulero. Authentica ergo Imperatoris verba ex paraphraſi THina hoc modo per litteras inflexas ſuppleta ſunt:

pr. per legitimos tramites, *legales nempe adinventiones*, calumniantium
juris religioſiſſimus, *ſeu in jure conſtituendo venerabilis*, quam victis
§. 1. ſummaque *rerum futurarum* providentia,
§. 2. Et cum ſacratiſſimas *Principum* conſtitutiones, antea confuſas, *& inter ſe pugnantes (quæ partim, tribus illis codicibus: Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, comprehendebantur; partim, poſt codicem theodoſianum emiſſæ, extravagabantur)* in luculentam ereximus conſonantiam;
veteris prudentiæ, *id eſt: Veterum prudentum*, volumina;
euntes, *tam corrigendo, quam probatas receptaſque veterum ſententias, in unum pandectarum volumen redigendo*, cœleſti j. ad.
§. 3. Inſtitutiones, *ſive introductiones in leges*, componerent:
cunabula, *& juris exordia*, non
argumentis, *& ipſa nititur experientia*, accipiant:
§. 4. collectum, *& collatum* eſt,
in quatuor *hos* libros, eaſdem, *dictorum digeſtorum* inſtitutiones
ſcientiæ, *& legalis diſciplinæ*, prima elementa.
§. 6. quotidianarum (*in quibus, de rebus quotidianis, Cajus diſputat*) aliiſque
§. 7. has *præſentes* leges

PRODROMI SIVE EXCURS. IV. FINIS.

EXCURSUS V.
SUPERIORUM EDITIONUM
DEDICATIONES ac PRÆFATIONES COMPLECTENS.

ARTIC. I.

VIGLII ZUICHEMI *Præfatio ad Carolum Imper. V.*

Auguſtiſſimo invictiſſimoque Imperatori Carolo, ejus nominis quinto, Viglius Zuichemus Phryſius, S. D.

§. 1. SÆPE EGO MECUM, IMPERATOR CAROLE, Optime Maxime princeps, animo reputare ſoleo, quonam rerum humanarum fato, conſiliove factum fuerit, ut Jus hoc noſtrum Civile, quod tam parvis principio fontibus ortum, ac duodecim tantum tabulis olim comprehenſum fuit, in tam immenſam Conſtitutionum, Commentariorumque molem excreverit. Et quanquam nullam ſine legibus Rempublicam ſtare diu poſſe, naturaliterque fere evenire ſciam, ut Jus Civile ex caſuum varietate, novitateque, interpretationem, atque autoritatem prudentium deſideret, provideri tamen in primis, & debuiſſe, & potuiſſe exiſtimo, ne in tantam immenſitatem confuſionemque produceretur: Nam nunc ſi quis rem ipſam exacte ſecum expendere voluerit, haud facile dijudicet, ſatiuſne fuerit, nullo omnino ſcripto jure Rempublicam gubernari, ut veteribus illis Lacedæmoniis mos olim fuit: an vero tot eam ſcriptorum opinionibus, opinionumque ambagibus ſurſum, & deorſum (quod dicitur) ferri. Principia tamen ſi quis ſecum mente repetat, non minus utilia, ac honeſta, quam neceſſaria fuerunt, ſed paulatim (ita uti fit) quæſtus, & famæ cupiditate, adeo in deteriora prolapſi ſumus, ut inſtauratore tandem aliquo, qui collapſam Reipublicæ diſciplinam, confuſamque Juris Civilis prudentiam, quaſi in integrum reſtituat, magnopere indigeamus. Adfert hoc malum omnibus prope rebus humanis diuturnitas, longævuſque uſus, qui dum
§. 2. conſiſtere nequit, in abuſum fere tendit. Quapropter bene illi de mortalibus merentur, qui rebus ad interitum properantibus ſuccurrunt, & quaſi ruentibus vetuſtate ædificiis novas ſupponunt columnas. Quod quidem ante Juſtinianum, ipſe Julius Cæſar efficere in Jure Civili deſtinabat: videlicet, ut ex immenſa, & diffuſa legum copia optima quæque, & neceſſaria in pauciſſimos libros conferret (hanc enim ejus voluntatem Suetonius Tranquillus in literas retulit) poſt quem nonnullam etiam opem huic noſtræ diſciplinæ optimus Imp. Auguſtus Cæſar attulit: nam (ut autor eſt Sex. Pomponius) cum antea quicunque ſtudiorum ſuorum habebant fiduciam, publice de Jure reſponderent, ac in contemptum abiret indoctorum multitudine prudentium autoritas, edictum ab illo propoſitum eſt, ut nemo deinceps citra ipſius autoritatem, &

per-

permiſſum reſpondere auderet. Quod tamen haud diu ratum manſit, temporumque tandem curſu, & deſuetudine penitus abolitum eſt: præſertim poſt D. Adriani epiſtolam, qua reſpondendi jus non peti, ſed præſtari debere reſcriptum eſt. Qui tamen uſque ad Gordiani Imperatoris tempora, vel reſponſa, vel Commentaria ediderunt, egregie profecto, & cum magna immortalique pene laude ſuſceptum munus exornaverunt: Nam ad Juris Civilis prudentiam, Græci ſermonis peritiam, & literarum prope omnium ſcientiam, tantamque ſtili elegantiam adjunxerunt (liceat mihi hoc cum bona cæterorum venia dicere) ut poſt ipſum Ciceronem, qualiacumque hæc illorum fragmenta, concinnum a Tribuniano nobis tradita, nullis veterum ſcriptis cedant: tanta eſt in dictione puritas, in verbis proprietas, atque in tota oratione non affectata, ſed ſimplex quædam, & naturalis venuſtas. Atque ego quidem arbitror, §. 3. neque unquam, neque uſquam Jurisprudentiæ ſtudium magis viguiſſe, floruiſſeve, quam apud Romanos: idque trecentis illis potiſſimum annis, qui ab tempore, quo ob partium diſſenſionem cœpit iterum Reipubl. per unum conſuli, ad Gordiani Cæſaris ætatem numerantur: unde & ad alias gentes provinciaſque magno omnium mortalium aſſenſu, atque applauſu mox dimanavit. Nec ſcio an ſperare liceat, ut æque unquam floreat: cum tunc abſolutum, quaſique ad ſummum perpetua quadam contentione perductum fuiſſe videatur: poſtea vero cum progredi ulterius nequivit, peſſum rurſus deſcendit: Nam qui illis ſucceſſerunt, nihil fere præter nudam docendi operam, relictum ſibi crediderunt, vel quod prioribus pares eſſe non poterant, vel quod exhauſtam occupatamque eſſe ab aliis materiam cenſebant, nihil ut jam ferme quiſquam addere poſſet: aut certe ſi quid adhuc erat, de quo dubitabatur, Imperatoribus id diſceptandum decidendumque ſuggerebatur. Quapropter ab eo tempore, Juris conſtituendi autoritas ad ſolos Principes venit: quorum Edicta, Reſcripta, Decreta, ſub generali Conſtitutionum appellatione comprehenſa, eo mox & ipſa excreverunt, ut aliis ſuper alios codicibus multitudinem ipſorum moderari ſuccedentes Imperatores ſatagerent: donec tandem Juſtinianus extremam admovit manum, & hunc, quo adhuc in ſcholis utimur, Codicem edidit. Ab Gordiano autem uſque ad Lotarium penultimum ex Saxonica gente Imperatorem, qui ante quadringentos plus minus annos in fata conceſſit, nullius (quod ſciam) Jureconſulti nomen, aut monumentum dumtaxat Latini (nam de Græcis mox dicemus) celebratur. Tandem vero, ut ad noſtra ve- §. 4. niam ſecula, Italia exterarum & Barbararum (ut vocant) nationum excurſionibus, defuncta, priſtinoque decori reſtituta, intermiſſam multis ſeculis, & tantum non extinctam Romanarum legum diſciplinam incredibili docentium diſcentiumque multitudine, & ſtudio inſtauravit, ac reſtituit, cujus ubi celebritas increbeſcere cœpit, tanta continuo per totam Europam Juris Civilis, & qui ipſum profiterentur, autoritas invaluit, ut & gymnaſia paſſim conſtituta, & præmia propoſita fuerint, cum his qui Juriſperiti eſſent, & judiciis, arbitriis, aut conſiliis hominum inter ſe controverſias finire & decidere poſſent, tum vero illis, qui publice Juriſprudentiam profiterentur, quorum omnium autoritas creſcere paulatim cœpit, ubi commentaria in lucem exierunt, per quæ etiam poſteris admirationem ſui relinquerent, quæque nunc continua ſucceſſorum æmulatione eo ſunt adducta, ut Jus Civile magnitudine prope ſua laboret. Nec tamen modus vel finis adhuc ſcribendi accumulandique ponitur, ut niſi tua optime Cæſar autoritas tandem intercedat, humanæ vitæ ſpatium abſolvendæ huic diſciplinæ deinceps non ſit ſuffecturum: valdeque timendum ſit, ne omnium pulcherrima, ac reipublicæ multo utiliſſima diſciplina, quæque hoc tuum Romanum imperium immortali, incomparabilique gloria illuſtrat, in contemptum, & interitum adducatur: poſtquam ſcilicet non erunt, qui eam ſeſe aſſequi poſſe ſperent, cumque cæteræ gentes ob operoſa, im-

menſa, ambiguaque interpretum commentaria iterum leges haſce repudiare cogitent, quas ob ſummam admirabilemque æquitatem, juſtitiam, ac prudentiam olim tanquam divinitus latas conſtitutaſque amplexæ ſunt: paſſim etiam
§. 5. de eo doctorum bonorumque virorum querelas audimus. Atque utinam aliquando eorum votis, CAROLE, annuas, novuſque nobis exoriare Julius, aut Juſtinianus: nec ſolum inveteratum hoc ſcribendi, & coacervandi cacoëthes (ut ille vocat) inhibeas, verum ab ipſis radicibus tot, & tantarum opinionum diſſenſionumque ſeminaria, novis ſubſtitutis conſtitutionibus evellas, vel ſaltem immenſa librorum volumina ad mediocrem aliquem modum perducas: Illo etenim malo, non tantum diſcentium ſtudia jam pridem graviter exercentur, atque adeo affliguntur, ſed privatorum etiam fortunæ cum luculento Reip. damno adteruntur. Tam multa enim interpretum jactitata opinionibus, cum in forum ac tribunal deferuntur, judicibus quidem bonis, & probis magnum in diſcernenda veritate, examinandaque juſtitia ſcrupulum injiciunt: improbis vero januam ad gratiam, odium, ſordes, ambitionem patefaciunt: diſpendioſa ſcilicet victis, & parum ipſis victoribus compendioſa, dum lucra pragmatici diſpartiuntur. Et profecto Auguſtiſſ. CÆSAR, nihil ſupereſt, quo tot illuſtribus rebus a te geſtis, majorem, diuturnioremque tibi gloriam apud poſteros comparare poſſis, quam ſi Jus Civile, quo publica, & privata reguntur, in ordinem, in concordiam, in brevitatem redigas: quo tandem ſciamus, quo jure uti debeamus, atque ut idem deinceps & intelligere, & ediſcere commodius poſſimus. Scio quantis quotidie occupationibus Majeſtas Tua diſtringatur, quæ hic religionis diſſidium componere, alibi Turcarum occurrere minis, atque etiam Mauros, & Indos, Novoſque orbes ad Chriſtia-
§. 6. nam fidem, & ſub ſuum Imperium compellere ſtudeat. Sed tamen haut levioribus negotiorum procellis Divum Juſtinianum agitatum legimus, qui parem tamen cum maximis Imperatoribus laudem ſive bello, ſive pace aſſecutus eſt, nec tantum armorum, ſed & legum gloria cæteris facile principibus antecelluit. Non deſunt tibi Tribuniani, Theophili, vel Dorothei, quorum opera in tam præclaro opere uti poſſis, quique talem nominis in poſteros propagandi occaſionem dari ſibi exoptent. Cæterum interea illi maxime, & ſuæ famæ, & publicæ ſtudioſorum utilitati conſulere mihi videntur, qui donec tibi Deus tam eximio operi incipiendo, abſolvendoque conſilium, atque ocium conceſſerit (nam auxilium certe non deerit) ſedulo dant operam, quo ea, quæ jam longa, & infideli librariorum deſcriptione, typographorumque poſtea ſocordia depravata ſunt, emendent, quæ omiſſa ſunt ſuppleant, quæ confuſa diſtinguant, ac totum legum Corpus mirabiliter diſſolutum pro virili reſarciant. Qua quidem ratione & commentandi occaſio utcunque ſuccidetur, & magnum procul dubio lumen diſciplinæ noſtræ infertur. Nemo enim, ut arbitror, ſano præditus judicio dubitat, legum textibus, ceu fontibus reſtitutis, permulta quoque in Doctorum commentariis, magno legentium faſtidio a ſingulis prope hactenus repetita, reſecari poſſe. Neſcio tamen quo fato fiat, ut ad ea quæ optima utiliſſimaque ſunt, pauci admodum animum, atque ingenium intendant: ac ut etiam ſint aliqui, quibus iſta ſint curæ, ii tamen quo tendunt, pervenire nequeunt: Nam in hoc diſciplinæ genere, Italicæ Bibliothecæ ſemper excelluerunt, & de Florentinis Pandectis celeberrima eſt ubique fama. Sed non cuivis homini (ut eſt in proverbio) contingit adire Corinthum, & alioqui multa occurrere ſolent, quæ honeſtos conatus remo-
§. 7. rentur. Qui tamen tentaverunt, & qui aliquid effecerunt, non ſunt ſua laude defraudati: Nam ut nihil nunc de Alciato, Zaſio, Budæo, ac aliis majorum gentium ſcriptoribus dicam, quantum ſibi gratiæ, atque gloriæ Gregorius Haloander nuper peperit, qui Pandectas ſublatis tot maculis, nævis, mendiſque ad novam quandam venuſtatem redegit? Cui deinde & Codicis

non

non pœnitendam emendationem, cum pulcherrimo veterum Conſulum catalogo adjecit: Noviſſimeque etiam Novellas primus omnium Græca lingua, hoc eſt, vere authenticas (ſic enim ſunt ab initio compoſitæ) publicavit, Latina quoque ſubjecta interpretatione, longe certe puriore elegantioreque, quam ſit ea, qua vulgo in ſcholis utimur, in qua nonnumquam, nec verborum ſyntaxis cohæret, nec rerum ſenſus percipi poteſt. Fuit enim prior interpres (quiſquis is demum fuit utriuſque linguæ æque imperitus. Utinam vero Haloander ille, ad hæc ſtudia noſtra juvanda natus, diutius nobis ſuperſtes fuiſſet, pulcherrimiſque cœptis colophonem imponere potuiſſet. Nam eo conſilio redierat in Italiam: ſed vix ingreſſus, Venetiis miſere quaſi in ipſo conſiliorum rerumque præclararum portu extinctus eſt. Cujus nobis mors minus deploranda eſſet, ſi ſaltem exiſterent, qui tam glorioſi conatus ſucceſſionem capeſſerent, atque illius æmulatione excitati, hoc quod adhuc deſideramus implere, atque perficere ſtuderent: Ille enim tantummodo hunc gloriæ campum aliis aperuit, multaque poſt ſe reliquit, quibus cæteri ſibi laudem comparent: ille notas ædidit: at utinam aliquis integrum Pandectarum corpus in lucem proferat, quod quidem beneficium à Florentina Repub. ſtudioſi jam olim expetiverunt. Quanquam autem poſt tot ſecula, mutatis tot rebus, tot vete- §. 8.
rum abolitis conſuetudinibus, & novis quotidie irrepentibus (ut plerunque jam Municipiorum inſtituta moreſque Juri Civili prævaleant, & reſponſis magis Doctorum, quam certa aliqua lege controverſiæ diffiniantur) neceſſe prope ſit (quod antea diximus) legum corpus innovare: attamen ſic recte atque ordine id fiet, ſi prius diligenter perſcrutati fuerimus, ſi quæ forte ex veterum librorum fide reſtitui queant. Multa enim adhuc latent, & interpretum controverſiis, altercationibuſque involuta ſunt: quæ tamen ex emendatis codicibus, vel ex antiquis diſciplinæ noſtræ monumentis, quorum pauca adhuc prodiere in lucem, diſſolvi poſſunt. Et profecto, veluti antea dicere cœperam, qui huc conatus ſuos intendêre, videntur mihi multo ſolidiora diuturnioraque famæ fundamenta ponere, quam qui nunc Cramben (quod ajunt) nobis toties reponunt, & ex conſarcinatis Repetitionibus, temporalem induſtriæ ſuæ gloriam apud imperitum ſtudioſorum vulgus aucupantur. Ego certe hoc ipſum ad quod alios hortor ſtudio, & cordi ſemper habui, nec omnino infeliciter mihi ceſſit, quo minus alii meliore nati ſydere deſperare debent, ne non induſtriæ ſuæ, & conatui ſucceſſus reſpondeat. Ecce enim, Maxime §. 9.
CÆSAR, Imperiales Inſtitutiones Græcas primus omnium in lucem profero, & quaſi ſtudiorum meorum primum fructum Tibi, qui ſanctiſſimo Juſtitiæ templo præſides, cujus ſtat arbitrio tota Juris Civilis diſciplina, dedico conſecroque. Quas ſi tu benigna fronte ſuſceperis, non modo mihi, ſtudioſiſque aliis animum ad majora perſequenda addideris, verumetiam clementia, & humanitate tua rem digniſſimam geſſeris: multi enim ex hoc laudantur, quod doctorum hominum Mœcenates & patronos ſeſe præſtiterint: non audeo vero meum nomen in illorum album inſerere, ſed tamen ſi id mihi bene apud te ceſſiſſe alii magis propiciam adepti Minervam conſpexerint, ipſorum quoque ſtudia ad tuum concelebrandum nomen excitaveris. Quod quidem ego non modo confido, verumetiam certo perſuaſum habeo. Quapropter & hoc qualequale opus ſub tui nominis auſpiciis in lucem emittere auſus fui. Cum enim conſtet te honeſtis omnibus ſtudiis apprime favere, tum vero erga Juriſprudentiam peculiariter te affici conſentaneum eſt: quæ ad legitimam Reipublicæ adminiſtrationem a veteribus conſtituta Imperatoribus, tota hodie tuo nomine & autoritate regitur: ut in ea videlicet jus tibi ſoli ſit & tollendi, & mutandi, & emendandi quicquid velis. Nec nos aliud ſcire, aut profiteri phas eſt, quam quod Tibi, tuiſque majoribus placuit, cum Cæſarei juris ſtudioſi cenſeamur. Hoc noſtrum itaque ſtudium Auguſte CÆSAR, Tuum peculiariter

§. 10. favorem promeretur. Poſſem tamen ego, & alias multas hujuſce nuncupationis meæ cauſas recenſere, ſed paucas tantum percurram. Nam cui potius hæc dedicem quam Optimo Clementiſſimoque patriæ meæ principi, cujus avus MAXIMILIANUS, cujus amita Margareta, qui ipſe illum, cui ego omnem in literis profectum debeo, Bernardum ſcilicet Buchonem, Decanum olim Hagenſem, cognatione quidem mihi patruum, ſed pietate & beneficentia erga me pene plus, quam patrem, tot commodis auxerit, tot ornamentis honorarit, ut me quaſi hæreditarium æs diſſolvere par ſit. Et Inſtitutiones Imperiales cui potius, quam ipſi Imperatori nuncupem? ut quæ olim Latinæ ſunt per Juſtinianum ſtudioſis exhibitæ, nunc etiam ſub tuo Auguſtiſſimo nomine, Græcæ in lucem tandem prodeant. Quæ porro inde utilitas ad eos qui Juri dant operam, provenire poſſit (quando hoc in primis ad operis tibi dicati commendationem pertinet) ſtatim ſubjiciemus. Ego autem non ob publicum tantum commodum gratum tibi hoc munus noſtrum fore ſpero, verum etiam ob id quoque non diſpliciturum exiſtimavi, quod privatim uſui tibi eſſe ali-

§. 11. quando poterit. Celebratur enim vulgo Neoptolemi apud Ennium ſententia, Principi philoſophari quidem eſſe neceſſe, ſed paucis: nam omnino haud placere, & ut ego etiam addendum puto, haud licere. Philoſophia porro in qua principum liberos erudiri oporteat, non alia mihi magis idonea eſſe videtur, quam Juriſprudentia: Nullius enim diſciplinæ ſtudium æque illi, qui civitatis, qui regni, vel Imperii aliquando gubernacula ſuſcepturus eſt, magis utile, aut neceſſarium, aut proprium eſſe poteſt, quam legum, & juris. Et veteres cum regem laudare volebant, juris & æqui ſcientiſſimum, ſervantiſſimumque fuiſſe prædicabant. Nominatim vero D. Marcus Philoſophus Juri ſtuduit, ac L. Voluſium Metianum audivit. Severum Serbidius Scevola inſtituit, Alexandri tutor ac præceptor fuit Ulpianus. Quos quidem Imperatores optime Remp. adminiſtraſſe conſtat. Non aliunde vero aliquis, vel melius, vel maturius univerſæ Juriſprudentiæ ſummam, quam ex iſthoc Inſtitutionum opuſculo, haurire queat. Erit itaque hic liber aliquando Principi PHILIPPO, primo unicoque adhuc filiolo tuo, cæteriſque liberis, quos tibi Deus complures, uti tibi omnes comprecamur, largiturus eſt, utiliſſimus. Ex Græcis enim Latina, veluti infra declarabimus, plurimum adjuvantur, & tum etiam amplius, atque pluribus proderunt, cum ipſa hæc Græca Latina aliquando facta fuerint. Verum quo clarius appareat, quid ſit, quod tibi dicare auſi ſumus, & unde ad nos pervenerit, quæve inde utilitas accipi poſſit, ac quo reliqua quibus vera hujus operis commendatio continetur, cuncti intelli-

§. 12. gant, rem totam ordine exponere incipiam. Inſtitutiones itaque, quas Græci brevitatis cauſa Inſtituta fere vocant (unde & ad nos eandem fluxiſſe conſuetudinem arbitror) cum in omni diſciplina apprime ſint utiles, tum vero in Jure prope neceſſariæ ſunt, propter ſummam ejus difficultatem, immenſitatemque. Magni autem eſt momenti a ſuis principiis, ac elementis artem aliquam didiciſſe: Et ut non alia eſſet ratio, quæ Inſtitutiones nobis commendaret, quam quod eas bene edocti multo maturius ad præſtitutam ſtudiorum metam pervenire queunt, ſufficere tamen ſola hæc deberet, ob quam tyrones ſummo ſtudio Inſtitutiones initio diſcendas ſibi proponerent. Nam cur in eo tres annos conſumamus, quod uno exequi poſſumus? Et quanquam ille noſter, etiamſi alterum in ſepulchro pedem haberet, diſcere ſe velle dicebat, non tamen nos ideo in ſcholis totam ætatem commorabimur, quaſi apud Minoëm,

§. 13. vel Æacum (ut dicere ſolebat Cato) cauſas olim dicturi. Et in hac vitæ humanæ brevitate in primis curandum eſt, ut ſtudia noſtra quod ad fieri poteſt, maturemus. Nemo autem citius ſe abſolvit, quam qui certam rationem, & viam elegit, quæ maxime in Inſtitutionum diſciplina conſiſtit, quales citra controverſiam pulcherrimæ ſunt, quibus in Jure Civili utimur. Continent enim

enim ſummam quandam, & legum pene omnium compendium. Nam quæ Pandectis vel Codice, titulis libriſque totis explicantur, ea hic brevibus paragraphis ſeu verſiculis, incredibili ordine & elegantia comprehenſa habemus, quæ non aditum modo ad ſecretiora juris myſteria patefaciunt, verum toto itinere, & in quibuſcunque legum ænigmatis, non aliter ac fax quædam prælucent. Scripſere autem multi veterum ejuſdem argumenti libros, inter quos præcipui fuere nominis, Ælius Martianus, Calliſtratus, Domitius Ulpianus, Julius Paulus, Florentinus, & Titus Cajus. Hujus etiam fragmenta quædam adhuc extant, unde veluti ex unguibus, quod dicitur, leonem. Ex quorum omnium libris D. Juſtiniani juſſu Tribunianus, duoque ejus collegæ Latinum inſtitutionum noſtrarum opus concinnaverunt, Zeuxidis imitati exemplum, qui Crotoniatis Helenam delineaturus, virgines earum nudas inſpexit, ut quod in quaque laudatiſſimum eſſet, pictura redderet: Nam & illi quicquid in veterum libris utile, quicquid & argumento aptum, conſentaneumque eſſet, huc transtulerunt. Primus autem Angelus Politianus in Miſcellaneis (*) Græco quo- §. 14.
que ſermone ſcriptas haſce prodidit, ſub eodem prorſus intellectu, niſi, inquit, quia ritus quidam conſuetudineſque Romanorum veteres, uberius aliquanto & laxius in Græco, quam in Latino codice referuntur, ut peregrinis hominibus, atque a Romanorum more conſuetudineque alienis, res tota penitus innoteſceret. Quoniam tamen novum pleriſque videbitur, exiſtere hac tempeſtate, qui Græcos libros Jureconſultorum ſcholis inferant, operæ precium fuerit eorum autoritatem, ac vetuſtatem paucis oſtendere. Illius nobis non obſcura extant argumenta, poſteriores ſcilicet Imperatores, qui uſque ad Juſtinianum Juri Civili componendo, ferendiſque legibus operam navarunt, linguæ Romanæ honorem utcunque tueri conatos fuiſſe, qua & ii qui in Principum Curia, & comitatu tunc agebant, utebantur, cum vulgaris ſermo Conſtantinopoli Græcus eſſet. Nam & veteres fere Conſtitutiones Latinas fuiſſe §. 15.
legimus, cum abſurdum adhuc videretur alia lingua leges conſcribi, quam eorum, à quibus originem, nomen, autoritatemque cœperant. Atque eum honorem veteri, & æternæ urbi Romæ Cæſares Romanæ Reip. principes ſemper tribuerunt, ut linguam ejus populi venerarentur, à quo Imperium acceperant. Quapropter & Byzantium Romam vocari Conſtantinus juſſit, & Juſtinianus in Novellis Romanam linguam πατρωαν φωνην, id eſt, patriam, vocat. Cujus etiam illic profeſſores non obſcuri fuere, inter quos Priſcianus Cæſarienſis clarus etiam nunc inter Latinos Grammaticos. Græcos tamen linguæ ſuæ retinendæ, excolendæque ſtudioſiſſimos, & Latinorum gloriam ſemper obſcurare connixos fuiſſe ſatis conſtat. Proinde in Græcia & Thracia extitere mox nonnulli, qui quo ſuis hominibus laborem adimerent addiſcendi linguam Latinam, ob Romanarum artium maximeque legum cognitionem valde neceſſariam, Jus Civile in ſuam linguam traduxerunt, quod fieri etiam Juſtinianus in Græcorum gratiam non vetuit: deinde quoque publice ipſum Græco ſermone doceri cœptum eſt, atque inde paulatim factum eſt, ut conſtitutiones novæ, quæ poſt æditum Codicem exigente rerum uſu promulgatæ fuerunt, Græce tantum ſint æditæ, quas deinde ſciolus quiſpiam Latinas fecit. ut autem Græce proponerentur, illa etiam non levis cauſa viſa fuit, quo vulgo commodius perciperentur, quum Græcus ſermo latiſſime in Aſia pateret, & Romanus tot calamitatibus continuo vexata Italia, jampridem quoque tranſlato, ſeu amiſſo propemodum Imperio, paulatim cederet concideretque. Cæterum cum tri- §. 16.
bus locis Jura doceri Juſtinianus permiſerit, apud Romam, Berytum, & Conſtantinopolim, an tamen Romæ aliqui ſint profeſſi poſt illud privilegium incertum eſt. Et veriſimile, cum Urbis ſtatus ſemper poſtea Longobardorum, aliarumque gentium irruptionibus, & domeſticis etiam diſſidiis agitatus fuerit,

(*) Cap. 84. Vide *Teſtimonia & Judicia de THo*, num. I. G. O. R.

rit, inter arma leges ſiluiſſe. Quapropter Innocentius quartus, Pontifex Maximus, renovandum hoc privilegium putavit, quum jam Juris interpretandi uſus Romæ abolitus fuiſſet. De Beryto autem ſcribit Agathius (*) rem ſane oppido acerbam, ſed tamen memorabilem, pulcherrimam ſcilicet illam Phœniciæ civitatem, quæ nunc ſolo Barbarorum portu nota eſt, prodigioſo terræ motu penitus proſtratam, ſoloque æquatam fuiſſe, haud ita certe diu poſt hoc privilegium. Quo tempore ruentium ædificiorum mole plurimi, nobiliſſimique juvenes, qui Juris diſcendi cauſſa illic degebant, una cum clariſſimis Doctoribus periere, nec unquam poſtea illa Academia priſtinum decus recuperavit. Sola igitur Conſtantinopolis legum ſemper doctores, diſcipuloſque habuit. Et ii quidem, qui Conſtantinopoli leges profitebantur (quæ principio lingua Latina compoſitæ, ac conſcriptæ, & in vernaculum deinde ſermonem, qui ut diximus, Græcus erat, tranſlatæ fuerant) eodem eas idiomate, ac ſer-
§. 17. mone exponebant, quod apud Berytum quoque factum crediderim. Quapropter vetuſtiſſimas in jus noſtrum interpretationes, ac gloſſas Græcorum eſſe comperio, qui ipſum etiam legum textum, ut nunc loquimur, multifariam traduxerunt. Diverſæ enim citantur apud ipſos interpretationes, aliæ κατα ποδας, aliæ μεταφρασικως, aliæ παραφρασικως: vidi etiam quaſdam epitomæ non abſimiles. Cum vero prima ſcientiæ noſtræ rudimenta Inſtitutiones contineant, veriſimile eſt, nec ibi Græcorum diligentiam, vel induſtriam ceſſaſſe. Sed tamen uſque ad Politianum nemo de Græcis cogitavit: ille vero mirum in modum ſtudioſorum omnium deſyderia indicio ſuo excitavit. Noſtrates enim non paucos noſco, qui diligentiſſime ſcrutati ſunt, ſicubi eas invenire poſſent, & Conradus Heresbachius utriuſque linguæ peritia cum primis excellens, Italiam etiam hac potiſſimum de cauſſa adire non eſt gravatus, ut illic Græcum exemplar venaretur, quem ſcio jam olim ſcholia quoque in Inſtitutiones noſtras paraſſe, ſed tamen hactenus preſſiſſe, quod Græcam illi interpretationem nanciſci non licuit. Omnes quidem, inquit D. Paulus, currunt, unus autem accipit præmium: quod mihi Patavii agenti clariſſimi viri Petri Bembi beneficio obtigit, qui me ſibi ab D. ERASMO Roterodamo unico bonarum literarum, ſeculique noſtri ornamento, & patrono multo, me hercle, digniſſimo commendatum, perquam humaniter complexus eſt, & exemplar benigniſſime ex Marciana (†) Bibliotheca communicavit, pro quo immortales gratias debere me illi confiteor: cum enim hocce munus per ſe ſit magnificum, tum
§. 18. tali autore longe precioſiſſimum, atque jucundiſſimum duco. Cui enim obſecro lubentius hoc debeam quam ei, qui non patriæ modo ſuæ, ſplendidiſſimæque Reipubl. Venetæ, non huic tantum Patavinæ Academiæ, ſed toti Italiæ, literarum doctorumque hominum vetuſtiſſimæ parenti & alumnæ, maximo, ac prope ſingulari ornamento exiſtit? haud enim quenquam temere in Italia hodie reperias pluribus majoribuſve dotibus præditum. Quapropter quum illud recordor de P. Craſſo Mutiano, qui quinque rerum bonarum maxima & præcipua habuit, quod eſſet ditiſſimus, quod nobiliſſimus, quod eloquentiſſimus, quod Jure conſultiſſimus, quod Pontifex Maximus, tu mihi Bembe occurris, in quo eadem prope omnia, & longe plura decora conſpiciam. Nam priora certe tria citra controverſiam obtines, & quanquam Jureconſulti titulum non ſis admiſſurus, de jure tamen optime te meritum omnes poſthac veri ſyncerique Jureconſulti prædicaturi ſunt. Veterum autem ſacerdotum, Pon-

(*) Potius Agathias, L. 2. περι Ιουστινιανου βασιλειας, pag. 47—8. Gr. pag. 44. Lat. ſed de juvenibus tantum memorat, eorum multos periiſſe: de *Doctoribus* autem, hos Sidonem, urbem vicinam commigraſſe, Scholaſque eo tranſlatas, dum Berytus inſtauraretur, &c. G. O. R.

(†) In Bibliotheca Florentina Pluteo LXXX. N°. 1. exſtant *Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Lib. IV. traducti a Theophilo Anteceſſore.* Codex bonus & antiquus, in fol. Gr. *MS.* P. FRANC. *ad Exemplar Duker.*

Pontificumque collegiis, ut non inferior, ita neque abſimilis, mihi ordo iſte veſter Rhodienſis videtur, in quo ſane tu cæteris & dignitate & celebritate longe præſtas. Quid hic, recenſeam, quantum tibi ſtudioſi omnes debeant, qui te Mœcenatem, & patronum habent, ut doctiſſimum, ita humaniſſimum Debent etiam ipſæ Venetiæ, quarum res geſtæ eloquentiſſimo ſuaviſſimoque §. 19.
ſtilo tuo ſplendeſcunt. Poſthac vero, & Juris ſtudioſi plurima ſe tuæ humanitati debere mecum fatebuntur, & debent lubenter, & debere plura majoraque cupiunt, quum in tua ſit manu, nobiliſſimos illos Juriſprudentiæ theſauros, quibus non minus, quam opibus incredibilibus D. Marcus exuberat, ad publicam ſtudioſorum utilitatem in lucem tandem emittere, quod quidem ipſi autores à te poſtulant, qui tot jam ſecula in ſitu jacentes, & imperitorum neſcio an invidorum, ſeu incuria, ſeu injuria obſoleſcentes, quo à te omnis literariæ antiquitatis diligentiſſimo patrono in lucem tandem reſtituantur, efflagitant: quam profecto benignitatem, vel potius pietatem tuam, ſummo plauſu, maximaque gratia ſtudioſi omnes excipient. Nec quenquam fore arbitror adeo depravati judicii malignæve voluntatis, qui hoc vitio tibi vertere audeat: neque enim vel exhauritur, vel imminuitur hac beneficentia incomparabilis ille Marcianæ bibliothecæ theſaurus, ſed clariſſimæ Reip. tuæ Venetæ ingens decus, & gloria iſthinc accedet, cum ex ditiſſimo terrarum emporio tales deinceps merces ad literarum, honeſtarumque artium cultores venire conſpicientur. Illi nos profecto ſemper præſens hoc Inſtitutionum Græcarum opus acceptum feremus, à Florentinis fruſtra hactenus expectatum: cum inde & alterum nobis exemplar poſtea communicatum ſit, vetuſtum in primis, & quod nobis ad prioris emendationem multis locis uſui fuit: fecit autem nobis ejus copiam vir eruditiſſimus juxta ac humaniſſimus Jo. Baptiſta Egnatius. Quid porro hoc nomine ipſi Bembo ac Egnatio de- §. 20.
beamus, ita credo melius omnibus eſſe conſtiturum, ſi operis quoque ipſius uſum, & precium paucis explicaverimus. Hoc ego hic aſſerere non verebor, non modo ipſum expectationi, quam de eo jam olim Politianus fecit, abunde reſponſurum, ſed tale omnino eſſe, quo nullus non ſolum Juris, alteriuſve diſciplinæ ſtudioſus, verum quicunque in Repub. verſari velit, quive ſcire cupiat, quo Jure, & cum liberis ſuis propinquiſque, & civibus, cæteriſque hominibus ſibi vivendum ſit, carere debeat. Si enim turpe eſt, ac ſæpenumero etiam damnoſum, verſari in civium cœtu, nec ſcire quid honeſtum, quid æquum, & bonum ſit, quid ipſe alteri, quid alter viciſſim ſibi debeat, quomodo jure ab injuria, quæ plerumque incidit, ſeſe vendicet, nec alios ipſe lædat (iſta enim fere eſt diſciplinæ noſtræ ſumma) quis obſecro non videt, non modo Jureconſultis, verum etiam cæteris hominibus, qualem qualem publici, & privati Juris ſcientiam maximo uſui eſſe? eſt enim illa ſane politicæ & communis vitæ optima magiſtra. Jureconſultorum vero profeſſio hoc à cæ- §. 21.
teris differt, quod illi exactiorem quandam doctrinam præſtare debeant, ad quam in raris intricatiſque controverſiis recurramus: at ſimpliciora illa, quæque quotidie in vitam noſtram, humanaſque actiones incurrunt, unumquemque ſcire decet, quorum etiam ignorantia culpæ adſcribitur: ea autem ex Inſtitutionibus pleniſſime, minimoque negotio diſci poſſunt, in quibus neminem, vel prolixitas deterreat, vel obſcuritas deinceps offendat, cum Græca interpretatio ita cuncta dilucida & perſpicua reddiderit, ut ſine gloſſis intelligi modo ab omnibus facile poſſint. Theophilus enim tranſtuliſſe in Græcum ſermonem eas videtur, non ob eam ſolum cauſam, quo Romanæ linguæ ignaris gratificaretur, verumetiam ut explicatis difficultatibus omnibus, & quaſi novo quodam illato lumine commendabilius vulgo hoc opus redderet, & tyrones quoque minus laboris vel faſtidii in diſcendis Juriſprudentiæ rudimentis perciperent. In primis autem ut commode ars

§. 22. aliqua tradatur, & ſemel tradita perpetuo in animis diſcentium hæreat, rerum ordinem accuratiſſime ſervare oportet, quod etiam ſi in prima Inſtitutionum compoſitione eximie præſtitum fuit, ad commodiorem tamen diſcendi facultatem ipſius explicatio maxime conducit, quam noſtræ jam ſcholæ Continuationem vocant, eoque non in rerum ſolummodo ſimilium apta connexione, ſed etiam in commodo ad novum diverſumque caput (quod tamen ipſum aliquam habeat in genere cum præcedentibus affinitatem) tranſitu, potiſſimum conſiſtit. Nec indiligenter meo judicio, nec inſubtiliter, quæ ad hanc rem pertinent, in toto Juris Corpore Accurſius annotavit, ſi modo eo contenti eſſe poſſemus, nec abuteremur ocio in moroſis ſophiſticiſque cavillationibus. In Inſti-

§. 23. tutionibus vero, quæ nobis Methodi cujuſdam inſtar exhibent, magnopere refert hoc non minus plane, quam diligenter fieri, id quod non modo egregie Theophilus præſtitit, ſed quod in omni prope re difficillimum eſt, modum etiam ſervavit, ut in eo neque nimius eſſet, neque parcus. Sic certe poſteriora præcedentibus cohærere oſtendit, atque omne ordinis artificium expoſuit, ut non tituli modo titulis, ſed ipſi propemodum inter ſe verſiculi (quos nos Paragraphos appellamus) ad unguem commiſſi eſſe videantur. Cum vero in Latinis Inſtitutionibus non pauca inveniantur, quæ incognitis (ut ſic dicam) rerum fontibus ac fundamentis, non ſatis intelligi, præſertim à rudibus, queant, huic etiam parti pulchre hic eſt conſultum: Nam Interpres ſicubi vidit locum vel brevitate vel rei natura ſubobſcurum eſſe, ad evidentiorem ejus intelligentiam quædam fere præfatus eſt, ex quibus cætera de quibus agitur, perfectius & apertius perciperentur: hæc à noſtris vulgo Evidentialia vocantur, quæ plurimum ad docendum conferunt, ſi tamen cum judicio & delectu modum quoque omni in re optimum adhibuerimus: Nam qui nunc in ſcholis publicis & Academiis regnant, vel ſuperiore ætate commentaria ſcripſerunt, quicquid à majoribus bene traditum præceptumque fuit, confuderunt. Ecce

§. 24. enim quoſdam videas illotis, quod dicitur, manibus, ac ſine ullis omnino procœmiis, mox in ipſos difficillimarum opinionum labyrinthos irrumpere, quo ſæpe fit, ut ne ipſi quidem explicare ſeſe poſſint, tantum abeſt ut quicquam ab illis ad auditores utilitatis perveniat: alii rurſus lucernam (quod ajunt) in meridie accendunt, & ne in re facili prælectio ipſorum minus neceſſaria exiſtimetur, vel ne idiotis (ſi Diis placet) ſacræ hujus ſcientiæ myſteria prophanent, conquirunt quaſdam ſubtilitates, & ea ipſa quæ clara erant, ſtudio obſcurant. Evidentialia autem hujuſmodi, Græci παραθεωρησεις ſive παραθεωριας vocant, quarum in omnibus ipſorum ſcholiis frequens eſt uſus: in Inſtitutionibus tamen multo creberrimæ ſunt & apertiſſimæ, exigente hoc operis natura, quod ipſi, me hercle, ſatis magnam commendationem per ſe adferre poſſet, etiamſi nullis aliis dotibus præditum eſſet. Nec opus quidem eſt, ut hujus rei exempla vel ſubjiciamus vel demonſtremus, cum ubique obvia ſint, quorum tamen quaſi ſignum ſequi lector poterit, illa verba, Εχε ταυτα, ὡς εν παραθεωριᾳ: & ne forte confunderetur id, quod extrinſecus adjunctum eſt expoſitionis cauſa, cum ipſo textu fere illa ſubjuncta verba comperies, επειδη σοι ταυτα παρατεθεωρηται, ὁρα λοιπον το παρακειμενον. Neque rerum tantum, ſed & dictionum multarum inter-

§. 25. pretatio obiter inſerta eſt, ne quid omnino remoræ eſſet, veluti ſi de Inſtrumento fundi mentio inciderit, declaratur quid id ſit, non definitione tantum, ſed & exemplis: ſi de peculio, quid ſit peculium: ſi de poſſeſſione quid ſit poſſeſſio, breviter quidem, nec minus dilucide: veluti νομη εστιν το ψυχη δεσποζοντος νεμεσθαι. Sic quum in Aquiliana ſtipulatione tenendi verbum a poſſidendi diſtinguatur, mox ſubjicit Theophilus, διαφορα γαρ τω κρατειν, και νεμεσθαι αὐτη· ὁτι κρατειν μεν εστιν το φυσικως κατεχειν, νεμεσθαι δε το ψυχη δεσποζοντος κατεχειν. Hujus generis infinita exempla proferre poſſem, ſed id hic nobis ſatis erit ſtudioſum admonuiſſe, ut intelligat, & quantum Græcæ hæ Inſtitutiones

Latinis

Latinis præſtent, & quid ipſe inter legendum obſervare debeat. Sed & vetera pleraque, quorum cognitionem jam prope amiſeramus, hic nobis diſerte explicantur, ad quæ tanquam in ſcopulos quoſdam impingentes antea hærere ſolebamus, vel quæ ab diverſæ profeſſionis autoribus inquirenda fuerant, veluti quæ ſit manumiſſio, quæ vel vindicta, vel cenſu, vel teſtamento, vel apud conſilium fiebat, quæ Latinorum dedititiorumque libertorum origo, quæve olim inter ipſos differentia fuerit, tum quæ legatorum proprietas, quæ per vindicationem, per damnationem, per ſinendi modum, per præceptionem fiebant, quæ & in Cajl Inſtitutionibus enucleata ſunt. Item quale fuerit teſtamentum §. 26. procinctum, quale quod per æs & libram, qui ſtipendiarii agri, qui Tributarii dicantur. Ejuſdem generis eſt, quæ fuerit lex Furia, quæ Voconia, quarum ſimpliciter tantum in Latinis ad legem (*) Aquiliam mentio fit. Jam & bonorum poſſeſſionis vetera capita, unde pleraque in ipſis etiam Pandectis melius declarantur, atque alia prope infinita hic eleganter expoſita comperire licet. Erant præterea & Græca nonnulla carmina, & vocabula Latinis Inſtitutionibus paſſim inſerta, quæ hic & integra, & explicata leguntur, quæ certe antea vel non intelligebantur, vel omnino deerant: quale eſt illud quod de Teli ſignificatione, & etymologia ex Xenophonte citatur, και τα βελη ὁμως ἐφερετο· λογχαι, ξοξευματα, σφενδοναι, πλεισοι δε και λιθοι. quod teſtimonium propoſito etiam accommodat Theophilus: inquit enim, και ωσταξας το ονομα τε βελους, επηγαγε τα ἑξης. §. 27. His accedunt pleraque τυπικα, ſolenniaque veteris Juris verba, & formulæ antiquitus uſitatæ, quæ etſi nunc in deſuetudinem abierint, plurima tamen inde plenius & penitius intelligi, nemo inficiari poterit. exemplum eſto de literarum obligationibus, quæ olim nominibus fiebant: hinc autem quæ tandem iſthæc nomina fuerint, cognoſcere licebit. Quid dicam de exemplis, quæ rem præceptis ſæpe numero, & regulis involutam mirum in modum explanant, quæ in Græcis ſeſe paſſim plurima offerunt, cum illorum in Latinis magna ſit paucitas. Maxime etiam ad artem diffinitiones pertinent, niſi quod inde non modicum obſcuritatis invehitur, dum pleræque res in ſuas fines collectæ minus ſubinde à rudibus ad dialecticas exercitationes non ſatis aſſuetis percipiuntur, quam ſimplex ipſum nomen, quod diffiniebatur: Nam in obligationis, actioniſque diffinitione, ne ipſi quidem majores doctores ſatis ſeſe explicare poſſunt: ne quid interea de tyronibus dicam. at in Græcis, cur quodque verbum adjectum ſit, quemve uſum, aut quod in diffinitione officium habeat, dilucide exponitur. Adferunt & rationes, ac cauſæ in rerum intellectu plurimum perſpicuitatis: hoc enim optime intelligimus, cujus vel rationem videmus, vel cauſam cognoſcimus. Theophilus autem ubicunque hoc locus poſcere viſus eſt, rationibus, cauſis, reguliſque id jus quod conſtituitur, ſic communivit, ut non autoritatem tantum legiſlatoris, ſed & conſtitutionis æquitatem lector intueri poſſit. Illud lectorem latere nolo, primum titulum qui in- §. 28. ſcribitur de Juſtitia & Jure, in utroque noſtro exemplari (conſilione ipſius Theophili an librariorum incuria, haud ſatis ſcio) fuiſſe omiſſum: ego tamen quando ita quibuſdam viſum fuit, utcunque eum Græce redditum, propoſui, ne ακεφαλον opus prodiret: forte aliquis aliquando & illum reſtituet (†) plenius nactus exemplar: nam alia haberi præſertim in Italia minime dubito, certe neutrum eorum quibus ego ſum uſus, Politiani fuiſſe arbitror, quem tamen conſtat exemplar harum Inſtitutionum habuiſſe. Prius autem quod Bembus nobis communicavit, à Beſſarione Cardinale Niceno relictum fuit: in quo tituli fere Latini erant, qui tamen in Egnatii libro Græce habebantur. Nos autem

(*) *Falcidiam* voluit, ſaltim debuit ſcribere.

(†) Non videtur plenius uſquam extare exemplar: nam neque Fabrotus in trib. regiis, neque Pithœus, teſte Ernſtio ad h. t., in novem ſuis Codd. hunc Tit. I. invenit. Quin V. Cl. d'Orville in duobus Codd. altero Meſſanenſi, altero Florentino, Librum I. deeſſe teſtatur. Confer, quæ pag. 929. not. 4. dixi.

tem fere prius exemplar ſequi maluimus, vel quod hoc primo ſe obtulerit, vel quod diligentiſſime id, poſteaquam deſcriptum fuit, relegerimus, ac noſtrum apographum cum hoc archetypo rurſus contulerimus, adjuvantibus nos ea in re Hieronymo & Marco Agninis fratribus, & moribus & literis ornatiſſimis, quos ſua equidem laude & gratia, quam nobiſcum ſunt promeriti, defraudare hic nolo, quando non ſolum in conferendo, verumetiam in deſcribendo promptiſſimam ac fideliſſimam mihi operam navarint: Ego enim publico & privato quotidie profitendi munere occupatus, ſolus ei rei, quæ maturanda erat, non ſufficiebam, & alioqui ea mihi occaſio in illud tempus inciderat, quo poſt diutinam vacationem inchoatæ iterum lectiones erant, ac ma-
§. 29. jor aliqua diligentia a me recens in profeſſorum numerum cooptato requirebatur. Titulos tamen Græcos (ne quid quiſquam ea in re deſideraret) præfationi ſubjici curavimus, relictis ad contextum Latinis: vel eam etiam ob cauſam, quod illi magis ſint noti, ut ſi quis forte aliquid quærat, per eos facilius inveniat. Cæterum & cognationum gradus in figuram ab Juſtiniano deſcripti, quo oculorum inſpectione facilius a juvenibus comprehenderentur, ut in Latinis, ita & in Græcis exemplaribus non comperiuntur. Nam quod arborem quidam affinxerunt, eamque in nonum uſque gradum extenderunt, autoritate caret, & cum ipſo titulo de gradibus cognationum non ſatis convenit. Nobis autem Bonifacius Amerbachius Juris Civilis, & omnium bonarum artium apprime doctus, ex vetuſto Græcorum Canonum volumine, ubi titulus iſte ex Inſtitutionibus refertur, exceptam formulam exhibuit, quam editioni noſtræ inſerendam curavimus. Nec dubito, quin ea figura fuerit olim ab Juſtiniano, vel ejus adjutoribus concepta: habet enim certe aliquid anti-
§. 30. quæ majeſtatis: nam arboris, trunci, & ſtipitis vocabula, neotericorum conſtat eſſe commenta. Hic illud etiam admonendum duxi, Latinos temere titulum de ſervili cognatione, qui pars eſt tituli de gradibus cognat. ſeparaſſe, propter arboris, uti arbitror, intervallum deceptos. Certe in Græcis unus eſt titulus, quod poſteriores paragraphi in titulo de ſervili cognatione etiam exigunt, ejuſque etiam ſatis manifeſtum extat argumentum apud Theophilum in titulo de exceptionibus, ubi de literarum obligationibus titulum citans, vi-
§. 31. geſimum primum eum ponit, qui vigeſimus ſecundus erit, ſi vulgatam ſequamur diſtinctionem. Autorem hujus tranſlationis jam ſæpe Theophilum citavimus: ſic enim in utroque exemplari reperimus, cum Anticenſoris adjectione, quem noſtri nunc Anteceſſorem vocant. Putavi autem aliquando eum hunc eſſe Theophilum, qui & Latinarum Inſtitutionum cum Tribuniano & Dorotheo autor fuit: movebat me, quod Juſtinianus ſcriberet, illum Conſtantinopoli optimam legum gubernationem extendere: nec enim eſt aliud hæc interpretatio Græca (*), quam quædam Latinarum Inſtitutionum extenſio; quanquam aliud fortaſſis extendendi verbo Juſtinianus intellexit: & vix hoc, ipſum Theophilum in operis procemio taciturum fuiſſe arbitror, præſertim cum non ſub Imperatoris perſona, ut in Latinis, ſed interpretis cuncta narrentur. Quicunque autem iſte fuerit, non eſt dubium, ante multa eum ſæcula vixiſſe, proximumque fuiſſe Juſtiniani ætati, cum adhuc veterum libri extarent, ex quibus pleraque intelligi poterant, quæ nunc detruncata, abbreviataque magnam obſcuritatem, atque ambiguitatem pariunt: Nam quod vulgo jactatur, Juſtinianum poſt novam legum compoſitionem, antiquorum Jureconſultorum concremaſſe monumenta, nec veriſimile mihi unquam viſum
§. 32. eſt, nec (ut arbitror) verum eſt: nullum enim ejus fide dignum teſtimonium adfertur, & multa diverſam humanioremque ſuadent ſententiam. Scio me jamdudum audire à barbaris iſtis (ut ſuo eos nomine vocem) Juriſtis, *Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?* Noſne hic etiam Græce diſcere jubet, quum

(*) Pluribus hæc extendit Mylius pag. 23. ſq.

quum anteſignanus noſter Accurſius linguam illam ubique rejecerit, & citra eam tot inſignes extiterint Jureconſulti, quibus ne in mentem quidem unquam venit lingua Græca? Difficile fateor eſt ſenum (ut inquit Hieronymus) mutare linguam, nec minus forte arduum fuerit eam opinionem, quam ſemel illi imbiberunt, eximere: quam ideo etiam pertinacius defendunt, ne vulgo indoctiores habeantur, ſi ſe aliquid neſcire fateri debeant, quod ad artis, quam profitentur, abſolutionem pertineat. Non hic igitur cum talibus fruſtra contendere lubet: quid enim apud ſurdas & Bœoticas aures proficiam? ſed apud ſtudioſos id quod ſentio, & quod ſequendum ipſis puto, & ante expoſui, & exponere porro pergam. Illud igitur ſciendum, Græcos omnium primos gloſſas in jus noſtrum ab Juſtiniano digeſtum, ac in linguam ipſorum paulo poſt converſum ſcripſiſſe, quas Scholia & Paragraphas, & Paratitla quoque interdum vocant: quia per titulorum ſubtilitatem, quæ ſimilia vel diſcordia videbantur, annotabant: paulatimque etiam ipſi ad interpretationis latioris licentiam conniventibus principibus progreſſi ſunt: qualia ego non pauca nec contemnenda vidi, & extare ſcio antiquiſſimas Theodori, Thaleiæi, Iſidori, Dorothei, Stephani, Joannis, multorumque aliorum gloſſas, quæ ſi aliquando in lucem prodibunt, Latinis, uti arbitror, non multum ceſſuræ ſunt. Hoc enim nemo in- §. 33.
ficias ire poteſt (quod & antea aſſerui) in Italia ante quadringentos annos Jus Civile in nullo vel honore vel uſu fuiſſe, tantumque Longobardicas leges, & neſcio quas alias magis Barbaras (quarum adhuc veſtigia in Municipalibus ſtatutis extant) valuiſſe, ut ne nunc quidem ſatis Juri Civili tam eleganter compoſito, & humanitatis æquitatiſque pleno, cedere dignentur. Nullius item Latini interpretis opus, vel nomen vetuſtius oſtendere, vel citare quiſquam poteſt: Nam Bulgarus, Hugolinus, Placentinus, Martinus, Pyleus, cæterique, quos nos antiquiſſimos ſcientiæ noſtræ expoſitores habemus, poſt Lotarium Saxonem omnes vixere: vetuſtiſſimæque illæ Pandectæ, quæ nunc Florentinæ dicuntur, ac antea Piſanorum fuerunt, in lucem primum prodiere anno ſalutis noſtræ MCXXXVI. repertæ in urbis Malfitanæ direptione, magnaque veneratione ab victoribus Piſanis domum relatæ, cum nulla vel ſane pauciſſima tunc in Italia Digeſtorum exemplaria extarent. Porro Conſtantinopolis §. 34.
uſque ad patrum noſtrorum memoriam (octoginta enim tantum ſunt anni, quod in immaniſſimi Turcæ, proh dolor, dominationem, tyrannidemque venit) literis omnibus, & in primis diſciplina Juris viguit, atque illic celeberrimum ſemper Jureconſultorum gymnaſium, & totius orientis ſupremum tribunal diutiſſime ſtetit. Quin & latinarum literarum ſecreta, quæ una cum imperio Conſtantinopolim ceſſerant, in Græcam traducta linguam, omneſque bonæ artes ſummo illic ſtudio excultæ fuere. Proinde interpretationem genuinam, & verum legum ſenſum, quem per manus a majoribus acceperant, longe illos melius calluiſſe probabile eſt. quam Latinos, quum & veterum Jureconſultorum volumina, unde Pandectæ ſunt compilatæ, Imperatorum temporibus illuc translata fuerint: quæ ſi extarent, dubio procul, multarum quæſtionum examina evaneſcerent. Non ſunt igitur Græci, qui legum ſcientiam a fontibus hauſerunt, a nobis contemnendi, vel etiam poſtponendi Latinis noſtris, qui nec pleno Juris corpore, nec eo emendato frui unquam potuere. Meminimus quales viros in Italiam ſuperiore ætate Græcia miſerit, qui ſi Latinorum non vicerunt ingenia, ſtudia tamen excitarunt, autoreſque fuerunt, ut Græcæ linguæ diſciplinam Latini reciperent, cum ipſi Græci in Latinis paria propemodum cum noſtris facerent. Quis enim Beſſarionem, Georgium Trapezuntium, Theodorum Gazam, ac Argyropulum contemnere audeat? Et apparuiſſent etiam §. 35.
Græci, ut arbitror, apud nos Jureconſulti, ſi linguæ ipſorum ſtudioſi fuiſſent, qui juri hic operam dabant: vel ſi non nimis obſtinate reſtitiſſent, neſcio quo fato ſtudiorum noſtrorum, quæ adhuc in tenebris, & veteri ſqualore ſeſe conti-

nent, cæteris omnibus disciplinis magna cum gloria pulcherrime nunc renascentibus. Illud etiam in Græcorum commentariis laude dignum est, quod neutiquam tantum est in ipsis opinionum quæstionumque pelagus, qantum in nostris, cum illi per manus tradita, vel ex antiquorum libris repetita, pro certis plurima habuerint, in quibus nos ariolari, nec raro hallucinari necesse est. Nec Græci Imperatores tantum excrescere doctorum suorum opiniones permisere: si quid enim forte sæpius in controversiam incidebat, præsto erant constitutiones, quæ deciderent. Itaque apud illos habentur multæ Novellæ Justini, Tiberii, Leonis, item Alexii Comneni, Constantini Porphyrogenetæ, Michaëlis Ducæ filii, & aliorum Imperatorum. Quarundam tamen ex iis, quod post Imperii divisionem latæ sint, id est, post Carolum Magnum, non plena apud nos forte autoritas fuerit, nisi tuo eas Auguste Imperator rescripto
§. 36. approbaveris, ratasque habueris. Quid autem contra de nostris dicam commentariis, quæ in Euripi modum currunt, recurrunt, perpetuoque æstu sursum, ac deorsum feruntur? Et quod ab uno constructum est, ab alio diruitur, iterumque succedit novus aliquis artifex, qui exædificet. Est igitur illa propria Græcorum scholiorum laus, quod in ipsis non modo veriora, sed etiam certiora tradantur: cujus mihi pleniorem habebit fidem, quicunque in hujus generis libros inciderit. Ego quæ affero expertus sum: & percurri aliquando voluminis, quod βασιλικον inscribitur, bonam partem, quæ quinque libros continebat, tituloque ex Pandectis, Codice, & Novellis plus minus nonaginta, sub eodem legum ordine & sensu, nisi quod resecata erant, quæ superflua videbantur. Inter hos est primus titulus de excusationibus Tutorum, sed tamen in eo quoque Modestini leges, quæ in Florentinis Pandectis Græce, & integre habentur, concisæ abbreviatæque existunt: addita autem sunt istis diversorum interpretum scholia, brevia sane sed elegantia, & quæ nostris glossis multis in locis præferas. Quod ut magis credas, notabile aliquod exemplum lubet subjicere. Scribit Marcellus, cum de annuo legato Falcidia deducenda est, tantum videri legatum, quantum sufficit sorti ad usuras trientes ejus summæ, quæ legata est, colligendas. Hic præfatur Paulus Castrensis, se nunquam vidisse textum, de quo non videret aliquam rationem, vel aliquem fructum, excepto isto, quem se non intelligere ingenue fatetur: erraveruntque in ejus interpretatione Latini omnes, donec Hermolaus Barbarus veterum usurarum rationem explicaret: unde postea edoctus Bartholomeus Socinus veri intellectus lucem assecutus est. At eadem res clarissime, brevissime, & citra ullam con-
§. 37. troversiam in Græcorum exponitur scholiis. Placet itaque Joannis adscribere verba, unde & Græcorum commentariorum sinceritas cognosci, & Hermolai Socinique confirmari possit sententia. τετεσι τοσαυτης ποσοτητ@ δοκει ληγατευθηναι, ὁση ει ελληγατευθη, ηδυνατο εφ' ἑνα ενιαυτον συναγαγειν τοκον απο τριτε ἑκατοσης, αναλογον τη ληγατευθεισῃ τε αναλιε ποσοτητι. οἱον ελληγατευθη αναλια δεκα νομισμαῖα, δοκει σν' νομισμαῖα ληγατευθηναι. τοκ@ γαρ απο τριτε ἑκατοσης της τοσαυτης ποσοτητ@ τα δεκα νομισμαῖα. ει δε ελληγατευθη κ'. νομισμαῖα αναλια, φ' δοκει ληγατευθηναι· τοκ@ γαρ απο τριτε ἑκαστης των φ' νομισμαῖων, τα κ' νομισμαῖα. In eandem sententiam & alii concurrunt interpretes, concordi & plana expositione, quæ nostris difficilima sunt visa, breviter extricantes, unde quoque totius usurariæ rationis certa disciplina colligi potest. In tanta autem intellectuum apud Latinos varietate, vix fieri potest, quin unus aliquis scopum attigerit, sed quem potius sequi debeamus, non satis subinde dijudicare licet: uni quippe ratio, alteri autoritas suffragatur, & qui pertinaciter aliquid asseverat,
§. 38. fidem nonnunquam invitis extorquet. Ego autem lubenter ad illius inclinabo partes, cujus opinio vetustissimis Græcorum interpretationibus confirmabitur: veluti etiam, cum quæritur, qualiter illa Constantini verba in titulo *Qui admitti* Codice, sint intelligenda, in ultima constitutione. Eo addito, ut etiamsi intra alienam vicem, id est, prioris gradus properantius exeratur, nihilominus tamen

men efficaciam parem quasi suis sitam curriculis consequatur: hic Theodorus interpres manifesto exemplo Ludovici Rom. sententiam adstruit, quæ & ex textu Græco aperte satis colligitur, & Latino maxime congruit. Longum autem fuerit omnia adscribere, cum ejus generis infinita animadverterim. Illud etiam non indignum relatu fuerit, mirabiliter utrumque των νεαρων interpretem in ipso statim primæ constitutionis vestibulo lapsum esse. Quid enim absurdius eo sensu, quem ipsi reddiderunt, *Carthaginenses primum sub Justiniano in Romani nominis ditionem fuisse redactos*, cum nihil in Latinis historiis notius vel celebrius sit Punicis bellis ac victoriis? Haloander legit ὡσανει: quid vetus, non satis constat, cum Accursius diversam translationem citet. At εν τω βασιλικω interpretes sic legerunt, Τζανοι τε νυν ὑπηκοον ὑπο των Ρωμαιων, &c. & de Tzanis populis hoc ipsum attestatur Procopius lib. 1. belli Persici: illos scilicet primum Justiniani tempore duce Sitta victos, Romanum imperium venerari cœpisse. Sed §. 39.
de Græcorum commentariis satis dictum est, nunc ad Institutiones nostras redeamus: in quibus cum ostenderim ordinatius, planius, ac expressius omnia enucleari nunc, & illud addam, pleraque difficiles, & intricatas quæstiones, quæ multum diuque Doctorum disputationibus scholasticisque controversiis agitatæ fuerunt, hic decidi: quod ipsum non gravabor exemplis demonstrare: quo, & illis interim satisfaciam, qui suo judicio soli sapiunt, ac Accursii, Bartoli aliorumque præclara nomina prætendentes, quicquid non est ejus farinæ, ὑδὲν ὠφελος επῳ, και ὑδὲν ὠφελος τα αλφιτα facere jactitant. Non nos quidem illos autores contemnimus, quibus magnam studiorum nostrorum partem lubenter impendimus: verum nec illi credo (qua fuerunt industria) si quid sese reperturos sperassent, quod ad disciplinam nostram conducere credidissent, eo supercilio spreviſſent, quo isti nunc illorum discipuli, qui Accursianos & Bartolistas sese nuncupant. Bartolus sane nec Hebraïce quidem discere gravatus est, quanto minus Græcis literis operam dare detrectasset, si præsentem earum utilitatem sensisset? illum igitur atque alios ipsa tempora excusant, quibus non modo Græca lingua, sed ipsa propemodum Latina interciderat. Nos vero isto sæculo, utraque lingua sic florente, cæterisque disciplinis tam feliciter renascentibus, pudeatne veterem adhuc Barbariem discere ac tueri? Rerum (inquiunt illi) nobis, non linguarum cura est. Sed an non sunt ipsæ res linguis contentæ ac expressæ? & si nihil haberet Græca lingua in rebus ipsis utilitatis, haud equidem exigerem, ut in ea Jureconsultus magnam operam collocaret. Nunc vero si lubet, §. 40.
& rerum ipsarum non contemnenda exempla accipe. Testamenti factio originem habeat a Jure gentium an Civili, tritissima est in scholis quæstio, & in utramque partem multa adferuntur: cum aperte hic (*) legamus εθνικε νομιμως εν ᾗ ἀγραφοις συγγραφεσθαι. Item in illa specie, qua quidam servum alienum instituit, quem patremfamilias arbitrabatur, & si heres non erit, Mevium substituit, quanta est de hereditatis divisione altercatio? Semis scilicet ne unus tantum dividi ac alter alteri præcipuus esse debeat, & cui potius adjiciendus sit? At hic sine ulla verborum ambiguitate, æqualiter (†) hereditatem dividi ostenditur, idque Imperatorem sive Tiberium, sive, ut alii volunt, Titum in persona Parthenii servi sui feciſſe traditur: sibi enim Cæsar semissem retinuit, alterumque substituto permisit. Addo aliud: In Latinis legitur, Amitam licet adoptivam ducere uxorem non licere, Item nec materteram: an & hic repetere adoptivam debeamus, Accursius Aretinusque disputant. Theophilus vero §. 41.
clare diffinit (‡) Materteram adoptione nobis non conjungi. Quod tamen quando in incerto adhuc est, propter Caji autoritatem dicentis, magnam Materteram adoptione conjunctam, uxorem non licere ducere, paucis dissolvam, quo & hanc anti-

(*) L. I. Tit. 2. cap. 21.
(†) L. II. T. 15. fin.
(‡) Vide ad Lib. I. Tit. 10. cap. 17.

antinomiam tollam, & Theophili autoritatem confirmem. Accurſius tum Materteram adoptione jungi exiſtimavit, cum quis quaſi ex filia eſſet adoptatus, quod recte (meo judicio) Aretinus improbavit: nam cum ex ea natum in poteſtate habere non poſſimus, multo minus adoptatum, cum ſic quoque adoptio non recte fiat. Eſt & alius Accurſii intellectus, qui nihilo magis ſuſtineri poteſt, nec mediocriter hæc me olim antinomia torſit, quam eleganti diſputatione explicuit Clariſſimus Doctiſſimuſque Majeſtatis tuæ, Maxime CÆSAR, Procancellarius Mathias Heros in Annotationibus ſuis in Inſtitutiones, quas nobis aliquando optimus idemque eruditiſſimus amicus Franciſcus Rupilius communicavit. In quibus, me hercle, cum ſumma ingenii ſubtilitas, & multijugæ eruditioni ſingulare conjunctum judicium, tum dictionis mirabilis quædam & plane Romana elegantia relucet, nec dubito quin ampliſſimam laudem adſequi potuiſſet, ſi in hoc pulcherrimo commentandi cepto conſtitiſſet, nunc tamen amplius quoddam gloriæ theatrum ingreſſus eſt, majoremque Reipub. de ſe uſum præbere poteſt, in tuarum occupationum, Auguſte CÆSAR, partem vocatus. Cæterum inexplicabilem prope antinomiam illam G. Haloandri tandem editio diſſolvit, vel potius (quod de Gordio nodo Magnus faciebat Alexander) diſſecuit, quæ loco Materteræ, Amitam ſubſtituit, hoc videlicet modo: Utique autem amitam & amitam magnam prohibemur uxorem ducere: tanti eſt momenti in emenda-
§. 42. tum Codicem incidere. In diviſione quoque ſtipulationum, Cautiones illæ de dolo, & ſervo qui in fuga eſt perſequendo, multo hic declarantur melius, totique ei tractatui magnum lumen accedit, ut & Literarum obligationi, de qua etſi nuſquam plura, quam in Inſtitutionibus, in Græcis tamen omnia dilucidius exponuntur, multorumque errorum materia præciditur. Jam in exemplo (*) quod habemus ob præpoſtere concepta verba ſtipulationem fieri inutilem, ut ſi navis ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes, quam intricata eſt Interpretum expoſitio? hanc tamen Theophilus breviter explicat, *Inutilis*, inquit, *præpoſtera ſtipulatio erat, veluti ſi quis ſic roget, Si navis cras ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes?* Ideo autem erat inutilis, quod datio conditionis eventum præcedebat, quæ poſterior eſſe debebat. Sed dotis exemplum ad ſtipulationes extendit Juſtinianus: ut hodie το ὑστερον πρωτερον nihil impedimenti adferat: Item quæ dicantur præjudicia, & præjudiciales actiones, quis antiquitus Ordinariorum judiciorum ritus, quæ item eorum origo fuerit, quomodo deinde extraordinaria ſucceſſerint, tum quoque elegantiſſime forma, qua bona debitorum poſſideri vendique ſoleant, & quis venditionis magiſter, quiſve bonorum emptor dicatur, luculente hic deſcribitur. Præterea, quomodo utilis actio ex interdictis proponatur, quare furti actio cum ſit prætoria, ſit ta-
§. 43. men perpetua. Quid autem hic conor enumerare, quæ ſunt infinita, & prope innumerabilia, cum diligens examinatio, collatioque Græcarum cum Latinis ſemper aliquid diligenti lectori allatura ſit novi: ac tum ſeſe vel maxime earum utilitas exeret, cum dubitandi de aliquo articulo occaſio oblata fuerit. Quapropter puto non ingratum lectori fore, quod paragraphorum capita ex Latina editione adſcripſerimus, quo ad manum ſtatim eſſet hoc, quod quæritur. Scio autem nonnullos deſyderaturos eſſe, ut totæ hæ Inſtitutiones Latinæ iterum fiant, cum ob uberiorem expoſitionem, quam quæ eſt in antiquis, quibus vulgo utimur, tum ob multas alias dotes, quas ſupra recenſuimus, quo & ii, qui Græcis literis non ſunt imbuti, communem ex his fructum capiant. Non defuere tamen rurſus, qui dehortati ſunt, quibus totum etiam hoc ſtudium ex Græcis Latina tranferendi nimium diſplicere animadverti. Nam dum quorundam, inquiunt, ignaviæ, atque imperitiæ conſulitur, pulcherrimæ linguæ uſus in diſcrimen venit, argumentoque utuntur ſatis evidenti: poſtquam enim cepere in vernaculam linguam Latini quoque autores verti, literarum ſimul

(*) L. III. Tit. 19. cap. 321.

ſimul Latinarum ſtudium admodum refrixit. Et cur Gallicum & Italicum, inquiunt, ſermonem diſcimus, niſi propter commercia, & neceſſitatem humanorum negociorum, quæ ſi vernacula lingua expedire poſſemus, quis tandem eſſet, qui inani ſeſe diſcendi labore fatigare vellet? Sic fit ut hodie, dum omnia Græcorum monumenta in linguam Latinam transferuntur, admodum pauci exiſtant qui Græcam linguam exacte diſcere dignentur. Quod ſi ea, §. 43
quæ vulgo vocantur Authentica, Latina facta non fuiſſent, jam ſane neceſſitas omnes juri operam dantes ad Græcas literas diſcendas compuliſſet: nunc vero prava quadam conſuetudine fere fit, ut illud tantum unuſquiſque diſcat, quod neceſſitas artis, cui ſe dedidit, efflagitat, & ad quod quæſtus invitat. Ego tamen quod Ciceronem, & maximos quoſque linguæ Latinæ autores, cum ſtili exercendi, tum publicæ utilitatis gratia, feciſſe video, improbare non auſim: multis enim non vacat Græce diſcere, multis defuere præceptores, & difficile ac incommodum eſt in ea ætate, quæ ſeriis negotiis dedicata & occupata eſſe debet, ad hæc rudimenta animum revocare. Non deſunt quidem eorum, qui ſenes Græcas literas didicerint, exempla, ſed non omnes Catones, vel Auguſtini eſſe poſſunt. Quapropter haud illubenter hanc gratiam iniiſſem, non modo ut Græcæ, ſed etiam, ut & illæ ipſæ Latinitate iterum donatæ Inſtitutiones, me autore atque interprete in lucem ſimul prodiiſſent. Verum cum ego publico hic munere profitendi occupatus eſſem, in quo quod ingenio & doctrinæ deerat, diligentia ſaltem compenſare cupiebam, & amici nonnulli iiſdem nobiſcum ſtudiis initiati moram non ferrent, ſive ut ipſi maturius eo fruerentur, ſive quod verebantur, ne nobis hic theſaurus periret (cum non deſint, qui quo ſoli ſapere videantur, quicquid eſt talium opum, præripere & ſupprimere ſtudent) ad bene profecto & eleganter transferendum, non ſatis habui ocii: poſſet vero hoc ſupervacaneum videri, cum ipſe Theophilus ex Latino in Græcum primum haſce Inſtitutiones converterit, niſi tanta optimarum rerum acceſſione locupletatæ eſſent. Certe viſum mihi fuit §. 45.
ſic ampliorem Græcis principio gratiam fore, ſi per ſe prodirent, ne plerique, dum laborem fugiunt, ad Latinam ſe interpretationem convertentes Græca prius negligerent, quam cognoſcerent. Illos certe, quibus ætas adhuc eſt integra, & ad diſcendum idonea, admonitos rogatoſque velim, ne ipſi Græcarum literarum diſciplinam parare ſibi graventur, neve Latinam tranſlationem expectent, ſed ex Græcis linguam una cum legum rudimentis perdiſcere ſtudeant. Aliquando profecto fore ſpero, ut ea non minus Juriſconſulto ſit uſui, quam eſt vel medico, vel theologo, vel philoſopho, quorum omnium artes Græcis literis diligentiſſime tractatæ ſunt. Trebatius certe ille noſter etiam Ariſtotelem legebat, & Rhetores audiebat, ut Cicero in Topicorum proœmio oſtendit, & nos nunc ipſam linguam diſcere gravabimur, tam magno nobis non modo honori, ſed etiam uſui futuram? videlicet, cum tam multa Græce in Jure noſtro ſcripta modo reperiamus: percurre enim quæſo Pandectarum opus, illico intelliges, Papinianos Ulpianoſque legum κορυφαίους non minus Græce, quam Latine de Jure reſpondiſſe. His adde noviſſimas Juſtiniani Conſtitutiones Græce tantum ſcriptas, ex quibus veluti a ſuis fontibus, multo ſynceriorem intellectum, quam ab tranſlationibus dubio procul haurire licet. Venient etiam brevi uti ſpero in lucem antiquiſſima Græcorum in Jus Civile commentaria, quorum utilitas ad eos ſolos pertinebit, qui Græce didicerunt, penes quos etiam ex hoc Inſtitutionum opere, donec Latinum fiat, peculiaris fructus erit. Nullus autem unquam §. 46.
tam bonus fuit interpres, ut non aliquo in loco à ſcopo, quod dicitur, aberraret, & habent etiam optima vina ſuas feces. Quapropter inveniet fortaſſis quædam, qui diligentius volet ſingula excutere, quæ reprehendi poſſint, vel-

uti, quod Draconem (*) Lacedæmonium legiſlatorem fuiſſe tradit, quod Macedonem, (†) non fœneratorem, ut nos accepimus, ſed filium familias, quod pro Tiberio (‡), Pium nominavit, ac ejus generis alia, non ita tamen (ut exiſtimo) multa. Quibuſdam fortaſſis etiam peculiaris character, quo non ſolum hic Theophilus, verum ſcholiographi quoque cæteri uſi ſunt, non ſatis placebit: propterea quod non ſit mere Græcus: mixta enim ſunt multa ex lingua Latina vocabula, ac ad Græcam declinationem pronunciationemque neſcio an ſatis apte, vel licenter deflexa. Quod tamen in antiquiſſimis etiam Jureconſultis annotare licet, qui legata ληγατα, & incolas ιγκολας dixerunt. Parcius tamen, inquies, illi quam recentiores iſti: at id nobis fortaſſis ſic videtur, quod illorum pauca, horum plurima extent: ſunt autem non modo uniuſcujuſque linguæ, ſed etiam artis quædam idiomata: non mirum itaque videri debet, Jus Romanum, quod Civile vocamus, Romana & propria in pleriſque habere vocabula, quæ deſcribere quidem pluribus verbis alia in lingua poſſis, una voce reddere non poſſis, veluti bonorum poſſeſſio, peculium, legatum, interdictum, condictio, ſtipulatio, tutela, emancipatio, familia, uſucapio, & ejus generis infinita alia: Nam cum & ipſæ res, quæ his vocabulis ſignificantur, propriæ ſint civium Romanorum, conſequens eſt non facile, quæ per
§. 47. omnia reſpondeant, in alia lingua vocabula reperiri. Multarum etiam dictionum, quæ apud alios autores aliud ſignificent, proprius eſt in Jure uſus: Nam Inſtitutionem nos proprie ad heredes, Arrogationem ad eos qui in filios ſuſcipiuntur, referimus. Multa quoque vocabula ad certam aliquam ſignificationem reſtricta ſunt, ut tutela, actio, pactum, arbitrium, aliaque multa ejuſdem generis. Idem etiam in aliis diſciplinis accidit, ut diverſæ ſcholæ, ac profeſſionis homines vix ſeſe mutuo intelligant, dum quiſque de ſua arte, ſuis loquitur vocabulis. Quo magis certe Græci excuſandi ſunt, qui ab ejus fori vocabulis non auſi ſunt recedere, à quo ipſi jura ſua pendere intelligebant. Erant etiam olim apud nos multa ſolennia verba, quibus præciſe erat utendum: hæc igitur Græci neceſſitate quadam receperunt, ac ſemel recepta, tametſi ſoluti neceſſitate retinuerunt. Et ſolet etiam fere accidere, ut cujus ſubſimus imperio, ejus quoque linguam perdiſcere ſtudeamus, evidentiſſimumque eſt argumentum originis uniuſcujuſque gentis vel civitatis, ab linguæ & vocabulorum ſimilitudine, vel colonos ſcilicet ipſos fuiſſe eorum, ad quorum linguam vernaculus ſermo accedit, vel imperio aliquando fuiſſe ſubjectos: & ſolennia quidem verba Juris Civilis adeo curioſe obſervabantur, ut plerique olim dubitarent, poſſet ne ſtipulatio, fidejuſſio, acceptilatio, teſtamentum, & ejuſmodi Græcis verbis æquipollentibus fieri, donec ſublata ſunt ſolennia omnia, permiſſumque, ut quá quiſque lingua vellet, voluntatem ſuam exprime-
§. 48. ret. Proprietas itaque Juris Civilis, & curioſa periculoſaque verborum apud antiquos formularumque conceptio, & ipſorum denique Romanorum apud Græcos imperium & juriſdictio pleraque linguæ Latinæ vocabula Græcorum ſermoni inſeruit. Idem licet etiam in Germanicis, Gallicis, cæteriſque tribunalibus, & in Judiciorum actis, quæ vernacula lingua ſcribuntur, animadvertere, quæ Latinis vocabulis referta ſunt: nec aliam tibi rationem pragmatici reddituri ſunt, quam quod non reperiant in ſua lingua, quæ idem ſignificent vocabula, & quod Latina ſint, & propria magis & εμφατικωτερα. Quod Medicis etiam noſtris accidit, qui diſciplinam ſuam ex Græcis Arabiciſque ſcriptoribus repetentes, extraneis exoticiſque vocabulis linguam Latinam repleverunt. Ac multi etiam Latini ſcriptores pulchrum putant, ſi ſtilus ipſorum

(*) Vid. L. I. Tit. 2. §. 2. pr. & ib. Notas.

(†) Vid. L. IV. Tit. 7. §. 7.

(‡) Vid. L. II. Tit. 15. fin.

rum Græcæ linguæ peritiam redoleat. Et ſi Græca viciſſim ullius alterius admittit conſortium, nulla profecto minus erit barbara, & cum qua melius ipſi convenire debeat, quam Latina. Jam credo aliquis dicet, munus noſtrum ſatis à nobis verbis ornatum eſſe. §. 49. Sed cum etiam ea quæ optima ſunt, & mortalium uſibus utiliſſima, plerumque negligantur, non ob aliud, quam quod ignorentur, neceſſe interdum eſt, ea etiam, quæ per ſe bona ſunt præconio aliquo adjuvare. Quod nos equidem lubentius hic fecimus, quo adoleſcentum ſtudiis bene conſuleremus, atque eos ad utiliſſimam harum Inſtitutionum lectionem excitaremus. Nihil autem in laudando hoc opere negocii nobis fuit, cum ipſum nobis tam divitem, ac copioſam ad inſtruendam commendationem ſupellectilem ſubminiſtraret. Quantumvis autem multa congeſſerimus, minimam tamen partem vix nos attigiſſe teſtabitur, qui diligenter omnes dotes expenderit. Siquidem nos capita tantum quædam percurrimus rerum præcipue laudabilium, quæ is demum pleniſſime cogniturus eſt, qui attente ipſe legerit, & cum Latinis Græca contulerit. Nec quicquam equidem timeo, ne quis nos ſtudioſorum reprehendat, quaſi præfationis modum exceſſerimus, cum ea, quæ non modo de hiſce Inſtitutionibus, verum de cæteris Græcorum monumentis & commentariis, quæ ad Jus Civile illuſtrandum pertinent, in medium adduximus, complures (uti ſpero) incitatura ſint, ut nobis ſeſe ſocios addant, quo tandem in lucem id genus theſauros hactenus abſconditos revocemus. §. 50. Protraxere etiam me longius moroſa, & iniqua quorumdam criticorum judicia, qui publicæ utilitati invidentes, magnis excipiunt conviciis, ſi quid in lucem proferatur melius, quam ipſi didicerunt, adverſus quorum malignas cenſuras & linguas, opus hoc quaſi antidoto præmunire volui. Quanquam ii ſpero, ii qui erunt, aliquantum ſibi temperabunt, minus certe palam id facere audebunt, poſtquam ſub felicibus Auguſtiſſimi nominis tui auſpiciis, Invictiſſime Imperator CAROLE, exire hoc opus conſpexerint. Tibi enim ipſum inſcribimus, dedicamus, conſecramus. Quod quidem jus etiamſi in alieni autoris opere, permitti tamen nobis arbitramur: quando id nunc aliqua ex parte noſtrum cenſeri poteſt: nam ſuppreſſum hactenus, & in tenebris jacens latenſque, in lucem primi omnium reduximus, ac quoad licuit ad vetuſtiſſimorum exemplarium fidem recognovimus, formuliſque deinde eleganter excudendum curavimus, idque in Frobeniana totius Germaniæ facile principe officina: quod ut hilari fronte Majeſtas tua ſuſcipere dignetur, etiam atque etiam rogo. Bene vale, & perge Opt. Max. CÆSAR, divino opitulante numine, & Imperium tuum florentiſſimum ac ampliſſimum, & nomen æternæ laudis monumentis digniſſimum reddere. Datum Patavii pridie Calend. Junii Anno M. D. XXXIII.

EXCURSUS V. ARTIC. II.

VIGLII ZUICHEMI

Epiſtolæ ternæ ex Analectis Belgicis Viri Ampl.

C. P. HOYNCK VAN PAPENDRECHT

Tom. II. P. I.

EPISTOLA LX. pag. 176.

FRANCISCO CRANEVELDIO.

BElle tu quidem *&c.* . . . . . Quod THum a me editum tuis laboribus (1) dignum duxeris, mihi multo gratiſſimum eſt. Nec te id quæſo ab incepto opere avertat, quod Gallus (2) quiſpiam eandem ſibi operam ſumpſerit. Etenim tua verſio non modo melior erit, ſed etiam magis gratioſa, multis de cauſis, quas hic tibi in os referre ſuperſedeo. Illud tamen te latere nolim, me græcum exemplum rurſus relegiſſe, contuliſſe emendaſſeque, atque id te in tua verſione ſequi malim, quam quod editum eſt. Communicabo autem libenter cum propius acceſſero. Id tamen nolim ſpargi, ne Frobenio (3) damno ſit, qui ſua exemplaria nondum omnino diſtraxit, *&c.*

EPISTOLA XCI. pag. 231.

PETRO BAUSANO.

Epiſtola tua *&c.* . . . . De Inſtitutionibus THi ad me miſſis multum te amo, nec poſſum non probare Curtii tui operam in illis transferendis, non infeliciter, quantum mihi de prima facie judicare licuit, inſudatam. Nam totum opus relegere, & ad Græcum exemplar conferre ob quotidianas occupationes aſſeſſorii muneris, quo hic fungor, nondum potui. Quod ſi ego illum hoc molire [*moliri*] tempeſtive cognoviſſem, haud mediocre auxilium adferre potuiſſem. Frobenius enim edendi ejus operis feſtinatione in cauſa fuit, ut inemendatius exiret, quod ego poſtea ad Græcum exemplar diligenter rurſus contuli, mendaque accurate expunxi. Nec dubito, ſi Curtius recognitum a nobis exemplar habuiſſet, quin iſte labor multo ei levior fuiſſet, quamquam ſane ille non infeliciter multa divinavit. Ceperam [*Coeperam*] & ego id opus aliquan-

(1) *Franciſcus Craneveldius*, qui fuit Noviomagus Gelder, equeſtris dignitatis vir, & Senator in Parlamento Mechlinienſi ab anno 1522. dicitur (in *Bibl. Belg.* Val. Andreæ) ſexagenario major græcas literas didiciſſe, tanto cum ſucceſſu, ut latina de græcis faceret. *&c.* H. VAN PAPENDR.

(2) *Jac. Curtius.* Inde nata eſt concertatio literaria cum Petro Nannio, de qua Viglius doluit, uti videbimus in epiſtola ad P. Bauſanum A. 1537. H. VAN PAPENDR.

(3) Alibi ipſimet Frobenio imputat, quod eas diſtrahere nequiverit, qui nimia feſtinatione illas inemendatius excudit: quamquam damno ei fuit, (4) *quod Curtii paraphraſes Reſcius ediderit.* H. VAN PAPENDR.

(4) Poſteriora ſic legenda cenſeo: quod ipſo non modo anno 1534. *Wechelus* Pariſiis fucato titulo; ſed & *Reſcius* Lovanii A. 1536. cum ſuis ac *Nannii* emendationibus Græcam THi paraphraſin, & *Steelſius* præterea eodem A. 1536. Antverpiæ Latinam *Curtii* verſionem ediderint. G. O. R.

aliquando transferre; ſed poſtea ab Clariſſ. Viro D. Fr. Craneveldio admonitus, idem illum conari, incepto deſtiti, doctiſſimoque viro eam provinciam haud illubenter ceſſi. Qui tamen, uti ego exiſtimo, haud indigne feret, eam gloriam a Curtio ſibi præreptam eſſe; & ſe impedito maturius illum id opus ſtudioſis communicaſſe. Quidam meus amicus non ſat candide ab illo factum putat, quod mei nuſquam meminerit. Sed ego interpretor, illum mendis fortaſſis primæ editionis offenſum, de mea opera, quam laudare non potuit, tacere maluiſſe. Me ſane ejus ſilentium nihil offendit, ſed publico potius nomine gratias ago, qui Græcæ linguæ ignaris inventum a me opus commune fecerit, & a me prædicatas ejus dotes confirmaverit. Bene vale. Ex Spira 10. Januar. 1537.

EPISTOLA XCIV. pag. 237.

PETRO BAUSANO.

Nannii in Curtium apologiam legi non ſine animi dolore: nihil enim ægrius fero, quam homines doctos adeo teneris eſſe animis, ut potius, quam diſſimulare aliquid velint, odia diſſidiaque ſua non modo publica ſed etiam perpetua faciant. Nam privatæ offenſæ, quam diu latent, amicorum interceſſionibus ſæpenumero ita abolentur, ut ex inimicis amiciſſimi fiant. At literis ac typis evulgatæ vix ſolent eſſe reconciliabiles. Quod ſi Reſcius editione Inſtitutionum Græcarum abſtinuiſſet, jam ipſe eas rurſum prælo dediſſem, omnibus mendis quibus illi torquentur, expurgatas. Nunc vero Frobenius ſua nequit diſtrahere exemplaria, poſtquam Reſcius eas imitatus eſt. Et ego ſi iterum prælo ipſas commiſero, videbor fortaſſis Reſcio diſpendium afferre, quem virum uti præceptorem colere me par eſt. Quod vero attinet ad ſeptem loca marginibus ab Curtio annotata, nihil eſt ille conjectura falſus. Nam Egnatii exemplar, quod ego poſterius nactus ſum, quodque priore multis locis emendatius eſt, habet το τριτου, item κωλυσιν: illa autem verba χωρις του η διαζευτικου omnino deſunt, ſuperfluoque inſerta, nec poſterioribus etiam adglutinari debent. Utrumque autem exemplar meum habet αχων: legendum eſt καιων, & de ſportulis noſtra editio utrique exemplari ſcripto conformis eſt. Legendum item γεγονεν. De his multiſque aliis digladiandi anſam ſecunda mea editio facile præcidiſſet, ſi eam expectare voluiſſent. Quoniam vero Curtium ſcribis verſionem ſuam elimare, poteris homini tibi amico & mihi ignoto, meam offerre operam, ut ſi quid eum alibi in Græcis exemplaribus offenderit, id mihi indicet: neque enim gravabor rem ſtudioſis utilem pro mea virili una promovere, ea tamen lege, ut ab Nannio abſtineat. Nam is mihi non indoctus vir eſſe videtur, & ejus cauſæ Reſcius noſter, qui de Græcis ſtudiis optime meritus eſt, adhæret, & quem omnes fere noſtri æquales, quique poſt nos Græcas litteras didicerunt, præceptorem habuerunt. Loca ab Nannio notata, etſi ſint haud ita magni momenti, tamen quoniam ingenui eſt animi non deſpicere, ſi quis meliora ſuggeſſerit, mutare Curtium pudere non debet. Ac tribus in præfatione additis verbis, totam iſtam tragoediam fortaſſis non male conſopiet, ſi dicat non fuiſſe ſibi animum, Nannium ſuggillandi, eumque adeo ſe non contemnere, ut ab eo melius ſuggeſta ſequi non fuerit gravatus: idem ſe rogare ut faciat Nannius, atque απολογειν deinceps deſinat, quando quod factum eſt, revocari nequit. Bene vale. 25. Aprilis 1537.

EXCURSUS V. ARTIC. III.

EDITIONIS LOVANIENSIS PRÆFATIO.

PETRUS NANNIUS

CANDIDO LECTORI S. P. D.

QUum ſenſiſſet Rutgerus Reſcius non pauca eſſe loca depravata in exemplaribus iſtis inſtitutionum hactenus æditis, multaque vitia ipſe in ſua impreſſione ſuſtuliſſet, ut ex collatione aliorum exemplarium facile patuerit, rogavit me, ut ſicubi adhuc aliquid errati deprehenderem, id quaſi ſuccidanea cura emendarem. Ego vero tali amico ſtatim optemperavi, ſperans me non minus reliquis ſtudioſis, quam ipſi Reſcio gratificaturum. Sed ut facilem me præſtiti ad obſequendum, ita hunc laborem non facilem ſenſi. Non enim collatione librorum, quod melius erat, eligere potui (ſunt enim omnia exemplaria ab uno Archetypo Baſileenſi nata) ſed tota ſpes ſita erat in dexteritate conjiciendi, re, ut lubrica, ita multorum criminationibus obnoxia. Quare nos, ubi non evidens erat corruptela ſententiæ, nihil tentavimus. Ubi autem erat, pauciſſimis immutatis, plerumque pro depravatis, ea quæ maxime cognata videbantur, reponentes, ex proximo petito remedio locum ſanare ſtuduimus, ut & lector in tractando noſtram συλλαβειαν, & ex affinitate vocum lapſus occaſionem intelligeret. Vale. Lovanii XII. Cal. Feb. 1536.

EXCURSUS V. ARTIC. IV.

PETRI NANNII ALCMARIANI

Apologia ſuper annotatiunculis in Theophilum

adverſus quendam Jacobum Curtium.

[Ex Lampade ſ. Face Critica Gruteri Tom. I. pag. 1238. ſqq.]

§. 1. ETſi cum meo vulnere Græcarum Theophili inſtitutionum tranſlatio prodiit, gaudeo tamen ſtudioſorum nomine, eum librum latinum eſſe factum. Multi nobis hanc ſpem dederunt inter quos facile princeps eruditiſſimus ille Franciſcus Craneveldius, Cæſareæ majeſtatis Conſiliarius & utriuſque juris Doctor, qui mihi ferme ante biennium primum ac ſecundum hujus Theophili librum exhibuit, ea fide & caſtimonia verborum tranſlatum, ut nihil unquam viderim aut integrius, aut elegantius. Sed quia ille graviſſimis & ampliſſimis negotiis implicitus, vel ſerius abſolvit, vel cunctantius edit, quæ in manibus habet, gratiæ huic Curtio qualeſcumque agendæ ſunt, quod maturavit. Futurum eſt enim, ut interim ejus verſione utantur ſtudioſi, donec aliorum lucubrationes publicentur. Nec enim puto incepta de manibus propterea deponent, quod iſte prævertit. Nam ſi felix hac in re viſus fuerit, ad æmulationem gloriæ accendi debent, qui illi nec ingenio, nec eruditione cedunt; ſin autem

autem infelix, ab ipſis corrigendum eſt, quod apud hunc infelicius natum eſt. Omnino enim curandum eſt, ne quid ſtudioſæ juventuti deſit, cum qua tum optime agitur, cum multi ejuſdem rei interpretes exſtiterint. Alius enim alio ſignificantius, fidelius, elegantius reddit, & cum omnes eodem ictus deſtinant, fieri non poteſt, quin ſaltem aliqui ſcopum attingant.

Video enim priſcis temporibus priorem interpretationem poſteriores ſemper §. 2.
elicuiſſe. Sic poſt 70. interpretes, Aquila, Symmachus, Theodoſion, Hieronymus, alii poſt alios biblia tranſtulerunt. Nec retardavit Trapezuntius ſtudium Gazæ, quo minus libros Ariſtotelis de animalibus denuo in linguam retexeret, nec Rodolphi Agricolæ prior in Iſocratem tranſlatio, Eraſmum ab iiſdem libris vertendis deterruit. Nunquam ita prior apicula florem delibavit, quin ſecunda ſuos ſuccos inveniret. Hæc mihi eo dicta ſunt, ut ad eos fructus adferendos, quos Curtius ſtudioſis vel attulit vel ſtuduit adferre, etiam alios adhortarer. Quibus cum jam labor transferendi, aut in totum aut magna ex parte exantlatus ſit, non debent ſuppreſſis ſuis lucubrationibus ſibi gloriam, juventuti magnam utilitatem invidere. Curtii gloriæ, ſi qua illa eſt, §. 3.
non invideo: illud doleo, quod nobis ſuggillandis magnum gaudium attulerit oſoribus linguarum, quibus nihil lætius, quam homines ejuſdem linguæ ſtudioſos inter ſeſe conflictari. Ego igitur, quo illis ſubtraham materiam gaudendi, nihil in Curtium dicam, niſi quod ratio mei defendendi exegerit: eo enim & meus animus inclinat & amicorum adhortationes impellunt, inter quos præcipuus eſt D. Haloinus Brugenſis Canonicus, vir apprime & eruditus & humanus, Curtiique amantiſſimus, cui ſi parere volo, aut nihil, aut ſine ſtomacho ſcribendum eſt, quod alterum magni animi, alterum manſueti ſit. Quare exemplum Curtii non imitabor, qui primos ingenii ſui fœtus, alieno ſanguine rubere voluit, ac clypeo magis quam telo utar. Quod ſi denuo provocer, alia mihi ratio pugnæ habenda fuerit. Vellem autem, Curtium, ſi omnino lædere §. 4.
ſtatuerat, meam cauſam a Rutgeri Reſcii cauſa ſecreviſſet. In me illi quidlibet licebat, in Reſcium præceptorem nihil illi pietas concedebat. Sed dulcis ſemper undecunque gloria: voluit ſuo præceptore doctior videri, quo ſibi etiam illud adagii competeret, πολλοὶ μαθηταὶ χείσσονες διδασκάλων. Atqui licebat illi eodem tendere, & quidem longe civiliori modo, nimirum ſi ſua ſine convitiis tradidiſſet. Contumelia verborum non eruditiorem aliquem, ſed petulantiorem demonſtrat, aut ſi ſtomachus bilem non continebat, potuiſſet aliunde reſarcire, quod alibi læſerat. Erant ſane multa bene a Reſcio annotata ac emendata, quæ licet ſit ſecutus Curtius, tamen immemor Plinii ſententiæ, minime agnoſcit, per quæ profecerit. His ſi album calculum addidiſſet, & gravior judex & ſincerior in paucis illis, quæ nititur condemnare, apparuiſſet. Nunc arroſis pauculis, cum de aliis mentionem non faciat, videtur libidinem carpendi habuiſſe, laudandi voluntate caruiſſe. Id quantum candoris habeat, ip- §. 5.
ſe ſentit, præſertim cum ſe ſimulat alia nulla vidiſſe, niſi in quæ obeliſcum figit, eaque non libris accepta, ſed a fama ad ſe allata; ſic enim ſcribit; *Nannius quidam, ut audio, ſic legit*; & rurſus alibi: *Nannius quidam, ut fertur* &c. Atqui bone vir, non ſolum mendacem, ſed & ſimulatorem memorem eſſe oportet. Fruſtra ſimulas, te non legiſſe, cum poſtea oblitus tuæ ὑποκρισεως Lovanienſem editionem citas. Non me fallit, quo conſilio fingas, te noſtra non legiſſe, ne ſcilicet ubi noſtram caſtigationem ſequeris, videare aliena opera adjutus, & quo fidem facias, quam nihil indigeas alienis inventis, paucula arrodis non e libris, ſed ex fama, ut tua ſimulatio habet, cognita. Credemus tibi, ſi credi vis, tantum tibi inertiæ adeſſe, ut in re, quam tractas, quamque vitioſam ipſe fateris, non conſulas, quid alii ſenſerint. Forſitan dices, quid mihi vobiſcum? Juriſperiti §. 6.
non eſtis: Tale enim quiddam indicat tua iſta præclara quiritatio (*); *Videant, quid*

(*) *Pr.* de Replicatt. L. IV. Tit: 14.

quid agant, qui tam temere ejus ſtudii libris manus admovent, in quibus parum verſati ſunt; Atqui juriſconſultiſſime Curti, ſæpe etiam eſt holitor valde opportuna locutus. Vis audire, quid egimus? Plus minus 70. loca a nobis reſtituta ſunt, hoc noſtrum crimen, hoc ſcelus, hoc piaculum. Para fuſtuarios, uncos, gemonias ſcalas. Habes reos ſua crimina agnoſcentes, peroraſti, parce Clepſydris, ſua ipſi confeſſione convicti ſunt. Noſtra iſta opera, quæ tibi tam audax & temeraria videtur, multis multorum & magnorum virorum epiſtolis collaudata eſt, non me Hercule Grammaticorum, (ne id cavilleris) ſed juriſprudentiſſimorum, niſi D. Craneveldius, ut de aliis taceam, Juriſperitus non eſt.

§. 7. Certe tu tam acer cenſor, non niſi 7. loca ex toto acervo attrectas, & ex illis ipſis 7. non niſi 3. laceſſere auſus es, non parſurus reliquis, ſi potuiſſes. Hic ergo non parum vereor, ne lector me putet iracundum, vel otii abundantem, qui ob 3. vellicata loca Apologiam parem. Suggillat ille, fateor, non niſi 3. loca, infamia tamen in omnia ſpargitur. Solent enim homines leonem ex unguibus æſtimare, & mercatores ex pauculis granis ſpecimen totius acervi exhibere; Quamquam, quod ad me attinet, facile hanc indignitatem toleravero. Reſcii partes deſerere, nec debeo, nec poſſum, quondam præceptoris mei, nunc amici ſinceriſſimi, & mecum in eadem criminatione conjuncti, præſertim, cum ab eo tam indigne tractetur, cui olim vigilias ſuas & doctrinam ut præceptorem decuit, ſedulo impartitus eſt. Hactenus de Curtio, nunc de Curtii cenſuris agamus.

§. 8. Scripſeram in Titul. *Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur*, parag. *præterea* (*): ετιπρασκεν αυτον τω πατρι, legendum eſſe pro πατρι, ὁ πατηρ: alioqui tres emancipationes, & tres manumiſſiones, quæ olim in ſolvenda patria poteſtate in uſu erant, ſuum numerum non habere. Deinde quomodo poteſt patri vendi, qui tacita ratione in patriam poteſtatem rediit, ut plenius poſtea docetur. Tit. *de bonor. poſſeſſione*, parag. *ſunt.* ει συεβη μοι τον εμον ποιηντα εμαγκιπατον δουναι σοι αυτον εις πρωτον μαγκιτιον και δευτερον και τριτον. Si in emancipando filio eum tibi tradidero in primum, ſecundum & tertium mancipium. Patrem autem filium ter ſolere vendere, ſatis apparet ex commentariis Caji. Titul. prioris libri ſexto, ubi ſic loquitur: *ſed filius maſculus tribus emancipationibus de patria poteſtate exit, & ſui juris efficitur. Emancipatio autem, hoc eſt manus traditio, quædam ſimilitudo eſt venditionis, quia & in emancipationibus præter illum, hoc eſt, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur.* Ergo naturalis iſte pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc eſt manu tradit, a quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos numos, quaſi in ſimilitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis numis, fiduciario patri tradit. Hoc ſecundo & tertio fit, cum fiduciario patri mancipat ac tradit. Et ſic de patris poteſtate exit. Hæc verba Caji videtur Theophilus ſuis Græcis Inſtitutionibus attexuiſſe. Curtius ex πατρι, τριτον facit, per me, ſi libet, vel tritionem, vel trituram ex eadem voce refingat, ac ita loquitur: *Nannius quidam (ut audio)* pro πατρι πατηρ *legit, ego vero lego, ut verti,* το τριτον. Hæ ſunt *illius rationes, quas adducit*, credamus, αυτος εφα. Ille autem ne cogeretur me ſequi, cum Græce haberetur επιπρασκεν, hoc eſt, vendebat, vertebat vendebatur, ne opus eſſet perſona venditoris, cum haud dubie ex contextu Græcorum verborum, & Caji narratione, patrem conſtet illum venditorem fuiſſe, quod mea annotatio, unica mutata litera, planum faciebat.

§. 9. Titul. *de nuptiis*, parag. *Affinitatis*, ita Curtius loquitur, *Majore prohibitione*] *Græce eſt, in editione Baſilienſi* κωλασιν *quod nihili verbum eſt, ideoque* κολασιν *legendum eſt, aut* κωλυσιν. *Editio Lovanienſis habet* κολασιν, *ego malui* κωλυσιν. Hactenus ille. Caſtigatio autem illa noſtra in indicem annotatiuncularum relata non eſt, ut multa maluimus caſtigare quam annotare, vel quod minimi momenti putabamus, vel

(*) Lib. I. Tit. 12. cap. 237.

vel quod verebamur minutiis illis attexendis in notam oſtentationis incurrere. Nolo hic tecum φιλοτεικειν; probas enim & noſtra, quamquam tua anteponas; facile ferimus ſuum cuique placere: Quod autem κολασιν, hoc eſt pœnam, potius legendum ſit, quam κωλυσιν, quod prohibitionem ſignificat, indicant ſtatim ſubſequentia verba, quibus interpretatur, quid per κολασιν intelligat, ita dicens: λεγω δε την κεφαλικην τιμωριαν, hoc eſt te ipſo interprete, de capitali pœna loquor.

Tit. *de inutilibus ſtipulat.* parag. *ſi ſcriptum.* Hæc verba Curtius in margine adjecit. *Hic in Græcis additum erat* χωρις τε η ἀφζευκλικε, *quod nihil ad præſentem literam facit, quapropter ego id in ſequentem tranſtuli, quoniam ibi nonnihil de conjunctionibus agitur. Nannius quidam legere fertur* χωρις τε η ἀφζητικε, *quod non intelligo, niſi dicere voluit* ἀφζητηλικε. Recte conjicit, ita enim a me ſcriptum erat, ſed erravit chalcographus omittens ex media dictione duas literas, & certe facilis eſt lapſus in επαναληλιᾳ duarum ſyllabarum, ferme inter ſe ſimilium, τη, τι, quam juſtiſſimam excuſationem ſi mihi non permittit; quo tandem colore elabetur, ubi ipſius librarius ſæpe ad eundem modum peccat.

Titulo de fidejuſſoribus, paragr. *In omnibus.* Hic Curtius ita ſcribit: *Hunc locum aliqui invertunt, eo (ut videtur) offenſi, quod dicat Theophilus ex ſolutione ejus, quod jure civili debetur, repetitionem non dari: quo quid verius dici poteſt: quamvis id civilis cum naturali obligatione commune habeat.* Hactenus Curtius. §. 11.

Niſi intelligas de obligatione civili & naturali ſimul, hoc eſt, quæ mixti generis ſit, falſiſſima adfers: quæ enim civilis tantummodo obligatio eſt, ea ſola repetitionem admittit, cum naturalis idem non faciat. Quare eam particulam de non repetendo ſoluto, potius ad naturalem obligationem pertinere arbitratus ſum. Certe ſi ἐχων legas pro ἀκων, ut ego exiſtimavi legendum, non poſſunt iſta verba, niſi importune, civili debito attribui. Naturalis enim debitor, ut cogi non poteſt, ita ſi ſolverit, repetere ſolutum nequit. Nunc autem, cur ἀκων in ἐκων mutandum cenſui, rationes addam. Primum tamen ab æquiſſimo lectore ſtipulabor, ut totum locum excutiat. Diviſerat Theophilus ſtipulationes in civiles & naturales. Et civiles eas eſſe dicit, unde naſcantur actiones, quæ obligatum condemnari faciunt, & quod inde ſolutum eſt, repeti non poſſe. Plena, me hercle, definitio. Sed nunc audi, quomodo naturales definiat eas eſſe, quæ nec actionem nec condemnationem pariant. An plena ſit definitio, alii viderint, certe ex hac definitione nullam efficaciam aut vires hujus obligationis reperias. Quod ſi hic tantummodo pro ἀκων ἐκων legas, unica ſolum litera mutata, addaſque ea verba, quæ mihi de ſuo loco tranſlata videntur, nempe hæc, ſi tamen ſponte quis ſolverit, ſolutum repetere non poteſt, nihil video quod plenitudini definitionis deeſſe poſſit: contra ſi ἀκων retineas, eademque verba definitioni civilis obligationis aſſuas, vide quam frigeat ſermo. Sed reddamus omnia ejus loci verba, quo cuncta oculis evidentius pateant. Ait Theophilus, civiles obligationes eſſe, ex quibus naſcantur actiones, quæ inſtitutæ contra obligatum eum condemnari faciunt, & ſolutio inde facta non admittit repetitionem. Nam ſi invitus qui obligatus eſt conveniatur, ubi ſolverit, repetere non poteſt; obſecro cui rei ſervit hæc vox *invitus*? ſive enim volens ſive nolens ſolverit, æque ſolutum repetere non poteſt. In naturali autem obligatione, nonniſi a volente ſolutionem impetres. Unde ibi mentio volentis peropportuna fuiſſet. Deinde quorſum ille battologiſmus, ut quod ſtatim dixerat iiſdem verbis repeteret, non aliter quam Mercurius ille apud Ovidium: Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis ait. Age mi Curti, qui hunc locum ut ſanum integrumque transfers, ac tam ægre ſuſtines, quidquam a nobis attrectari, dic mihi rogo, per tuam iſtam incomparabilem Juriſprudentiam, cur, cum Theophilus exorſus, de biſida natura obligationum, ſtatim non obligationem, ſed ſtipulationem in duas ſpecies dividat, aliam civilem, aliam naturalem afferens. Commonſtra mihi, ſi potes, naturalem ſtipulationem, quæ ea natura contenta eſt, ut civilis non ſit.

Ego ſi hunc locum tranſtuliſſem, pro επερωτησεων legiſſem ενοχων, aut ſi Græcam vocem retinere voluiſſem, quo minor offenſa eſſet, eam nomine *pactionum* expoſuiſſem.

Plures adhuc ſunt ſcrupuli in eodem loco. Sed quid agas in tanta moroſitate hominum. Utinam Curtius tam diligenter in reliqua vitia non emendata oculos intendiſſet, quam in alienos labores ſeveriter inquirit. Objicit mihi, quod locum inverto. Ne litera quidem a me mutatur, ſed quid mihi videatur, in catalogo annotatiuncularum admoneo, liberum cuique ſuum ſenſum relinquens.

§. 12. Mutatum eſt a chalcographis in Lovanienſi exemplari (*) καινων in κοινον, id quia recte mutatum dixi, ac eo elogio meam quodammodo litem feci, una cum Rutgero Reſcio vapulo.

Pie certe Curtius facit, qui Rutg. Reſcium præceptorem ſuum ita propalam ſugillat, ut ejus verba mentem habere neget: Θρεψαι και λυκιδεις, θρεψαι κυνας, ὡς τυ φαγοντι. Sed dicit mihi Curtius. Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Recte. Sed ubi erat iſta veritas in tot bonis Reſcii caſtigationibus? Præclara veritas, quæ ubi ſe multa laudanda offerunt, tacet, linguam non habet: ubi chalcographi error carpendi occaſionem dedit, plus nimio loquax eſt. Atqui dicet, ſuppreſſo nomine egi. Qui potuiſti evidentius? qui bis me nominatim citas, citas etiam Lovanienſem editionem. Adhuc ſcilicet latebimus, & ignorabitur in quos ſpicula contorqueas, quaſi non æque indices, ſive dicas Homerum, ſive Trajani belli ſcriptorem. Plus certe aliquando lucis habent αντονομασιαι, quam propria nomina.

Sed audi lector, quomodo res acta ſit. Cum annotationes Rutgeri Reſcii meis adjectæ eſſent, ne aliena mihi cederent, ſingulas illius caſtigationes ipſius nomini aſſerui, ſubinde accinens hoc elogium, recte mutavit Reſcius, ſecurus nimirum de fide auctoris. Animadverti enim eum multa religione libros tractare, quamobrem nihil ab eo temere mutatum credidi, nec jam credo; quidquid enim hic vitii eſt, chalcographorum culpa datum eſt. Tibi fortaſſe durior excuſatio videtur (ut debet diſcipulus αχριβοδικαιως cum præceptore agere) mihi tamen veriſſima habetur; ſcimus enim omnes quantopere peccent chalcographi, præſertim in affinibus vocabulis: id ſi neſcires, ex tuo iſto libro

§. 13. addiſcere poteras. Pag. enim 33. Titul: *de capitis diminutione*, paragr. fin. *Cum autem*, ita transfers. Quod ſi plures ſint cognati, non ad omnes tutela pertinet. Niſi culpa in chalcographos rejecta, te eripias, ut illis attribuas pro hac voce *agnati* cognati poſuiſſe, quomodo quæſo elaberis? Atqui minor hic eſt ſimilitudo vocum, quam in κοινον & καινων. Et rurſus *de legitima patron tutel.* ita tuus liber habet: *Libertus & Liberta tutor indigebant, pro tutore.* Scimus tuam culpam non eſſe, non ſumus tam iniqui: tantum cuperem te eadem ergo nos æquitate uti. Me certe καινων legiſſe, uti tu vis, teſtes ſunt D. Petrus Amicus, LL. Doctor, literarumque humanarum & juris peritiſſimus. D. Daniel Secretarius Epiſcopi Brixinenſis, nunc etiam laurea utriuſque juris a D. Alciato condecoratus. Filii Buſlidiani & illi nequaquam indocti. Sed afferam ſi vis teſtes etiam tibi domeſticos, M. Jacobum Haloinum, M. Gerardum Bacchuſium, Canonicos Brugenſes municipes tuos, viros & conditione & humanitate ac fide inſignes.

§. 14. Titul. *De Actionibus*, paragr. *Tripli*, ubi in noſtram annotationem ita ſcribit. *Sunt*, inquit, *qui hanc literam mutent, & quidem corruptus innumeris locis videtur; ſed recte nec ne, an falſo: item quomodo corrigendus ſit, non poſſum dicere, quoniam conſtitutio Cæſaris, quæ modum ſportularum fecit, majorum incuria in Codice non extat.* Hactenus ille. Videtur Curtius intellexiſſe, quaſi certam quantitatem ſportulis præfinierim, qui ſi mea verba perpendiſſet, ſentiret me potius exiſtimaſſe, a Theophilo hanc ſummam pecuniariam ſportulis aſſignatam, non quod reli-

(*) Tit. de Societate §. 3. cap.

religiose definiret, sed quod vel exemplum fingeret, vel secundum leges posteriores eisdem nominibus pecuniarum diversum pretium statueret, quod & ipse Justinianus fecit Institu. *De libertorum succeſſ.* paragr. *sed nostra*, ubi mille sestertios pro uno aureo computat, cum centum sestertii tantundem conficiant. Sunt autem hæc nostra verba: hic numerus cum sequenti numero non convenit, ubi fingit sex numos ultra æquum, ratione sportularum esse petitos; mille enim numi pro ipsius hypothesi non conficiunt, nisi quinque numos sportularum nomine præstandos. Quam procul autem absim ab asseveratione, ipsa verba per se clamant. Non enim nescii eramus, quam sæpe in sportulis variatum esset, quæ nunc decimas, nunc plus minus duodecimas eorum, quæ in lite petebantur, auferebant. Nihil autem in tota annotatione a me dictum est, nisi Theophilum sibi non constare, atque huic malo unica litera τ subveniri, quæ si adjecta sit, Theophilum sibi concordem fore.

Titul. *De replicatione*, pag. 444. versu a fine 8. [cap. 341.] pro εγεγονεν Rescius subsstituit γεγονεν. Nunc audiamus illius censuram. *Græce est*, inquit, εγεγονεν, *quod nihili verbum est, ego vero lego* α γεγονεν; *sic enim scribit Julius Paulus in lege, si unus, de pactis. Pactus ne peteret, postea convenit ut peteret, prius pactum per posterius elidetur, non quidem ipso jure, &c. Quare videant quid agant, qui tam temere ejus studii libris manus admovent, in quo non satis versati sunt.* Quid ais Jurisconsultorum alpha Curti? adeone male fecit Rescius, quod ex εγεσονεν voce (ut ipse ais) nihili germane Græcam fecit? teque in ea re approbatorem habet. Verum quia το ου, quod in omnibus exemplaribus deerat, nec a Viglio vigilantissimo & jurisconsultissimo homine emendatum erat, non adjecit, ut αναλφαβητω juris, a te alpha Jurisconsultorum, quasi ferula converberabitur homo ad annos aliquot in studio juris non oscitanter versatus. Probe rependis τα διδακτρα, pius discipulus. Atqui quod iste locus jam sanatus est, in eo ille tecum partiarius est. Ille literam, quæ supererat resecuit, tu duas literas quæ deerant adjecisti. Non audet tecum agere de communi dividundo, quia tuum beneficium duas literas, ipsius tantummodo unam habet, id tantum cupit ne vapulet. Libenter tibi etiam suam literam cedit, ut tres habeas ad uberiorem materiam exsultandi. Libere triumphes, modo ne ipse triumphetur. Vide quantum habeat momenti unica litera, quos animos, fastus, insultationes faciat. §. 15.

Si tam male accipiendus est, qui ex duobus vitiis unum sustulerit, alterum reliquerit, qua cruce dignus erit medicus, qui morbum non tollit, sed mutat, ut quotidie fit in ægrotationibus peracutis, magno cum bono ipsius ægroti, qui instantibus fatis eripitur. Age, mi Curti, docebo te tuis exemplis, veniam nobis deberi, si non ubique ευτοχκρω, cum tu tantus Jurisconsultus, ut videri vis, & tantæ Græcitatis, non semel in reddenda sententia impingas, neque per totam tuam translationem decurram (id fortasse alias facturus, si denuo respondendum fuerit.) Sed mihi, ut te tui commonefaciam, pauciſſima loca sufficiunt, nec tibi illa objiciam, quod meliora non potueris, sed quod meliora non feceris. Habes antidotum etiam ab adversario: cupio enim non te lædere, sed me cum Rutgero Rescio defendere. §. 16.

Tit. *Ex quibus cauſſis manumitt. non poſſ.* §. *Licet.* ουδεις γαρ ανεξεται των ευφρονουντων ωφελειαν κληρονομιαν, εξ ης κερδω μεν ουδεν τω αδιτευοντι, υβρεις δε μυριαι, και ζημιαι, και οι επι δικαστηριων ελκυσμοι. Hæc Curtius ita vertit: *Nemo enim, qui modo mentem aliquam habeat, hereditatem admittet, ex qua adiens nullum emolumentum sperare possit, sed quæ multorum arrogantiam, molestiasque, damna & lites secum adferat.* Quam iniqua lance pondera Græcorum verborum rependis. Ubi illic arrogantia? ubi molestia? aut quid denique hic facit arrogantia? Quam ignava & diluta sunt ista, lites scilicet præ Græcis illis, οι επι δικαστηριων ελκυσμοι. Quanto simplicius & fortius Græca sonant, quæ ad hunc modum interpretari possis. *Nullus enim prudens eam sustinebit adire hereditatem, ex qua adeunti lucri nihil, contumeliæ autem & damna & raptationes in judiciis infinitæ.* Ac statim pro ευτελιζεσθαι, quod est evile- §. 17.

ſcere, tranſtulit lacerari ac minui, præpoſtera ανξησει. Sed habeat hoc impu-
§. 18. ne; permitto enim ut verbis ludat, modo ſententiam non lædat. Poſt aliquot deinde verſus μεχρι γαρ ἑνος την οικειαν ωλλοχαραξῃ νομοθεσιαν. Hæc Curtius ita reddit, *nam uſque ad unum lex conſtitutionem ſuam vitiat ac corrumpit.* Cum ſenſus ſit, legem Æliam Sentiam unum tantummodo ſuæ conſtitutioni aſſcribere. [Vide Notas ad L. I. T. 6. cap. 105.]

§. 19. Mox §. *Eadem*, και τουτῳ τῳ τροπῳ την ἑαυτων ελαττωσιν την ὑποστασιν, id eſt, *hoc modo bona ſua diminuunt.* Curtius tranſtulit, *Et ita facultates leviter diminuere. Leviter* ſi hic intelligas pro parum, ſententia vitiatur. Sed puto Curtium per hanc vocem intelligere temere, ſive facile. Id admonendum viſum eſt, ne Lector deciperetur ambiguitate vocis in illam, quam in hanc ſignificationem pronioris.

§. 20. Tit. *de his qui ſui aut alieni juris ſunt*, paragr. *In poteſtate*, ἡ χειρας επεβαλεν τουτῳ, ὁ δε ωροληβων ξιφει τουτον ανειλεν, Curtius ſic. *Aut cum Domino manus injicere vellet, dominus eum ferro occupatum interemerit.* Bona quidem ſententia, ſed non horum verborum. Græcus enim intelligit, dominum in feriendo priorem fuiſſe, & illius ictus antevertiſſe (*).

§. 21. Tit. eod. paragr. *Sed mater.* αλλα συγχροτειν δικαστην, και διαγινωσκειν τα μεταξυ αυτων. Curtius ad hunc modum: *Sed Judicem cauſſam utriuſque cognoſcere, & apud ſeſe ſtatuere.* το συγκροτειν τον δικαστην, pro *apud ſeſe ſtatuere* vertit, cum ſit ſenſus, judicem debere partes convocare, atque ita de utriuſque cauſſa cognoſcere.

§. 22. Tit. *De nuptiis.* paragr. *Affinitatis*, αξιωσις δε εστιν οικειοτης ωροσωπων. Curtius ſic: *Eſt autem affinitas propria quædam perſonarum qualitas*, cum vertendum erat: *Eſt autem affinitas perſonarum neceſſitudo*, quod certum genus, & non tam vagum de-
§. 23. finitioni addit. Tit. *De excuſationibus tutorum vel curatorum*, paragr. *Item tria*, επειδη ει πολλακις εσπευδασα της τηδε επιτροπην η κηδεμονειαν ὑποεισελθειν ὡσαν ευτελεστατην, εκ απο-πληρωσει τον των τριων αριθμον. Curtius ita vertit. *Quia ſi forte hujus vel illius tutelam vel curationem affectaverim ſuſcipere, cum opulenta eſſet, ea numerum trium tutelarum non explebit.* Atqui Græcus non loquitur de opulentis tutelis affectatis, ſed de non oneroſis. Nec ſcio cur quiſquam ad defugienda onera tutelarum, opulentam tutelam affectare velit, niſi ad prædam inhiet.

§. 24. Tit. *Quibus alienare licet vel non*, εικοτως εν το μη της ὑποθηκης ἀφ της οικειας ησφαλισατο νομοθεσιας. Curtius ſic, *Non injuria ergo ſua rogatione hypothecarum cauſſam ſubvertit*, cum Theophilus intelligat, id quod ad hypothecam attinet, fundi dotalis lege communitum eſſe.

§. 25. Non deeſſet mihi occaſio hic, mi Curti, reponendæ tuæ exclamationis, vide quid agant qui tam temere ejus ſtudii libris manus admovent, in quo non ſatis verſati ſunt. Poſſem ſingulas tuæ interpretationis offenſas magno odio exagitare, ſed nolui gratum facere oſoribus linguarum, nolui te hac in parte imitari. Statutum mihi fuit απολογειν ουκ αντικατηγορειν. Tu ſi ſcribere velis, fac id civiliter agas, ne ad ſecundum ictum non de defenſione ſolum, ſed etiam de ultione mihi cogitandum ſit. Ad quam ſi incubuero, ut nec cauſſa, ita fortaſſe nec induſtria, nec animi mihi defuturi ſunt.

(*) At id ipſum Curtius quoque voluit, rectèque expreſſit. An vim verbi *occupatum* non intellexit Nannius?

EXCURSUS V. ARTIC. V.

JACOBI CURTII JCTI

Epiſtola Dedicatoria.

Ampliſſ. Clariſſimoque Viro D. Jac. ab Halevinio, Eq. Au. Domino de Maldeghem, Wtkercke, Lembeke, &c. Jac. Curtius S.

QUum impellentibus huc amicis V. C. editionem horum librorum adornarem, quidvis potius in animo habebam, quam ut cuiquam eos dicarem: propterea, quod nihil in iis meum viderem præter verba, hoc eſt, rem adeo levem ac nihili, ut inde natum ſit proverbium de iis, qui compoſita in fraudem oratione falſa pro veris obtrudunt, quod verba dare dicantur. Et ecce repente frequens accurrit ex latere turba cavillantium, hominem eſſe me putidum ruſticumque, ac plane indignum qui literas norim: quod tenebras quæram, famamque detrectem, ac lucem ſpectare non auſim. Quod quantumvis falſo dicatur, nam quomodo is qui in vulgus aliquid edit, ſperare poſſet ut lateat? autoritas tamen ipſorum velut de gradu ſententiæ, quam inſtitueram tenere, me dejecit. Quid enim facerem? quum præſertim ex eo numero eſſet Dammius tuus: qui quia ipſius juſſu hanc omnem rem primum ſubiſſem, hoc quoque ſibi putaret deberi, ne quid injuſſu ſuo de editione conſtitueretur. Ac mihi videtur ſatis acerbe ac rigide jus ſuum, ſi quod habebat, in me & mea exercuiſſe: quando ne ita quidem ad præſens hominem potui differre, quod alia mihi in incude eſſe dicerem, quæ longe juſtius mea poſſem vocare. Venit igitur ad te Theophilus noſter, V.C. venit, ſed incultus & incompoſito habitu, dubitanſque ac hærens, quid primum quidve ultimum dicat: quippe ex medio itinere, ad alium quam ad quem emiſſus erat, abreptus. Amico & honeſta valde, & parum, ut ajebat, gravia efflagitanti morem gerere me putabam: ſimul & illud futurum ſperans, ut prima eorum, qui Juri operam darent, ſtudia utcumque pro virili mea juvarem. Itaque & eo tempore, quo feſta ac læta (ut cum Vopiſco loquar) fieri dicique ſolent omnia, rem aggreſſus, per intermiſſionum dilationumque moras, diſſimili, ut neceſſe erat, & inæquali textura tandem abſolvi. Verum, ut aliquando tibi inſcriberetur, nihil omnium minus tunc agebam. Nec vero quærendum eſt, quare non in manus reſumpto libro, mutarim correxerimque, quæ mutata aut correcta magis placere poſſe crederem: Quoniam, ut omittam integrum id mihi non fuiſſe, multo maxima parte jam excuſa: quum omnis emendatio etiam in facili ac jucunda materia, ingratum quiddam & amarum habet: tum vero hic tantum in vertendo moleſtiarum exhauſtum mihi fuerat, ut & ipſum emendationis nomen velut earum memoriam refugerem. Etenim ſi plæriſque in rebus, iis maxime in quibus mercedem non ſpectamus, ipſa muneris quod tractamus dignitas diligentiam noſtram cumprimis intendere & exacuere conſuevit: quid tandem in omnibus his libris eſt, quod adeo mihi id quidquid eſt laboris, quod ego hic ſubii, commendare debuerit? Eſt quidem ea juris civilis excellentia, ut neque eorum, qui ad minima quæque & infima ſe demittunt, non honeſta functio & laudanda ſit opera: ſed longe alia eſt vertendi & alia ſcribendi ratio. Qui ſcribit, ſolutus ac liber nullique addictus ſe ipſum, h. e. naturam ſuam ſequitur: quæ tempore mutata ſunt, tranſit: quæ in præſens omitti poſſunt, differt: modo capita rerum percurrit, alias in altum penitus deſcendit: nunc ſtilum cohibet, interdum latius excurrit. Omnia prorſus varie. Denique quod vel maxime animos noſtros accendit, ſolidam laudem, ſi

ad eam aſpirat, ſperare poteſt. At illi alteri, intra ingenium ejus quem vertit, ſtandum eſt: ac multa etiam præter animi ſui rationem dicenda: ſive quid frigidius collectum ſive audacius tranſlatum, ſeu durius aut inflatius dictum eſt, mutare non licet. Quod ſi qua deinde laus ſequitur, major & melior pars ejus ei, qui transfertur, decidi debet. Atque hæc eo minora ſunt, quo major ac gravior eſt autor quem vertis, ubi ſcil. & figuris juvet certare & ſelectis verbis uti liceat. Nec enim omnia ut e Græcis converſa ſint, elaborandum eſt, ſicut M. Cicero docet: ſatis eſt, ſi vel ejuſdem generis ſint. At vero hic noſter adeo non habet, quod contentionem illam admittat, ut etiam videri poſſit operam dediſſe, ne haberet. Sic & in verbis negligens eſt, & longus in exemplis & in docendo remiſſus. Non quod ea commode caſteque transferri non poſſint (quis enim id dicat?) ſed quod animos ejus qui transfert, non ſatis iis ſe oblectet, parumque tali opere paſcatur. Quid tædii mihi concoquendum fuerit, quantumque nauſeæ inter vertendum obortum ſit, oſtendo: non Theophili ſtudium vel operam damno: quando is aliter ac ſcripſit, ſcribere nec potuit fere, nec in his libris debuit: ſive naturam rerum quæ traduntur ſpectes, ſive perſonam eorum quibus ſcribuntur. Quoniam & Juris Civilis ea ratio eſt, ut quemadmodum res in medio poſitas atque in communi hominum uſu verſantes amplectitur: ita & ſermone e media hominum vita deſumto contentum nullas dicendi figuras, nulla verborum lumina, nullos tractandi colores magnopere deſiderare videatur. Et omnibus in artibus id cum primis animadvertendum ac cavendum eſt iis, qui rudibus earum εισαγωγας inſtitutioneſque componunt, ut nec ſummam ingenii laudem ex eo labore captent, nec tanquam parva contemnant, quæ viam ad majora faciunt & ſine quibus majora non conſiſtunt. Quid ergo inquies V. C. mihi inſcribis? nihil ne habet quod quenquam capere poſſit? Imo enim vero complura. Quæ quamvis (ut dixi) non admodum grata ſint nomen aliquod ex tranſlatione quærenti, tamen eum qui magis rem ipſam quam alia quædam expendat, vehementer delectare debeant. Etenim (ne ſingula quæque tam anxie conſecter) quam tibi probatum iri credimus eum docendi modum, quem Theophilus obſervat, tam facilem, tam expoſitum, tam familiarem? Primum quum nomen aliquod juris Civilis vel principaliter in diſceptationem venit, vel obiter in re tractanda incidit, nec ſatis apertam habet ſignificationem: mirum quam brevi, quam plana, quam commoda definitione id explicet. Quin etiam in pleriſque eo deſcendit, ut quare in definiendo quidque adjectum ſit, exequi non gravetur. Quod ſi quando non verba ſed res ipſæ, ut ſæpe fit, obſcuritate aliqua laborant, eas ὡς επι θεματος, id eſt exemplis quibuſdam pro tempore confictis, tam apte tamque aperte declarat, ut quamvis teneras diſcentium aures, quamvis rudes aduleſcentum animos facile ſubire poſſint. Deinde ubi per medias juris regulas eſſe eundum videt, antequam ad ea veniat, quæ propria ſunt ejus diſputationis, προθεωριας quibuſdam (ſic enim ab eo vocantur) diſcentis animum præparat atque inſtruit: ne quum illuc venerit, aut ille velut in tenebris oberrans ad multa offendat, nihil videat, aut ipſe ſeriem rerum, ſi tunc demum docere velit, ſolvere ac ſcindere cogatur. Poſtremo quoniam hoc nonnunquam evenit, ut iis quæ autor quem exponis, dixit: vel aliqua non male poſſis addere, vel tale aliquid ſit conſequens, quod omitti vix debeat: habet & Theophilus nonnullos id genus exceſſus. Incredibile tamen quam ſeſe reprimat, quam modum teneat: in ea re præſertim, quæ neque ſi ſemper ſequaris, modum aut finem habeat, & hodie ſane ad nimium venerit. Ne dicam interim, quam ubique timeat, ne cui impudentior videri poſſit: ſic enim fere veniam præfatur, τουτο δ' εξωθεν ισθι, aut εξωθεν δ' ειδεναι οφειλεις. Ab hac docendi ratione, qua melior nulla eſt, pudet dicere quam longe recedant, qui his temporibus vulgo Inſtitutiones Juris prælegunt. Nam perinde quaſi non primam & infirmam ætatem inſtituant, ſed omni genere hujus ſtudii perfectis ſummam (quod ajunt) manum

manum imponant, difficillimas quaſque & maxime arduas quæſtiones jam inde a Pylii vel Azonis ſæculo in doctorum diſputationibus verſatas ſub incudem revocant: ac diffuſe iis quæ in utranque partem a multis multa dicta ſunt, relatis & quibuſdam etiam ab ipſis, ne nihil ſuum videantur adferre, additis: ita rem omnem involvunt, ut neque ipſi ſe (mitto nunc aduleſcentes) explicare omnino aut exitum ullum invenire poſſint. Mirantur hæc ii, qui nuper ad hæc ſtudia admoti ſunt: tam exundans leges ac jura citandi flumen, tam paratam argumentorum copiam, tam variam opinionum expoſitionem. Sed cum tempore hoc omni, quod prælectioni conſtitutum erat, in eum modum extracto ac conſumpto domum abeunt: ſi quem ipſorum roges, quid ſecum e ſcholis afferat, quod vel in uſum aliquem transferri, vel viam munire ad majora poſſit: nihil habeat opinor, quod commode & ad rogatum dicat. Habere tamen pro more doctores noſtri videntur, ut priuſquam ad rerum ipſarum interpretationem accedant, quædam de tituli ſignificatione præmittant: ac breviter & paucis conſtituant, quomodo id de quo agitur, intelligendum ſit: faciunt id ſane nonnunquam (cur enim vera diſſimulem?) ſed plerumque tam obſcura ſunt omnia, tam dubia, tam coacta, ut prima ſtudia magis onerent quam juvent, & diſcentem incertiorem, quam ante fuerit, dimittant: Fingunt etiam caſus aliquos (ſic enim hodie vocant, quæ Græce θεμαλα & veteres *ſpecies* dicunt) ſed quam ineptos, quamque abſurdos? In his præſertim libris, ubi hoc decebat eſſe convenientiores, quo rudes animos magis exempla intrant quam regulæ. Equidem non opinor quenquam tam triſtem eſſe aut ſeverum, qui in iis legendis riſum tenere poſſit. Evidentialia vero (nam & ea ſic dicuntur) quæ ſimile quiddam ταις αποδειξεσιν habent ut putantur: quam indigna ſint eo nomine, res ipſa vel me tacente clamat. Quod ſi ad partes & ii mihi vocandi ſunt, qui neque delectu ullo habito, neque veniam ullam (quod minimum eſt) præfati, omnia undevis in prælectionibus ſuis εξωθεν aſciſcunt, veluti parum interſit quo quicque loco dicatur: vides jamdudum quantam hic ſcribendi materiam habeam: quam latus ſe mihi campus oſtendat: quid enim minus ferendum eſt, quam quod iſti unius verbi arrepta occaſione tractatum ex iis aliquem, quos maximos fuſiſſimoſque habet Jus Civile, alieno loco, non ſuo tempore, totum a capite accerſunt, ac tanquam Peliam quendam recoquunt? Ita fit, ut, dum contra quam Juſtinianus factum voluit, infirmas bonorum aduleſcentum aures multitudine ac varietate rerum obruunt, aut ſpes illorum infringatur & deſertores hujus ſtudii fiant: aut ſerius & magno cum labore ad ea veniant, ad quæ maturius per faciles quaſdam methodos ſine labore perduci poſſent. Huc adde, jus Civile in tam tenuem & obſcuram artem contruſum non eſſe, ex qua tanquam e piſtrino educendum diſſipandumque ac diſpergendum ſit: quin e contrario doctiſſimum quenque & ſapientiſſimum id jam diu optare, uti exiſtat tandem aliquis, qui ita Jus omne in artis formam redigat, ut & quæ diſperſa non protinus ad manum ſunt, in unum colligat: & quæ divulſa jacent, iis quæ adfinem tractatum habent, ſubjungat: & quæ confuſa magnos tumultus cient, multos errores gignunt, per genera ſua diſponat: ac aliquando certa ſit apud omnes peræque gentes & omnibus in ſcholis juris civilis ratio: quod Ælius noſter Martianus non tantum fieri poſſe, ſed etiam debere ſcribit. Quid porro memorem, nihil ægrius caveri poſſe, quam ne quantum operæ ac temporis iis datur, quæ obiter & (ut dixi) εξωθεν oblata vel aſcita ſunt: ei omne pereat & decedat, cujus potior ac prior in tractando eſſe ratio debebat. Magna ſunt hæc & gravia: majus ac gravius illud, quod etiam exemplo, non tantum peccato nocent. Pronior ſemper in deteriora mortalium natura eſt: faciliuſque præceptorum vitia, ut parentum liberi, quam virtutes reddunt & exprimunt diſcipuli. Vix menſem unum aut alterum in ſcholis verſati ſunt: jam Digeſta cogitant, jam Codicem poſcunt. Pudet e numero Juſtinianiſtarum eſſe. Ardet animus cum Baldo, cum Bartolo, pedem conferre.

Exper-

Expertus dico: eadem enim me imperitiæ mala quæ cæteros tam ſtultis cogitationibus fatigarunt. Inde ubi de Jure publice reſpondendi poteſtas facta eſt, ne id quidem nos ſequitur, ut regulas rationeſque Juris ad cauſſam, de qua conſulti ſumus, accommodare poſſimus: ſed magna temporis jactura per immenſa conſiliorum, repetitionum, lecturarumque volumina rapimur, deciſionem (ſic enim loquimur) doctoris alicujus quærentes. Haud aliter atque is qui viam, quam non probe didicit, ingreſſus eſt, ad ſingula pene trivia hæret animo, & in proximas villas deflectit, ut diſcat qua eundum ſit. Quod tamen ſic nolim accipi, ut eos probare videar, qui ex una & altera Juris regula de tota re, quæ magnum & varium forſan tractatum habet, confidenter impudenterque reſpondent: ſed ut me vicem meam & aliorum dolere intelligas, qui gravi valetudinis jactura nec æſtimandis quoque ſumptibus Juri Civili operam damus, ſi qui ad doctoris nomen aſpirant, ſine cortice (ut ajunt) interdum nare non poterunt, ſed toti ſemper ex veterum ſcriptis pendebunt. Unde ergo hoc flagitium, unde hoc dedecus fluxit? nimirum ex eo, quod omnis jam docendi ac diſcendi ordo inverſus & ratio perverſa eſt: nec quiſquam omnium, ſeu magiſtri perſonam ſumit, ſive ad diſcendum venit, circa minora illa tantiſper hærere poteſt, dum ſolida in ſequentes annos fundamenta jaciuntur. Nec vident miſeri, quanto minore negocio in cacumem evadat, qui obliquum & circa montis latera pendentem clivum ſequitur, quam qui per abruptas & aſperas cotes recta in altum contendit. His ego cogitationibus & me inter relegendi deſcribendique tædia refocillari plurimum ſenſi, & te inter legendum, ſi quando tantillum tibi eſſet a maximis quæ curæ tuæ incumbunt, rebus otii, acquieturum mihi perſuaſi. Quin etiam (vide quo progrediar) de eventu translationis tam magnifice non dubitavi ſentire, ut in ſpem venirem: noſtros homines quum accepiſſent, quemadmodum Græci, qui vivo etiamnum Juſtiniano Jura tractarunt, in docendo Jure ſeſe geſſerint: rationem inſtituendorum aduleſcentum in melius commutaturos. Porro in vertendo (nam & ejus rei reddenda eſt ratio) eum morem ſervavi, ut orationis elegantiam verborumque lenocinia non ſane captarem, ſed verbum verbo, quoad fieri poſſet, ſumma fide redderem. Quod eo pertinet, ne quis aut ſermonis dictioniſque negligentiam mihi potius quam ei quem tranſtuli, adſcribat, aut timide ſe translationi meæ tanquam ad exercendum ingenium, magis quam ut res intelligeretur, ſcriptæ committat. Quanquam ô nemo ſe committat, ſed omnes potius Græcis literis operam dent, & in priſtinum decus redeat Juriſprudentia. Nec rurſus tamen ita me huic ſuperſtitioni alligavi, quin aliquando cum Græca ſignificantius quid efferrent (ut propria quædam cuique linguæ ſunt, quæ in aliam translata indolem illam amittant) non vererer longiore verborum circumductu tam appoſitam unius verbi ſignificationem utcunque exprimere. Sed ea omnia (ſcio) tu boni conſules: apud quem omnis quidem ſemper excuſatio facilis eſt. Sed illa hoc tempore facillima erit, quod nec animi cauſſa nec operis amore, ſed ejus rogatu, cui nihil negare poſſem, tam gravem arduamque provinciam tam temere forſan ſuſceperim. Apud cæteros quoque eo nomine paratiorem mihi veniam fore confido, quod non admodum ſpectem aut poſtulem, ut inter ingenii mei monumenta, ſi tale quid unquam curabo, translatio hæc ponatur. Vale. VII. Idus Septemb.

AD LECTOREM.

Ignorare nolumus te, Lector Optime, multa in Græcis temporum vitio aut ſcriptorum incuria corruptiora eſſe quam Latina Curtii translatio oſtendat. Sicuti in omnibus fere rebus natura fert, ut initio minus perfectæ prodeant. Ne quem tamen id falleret, aſteriſci notulam iis locis omnibus diligenter Curtius in margine adſcripſit.

EX-

EXCURSUS V. ARTIC. VI.

J. P. NEITHARDI *DEDICATIO.*

Omnibus fortunæ animique dotibus ornatiſſimis Viris, Huldericho conſuli, & Joanni Henricho Neithardis, Ulmenſis Rei publicæ Patriæ patribus, patruis patroniſque ſuis colendiſſimis JODOCUS PETRUS NEITHART in Chriſto χαιρειν.

QUanquam non ignarus ſim, chariſſimi patriſque loco colendi patroni, hanc ætatem meam ſatis maturo judicio exercitatave ratione eſſe non poſſe, ut adoleſcens admodum exigui ingenii aliquid elaborare poſſim in literis inferioribus etiam, nedum in hoc genere, quod præter naturalem prudentiam, magnum uſum requirit. Quum in minoribus rebus, in emendo, vendendo, ædificando, fere ſemper pœniteat eos (quantavis naturali prudentia polleant) qui iſta conantur ante ætatis ακμην.

Quamobrem nihil omnino ante maturitatem ætatis putavi ædendum, quod poſtea non poſſit revocari. Veriſſimum enim illud eſt, optimum aliena inſania frui: quid enim ſtultius & levius, quam committere ut alii noſtra fruantur inſania? non eſt igitur, optimi patres, quod putetis mihi meam audacem juventutem atque adeo puerilem rerum imperitiam non eſſe ſuſpectam: ſcio enim quomodo φιλαυτια imponat imperitioribus, qui ſe ſuo non metiuntur pede. Aliquando (ſi Dominus vitam ex gratia longiorem conceſſerit) illud poëtæ dicam: εγω δ' ετι νηπιος ηα· Νυν δ' οτε δη μεγας ειμι, και αλλων μυθον ακουων, Πυθανομαι, κη δη μοι αιξει ενδοθι θυμος. Ob has igitur cauſas ne epiſtolium quidem in primo immaturoque adoleſcentiæ flore in hoc ſcribendum ut æderetur, duxi, præſertim cum intellexerim, quod quo quiſque doctior eſt, hoc eſſe iniquiorem noſtri temporis imperitæ ſcriptorum turbæ, quorum præcipitati abortus, cum non habeant animam, non diu vivent. Sed nunquam quiſquam tam conſtanti animi propoſito tamque bene ſubducta ratione eſt, ut non occaſio, tempus, locus, aliter aliquando ſuadeat atque cogat.

Quod mihi jam evenit: quum enim me ex juſſu veſtro, quibus ſicut optime volentibus & conſulentibus parentibus ſemper obſequi, ut debeo, paratus ſum, contuliſſem Baſileam, cauſa audiendi dominum doctorem *Bonifacium Amorbachium*, jus civile maximo auditorum fructu, maximaque laude profitentem, quem reperi omnibus modis talem, qualem mihi olim Sacroſanctæ memoriæ *Eobanus Heſſus*, non ſine judicio candidus, præceptor meus Marpurgi ſæpe prædicavit. Nam hunc virum non modo inter hujus ſeculi, ſed etiam inter veteres in omni genere literarum principes viros connumerare non dubitavit doctiſſimus & graviſſimus Poëta & Philoſophus.

Cum inquam veniſſem Baſileam, ſingulari induſtria typographus Henrichus Petrus, cui curæ erat, ut Inſtitutiones in utraque lingua quam emendatiſſimæ, eo quo videtis modo, in ſtudioſorum manus prodirent, obtulit mihi eas, ut collatis exemplaribus a mendis pro virili repurgarem. Quod viro omnibus ſtudioſis, mihi præcipue, amico negare non potui, hoc lubentius feci, quod videbatur hæc opella mea ſtudia juvare. Principia enim neglecta & contempta ubique pulcre ſe ulciſcuntur, neque enim eos qui ea contemptim prætereunt, permittunt ad altiora venire. Quid præſtiterim, aliorum eſto judicium; quidquid eſt vobis, amantiſſimi patres, dedico & me quoque. Valete in Domino Jeſu, qui quam diutiſſime vos incolumes nobis veſtræque Reipublicæ conſervet. Datæ Baſileæ menſe Martio anno a Jeſu nato, 1544.

EXCURSUS V. ARTIC. VII.

DICTIONARIOLI THEOPHILINI

PRÆFATIO.

Nobilitate ac literis insigni Viro D. Arnoldo Verneto, apud Longenas in sede Castri novi ab Arrio judici æquiss. Pontius a Quadraginta S. D.

AGitur tertius annus plus minus, ex quo quum inter Justinianeos Juris Civilis rudimenta addiscerem, quædam ex libris Theophilinarum Institutionum memoriæ causa decerpsi: quæ quum nescio quo fato, per hosce dies in manus meas incidissent, non passus sum ut *rudis indigestaque moles*, (ut de veteri Chao ait poëta) oculos contuentium detineret. Proinde omnem rudem adhuc, & impolitam materiam in unum velut acervum contuli, ac feci, ut finitionum ac significationum Legalium cumulus faciem dictionarioli cujuspiam indueret, dispositis rebus ordine literario. Quem libellum recens auximus, quæsitis magno labore ex epitome legum Constant. Hermenopuli civilis disciplinæ vocabulis: quorum quidem vim maximam in hoc nostrum dictionariolum inde transtulimus. Porro cum isthæc lucubrationes nostræ hominem quærerent, sub cujus patrocinio tuto in publicum exire possent, facturum me operæ pretium putavi, si tuo nomini inscriberentur. tuo, inquam nomini, qui non solum industrios omnes eorumque vigilias foves, ac protegis: sed & divina quadam providentia nobiliss. oppidum Castrum novum ab Arrio exornas, gubernas, tueris. Quo circa clariss. vir, hoc opusculum sub tuo nomine interim adolescentibus communicatum prodeat: qui si boni nostram operam consulent, abunde mihi laboris mei fructum relatum esse credam. Vale, Tolosæ tertio Nonas Apriles anno 1552.

EXCURSUS V. ARTIC. VIII.

Frelloniana versionis Curtianæ editio 1558.

hunc habet prologum.

ANTONIUS VINCENTIUS ANTONII F. LECTORIBUS S. D.

HArum antea notarum particulam in hujusce libri marginem conjicere solebamus: eam scil. quæ a Jac. Curtio viro eruditissimo harum Institutionum interprete profecta est. Verum quum alias præterea nonnullas studiosus aliquis nobis ex libro FR. HOTOMANI, JCti excellentis & græce latineque doctissimi, descriptas attulisset: utrasque unum in locum ordine collectas & collocatas in extremum librum rejecimus. Valete & nostrum studium boni consulite. Lugduni 1557.

EX-

EXCURSUS V. ARTIC. IX.

Alia Lugdunenſis 1572. ſic præfatur.

LUDOV. CLOQUEMIN ET STEPH. MICHAEL, SOCII, LECTORI S.

EX quo ſocietatem inivimus, lector candide, eo cogitationes noſtræ ſpectarunt, ut ea præſtare poſſemus, quæ ſtudioſis omnibus utilitatem aliquam adferrent. Cum igitur civilis juris Inſtitutiones, olim a THo Græcas factas, eaſque longe ampliores, tandem vero a Jac. Curtio Latinas redditas, typis mandandas de integro conſtituiſſemus: ne inſtituto noſtro deeſſemus, eas a mendis, quæ plurima erant, repurgavimus: hanc noſtram induſtriam, & noſtrum, quicunque eſt, laborem tibi dicantes. Quod munus a nobis habe, unde quid tua cauſa velimus, conjicias, & majora, cum facultas exiſtet, officia ſtudiaque a nobis expecta. Vale. Lugduno M. D. LXXII.

EXCURSUS V. ARTIC. X.

Præfatio Tornæſiana.

JOAN. TORNÆSIUS STUDIOSO LECTORI S.

JAm tandem habes a nobis Inſtitutiones Theophili cum Latina interpretatione, tam diu a te expetitas & expectatas. Quod eas in manibus habeamus, præcipua gratia debetur Viglio Zuichemo Phryſio, qui magno ſtudio, ac diligentia prope ſingulari, primam earum editionem procuravit, variis exemplaribus inter ſe collatis, ut ipſe in epiſtola ad Carolum V. luculente ſcripſit, in qua aperte indicat, quanti momenti juris ſtudioſis poſſint eſſe lucubrationes Græcorum.

Pater meus cum cuperet has inſtitutiones in tui gratiam minori forma excudere, ac e regione addere Curtii interpretationem, quod videret id a quam plurimis probari, neque a Viglio improbari (quem etiam de iis vertendis conſilium cepiſſe conſtat) perlegendum dedit Græcum Theophilum, & ejus verſionem, Ludovico Miræo, viro ſane diligenti ac erudito, qui tunc temporis, in emendandis libris qui edebantur, nobis operam præbebat.

Is cum patri morem geſſiſſet, cœpta eſt hæc noſtra editio, ſed ſtatim, ac in ipſo limine, intermiſſa, cum Miræus vitam cum morte commutaſſet.

Hanc mortem paulo poſt ſecutum eſt bellum civile: bellum vero lues illa peſtifera anni M. D. LXIIII. quæ maximam Lugduni ſtragem edidit.

Quam ater, quam infauſtus mihi fuerit annus ille, dici non poteſt. Cohorreſco, cum ejus recordatio ſubit.

Familia noſtra, quæ ex quindecim conſtabat, quot videlicet Madaurenſis in familia eſſe putat, ad duas redacta fuit.

Atque ego relictus, qui parentum, adgnatorum, cognatorum & affinium obitum deflerem.

In his, proh dolor, amiſi patrem: patrem, inquam, cui plus debebam, quam ullus alius unquam patri ſuo debuerit, tum ob ejus in me verè paternum amorem, tum etiam ob aſſiduam de me curam, quæ eum jugiter exercebat.

Neque vero me ſolum afflixit hæc acerba mors, verum etiam omnes viros frugi, qui eum noverant, ac omnes litteratos.

Nec immerito. Quantopere enim ſtuduerit, quandiu vixit, rem litterariam juvare, noſſe licet ex variis ac laborioſis librorum editionibus, quos ſuis typis excudit, tum ſuo nomine, tum etiam nomine ac impenſis Seb. Gryphii, typographi de litteris, ſi quiſquam alius, bene meriti, ab anno videlicet M. D. XL. ad LVI.

Vix recreabamur ab illa peſte, cum nec opinantibus ſupervenit ſecundum bellum civile, ac deinde aliud ex alio, velut unda ſupervenit undam. Nec adhuc ſedati ſunt fluctus.

Hoc te volui ſcire, ne mihi paulo durius ſuccenſeres, quod tamdiu carueris hac editione. Cum licuit, eam denuo prælo commiſi, nec deſtiti, donec opus conſummatum viderem.

Typus graduum cognationis me aliquandiu ſuſpenſum habuit, quod a paucis viderem probari eos, qui hucuſque editi ſunt, quamvis nonnulli a doctiſſimis viris ſint delineati: ſed in ea hæſitatione oportune apparuerunt Ledæ filii. Clariſſ. vir Fr. Roaldus J. C. nulli noſtræ ætatis poſtponendus, ab Italia rediens cogitur hic commorari, donec certior fiat de rebus Aquitanicis: ſicque ejus diſpendium mihi compendio fuit. Peto ab eo, ut dignetur typum cognationis deſcribere ex ſententia Juſtiniani.

Is, ut eſt mihi amiciſſimus, quod in primis bonis duco, ac in rem litterariam propenſiſſimus, non ſolum deſcripſit typum inſtitutionum, ſed etiam eos quibus explanatur l. *Juriſconſultus*. Hos autem, eruditiſſimi illius viri Judicium ſecutus, ſubjunxi ad calcem Inſtitutionum, cum brevi ac dilucida eorum expoſitione.

Itaque hanc habes a nobis editionem omnibus numeris abſolutam, quam cupio a te probari, nobiſque ob id gratulari.

Ne integram ejus laudem arripere viderer, volui tibi indicare eos, qui aut vigilias ſuas, aut ſtudium in hunc librum attulerunt.

Tu eis, aut eorum memoriæ gratiam habebis. Bene vale. Lugd. Idib. Aug. 1580.

EXCURSUS V. ARTIC. XI.

EDITIONUM

Lugdunenſis apud Jo. Huguetan 1587.
Genevenſis apud Jac. Stoer 1628.
& Toloſenſis apud Raym. Boſc 1663.

communis Præfatiuncula.

TYPOGRAPHUS AD LECTOREM.

EN tibi denuo, Candide Lector, Juris Civ. Inſtitutiones excuſas, olim a THo Græcas factas, eaſque longe ampliores, tandem vero a Jac. Curtio Latinas redditas, quas ſumma quam fieri potuit diligentia & fide, priuſquam typis mandarem, a mendis omnibus, quibus ſcatebant, repurgandas, & cum Græco exemplari conferendas, ut quam proxime ei reſponderent, curavi, viri cujuſdam Juris Græcarumque litterarum peritiſſimi opera, ita ut nunquam caſti-

caſtigatiores purgatioreſque poſtrema hac editione editæ ſint. Tu igitur noſtra induſtria, noſtroque labore, quicumque eſt, fruere, gratoque animo, quæ in tuum juriſque ſtudioſorum omnium uſum proferuntur, excipias, & majora, cum facultas exiſtet, officia ſtudiaque a nobis exſpecta. Vale. [Lugduno, 1581.]

EXCURSUS V. ARTIC. XII.

DION. GOTHOFREDI *Dedicatio ac Præfatio*, in Editt. 1587. 1608. & 1620. ſine ulla varietate exſtantes.

Generoſis & Magnificis D. D. GEORGIO A SAYN, Comiti in Witgenſtein, Domino in Homburg, &c. & PHILIPPO A SAYN, Baroni in Winemberg, Domino in Beihelſtein

DIONYSIUS GOTHOFREDUS, J. C. S.

HÆret animo, Generoſiſſimi Comites & Barones, benevolentiæ mihi a vobis exhibitæ ſincera tenaxque memoria, cujus recordatio diuturnior eo mihi futura eſt, quo magis in illa ætate ac nobilitate veſtra priſcæ germanæque virtutis, hoc eſt humanitatis, pudoris, conſtantiæ, animi erga ſtudia bene affecti exempla, pene innumera, deprehendi. Quæ utinam hocce ævo, omnibus ita cumulate ſuppeterent omnia, minus ut opinor, malorum nobis à cœlo nunc metuendum foret: quæ niſi numen propitium, nobis, qui nunc vivimus, proximo quaſi exitio ac fato [*ſic*]. In hoc tamen publico & quaſi totius univerſitatis luctu cum animo frangi debilitarique turpe eſt, tum maxime, præſens remedium ab una re litteraria, juriſque ſtudio mihi petendum eſſe exiſtimavi. Pars operæ in illo otio, aut potius negotio, Theophilus Græcus juris interpres: quem dudum & animo & voto, vobis (hîc tunc agentibus, & in juris ſtudio adſiduis) dictum deſtinatumque, nunc in vulgus editum, generoſitati veſtræ, ex animo palam nuncupo atque offero. Cultus erga vos mei, pro veſtra æquanimitate, id, uti ſpero, pignus perpetuum habebitis. Valete. Datum Kal. Mart. 1587.

AD LECTOREM.

Theophilum juris anteceſſorem, Lector, tripartitum, hoc eſt Græcum ipſum cum Latina interpretatione Jacobi Curtii, & ipſo Inſtitutionum textu, editum tibi exhibeo: ut qui Græca Latinis adjungere volent juris ſtudioſi, vel ab ipſis Inſtitutionibus voti ſui initium faciant. Fuit & alia conſilii mei ratio, quod ut Græcus à paucis, ita Latinus tantum dimidiate, hoc eſt, non perfecte: ab ipſo vero Inſtitutionum textu ſeparatus, non niſi obſcure ac moleſte intelligatur. Ut perfecta ac plena tibi editio conſtaret, tripertitum feci. Paratitla ſingulis titulis adjeci: ſed & in oram notas atque ſcholia rejeci: Græca titulorum de verborum ſignificatione & de regulis juris fragmenta hinc & inde emendicata, in unum ita collegi, atque commiſi, ut ſuis ac ipſis legum capitibus Latinis reſpondeant. Munus, lector, æquo ac placido animo accipe, & vale.

EXCURSUS V. ARTIC. XIII.

JACOBI STOER *Præfatio* A. 1610.

TYPOGRAPHUS LECTORI BENEVOLO S.

THeophilum Græcum Inſtitutionum Juris Civilis Paraphraſten tibi iterum exhibemus, Lector Candide, ſed non tantum Græce, verum & Latine jura ediſſerentem CURTIO interprete. Cujus Paraphraſtica μεταφρασις tam ſcita eſt, ut nulla alia videatur huic anteponenda Inſtitutorum εξηγησις, ſi commodam Juris diſcendi rationem reſpicias. Etenim a perſpicua & plana Principiorum Juris intelligentia auſpicandum eſt: non a prolixis Interpretum rixantium diſceptationibus; quibus non promoventur tyrones, ſed a Juris ſtudio abſterrentur; aut ſaltem implicantur, & in rebus per ſe facilibus plus nimio detinentur; ut ſi deſertores ſtudiorum hac numeroſa inſtitutione non efficiantur; ſerius multo ad Juriſprudentiæ ſcopum perducantur, ad quem leviore via maturius perduci potuiſſent. Theophilus vero ita plano tramite ad rectam των αρχων της νομικης νοησιν novos Juſtinianæos perducit, ut nec ſit obſcura brevitate moroſus, nec diffuſa enarratione moleſtus. Ritus veterum ſtudioſe aperit; criteria Juris commonſtrat, quæ ſæpius caſuum, ut vocant, poſitione commode illuſtrat; eruditas verborum υπογραφας non raro affert, dictione admodum facili & perſpicua uſus, ut ſe ad diſcentium captum tanquam interpres accommodaret. Unde videtur probe gnarus conſilii Juſtiniani, qui tyrones in Inſtitutionibus diu detineri noluit; ſed ad veterum Juriſconſultorum ſcripta, Pandectas dico, primo quoque ſtudiorum Juris anno adduci præcepit. Nec tamen inde colligo Theophilum noſtrum, Anteceſſorem illum eſſe, quem in jure componendo cum aliis compilatoribus Juſtinianus adhibuit; quod vero antiquitatis peritiſſimo Barnabæ (*a*) Briſſonio viſum; Potior eſt apud me Antonii Auguſtini (*b*), Cujacii (*c*), & aliorum, qui diverſum hunc Paraphraſten ab illo Triboniani ſocio faciunt: quod frequenter de verbo ad verbum illa tranſcribat, quæ in Baſilicis habentur (*d*): imo ſi credimus Cujacio (*e*), Accurſii Gloſſam ſæpe convertat, ut eum non longe ab Accurſii ſeculo floruiſſe conjiciat vir incomparabilis Cujacius. Sed utcunque ſit de Theophili ætate, nec enim magno in diſcrimine poſuerim, conſtat hanc Paraphraſin Doctiſſimorum virorum, Vigli Zwichemi, Auguſtini & aliorum judicio magni faciendam: juriſque ſtudioſos multum debere Angelo Politiano, qui Inſtitutionum Theophili primus præco fuit; plurimum vero Viglio Zwichemo, qui deliteſcentem hanc Paraphraſin primus in lucem emiſit, & luculentiſſima doctiſſimaque præfatione commendavit. A tantis igitur viris commendatum Theophilum tibi commendamus, Lector benevole, eumque notis auctum exhibemus: non tamen prolixis, ne nimium excreſceret libellus, quem manuali forma in tyronum gratiam edere voluimus, tanquam Enchiridion prima Juriſprudentiæ Romanæ principia complectens. Vale Lector Candide, & hunc noſtrum laborem grato animo accipe.

(*a*) Lib. 1. de Verb. ſign. in voce *Anteceſſor.* (*b*) Lib. 3. Emendat. cap. 8.
(*c*) Ad §. *aque* Inſt. *de Action.* (*d*) Leunclavius L. 2. Notator.
(*e*) Ad d. §. *aque.* [V. Apolog. Fabroti §.].

EX-

EXCURSUS V. ARTIC. XIV.

SIVE

C. A. FABROTI *Dedicatio ac Præfatio.*

ILLUSTRISS. VIRO D. D. PETRO SEGUIERIO FRANCIÆ CANCELLARIO.

Silent leges inter arma, ut olim veriſſime Orator dixit, VIR ILLUSTRISSIME: hoc eſt, ſordent pacis ſtudia inter armorum ſtrepitus, & hoſtiles tumultus: quid enim Paci Dearum humaniſſimæ cum ſæviente Marte? Exit tamen ex umbroſo, & ſcholaſtico pulvere legum interpres Theophilus armorum ſecurus, & pulverem Martium non reveritus, togatus ſagatos non horret. Prodit, inquam, ornatior & politior, ut tam vere, quam animoſe profiteatur, belli rationem non aliter conſtare, quam ſi ſua legibus dignitas, & majeſtas ſervetur illæſa: prædonio more, & nullo jure gentium bellum geri, quod contra fas piumque indicitur. Sacratiſſimum Principem noſtrum jure bellum inferre, quia de alienis non certat, ſed res ſuas repetit, & arma armis propulſat, repellit bellum, non infert

JUSTITIA *dubium, validiſne potentior armis.*

hoc purum, piumque duellum eſſe. Ea re cœpta quæque ei proſpere fluere. quod nuper quidem Provincia experta eſt, cum *feroces* hoſtes inſulis ſuis incubantes, auſpiciis invictiſſimi Regis excedere vidit. Intellexit *fera gens*, inſulas non *exulibus aptas*, ſed ſanctitate præſtabiles ſe non ſine ſcelere invaſiſſe. Demirata eſt non dicam audaciam, ſed animi magnitudinem militum per rupes prope invictas erumpentium, & primo impetu ſine ullo fere ſanguine ac cæde in valla, & foſſas munitiſſimas inſiliiſſe, & caſtra perrupiſſe obſtupuit: *tantuſque terror Gallici nominis, & armorum invicta felicitas erat*, ut mox bellicis tormentis, & traditis Aquilis, deditione ſervari, & loco cedere maluerit, quam victrici noſtrorum manu ad internecionem cædi. Hoſtes à Duce fortiſſimo ſalutem petierunt. noſtri recepta deditione claram, æternamque gloriam ſibi quæſierunt, & ſervatos hoſtes ſibi in perpetuum obſtrinxerunt.

Longe autem optima ratione juris, & legum interpres Te patronum elegit, & vindicem, quia Tu VIR ILLUSTRISSIME *vox legum es, idemque cuſtos.* & quia Tua quoque intereſſe putat, dignitatem ſuam ſartam tectam haberi, *quia conſtare non poteſt jus, niſi ſit aliquis Juriſperitus, per quem poſſit quotidie in melius produci.* Sed præterquam quod *Legum conditorem*, *jurium* quoque *conditores* in tutelam ſuam recipere convenit, literatus orbis Te literatæ militiæ principem profitetur, ac munus Tuum velut *dignitatem literarum* ſuſpicit, & reveretur. Principis quidem indulgentiam mereri glorioſum eſt, & judicio Principis *ſummæ rei* admoveri, regnique negotia tractare: ſed ejus demum gloria propagatur, & diuturna eſt, qui ingenii, ac doctrinæ claritate, & quod præcipuum eſt, vitæ integritate, ac ſine ulla rei familiaris lacuna ad altiorem dignitatem provectus eſt. Illud Principis beneficium eſt: hoc virtutis, & recti animi merces. Scimus autem etiam nos ILLUSTRISSIME VIR, qui Te e longinquo reveremur, ſcit univerſa Gallia, Te qua ætate, qua rerum experientia tantæ moli parem, non inſano fortunæ adblandientis nutu, ſed ſagaciſſimi Principis judicio, & eximia virtute, & in Principem devotione ad ſupremum Juſtitiæ ſacerdotium, & ſecundam à Principe poteſtatem evectum. Hoc ſcilicet deerat genti patritiæ, & tot magiſtratibus illuſtri, ut Te Optimus Princeps ad magi-

magiſtratuum apicem vocaret. Scimus & quanti literas facias, & quam benigne literatos foveas. Videmus jam in urbe Regia, quo cuncti qui literas amant, undique confluunt, quod apud nos ſolo remotiſſimos fama vulgaverat, Teque non minorem fama Tua experimur. Itaque, VIR ILLUSTRISSIME, ea me res impulit, ut Te auſu forte temerario adirem, & hunc fœtum literarium Tibi literarum parenti, & Mœcenati libens merito donarem, dicaremque. Cui profecto laudis & gloriæ multum accedet, quod eum Tibi inſcripſerim: ea enim longe pretioſiora haberi ſolent, quæ ſanctius, & auguſtum aliquod nomen præferunt. Vale. Deum veneror, uti diu Principi proximus ſedeas, & cum rerum æternitate certet nominis Tui decus & claritudo. Lutetiæ Pariſ. (*) Kal. Aug. CIↃIↃCLVI.

Amplitudini tuæ devotiſſimus,

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI.

Edidit ante annos centum, & quod excurrit, V. Cl. Viglius Zuichemus Græcum paraphraſten Inſtitutionum Juſtiniani. De eruditione ejus ſemper inter omnes conſtitit. de nomine poſt Jacobum Cujacium V. Cl. cœpit addubitari: ipſe (1) enim Theophilitzen appellat, quem plerique omnes Theophilum. & puto tamen, quod & credi par eſt, virum præſtantiſſimum id ei nominis indidiſſe libris auctoribus, vel certe ſcholiis Baſilicorum, in quibus interdum laudatur. quanquam & membranei Theophili codices, manu perantiqua exarati, & libri Baſilicωn, quos ipſe Cujacius latinitate donavit, Theophili nomen præferunt libro ſexageſimo, quorum omnium apud me potiſſima auctoritas eſt. Denique Scholiaſtes antiquus eruditiſſimum hunc paraphraſten, Theophilum appellat. Nec igitur ei nominis quæſtionem movendam cenſeo. Quo autem ſæculo floruerit Theophilus noſter, etiam in diſquiſitionem venit. & illi quidem errorem longe maximum errare mihi videntur, qui Juſtiniano coætaneum fuiſſe autumant, cujus etiam opera Juſtinianus ipſe in componendis Inſtitutionibus uſus fuerit, quemque unum ex Pandectarum architectis appellant: Nec enim veriſimile eſt, Theophilum illum virum Illuſtrem, & Anteceſſorem Conſtantinopolitanum, jus illud in quo verſabatur, ignoraſſe, & interdum lapſum fuiſſe, ut hujuſce Theophili errata quædam obſervavimus in Notis noſtris. (2) Quamquam ut verum fatear, non puto errata graviora eſſe Theophili noſtri, ſed ſtudioſi alicujus, qui hæc in ora libri ſui primum adſcripſerit, unde in Theophili ipſius contextum poſtea irrepſerint. Id ſuadet Theo-

(*) Editio prior hunc habet diem: *Kal. Decemb.* CIↃIↃCXXXVII. Ceteræ varietates nihil habent præcipui, quum in ſingularibus conſiſtant vocibus, pro quibus in poſteriori alias ſubſtituere maluit. Ex: gr. in princ. antea dederat: *quid enim humaniſſimæ Dearum Eirene cum ferociſſimo Marte?*

(1) *In priori Edit. fuit:* ipſe novum ei nomen impoſuit, ſecurus legis Corneliæ de falſis: Theophilitzen enim appellat, quem *&c.*

(2) *Hinc uſque ad* peritia *ignorat edit. prima.*

(3) *Pro ſeqq. uſque ad*, Baſilicis inſerta ſint, *Edit.* 1. *habuit*: Crediderim tamen non multo poſt Conſtantinum Porphyrogenetam Leonis Philoſophi filium, hunc Theophilum claruiſſe, eumque inter cæteros Baſilicorum interpretes numerari libro ſexageſimo, & alibi. aut certe, non multo antiquiorem eſſe. eique ſententiæ præter alia, argumentum præbet, quod duorum fratrum filios non jure conjungi ſcribat, quod ſine dubio Juniorum Principum conſtitutionibus, vel ſacris Patrum definitionibus tribuendum eſt, qui veterem Theodoſii conſtitutionem in uſum retraxerunt. Nec moveor, quod cum multa Leonis conſtitutionibus abrogata ſint, ubique tamen Juſtinianum noſtrum exhibet, nec e novo jure quidquam adſpergit, ut omnino videri poſſit, & Conſtantino & Leone Impp. antiquior: nec enim aliter paraphraſtæ munere fungi potuit, quam illibato relicto Juſtiniano, nec tamen ſibi temperare

Theophili auctoritas & peritia. Certe & antiquiſſimum & eruditiſſimum eſſe ſatis conſtat ex verbis certis, ac legitimis, quibus utitur: ut veriſimile ſit, veteres eum Juris auctores, puta Cajum, aut Ulpiani titulos præ manibus habuiſſe: nec enim apud cæteros Græcos interpretes, tot formulas, totque verba τυπικα invenire eſt (3). Et crediderim equidem ante auctorem Baſilicωn eum claruiſſe: obſervo enim quædam in eis ex Theophilo tranſcripta, & Theophilum noſtrum citari à Thalelæo [Stephano, dicendum erat], quem Baſilicis antiquiorem eſſe non ambigitur, cum ex ejus ſcriptis nonnulla, ut Græci interpretes monent, Baſilicis inſerta ſint.

Ex Theophili ſcriptis an aliud quidquam exſtet, præter hanc paraphraſin videndum eſt. Et nemini (4) quidem ſuboluit, quidquam exſtare, vel interiiſſe. Videtur tamen Theophilus commentarium (5) *de judiciis* edidiſſe, cujus ipſe meminit in §. 20. de Actionib. & §. 2. *de Offic. jud.* & alterum *de publicis judiciis*, cujus mentio in §. 1. *de publ. judic.* Nec enim probabilis videri poteſt eorum ſententia, qui putant, Theophilum in d. §. 20. intelligere titulum *de officio judicis.* Nam Theophilus ipſe in d. §. 2. citat eundem tractatum *de judiciis.* Præterea ſcholiaſtes auctoris noſtri ad tit. *de inoffic. teſtam.* meminit alterius commentarii Theophili his verbis: και αυτω γαρ ὁ Θεοφιλω εν τω ιδιω *indici* των ρητων, &c. eſt autem Index, ἑρμηνεια, ὑπομνημα, interpretatio, commentarium, ut exponitur in Gloſſis Baſilicorum. quæ omnia vel perierunt, vel forte cum blattis & tineis luctantur.

Ut autem intelligas, erudite Lector, quid hac editione præſtitum ſit à nobis, paucis accipe. Editionem Viglii ſexcentis locis emendavimus, trium librorum veterum ductu, & ſubſidio, quos e Regia bibliotheca utendos mihi dedit clariſſimum Galliæ decus, & ornamentum maximum, Nicolaus Rigaltius ejuſdem bibliothecæ Curator. Latinam interpretationem concinnavimus, ut Græco textui reſponderet. Scholia quædam hactenus inedita, ex eiſdem libris protulimus, quæ Theophilo noſtro non modicam lucem adferre videntur. Uſus præterea ſum libro edito Petri Nancelii V. Cl. & Græce ac Latine eruditiſſimi, ad cujus oram idem, ut fieri amat, emendationes quaſdam adſcripſerat de ſuo, vel certe manuſcripto cod. fretus, qui in pleriſque à Regiis codd. non diſſidet (6). Nec prætereundus eſt Jacobus Mentellus v. c. & eruditiſſimus, qui pro ſingulari humanitate ſua Theophilum cum Regio codice collatum, ut animadverti, utendum mihi dedit. in quo nonnulla notavi, quæ me fugerant, ut ſæpe nos fallunt oculi, tametſi laborum ſimus patientiſſimi. Ut autem nihil deſiderari poſſet, deſcriptionem graduum, quam Cujacius edidit, ut antiquam, & optimam inſeruimus: nec enim in MSS. Theophili codicibus ulla comparet. (7) Ad ſummam editio quodammodo nova eſt, quia non emendatior tantum, ſed

perare potuit, quin paragraphum, *duorum autem, de Nupt.* ad jus novum inflecteret.

(4) Immo Contio ad §. 10. *de Injur.* Ceterum vide nos ad Mylii Hiſtoriam pag. 51. not. 44. & noſtram fragmentorum Appendicem.

(5) Vide eadem, & Galterium ad §. 20. *de Actionib.*

(6) Seqq. uſque ad vocem, *patientiſſimi* non leguntur in Edit. 1.

(7) *In priori Edit. hic amplius exſtat:* Sed & Viglii præfationem & doctiſſimam, & utiliſſimam edi curavimus, ne intercideret: intereſt enim Reip. literariæ fœtus ejuſmodi literatiſſimorum hominum non interire. Denique Græca titulorum de verb. ſign. & de Reg. jur. fragmenta e libris Baſilicωn MSS. Theodoro Hermopolita, & Michaële Attaliota, manu etiam exaratis ſublegimus, ut invicem collata mutuam ſibi lucem præferrent. Hoc autem beneficium, Lector, mecum debes humaniſſimis, candidiſſimis, & laudatiſſimis fratribus Puteanis, qui perhumaniter abſente V. Cl. Nic. Rigaltio, utendos ex Biblioth. Reg. libros mihi dederunt, quibus in exornando Theoph. non mediocriter adjutus ſum. Ad ſummam editio quodammodo nova eſt, quia non emendatior modo, ſed Scholiis, & Notis auctior prodit. Notas noſtras ex integro in Theophilum commentario delibavimus, quem & aliquando cum bono Deo ſumus edituri. Ipſum autem &c.

ſed Scholiis, & Notis auctior prodit. Ipſum autem Juſtiniani contextum conſulto omiſimus, cum ne liber in nimiam molem excreſceret, tum quia novam, & emendatiſſimam ejus editionem adornamus. His igitur interim utere fruere candide Lector, & Vale.

EXCURSUS V. ARTIC. XV.

GALTERIANÆ *Præfationis pars.*

INſcribitur hic liber THEOPHILUS RENOVATUS: quia erudiendis eum ſcripſi, non eruditis: non ut in juris apicibus dirimendis, meum commendem ingenium, & veſtrum torqueam; ſed ut poſſim prima vobis legum fundamenta perſpicue tradere; & ut Horatii verbis utar,

Non fumum ex fulgore; ſed ex fumo dare lucem.

Uno verbo Theophilum in ſuo ſtylo ſimplici ac paraphraſtico imitandum ſuſcepi: qui inter Inſtitutionum interpretes non ſolum antiquitatis, ſed etiam perſpicuitatis ac methodi, primam laudem obtinet; nec immerito. Quis enim ex ipſis, neceſſarias textui intelligendo diviſiones ac definitiones aptius tradidit? Quis in quæſtionibus arduis & captum rudium ſuperantibus; propoſitâ facti ſpecie, & depromptis ex notitia antiquitatis præviis inſpectionibus, legentis animum ſapientius præmunivit? quis formulas rerum gerendarum ſolemnes; quis verba typica; quis ſingularia jura, quæ aliunde cognoſci non poſſunt, frequentius expoſuit? quis adhibitis rationibus & principiis, æquitatem juris melius fulſit, & mentem atque efficaciam legum apertius exhibuit tyronibus intuendam.

Sed (quod caput omnium arbitror, & in juris interprete difficillimum) tanto judicio ſua ubique præcepta diſponit Theophilus; ut quid ſciant; quid ignorent; & quid ſcientiæ portare poſſint eorum ingenia præcognoſcens: modum ac tempus docendi ſingula prudentiſſime obſervet:

Et jam nunc dicat, jam nunc debentia dici,
Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.

Verum fateamur neceſſe eſt, non pauca emendationem & renovationem exigere in Theophilo paraphraſte: quem conſtat diverſum eſſe ab illo Theophilo, qui cum Triboniano & Dorotheo Juris Civilis inſtitutiones compoſuit. Primum enim conſtat locos eſſe non paucos inſtitutionum, quos minime intellexit: ita ut quædam ejus interpretationes unica litura delendæ ſint; eo quod interdum meram fabulam redolent: interdum vero textui Juſtinianæo ex diametro adverſantur. Dictionum inſuper Latinarum etymologiam & ſignificationem (quod in homine Græco mirum non eſt) nonnumquam ignoravit: puta cum aſſeruit ad §. *ult. de curat*: *Actorem* dictum fuiſſe; eo quod apud *acta* conſtituatur: & cum dixit ad §. 1. *de verb. oblig.* duas illas voces ſpondes, ſpondeo, Græce efferri non poſſe. Præterea legum citationes in univerſo libri ſui decurſu prætermiſit. quas tamen eſſe neceſſarias juris ſtudioſo certiſſimum eſt: cum debeat erubeſcere, quoties ſine lege aliquid dicit, arg. Nov. 18. de triente & ſemiſſe cap. 5. quid referam locutiones græcæ illius paraphraſeos mixtobarbaras, ubi larvata paſſim latinitas & græcum idiotiſmum ementita, legentibus riſum aut ſaltem faſtidium parit. Latinarum autem vocum cum Græcis permixtio, qua ſæpe utitur; Græcis quidem auditoribus Latinam Juriſprudentiam ſitientibus, quorum duntaxat gratia opus illud editum fuerat, placere olim potuit, & prodeſſe.

deſſe. Verum nobis, qui plerumque Græce parum ſcimus, vix poteſt non eſſe inſuavis atque inutilis.

Neque huic incommodo plene medetur Latina Verſio variorum interpretum: qui interdum vitioſa exemplarium editione, interdum aliis ex cauſis decepti, legentem quoque incauti decipiunt, & alienum a mente Juſtiniani ſenſum obtrudunt. His addo quod multa Theophilus reliquerit in textu Juſtinianæo intacta & omni penitus expoſitionis adminiculo deſtituta: de jure autem noſtris inſtitutionibus poſteriore, ne verbum quidem unicum attulerit. Id tamen jus novum vobis tradi, aut ſaltem ſæpiſſime delibari perneceſſarium eſt haud dubie: ut tam aures quam animi veſtri quod in ipſis rerum obtinet argumentis, juxta mentem Juſtiniani accipiant. §. *cumque hoc in proœm. Inſtit.*

His de cauſis methodo Theophili, tanquam omnium facillimæ & vobis commodiſſimæ, inſiſtendum credidi: a Theophilo tamen ipſo ſæpe diſceſſi. Multa quæ deerant ad uſum pertinentia, ex Novellis vel ex aliis Juris libris ſupplere conatus ſum. Locos ejus reprehenſioni obnoxios addito ad marginem aſteriſco notavi: quia metuendum viſum eſt, ne tanti viri auctoritas multos traheret in erroris conſortium. &c.

EXCURSUS V. ARTIC. XVI.

JO. DOUJATII *Dedicatio & Præfatio.*

Viro ſuperilluſtri D. MICHAELI LE TELLIER Franciæ Cancellario JOANNES DOUJAT Anteceſſor, Salutem.

QUidquid in Jure Civili, Canonico, Patrio, conamur publici Legitimæ ſcientiæ Profeſſores, id tibi totum debemus, CANCELLARIE DIGNISSIME. Tuo unius patrocinio inſtaurata vigent ſtudia noſtra. Per te, ut in Sacro Conſiſtorio, in Senatu, in Minoribus Tribunalibus Juſtitia floret; ita & in Academiis Juriſprudentia (magno publico malo jamdiu per Galliam jacens) nunc te auctore renaſcitur, nunc demum ſpirat, vividiſque benignitatis tuæ radiis illuſtrata, & quaſi refocillata, in priſtinum tandem ſplendorem feliciter reſurgit, fructus brevi, ut ſperamus, datura, tantorum auſpiciorum honore non prorſus indignos.

Nimirum in hac Juris cognitione poſitam eſſe viam certiſſimam noveras ad bonam mentem, ad morum probitatem, ad æquitatis præſertim amorem, rectamque Juſtitiæ ac totius reipublicæ adminiſtrationem.

Harum tu virtutum pleniſſima poſſeſſione uſuque inſtructus, CANCELLARIE GLORIOSISSIME, cum probe intelligas, quantum publice interſit, eas latiſſime ſpargi atque diffundi; in eo providentiam tuam optime collocari putas, ſi id imprimis egeris, ut in dies imitatorum tui copia ſuccreſcat. Neque enim tibi verendum, ne dum tanti exempli ſequendi deſiderio cuncti tenebuntur, reperiatur quiſquam, qui transgredi poſſit aut aſſequi, quod tamen pervelis ipſe, ſi fieri poſſet: tanta eſt in publica commoda propenſio tua; tantumque abes ab Auguſti, ambitione dicam, an puſillanimitate, qua ex deterioris comparatione gloriam creditur aucupatus. Similes ergo tibi per te ſperare poterit ætas ventura: at parem neminem. Longe proſequentur impoſterum adorantes præclara veſtigia tua, eruditi tuo nutu Juriſconſulti, ſub iis enutriti legibus,

quas te ſuggerente & enucleante dictas a MAXIMO REGE, & ex officio alacres exequimur, & ſuſpicimus attoniti ex veneratione.

Tuis nempe ſalutaribus conſiliis redditam videmus Academiæ Urbique Principi Civilis ſapientiæ Profeſſionem; additamque Romanæ Juriſprudentiæ Francicam, velut dignam tanta parente ſobolem. Eodem te moderante, INCOMPARABILIS CANCELLARIE, quam proxime ad Juſtiniani mentem atque antiquam ad formam, imo & aliquatenus ultra veterem formam reſtituta eſt Juridici ubique ſtudii diſciplina: cui rei mecum tota (ut noſti) ſchola noſtra dudum allaboraverat.

Sic docentibus ſuus honos, diſcentibus utilitas ſua conſtabit, felici utriſque impoſita implendi officii neceſſitate. Quæcumque huc pertinent, ea, quantum tibi cordi ſint, ignorare nemo poteſt, BENEFICENTISSIME TELLERI. In iis ſic probas maxima incæpta, ut minima non aſpernere.

Hinc mihi fiducia ſub nomine tuo conſecrandi vetuſti & probatiſſimi Inſtitutionum Interpretis THEOPHILI Paraphraſin mea cura emendatam, ſelectiſque notis dilucidatam. Prodit ergo typis non inelegantibus, & commodiori forma, cum non pœnitenda, ut ſpero, ſtudioſæ Juventutis utilitate; cui magis quam privatæ noſtrum cujuſque famæ conſulere, ſemper Anteceſſorii eſſe muneris duxi. Annue, quæſo, his noſtris levibus cœptis VIR SUPERILLUSTRIS, dum majora meditamur. Sic tecum floreant apud nos quam diutiſſime veritas & Juſtitia, felici velutoſculo per te conſociatæ.

Sic ſumma illa tibi innata, raroque virtutum cæterarum comitatu ſubnixa, & tot tantarumque rerum, experimentis conſummata ſapientia, futuris per ſecula Magiſtratibus juriumque Conſultis, vel mortalibus potius cunctis perpetuo præluceat: quod hodie facit ad omnium admirationem; non privatorum modo, ſed & MAGNI LUDOVICI, qui, omnium Judicio, incredibile eſt, æternumque erit orbi univerſo, tam pace quam bello miraculum. Vale, Lutetiæ Pariſiorum X. Kal. Mart. an. Chriſtiano M. D. C. LXXXI.

JOANNES DOUJATIUS

LECTORI SALUTEM.

CUm non facile venalia reperirentur exemplaria Paraphraſeos inſtitutionum Juſtiniani, Græce olim a THEOPHILO Anteceſſore conſcriptæ, atque a JACOBO CURTIO in Latinum ſermonem verſæ, aut ſi quæ proſtabant, Græco-Latina quidem voluminis mole, Latina vero mendorum multitudine minus ad ſtudioſorum uſum idonea viderentur: Bibliopola, hortantibus amicis, novam & accuratiorem ejus Operis editionem ſuſcipiendam putavit. Ea, ne legentium aut manus pondere gravaret, aut oculos mentemque erroribus offenderet, priori incommodo, non aliter exiſtimavit occurri poſſe, quam ſi Latinam tantum Interpretationem typis curaret excudi, Græco textu prætermiſſo, ut quo, nec ob ſtyli elegantiam docti ſupra modum delectarentur, & vulgus ſtudentium non ægre careret; poſterius vero incommodum correctoris diligentia, & characterum concinnitate ſe non difficile ſperavit amoturum. Verum, ut ultra hæc, quæ ſuarum eſſe partium noverat, eſſet aliquid præterea, quo poſſet hæc Editio in publicum commodatior paulo exire, a me popoſcit, ut nonnihil ei operæ meæ in id commodarem. Ego, etſi publicis privatiſque occupationibus plus ſatis diſtentus; pro mea tamen perpetua Cupidæ Legum juventutis promovendi ſtudia propenſione, negare petenti non ſuſtinui, quin ho-

ras

ras aliquot ſubciſivas eam in rem ſuffurarer. Itaque verſionem primum, qua CURTIUS optime de re Juridica meritus fuerat, & quam FABROTUS a ſe emendatam eſſe profeſſus erat: quia tamen alicubi minus ad amuſſim ſenſum Græci Auctoris exprimere mihi viſa eſt, aut non ſatis perſpicuum tyronibus reddere; recenſendam Judicavi, & hic ibi aliquatenus immutandam. Tum ad Autoris, ipſiuſque Juſtiniani contextum ſelectas quaſdam partim Cujacii (ex utraque prælectione) partim Fabroti, ac meas quoque Notas, ubi a ſtudioſis deſiderari poſſe videbantur, adjiciendas duxi, dilucidandis præcipuis difficultatibus. Errores deinde qui Theophilo vitio humani ingenii exciderant, indicare annotationibus non contentus, adpictis ad marginem aſteriſcis deſignavi, ut minus fallerent. Præterea, quo facilius hæc Interpretatio cum textu inſtitutionum comparari poſſet, & legentium memoria juvari; initium ac ſummam Paragraphi cujuſque ad latus adjunxi.

Denique, cum hæc Paraphraſis non verbum verbo, aut periodum periodo ſenſuſve ſenſibus ſervilem in modum reddere ſoleat, ſed tum ex Juris regulis, tum ex minus cognitis veterum moribus ritibuſque, tum etiam ex Hiſtoria præcognoſcenda, aliaque ad pleniorem rerum intelligentiam conducentia ſubinde interſerat, ac præſertim hypotheſes ſeu facti cujuſque ſpecies proponat: e re ſtudioſi cujuſque fore arbitratus ſum, ſi excurſiones ejuſmodi, quibus abundat, & quibus maxime utilem ſe THEOPHILUS diſcentibus præſtat, a ſimplici metaphraſi, & mera verſione, additis marginalibus ſemicirculis diſtinguerem.

Hæc de conſilio hujus Editionis. Pauca de prioribus, deque ipſo Auctore adjicienda. Primus hanc Paraphraſin e tenebris eruit, atque in publicam protulit lucem VIGLIUS ZUICHEMUS, Friſius, Juriſconſultus præfixa valde longa de operis utilitate, deque jure Civili epiſtola, vel Præfatione potius ad Carolum V. Imperatorem, quam hic prætermittere religio fuit.

Prodiit per eum Græcus contextus Baſileæ ex officina Frobeniana in folio minoris formæ anno M. D. XXXIV. Paulo poſt inſtauratum & collatione exemplarium (*) reſtitutum dedit Pariſiis Chriſtianus Vechelius eodem anno charta octuplicata. Poſt decennium ferme adjuncta eſt hæc Græca Paraphraſis Inſtitutionum ipſarum textui Latino, reſpondentibus invicem Paragraphis, Baſileæ apud Henricum Petrum, curante JODOCO PETRO NEITHART, Ulmenſi, adhuc adoleſcente; idque foliis in minorem formam contractis, vulgo *in Duodecimo* appellant. Circa idem tempus JACOBUS CURTIUS Brugenſis Juriſconſultus Interpretationem Latinam emiſit, addita Epiſtola dedicatoria ad JACOBUM HALEVINIUM Equitem Auratum non ſane brevi, qua incœpti ſui rationem reddit.

Ejus editionis Exemplum vidi Lugduni exſcriptum typis Joannis Frellonii, additis ad calcem obſervationibus ex ejuſdem Curtii & FR. HOTOMANI libris in loca non pauca Græci contextus. Plures deinde hujus Interpretationis tum ſolitariæ, tum e regione appoſitæ Græcæ Paraphraſi, extant variis locis confectæ Editiones.

DIONYS. GOTHOFREDUS anno M. D. LXXXVII. admodum commodo invento, Græca Theophili, hinc Juſtiniani verbis, inde Curtianæ Interpretationi commiſit ἐκ παραλλήλου, margineſque paratitlis, & utilibus notis adſperſit. Sed inter omnes Editiones palmam haud dubie tulit Fabrotiana gemina G. L., quæ ſcilicet V. Cl. CAR. ANNIBALE FABROTO, Anteceſſore eruditionis haud vulgaris, autore exiit ex membranis Regiæ Bibliothecæ emendatior, ſub auſpiciis viri ſuperilluſtris P. SEGUIERII Franciæ Cancellarii, Colendi mihi, quoad vivam,

(*) Vide de hac edit. & reliquis, præſertim de prima Curtianæ verſionis Prodromum noſtrum ſ. Excurſum IV. G. O. R.

vivam, Patroni. Harum prior apud Maturinum Dupuis anno MDCXXXVIII. posterior notis haud paucis decurtata, (quas suis ad Institutiones commentariis destinabat FABROTUS:) sed & aliis quibusdam ad ipsum THEOPHILUM enucleandum pertinentibus paulo locupletior anno M. DC. LVII.

Utrum hic THEOPHILUS tempore Justiniani vixerit & idem sit, qui in Præfatione Institutionum nominatur; an, (quod Cujacius censet) tribus fere seculis recentior & THEOPHILITZES nomine dictus, parum refert: quandoquidem non de illius nomenclatura hic agitur, sed de fructu ex ejus scriptis percipiendo.

EXCURSUS V. ARTIC. XVII.

Versionis Gallicæ Præfatio.

AU LECTEUR.

LA Paraphrase, que Theophile Auteur Grec a faite en sa langue sur les Institutes, a été comme ensevelie pendant plusieurs siécles. En effet, soit qu'il ait veçu en 533. du tems de Justinien, soit qu'il n'ait écrit que trois cens ans après, comme le veut M. Cujas, il est certain, que l'Ouvrage n'a paru, qu'en 1534. Viglius Zuichemus en a le premier fait la découverte, & l'a dedié à Charles Quint. Jacobus Curtius ayant reconnu, que le texte Grec, à côté duquel on avoit mis paragraphe par paragraphe le Latin de Justinien, n'étoit utile, qu'à peu de personnes, fit quelque tems après la traduction Latine, qui est si estimée de tous les sçavans. On ne s'est point encore avisé de le donner en François, cependant comme il n'y a point de Livre selon le sentiment des Docteurs, plus propre à l'intelligence des Institutes, *quo libro nullus extat ad eos Justiniani libros intelligendos aptior, Anton. Aug. lib. 3. Emend. c. 8.* On conviendra, que cette Traduction est beaucoup necessaire non seulement pour contenter la curiosité des personnes, qui ne sçavent ni Grec ni Latin, mais même pour faire entendre plus facilement le Grec & le Latin à ceux, qui commencent leurs études en Droit. On peut donc, si on veut sçavoir les premiers Elemens de la Jurisprudence Romaine, conferer le Texte Latin de l'Empereur avec la Paraphrase Françoise, & ensuite on se trouvera plus disposé à Lire la traduction de Jacobus Curtius, & les sçavantes Notes de Mrs. Cujas, & de Fabrot, auxquelles Mr. Doujat, fameux Anteceſſeur en a ajoûté depuis peu de nouvelles, en sorte qu'en moins d'une année on se rendra capable à l'ouverture du Code & du Digeste d'entendre les matières, qui y sont traitées.

EXCURSUS V. ARTIC. XVIII.

Editionis Leidensis Prologus.

ADMONITIO LIBRARII AD LECTOREM.

THeophili paraphraseos Græcæ versionem, quæ secundis curis Fabroti Lutetiæ Parisiorum Anno 1657. prodiit, cum Institutionibus Juris Justiniani conjunctum editurus, ante omnia id operam dandam existimavi, ut ea paulo diligentius recognosceretur, & cum versione, quam jam ante Curtius

tius dederat, compararetur. Ea collatione inſtituta animadverſum eſt, cum multis erroribus operarum typographicarum Editionem illam Fabroti ſcatere; tum Fabrotum ipſum quibuſdam in locis vel incautius, quam par erat, fidem Manuſcriptorum Græcorum ſecutum, vel aliis quibuſdam cauſis ductum, verſionem Curtii, cui in prima Editione Anni 1638. magis adhæſerat, ita interpolaſſe, ut pro ea interdum non modo nihilo meliorem, ſed deteriorem etiam ſubſtituerit. Itaque, quo accuratior hæc prodiret Editio, curavi, ut & errores typothetarum, quantum quidem ejus fieri potuit, emendarentur, & ſicubi verſio a Fabroto interpolata ejuſmodi eſſet, ut perſpicuitati ſententiæ officere, vel aliis de cauſis ferri non poſſe videretur, ea rejecta vetus Curtii interpretatio revocaretur; iis præſertim locis, quibus eam in prima Editione Fabrotus ipſe non mutaverat. Nam quæ ab eodem deinde ita aliter converſa erant, ut eadem maneret, & æque aperta ſententia, ea etſi Curtianis ſæpe non meliora, tamen, quia ab initio hanc, quam dixi, illius Editionem ſequi, non novam verſionem dare conſtitueram, fere omnia intacta relicta ſunt: niſi quod nonnumquam ſingulas quaſdam voces, particulaſve ex auctoritate librorum Græcorum, & verſione Curtii reſtitutas, vel omiſſas deprehendes. Quamquam & alia nonnulla, ſed ejuſmodi fere, quæ nullo diſcrimine ſententiæ varie verti poſſunt, hic aliter quam apud Fabrotum leguntur: quæ non tam conſulto ex interpretatione Curtii relicta, quam vel negligentia operarum ex ea expreſſa vel ab illo, qui verſiones comparandas ſuſceperat, non animadverſa ſunt. Cujus generis eſt, v. g. quod pag. 36. ℣. 1. legitur, cum & animo perverſo ſervos manumitto, & pag. 130. ℣. 21. quod revertendi conſuetudinem non obſervaverit: quum Fabrotus priore loco habeat malo animo, poſteriore, non ſervaverit: & alia nonnulla non majoris momenti. Ea autem, quæ de induſtria mutata ſunt, non quidem omnia, ſed ex iis præcipua quædam ſelecta, huic Admonitioni ſubjeci, & uno in conſpectu videnda propoſui; ut tibi verſiones Latinas inter ſe, & cum Græco fonte ſine tuo labore comparandi, & qua ratione pleraque hic mutata ſint, cognoſcendi exiſtimandique facultas ſuppetat. Vale.

EXCURSUS V. ARTIC. XIX.

Sive Pars Diſſertationis Præliminaris J. H. BOEHMERI: *qui §§. 7. prioribus in compendio ſiſtit, quæ Viglius, Trivorius, Merillius, Gundlingius, &c. de eodem argumento diſſeruerant.*

QUamvis vero eruditi magni faciant ex merito hanc paraphraſin, & ut inſigne antiquitatis monumentum venerentur, in ætate tamen Theophili determinanda & deſignanda admodum variarunt. §. 8. Qui eundem illum Theophilum fuiſſe exiſtimant, qui in componendis inſtitutionibus Tribuniano & Dorotheo adjutor fuit, quemque ipſemet imperator in procem. inſtitut. laudat, ſine dubio ingens pondus huic paraphraſi adferunt, quod ita verum & primarium videamur habere interpretem inſtitutionum, qui forſan potiorem operam ad concinnanda hæc elementa attulit; neque enim Triboniano hæc gloria unice aſſerenda, ſub cujus directione quidem illa compoſita ſunt, ut tamen Theophilus & Dorotheus ſine dubio laborem ipſum ſuſceperint, Triboniano aliis gravioribus negotiis occupato atque diſtricto. Neque deſunt, quod admodum gratum fuit, qui hanc paraphraſin eidem Theophilo, de quo dixi, vindicant. *Joa. Mercerius* in conciliat: pag. 51. ex Edit. Bernard. Henr. Reinoldi eam fovit ſententiam, aitque: *a Theophilo græce editæ ſunt inſtitutiones, quibus Latine conſcribendis adjutor fuerat.*

Id

Id vero nullo argumento probavit, adeoque eidem dicam ſcripſit prælaudatus Reinoldus in not. Pariter *Barnabas Briſſonius de verb. ſignif.* voce *anteceſſor* obiter obſervat, inſtitutionum paraphraſten Theophilum titulo anteceſſoris in *proœm. inſtit.* honoratum, adeoque illum ab hoc non diverſum fuiſſe credidit. Nec in diverſa ſententia fuit Epiſcopus Tarraconenſis ANTONIUS AUGUSTINUS *de nominibus propr.* relatis tom. 1. Theſ. Rom. Pag. 255. ubi ita: Triboniano proximus eſt Theophilus, cujus exſtant Græcæ inſtitutiones valde utiles juris ſtudioſis. Sed etiam probatione nulla uſus eſt, quæ tamen deſiderata fuit. Graviora ſunt argumenta & magis ſtringentia, quæ pro hac ſententia illuſtris Dn. Gundelingius, Collega honoratiſſimus, in medium adfert in *Gundeling. dit. l.* Recte enim exiſtimavit, nullum validius atque evidentius argumentum pro hac veritate adduci poſſe, teſtimonio Fabrotti, obſervantis, in præfat. ad ſecundam edit. Theophili, Theophilum noſtrum citari a Thalelæo, & nonnulla ex ejus ſcriptis ab hoc adducta fuiſſe. Conſtat autem, & notiſſimum eſt, Thalelæum ſub Juſtiniano floruiſſe & in colligendis pandectis adjutorem fuiſſe, ut teſtatur inſcriptio ad conſt. Juſtiniani, *omnem.* quam de ratione & methodo juris docendi ad anteceſſores direxit, & Thalelæum quoque cum Theophilo inter hos nominavit. Merito ergo miratur Dn. Gundelingius, doctiſſimum atque acutiſſimum Fabrottum hoc non obſervaſſe, & aſſerendo, Thalelæum Theophili paraphraſin allegaſſe, nihilo minus conſtituiſſe, Theophilum paraphraſten poſt Juſtinianum vixiſſe, quod minus cohæret, ſed ut alterutrum erroneum, falſumque ſit, neceſſe eſt.

Optaſſem vero, ut Fabrottus loca attuliſſet, in quibus Theophilum a Thalelæo allegatum eſſe exiſtimavit. Neque enim in hoc argumento acquieſcere poſſum, quo etiam utitur Fabrottus, quod quædam ex Theophilo in annotationibus ſuis retulerit Thalelæus, cum ſi vel maxime appareat, ſimilia cum Theophilo tradidiſſe Thalelæum, nondum tamen evictum eſt, hunc ex illo talia mutuaſſe, cum Theophilus eadem facilitate ex Thalelæo eadem depromere, & in ſuos uſus poſt aliquot ſecula, ut quidam credunt, transferre potuerit. Magis vero ſtringeret argumentum, quod Theophilum allegaverit Thalelæus, id quod ſi verum, indubium eſt, paraphraſten eundem Theophilum fuiſſe, qui in *proœm. inſtit.* laudatur. Quia vero quæſtio facti eſt, utrum a Thalelæo excitatus fuerit, dedi operam, ut omnia loca, quæ in Baſilicis eorumque ſcholiis ex Thalelæo & Theophilo adducta ſunt, magna cum cura evolverem, & in veritatem hujus facti inquirerem. Uſus ſum duce Fabricio, viro doctiſſimo, qui vol. XII. *Biblioth. Græcæ* edidit indicem JCtorum in Baſilicis memoratorum, & omnia loca, in quibus vel Thalelæi vel Theophili mentio fit, pag. 462. & 464. indicavit, quibus evolutis in veritatem facti inquirere commode licuit. Enim vero Thalelæus, quem Scholiaſtes ad *Baſil. tom. V. pag.* 732. Της νομικης οφθαλμον *oculum juris prudentiæ* appellat, in locis, ex ejus annotationibus ſcriptiſque adductis, tantum leges citat, non autores, multo minus Theophilum, ſicuti loca, in quibus Theophilus laudatur, non ſunt Thalelæi, ſed alterius interpretis. Hiſce poſitis, argumentum hoc, quod magni ponderis videbatur, veritate facti deſtituitur.

§. 9. Enim vero, his non obſtantibus, adhuc in ea perſiſto ſententia, Theophilum paraphraſtem eſſe illum ipſum, quem in componendo jure antiquo & inſtitutionibus conficiendis elegit adjutorem Juſtinianus. In eo erraſſe videtur Fabrottus, quod Thalelæum nominaverit lapſu facile excuſabili, & tamen ſine dubio Stephanum JCtum antiquum intellexerit, quem etiam Juſtinianus in conſtitutione *tanta* inter eos, qui pandectis colligendis præfuerunt, recenſuit, eumque cum aliis, *patronum cauſarum apud maximam ſedem Præfecturæ, quæ orientalibus prætoriis præſidet, fuiſſe*, retulit. Multa ex ejus ſcriptis a ſcholiaſtis Scholiis Baſilicωv inſerta ſunt, quemadmodum Thalelæi obſervationes & annotationes

tationes passim referuntur, id quod decepit forsan summum Cujacium, ut hos cum pluribus aliis commentarios in Basilica scripsisse crediderit, quem errorem etiam notavit & refutavit JOSEPHUS MARIA SUARESIUS in *notitia Basilicorum in fin.* quem Fabrottus *Tom. I. Basil.* præmisit, & ex eo doctissimus Fabricius Vol. XII. *Bibl. Græcæ pag.* 467. repetiit. Stephanus hic post fata Theophili adhuc vixisse videtur, quem, ubi laudat, μακαριτην appellat, & Theophilum tanti habuisse videtur, ut ejus observationes primario in suos usus transtulerit. Præter paraphrasin enim adhuc annotationes in pandectas ceteraque juris partes scripsisse videtur, quod loca ex ejus scriptis adducta docent. Paraphrasin quoque degustavit Stephanus, ut ex *Tom. III. Basilicorum* pag. 249. liquet, exemplo deducto ab eo, quod in arca est, quo utitur Theophilus ad *pr. I. de verb. oblig.* Paraphrastes *Tom. II. p.* 554. conjungit (*) Dorothei & Theophili doctrinam in quæstione, quis dicatur intestabilis, respexitque ad paraphrasin *Lib. II. Tit.* 10. §. 6. eosque ut paris & æqualis auctoritatis in testes vocavit, quod imprimis iis Græcis interpretibus, qui tempore Justiniani vixerunt, applicari potest. Præterea ubi Theophilus Justiniani mentionem injicit, semper eum dominum suum vel nostrum appellat: & speciatim in §. f. *de fideic. hered.* constitutionis mentionem facit, quam Justinianus haud ita longo abhinc tempore promulgasse, ait. Quamvis enim textus Justiniani particulam *nuper* adhibeat, cogitandum tamen est, Theophilum κατα ποδα textum non transtulisse in græcum sermonem, sed paraphrasten egisse; adeoque, si Justiniani temporibus haud vixisset, sine dubio alia & longe commodiori paraphrasi usus fuisset, quæ ad ipsius tempora, si longo post eum intervallo vixisset, conveniens fuisset. Pari ratione in §. *f. I. de usuc.* ait: *extat & principis nostri constitutio, quam nuper emisit*, quæ verba tali paraphrastæ conveniunt, qui tempore Justiniani vixit. Quæ argumenta in contrarium adferuntur, eam vim non habent, ut hanc sententiam enervare queant: quod cum jam in *Gundl. cit. l.* ostensum sit, supervacaneum esse credidi, dubiis his denuo removendis tempus terere. Hoc unicum argumentum addit Gabriël Trivorius in *observ. Apolog. ad inscript. Orat. ad anteces. cap.* 32. *infr.* quod Theophilus in §. *ult. I. de vulgar. subst.* secutus fuerit vulgarem institutionum lectionem jam corruptam in voce *Tiberii*, loco cujus *Antonini* appellatio substituta est. Inde vero infert Trivorius, diu post Justinianum paraphrasten, & quidem eo tempore vixisse, quo variis corruptelis jam infecti fuerint codices Manuscripti. Multum huic rationi confidit Trivorius, quæ admodum levidensis mihi videtur. Si integra volumina tum Justiniani, tum Theophili vidisset Trivorius; si constaret, Theophilum incorruptum ad nos perveniisse, cujus specimina contraria varia exhibet Fabrottus; si denique palam esset, exemplaria prima tempore Justiniani conscripta *Tiberii*, non *Antonini* mentionem feciisse, aliquid forsan roboris ejus argumento tribuendum esset. Nunc vero hæc omnia incerta & ita comparata sunt, ut hoc non obstante, paraphrasis Theophilo, qui tempore Justiniani vixit, adscribi queat.

Neque vero hæc observatio inanis aut pure critica est, sed majorem paraphrasi conciliat auctoritatem atque fidem, excitatque simul studium eorum, qui primis hisce elementis imbibendis sedulam dant operam. §. 10.

Hoc modo enim persuasissimum habent, se, duce Theophilo, duplici via ad id perduci posse, ad quod alii aut nunquam aut raro pertingunt, qui hisce elementis addiscendis tantum superficiariam, non vero debitam operam impendunt. Sicuti vero hac utriusque textus combinatione eis prodesse volui, qui solidis sese pascere amant principiis studiisque, ita hoc unicum addo, me quidem versionem Fabrotti latinam secutum fuisse, non tamen eandem, quæ duplici vice Parisiis edita est, sed quæ anno 1715. *Lugd. Batav.* de novo prodiit

(*) Dorothei h. l. nulla mentio, sed Stephani & Theophili.

diit ex typographia *Joannis vander Linden junioris*. Obſervavi enim interpretationem Fabrotti latinam aliquot locis emendatam, ſenſumque Theophili in nonnullis planum magis facilemque redditum fuiſſe, quod potiſſimum in verſionibus obſervandum eſſe arbitror. Dabam Halæ d. 30. Sept. MDCCXXVII.

EXCURSUS V. ARTIC. XX.

Inſtitutionum ex THi paraphraſi illuſtratarum.
Dedicatio & Præfatio.

AUGUSTÆ CAMERÆ IMPERIALI, MAJESTATEM AUGUSTISSIMI IMPERATORIS AC EMINENTISSIMORUM SERENISSIMORUM POTENTISSIMORUMQUE SANCTI ROMANI IMPERII ELECTORUM, PRINCIPUM, ET RELIQUORUM ORDINUM, IN JURE DICUNDO REPRÆSENTANTI: LEGUM IMPERIALIUM CUSTODI ET VINDICI VIGILANTISSIMÆ GRAVISSIMÆ, TENUES PAGELLAS HAS DEVOTISSIMO DEMISSISSIMI OBSEQUII CULTU,

D. D. D.

HUMILLIMUS ET OBSEQUENTISSIMUS
FRANCISCUS EDMUNDUS CHRISTIANUS
DE BEAURIEUX.

PRÆFATIO.

Divi Flavii Juſtiniani inſtitutiones verbotenus recenſet hic libellus: Theophili autem paraphraſin congruis locis interſerit, alio charactere textum, & alio Theophili explanationem exhibens; porro rubricas paragraphorum, utpote authentica auctoritate deſtitutas, a latere ſiſtens. Prodiit prima vice Theophili paraphraſis Baſileæ A°. 1534. adcurante Viglio Zuichemo. Dein, in eadem illuſtranda Petrus Nannius, Jacobus Curtius, Joannes Doujatius, Dionyſius Gothofredus, Carolus Annibal Fabrottus, Lugduni Batavorum A°. 1715. recuſus, operam ſuam præcipue collocarunt. Hiſtoriam vero harum aliarumque Theophili editionum juxta ſeriem temporum exhibet Albertus Fabricius Vol. XII. Biblioth. Græc. Pag. 354. & Gundling in Gundlingian. Par. 2. Diſſ. 2. Et licet Edmundus Merillius L. 8. O. c. 27. erroribus eam ſcatere temere omnino judicaverit; Fabrottus tamen, peculiari Apologia de Græcis Baſilicon interpretibus & Theophilo Anteceſſore, Anno 1639. edita, Theophili auctoritatem ſtrenue vindicavit: adeo ut, judice Fabrotto, ſtudioſa legum juventus, Theophilo duce utens, optimum, longeque doctiſſimum, & antiquiſſimum anteceſſorem nacta, ad Juris cognitionem ſine magno labore perducatur. Si quidem hoc libro, ut ait Auguſtinus L. 3. Emend. c. 8. nullus exſtat, ad eos Juſtiniani libros intelligendos aptior. Quibus accinit Meyerus in Colleg. Argent. L. 1. t. 2. §. 51. dum ſcribit: hac paraphraſi, nullam meliorem inſtitutionum interpretationem prodiiſſe. Cœterum ætatem Theophili Gundling d. l. & Mylius in hiſtoria Theophili inveſtigarunt, atque in apricum deduxerunt: eſſe illum ipſum Theophilum, qui ſub directione Tribuniani, cum Dorotheo, inſtitutiones Juſtinianeas compilavit. Sane Stephanus JCtus, & Baſilicωv interpres, qui in conſtitutione tanta §. 9., inter collectores pandectarum commemoratur, Theophilum tanti habuit, ut ejus obſervationes, quas præter paraphraſin ſcripſit, præcipue in uſus ſuos verterit. Sed & Theophili paraphraſin deguſtavit Stephanus, ut ex tom. III. Baſilicorum

rum pag. 249. liquet, argumento deducto ab eo, quod in arca est: quo utitur Theophilus ad pr. I. de V. O. Pariter tom. II. pag. 554. conjungitur (*) Dorothei & Theophili doctrina in quæstione: quis dicatur intestabilis; quo ipso respicitur ad paraphrasin L. 2. t. 10. §. 6. Denique Theophilus Justinianum, semper dominum suum, vel nostrum, appellat; & speciatim §. f. d. fideicommiss. hered. ac §. 12. de usucap. mentionem facit constitutionis Justiniani, haud ita longo abhinc tempore, item nuper, promulgatæ: quæ omnia arguunt, eum Justiniano coævum esse. Inde vero, quod in §. ult. Inst. d. Vulg. substit. in voce Tiberii, loco Antonini, error irrepserit; necdum sequitur, Theophilum sequiora tempora sapere, quibus institutiones variis mendis depravatæ erant; cum hic nævus, æque jam dum, tempore Justiniani irrepere potuerit. Novissime, & quidem A°. 1728. Justus Henningius Bœhmer, institutiones Justiniani, subjuncta Theophili paraphrasi, recensuit. Verum, cum modo textum Justiniani, mox Theophili paraphrasin legere, & in multis utrobique, eadem verba, aut vix non eadem, immo & integros paragraphos idem sonantes, deprehendere, ac quatenus Theophilus textui facem accenderit, studiose perquirere, tædio non careat; hinc utrumque sollicite inter se contuli, & quidquid lucis ex Theophilo haurire potui, ipsi textui insperso, ut sic illustratus, facillime a quovis intelligi possit. Fruere lector, & fave.

(*) Hoc perperam ex Böhmero, sicut & alia, sumtum est: ad quem dixi. G. O. K.

EXCURSUS VI.

De inscriptione operis Theophilini, & de titulorum Rubricis:

AUCTORE GUL. OTT. REIZIO.

Quum in præfatione ostenderim, Græcam hanc paraphrasin ex dictanti Theophili Antecessoris ore a novis Justinianis calamo exceptam fuisse: credo eosdem toti operi titulum pro ingenio suo ac lubitu præfixisse; & inde Viglianæ ac Fabrotianæ editionis exstitisse varietatem, quorum ille Ινστιτυτα Θεοφιλυ Αντικηνσωρ inscripsit, hic Θεοφ. Αντικ. Ινστιτυτων Βιβλια Δ. Ceterarum editionum nullam heic rationem habeo, quoniam præter illos duumviros nemo adhuc ex Codd. Manuscriptis eum edidit. Theophilus sane neutrius inscriptionis, (neque aliarum similium, quas Bibliothecarum scriptores Manuscriptis Theophili Codicibus pro suo passim arbitrio tribuunt, ut mea itidem docet præfatio) auctor vel ideo esse potest, quod sibi tantum adrogare nec voluit nec debuit, ut Institutiones Juris, quæ, ut antea maxime JCti Gaji, ita nunc magnifico Imperatoris Justiniani nomine fulgebant, Ινστιτυτα Θεοφιλυ ex se adpellaret. Ipse procul dubio si paraphrasin vivus edidisset, hunc simileмve ei titulum adcommodasset: Θεοφιλυ Αντικ. Παραφρασις (Εξηγησις aut Ερμηνεια) των Ινστιτυτων του Θειοτατου ἡμων Βασιλεως. Pluribus hoc sive argumentum sive conjecturam exsequi, apud eos supervacuum est, qui & ipsius Imperatoris procœmium & Theophilinam ejusdem expositionem vel in numerato habent, vel attente perlegere volent.

Quod autem de totius Operis inscriptione, id quoque de singulorum sive capitum sive titulorum inscriptionibus ac Rubricis statuere multo minus dubito, eas scil. ex ore dictitantis Antecessoris neutiquam profluxisse, sed aut ab auditoribus ejus pro sua eruditione, aut a Codicum possessoribus & magistellis,

qualis olim Doſitheus fuit, pro ſua ſapientia poſtmodum fuiſſe additas. Tres ſatis validæ, ni fallor, rationes in eam me opinionem adducunt. Prima in diverſiſſimis duarum editionum principum (Viglianam & Fabrotianam ſignifico) lectionibus conſiſtit; quas ipſa Rubricarum Tabula, Operi præmiſſa, per ſe oſtendit. Altera, quod titulorum plerique aut ex verbis Paraphraſtæ perperam intellectis, aut ſervili imitatione ex Inſtitutionibus Latinis, etiam vitioſe aliquando ſcriptis, nimis fideliter ſint expreſſi. Tertia, quod voces Theophilo nuſquam uſitatæ haud raro in iis inveniantur. Hæc autem poſteriora fuſius probare ideo neceſſe duco, quod multi magni nominis JCti, quorum nominibus parco, ex his etiam rubricis injuſtam invehendi in noſtrum occaſionem captaverunt: quem ne lectu quidem dignum, multoque minus, ut ſtudioſis commendetur & in exemplum proponatur, meritum eſſe judicarem, ſi plus quam puerilibus hujuſmodi peccatis teneretur. Pro quarta ratione & hæc accedere poteſt, quod Mylius cum Schwartzio de ipſa procemii επιγραφη (Διατ. ἡ βεβ. τα Ινστ.) idem ferant judicium, eam ſcil. νοθευεσθαι, quod ego de omnibus pronuntio. Sed jam videamus, quæ voces Theophilo ſint incognitæ: qua in re non ſpero fore, ut memoria me ſemper fallat, ſi forte accidat, ut alius poſt me unam vel plures earum in paraphraſte inveniat.

Lib. I. tit. 9. πατρικη εξουσια & tit. 12. το ὑπεξουσιον in rubrica, ſed neutrum apud Theophilum uſquam inveni, qui vel ἡ ὑπεξουσιοτης vel το *in poteſtate* uſurpat.

Tit. 15. 17. & 18. επιτροπευσις occurrit, ſed noſter ſemper επιτροπη dicit.

Tit. 16. αρχη ελαττωμα. THus conſtanter καπιτις διμινυτιων.

Tit. 19. τεθαρρημμη επιτροπη adpellatur, quæ illi ſemper φιδεκιαρια.

Lib. II. tit. 4. inſcribitur, περι χρησεως καρπων. Atqui THus dixiſſet, ut in contextu, vel περι ουσουφρουκτ vel περι επικαρπιας. Quid autem eſt χρησις καρπων; Uſusnefructus? neutiquam, ſed *uſus fructuum*, de quo, ut de aliarum quoque rerum uſu, agit ſeq. caput. Scio in Baſilicis ipſum ita uſumfructum nominari, ſed etiam ſcio illorum auctores, dum Latinas voces εξεκκινιζουσιν, ex bonis Latinis feciſſe malas Græcas: quum Theophilus & ejus æquales Stephanus, Thalelæus, Iſidorus, Theodorus &c. eas in additis ſcholiis vel pure & Latine maluerint efferre, vel Græca tantum terminatione donare.

Tit. 15. Vel unica hæc Rubrica, quæ Latine *de Vulgari Subſtitutione* inſcribitur, demonſtrare poteſt, quod intendo. Interpretum quidam epitheton *vulgari* capiens pro *plebeja* & *vili*, reddidit apud Viglium περι χωρικης υποκαλαςασεως: alius *popularem* potius aut *generalem* intelligi credens, apud Fabr. addidit ητοι πληθυντικης. THus βελγαριαν dixit.

Libr. III. tit. 10. in Rubrica Vigliana exſtat vox υιοθεσια pro ſpeciali *adrogatione*, ſed haud ſcio, an noſter ubique αδροgατιωνα dixerit, & υιοθεσιαν pro adoptione in genere uſurparit. Deterior eſt multo & recentior vox ϖϖδοκλησεως, quam hic pro *adrogat.* edidit Fabr.

Lib. IV. tit. 15. Διαλεξεως pro *interdicti* vocabulo apud THum non memini occurrere.

Nunc ad ridiculas & pluſquam pueriles Latinorum titulorum interpretationes devenio: omiſſis, quæ minus ſunt notabiles.

Lib. II. tit. 3. Viglius habet περι δελειας αγρς. Quis ſibi perſuadeat, paraphraſten noſtrum ita ſcribere potuiſſe? Verum quia in pr. explicat, quid ſit δελεια αγρς, inde translata hæc adpellatio in Rubricam. Sic Lib. IV. tit. 7. ex pr. inſcriptionem nactus eſt περι πεκουλιου, ubi tamen non de ipſo peculio, cujus propria ſedes fuit in cap. 9. Libri II. ſed *de actione in peculium* tractatur.

Lib. III. tit. 10. Fabr. habet: περι τις επιζητησιν ϖϖδοκλησεως. Etiam hic ſuo indicio ſorex perit! ſcil. ex Latino vocabulo *adquiſitione* duo formavit, vertens *ad* τις, & *quiſitione*, quaſi pro *quæſitione* επιζητησιν. De ϖϖδοκλησει ſupra dixi. Contrarium errorem vide ad tit. 14.

Tit.

Tit. 12. Vigl. περὶ τοῦ ὅτι τῇ τῶν ἐλευθερίων αἰτίᾳ τὰ σώματα ἐπιζητεῖται; quæ ſervilis eſt translatio bis corrupti tituli Latini, *De eo* QUOD *libert. cauſa bona* ADQUIRUNTUR, quem in notis memorat Fabr. qui ipſe fatetur, THum in contextu habere προσκυρωθῆναι, *addici*. Miror autem, quod non tantum Viglianæ lectionis nullam habuerit rationem, ſed & diverſiſſimam & ineptiſſimam ejus loco ſubſtituerit: περὶ τῆς ἐν ταῖς ἐλευθερίαις ἐκζητήσεως αἰτίας. Nam prout verba jacent, *de exquiſita (ſive inquiſita) in libertatibus cauſa*, pertinerent rectius ad caput L. Æliæ Sentiæ, ne quis minor 20. annis ſervum manumittat, niſi dicta, inquiſita & apud conſilium probata cauſa.

Tit. 14. Τίσι τρόποις ἀνθέλκεται ἡ ἐνοχή, apud Fabr. Euge, σοφῶς! Latine invenitur *Quib. mod. re contrahitur oblig.* Inde contrario errore, quam tit. 10, ex duabus vocibus *re* & *contr.* unam *recontraho* conflavit alius quivis præter THum.

Tit. ult. *obligatio tollitur*, αἴρεται apud Fabr. quaſi in altum ſuſtollatur.

Lib. IV. tit. 16. περὶ τιμωρίας καὶ φόβου τῶν δικαζομένων. Hic, ſi uſquam, in facinore hominem deprehendimus, qui pro *temere* legit vel *timere* vel *timore*.

Hæc ad abjudicandas THo omnes Rubricas, apud cordatos Græcas intelligentes & candidos Lectores ſufficere mihi videntur.

EXCURSUS VII.

Ad §. 3. Proœmii de voce τριετῆ *pro* τετραετῆ:

AUCTORE GUL. OTT. REIZIO.

Μετὰ τριετῆ μοῖραν χρόνου Græce legimus, ubi Latine exſtat *vix poſt quadriennium*. Quæritur ergo, utra lectio verior ſit. Pro Latina pugnant Hotomanus, Marcilius, Ernſtius, Fabrotus, & Galtier: Mylius contra in Vindiciis pag. 69. ipſas Inſtitutiones ex Theophilo emendandas cenſet, idemque ſe perſuaſiſſe Cl. Schwartzio gloriatur: hic vero in Scholiis Philol. conjicit, Juſtinianum ex αὐξήσεως amore ſuaque omnia extollendi libidine tribus annis adjeciſſe quartum. Ego tamen pro communi opinione cum Fabroto pronuntiare auſim, omnes THi codices eſſe corruptos: idemque G. d'Arnaud ſenſiſſe, in diſputatione ſub præſidio Abr. Wielingii A°. 1734. habita, monuit Juvenis Doctiſſ. Jo. de Timmerman JC. Exſcribamus locum: *Mylius . . . . Juſtinianum ejuſve exſcriptores lapſos eſſe, ex Conſtit.* OMNEM *evincere conatur. Sed V. D. egregie fallitur. Ex ipſa illa Conſt. liquido apparet* poſt quadriennium *demum juris ſtudioſis conceſſam fuiſſe Conſtitutionum Principalium lectionem. Recitatio enim Paulianorum reſponſorum* quarto anno *fiebat, qui idem erat finis antiquæ juriſprudentiæ. Hoc ignoraſſe THum quis affirmaverit? Amanuenſes peccarunt, & pro* τετραετῆ *nobis dederunt* τριετῆ. *Primam ſcil. ſyllabam in* τετραετῆ *abſorbſerat ultima in* μετὰ; *reſtabat tunc* τραετῆ, *quod cum nauci eſſet, inde effictum* τριετῆ. Nunc mea ſubjungam argumenta, quæ ante repertum illum locum conſcripta jam habueram.

Primo verbis paragraphi primæ, *& hinc erat in quartum annum omnis antiquæ prudentiæ finis*, vix quiſquam, qui ſimpliciter legit, alium tribuere ſenſum poteſt, quam hunc: cum fine quarti anni omnem veterum JCtorum doctrinam ac lectionem olim fuiſſe abſolutam; ſic, ut accedente deinde ex Conſtitutionibus Principalibus novo jure, ſtudioſi quintum illi perlegendo atque intelligendo annum ipſi per ſe impenderent, §. 5. ejuſd. Conſt. *Omnem.*

Secundo: ſtudioſos Pauliana olim reſponſa anno quarto lectitaſſe, non tertio, quod vult Mylius, ſatis ſuperque ex ead. §. 5. patet, ubi legimus: *ſed quia ſolitum, anni quarti ſtudioſos Græco & conſueto quodam vocabulo* λυτας *appellari: habeant quidem, ſi maluerint, hoc cognomen: NB. pro reſponſis autem prudentiſſimi* PAULI, &c. Atque hinc explicanda verba §. 1. *His igitur ſolis* (per præcedens triennium) *a profeſſoribus traditis, Pauliana reſponſa* (anno quarto) *perſemet ipſos recitabant . . . . & hinc erat in quartum an.* &c. Quomodo & Accurſius utrobique intellexit.

Tertio: Nuſquam meminit Juſtinianus, longius ſe in ſtudiorum curſu tempus, quam antea fieri conſueverit, præſcripſiſſe: quod eum in tanta verboſitate, atque omnis, quam introduxit, novationis ac mutationis argumentatione, omittere aut voluiſſe aut adeo debuiſſe, quis credat? Tum

Quarto ſtudioſos anni quinti non ipſe novo dignatur vocabulo, (quod alioqui non ſine pompa & oſtentatione, ut in primo anno, feciſſet) ſed vetus των αθλυτων nomen §. 5. in fin. iis ſimpliciter relinquit: de quo nomine vide WIELINGII notam ad h. Conſt. pag. 32. Nec enim ait, *quo prolytæ nuncupantor*, aut *nuncupentur*, aut *nuncupabuntur*, ſed *nuncupantur*, id eſt nuncupari ſolent: unde perſpicuum fit, id nominis ante ipſum in uſu jam fuiſſe, & quinto, non quarto, anno Conſtitutiones etiam olim lectitatas.

Quinto denique obſervo, τρια & τετρα a librariis alias quoque confuſa fuiſſe, ut in ipſo noſtro §. 1. *de Pœna tem. litig.* & in Theſauro L. Gr. Stephani male legimus: τετραλογια i. e. τρεις λογοι, pro τεσσαρες: ſive illud ex litterarum compendio ſit ortum, ſive ſyllaba τε ob plurium ταυ concurſum in verbis THinis μετα τετραετη abſorpta fuerit.

EXCURSUS VIII.

ad §. 6. Tit. 2. Libri I. *De controverſa inter fratrem defuncti ac Thium ſucceſſione*:

AUCTORE GUL. OTT. REIZIO.

REſcripti æque ac decreti Principalis unum idemque hoc exemplum proponit noſter: „Contendiſſe in quadam provincia de „defuncti hereditate fratrem ac Thium, & utrumque eam ſibi „totam vindicaſſe: quia autem nulla tum temporis exſtiterit „lex, hanc controverſiam dirimens, Præſidem ea de re ad „Principem retuliſſe, atque hunc a fratre litem decidiſſe". Atqui cui hæc legenti mirum non videatur, primo indiguiſſe eam rem deciſione Imperatoria; deinde negare THum, ullam hujus controverſiæ meminiſſe legem; neminem denique interpretum declaraſſe, cujus generis hic & frater & thius fuerit: quum ſatis certum ſit, ſive agnatus ſive cognatus uterque fuerit, ſive frater agnatus & ὁ θειος cognatus, omni tempore prælatum eſſe fratrem: eoque ſolo olim caſu, quo θειος agnatus, id eſt patruus capite non deminutus, frater autem cognatus fuerit, τον θειον jure ſcripto prævaluiſſe; adeoque in omni ſpecie caſuque definitum legibus fuiſſe, uter eſſet potior. Scio equidem, Dion. Gothofredum ad marginem notare ex Nov. 118. c. 3. *fratrem præponi patruo*; & H. Mylium in *Hiſt. THi* pag. 31. in ea eſſe opinione, quaſi THus innuat, eam *controverſiam ſe vivo ab Juſtiniano ſopitam* eſſe: ſed

ſed neutrum ipſi quæſtioni motiſque a me dubiis ſatisfacere, vel puer videat; ut taceam, omnes Novellas poſt factam paraphraſin eſſe emiſſas. Nos ergo juſti ordinis cauſa progreſſum juris circa fratrum thiorumque ab inteſtato ſucceſſionem, quantum ad hanc quæſtionem ſufficiens erit, obſervabimus; atque inde, quid nobis videatur, concludemus. Principio igitur, quid Lex XII. tabb. ſanxerit, audiamus ex §. 5. Inſt. *de Legit. agnat. ſucceſſ.* „Si plures ſint gradus agnatorum, aperte Lex XII. tabb. PROXIMUM vocat. Itaque ſi verbi „ gratia ſint defuncti FRATER, & alterius fratris filius, aut PATRUUS, *frater „ potior habetur*". Idemque ὡς ἐν παραθέσει jam præmiſerat THus §. 1. in fin. *eod.* Adde ejuſdem exempla ſive caſus in §. 6. & 7. *eod.* Hoc, ſi ambo agnati: quantoque magis, ſi frater agnatus, thius autem cognatus eſſet, id eſt vel avunculus vel patruus capite deminutus? Quod ſi uterque eſſet cognatus, Prætor fratri quidem ſubveniebat aliquando ac ſorori, nunquam vero aut patruo aut avunculo, quod manifeſtum ex §. 3. Inſt. *de Bon. poſſ.* ubi in tertio ordine, poſt ſuos ac legitimos, bonorum poſſeſſionem dediſſe dicitur decem perſonis, quas extraneo manumiſſori præferebat, inter quas ultimo loco memorantur *frater ſororve conſanguinei vel uterini*; ſed ultra ſecundum gradum ex tranſverſo nemo vocatur: ita ut thii haud agnati poſt decem illas perſonas ipſi manumiſſori extraneo poſtponantur; nec niſi his omnibus deficientibus, inter *cognatos proximos* vocentur, ead. §. 3. & §. 1. Inſt. *de ſucceſſ. cognat.* Reſtat, ut videamus, ſi & θεὸς exſtaret agnatus, & frater cognatus, quid juris fuerit? Tum vero & L. XII. & jure Prætorio patruum ſine controverſia fuiſſe potiorem, ex ſuperioribus patet, ſiquidem cognatorum nemo, niſi poſt agnatos & legitimos vocabatur, pr. Inſt. *de ſucceſſ. cognat.* & l. 1. §. 1. D. *ſi tab. teſt. nullæ exſt.* Idemque jus manſiſſe ad Anaſtaſium Imp. uſque, docet §. 1. Inſt. *eod.* his verbis: „ Nam agnati capite deminuti---a Prætore tertio (*cognatorum*) ordine vocan„ tur, exceptis ſolis tantummodo fratre & ſorore emancipatis, non etiam li„ beris eorum, quos lex Anaſtaſiana (*quæ ante annum Chr.* 498. *lata eſſe debuit, „ ut colligo ex l.* 4. *C. de Legit. tut.*) cum fratribus integri juris conſtitutis, vocat „ quidem ad legitimam fratris hereditatem ſive ſororis, non æquis tamen par„ tibus": quæ partes quales fuerint, explanat ibidem paraphraſtes noſter. Poſſem multa jam addere de fratrum patruorumque concurſu cum matre ex l. 5. Cod. Theod. *de Legit. heredit.* nec non de fratrum uterinorum jure & varia ſubinde ſucceſſione; ſed ea prætermitto, quia ad hypotheſin nihil facere credo. Primo enim ait Thus, καὶ μὴ οντος τινὸς κληρονομεῖ των ἀπιόντων ἢ κατιόντων, quæ verba haud ſcio an Fabrotus male omiſerit; itaque nec mater erat: ſecundo quod de fratribus uterinis ſanxit Juſtinianus A°. 534. in l. ult. C. *de Legit. hered.* id poſt editas Inſtitutiones ac poſt THinam paraphraſin ſancitum fuit: tertio ſi de fratre uterino ſenſiſſet THus, vidimus tamen, eum a Prætore inter decem perſonas ante patruum vocatum fuiſſe, adeoque legem fuiſſe, quæ hanc controverſiam dirimeret: quarto quia ex ſupradictis veriſimilem quæſtionis propoſitæ ſolutionem inveniſſe mihi videor. Scilicet in Orientis tantum Imperio, provinciiſque ei parentibus, hanc Anaſtaſii conſtitutionem valuiſſe arbitror; dum in Occidente, ſub quo Africa quoque comprehendebatur, barbarorum jam armis multo maximam partem ſubacto, antiqua agnationis cognationiſque jura etiam in fratribus permanſiſſe, & Codex Alaricianus A°. Chr. 506. editus, & Pſeudopapiani Reſponſa tit. X. *de Succeſſ. div.* (Juriſprud. Antejuſt. pag. 834.) teſtantur: quæ ego reſponſa cum Lindenbrogio crediderim in uſum eorum, qui Romana lege vivere mallent, juſſu Gundebaldi, Burgundionum regis, (qui A°. 509. aut ſecundum alios 516. obiit) compoſita fuiſſe: idque confirmo his dicti regis verbis, pag. 338-9. editt. Heineccii & P. Georgiſch: *Inter Romanos vero, interdicto ſimili conditione venalitatis* [judiciariæ] *crimine, ſicut a parentibus noſtris ſtatutum eſt*, Romanis legibus *præcipimus judicari: qui formam & expoſitio-*

nem

nem legum conſcriptam, qualiter judicent; ſe noverint accepturos, ut per ignorantiam ſe nullus excuſet. Unde conjicio, (quid enim aliud licet? quum THus nec Imperatorem, nec Præſidem, nec provinciam, nec annum, ſimilemve notam indicet:) quæſtionem illam de PATRUO AGNATO & FRATRE EMANCIPATO, quorum quiſque totam defuncti hereditatem ſibi vindicabant, propoſitam fuiſſe noſtro Juſtiniano, poſtquam is tam Africam, quam alias (ut gloriatur) innumeras provincias, iterum ditioni Romanæ, ſuoque addiderat imperio: quod A°. 533. factum fuiſſe, præter hiſtoricos demonſtrant §. 1. *Proœm. Inſt.* & pr. Conſtit. *Tanta*, item l. 1. & 2. C. *de Offic. Pr. Pr. Afr.* quarum priorem eodem anno 533. editam fuiſſe credo, ſolo Juſtiniano III. Conſule, licet Charondas ei annum 534. adſignet, quo conſtitutio poſterior prodiit, ſed tum Juſtinianus IV. Coſ. collegam habuit Paullinum. Errat ſane Relandus, cui d. l. 1. Anno 528. Juſt. II. Coſ. promulgata creditur. In eadem vero conſtit. 1. pro 95. legendum omnino eſt 105. uti inter alias lectiones quoſdam codices exhibere, teſtis eſt laudatus modo Charondas: namque cum liqueat, Genſericum Vandalorum regem Africam occupaſſe A°. 428. atque eamdem ab Juſtin. A°. 533. barbarorum jugo liberatam eſſe, patet eam annis 105. a Vandalis captivatam fuiſſe, ut ipſe loquitur. Sed redeamus ad rem: Patruus ergo ille antiquo agnationis jure ſe prævalere dictitabat; dum frater potiorem ſe eſſe defendebat, aut, quod Romanæ leges ſub Afrorum regibus obſoleverint, quare naturalem graduum ordinem præferendum eſſe; aut forte ad Anaſtaſianam legem etiam provocabat, quod Africa nunc Romani Imperatoris legibus judicari deberet. Fluctuans itaque non immerito Africæ præſes, nec ſatis certus, utro jure controverſiam decideret, Juſtinianum conſuluit; qui pro Anaſtaſiana lege tum temporis (i. e. Anno Chr. 533. vel 534. namque Novellam 118. decennio poſt A. 544. promulgavit) & ad Præſidem RESCRIPSIT, & inter litigantes DECRETUM interpoſuit. Jam vero, Lector Benevole,

——— ——— ——— *ſi quid noviſti rectius iſtis,*
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

EX-

EXCURSUS IX.

GUL. OTT. REIZII DISSERTATIUNCULA

De Siſenna Prætore.

§. I. QUum ea, quæ de Prætore peregrino conſcripſit Mylius in Excurſus III. Articulo 3. ad vindicandum THum ſufficere mihi videantur, nolui editionem hanc vel ſingulari ABR. WIELINGII *de Edicto Prætoris peregrini Diatribe*, vel FR. CAR. CONRADI Parergo I. Libri I. *de Pr. Per.* vel MEERMANNI ac TREKELLII ad me transmiſſis Obſervationibus gravare: quod nemo mihi vitio poterit vertere, qui tria hæc noverit: primo, me ſæpius pro meo Editoris jure poſtulaſſe, ut meo mihi judicio uti liceret; deinde, abhorrere me a crambe toties repetita; denique a me, ſi ab ullo alio, plagii vitium eſſe alieniſſimum. Sed ſi forte in ſeqq. propter diſputationis cohærentiam eadem dixero, quæ Conradi, aut alius forte, habet, ſciat non tantum, hunc mihi Excurſum multis ante annis jam elaboratum fuiſſe, quam eos legiſſem; ſed & hujuſmodi ea fore, quæ nemini non, niſi plane illiteratus eſt, ſponte in mentem & calamum venire debeant.

§. II. Agam autem hic de errore noſtri Mylii in §. 11. pag. 97. circa SISENNÆ PRÆTURAM commiſſo, ubi ſe novum inveniſſe argumentum putat in explicando Ciceronis fragmento ex SCto veteri, quod mutilum & male verſum exhibet. Principium hujus SCti apud BRISSONIUM *de Form. P. R.* pag. 221. (al. 238.) tale eſt: Επι ὑπατων Κοιντ. Λυτατιυ Κοιντ. υιυ, Κατλυ και Μαρκυ Αιμιλιυ (Κοιντ. υιυ *hæc ignorat Gruterus*) Μαρκυ υιωνυ Λεπιδυ (Grut. vitioſe Λιπεδυ·) Στρατηγυ δε καλα πολιν και επι των ξενων Λευκιυ Κορνηλιυ (. . . . . υιυ deeſt Grut.) Σισεννα, ETC. quod apud Gruterum pag. DIV. ſic verſum a quibuſdam legitur: *Q. Lutatio Q. F. Catulo, M. Æmilio Q. F. M. N. Lepido Coſ. Prætore inter cives & peregrinos L. Cornelio Siſenna*: unde non longe abit verſio, quam Mylius habet. Inde autem hoc Ciceronis fragmentum (*Lucius Siſenna bonorum Cn. Cornelii poſſeſſionem* EX EDICTO SUO *P. Scipioni adoleſcenti, ſumma nobilitate, eximia virtute prædito dediſſet*:) illuſtrare conatus, Siſennam facit prætorem peregrinum.

§. III. Verum enimvero incertiſſimum eſt PRIMO loco, an Cicero, qui iſtam Orationem A. U. 689. habuit, de eadem Siſennæ prætura loquatur, de qua illud SC. A. U. 676. factum: namque eumdem ſæpius prætoram geſſiſſe, exinde colligo, quod A. 688. Prætor Achaiæ fuerit, de qua re dein plura: atqui ſolebant ex prætura in Urbe geſta proficiſci in provincias. Vid. Pighii *Annal.* Tom. II. pag. 467. & 471.

§. IV. SECUNDO, quo pacto Prætor Peregrinus jus dixiſſet inter ſolos cives Romanos, nam vix quemquam (hujus ſaltem rei admonitum) dubitaturum credo, quin & Cn. Cornelius defunctus, & P. Scipio bonorum petitor, cives Romani fuerint: cui Scipioni quomodo peregrinus aliquis controverſiam de hereditate facere potuiſſet, haud invenio; quum id temporis neque ex teſtamento neque ab inteſtato peregrinus civi ſuccedere potuerit; fideicommiſſa autem nullum juris habuerint vinculum.

§. V. TERTIO ex ipſius SCti verbis liquet, hunc Siſennam non modo inter cives & peregrinos, quod & Rupertus *ad Enchir. Pomp.* §. 28. putavit, ſed etiam ſolos inter cives jus dixiſſe, id eſt utramque & urbanæ & peregrinæ Prætu-

turæ provinciam obiiſſe: adeoque rectius apud Sigonium *de antiquo Jure Provin.* pag. 12. verſum eſt: „ Coſſ. Q. Lut. Q. F. Catulo, M. Æm. Q. F. M. N. „ Lep. Prætore vero Urbano & Peregrino L. Corn. . . . . F. Siſenna" quam idem ipſe *de Judiciis* L. I. c. 7. *de Prætor.* &c. pag. 417. & alii ſupra ap. Gruterum cum Urſino ad d. Cic. loc. ac noſtro Mylio *Prætore inter cives & peregr.* extulerunt. Similia autem utriuſque præturæ conjunctæ exempla ſat multa & Mylius §. penult. & Conradi pag. 12. 13. & alii jam collegerunt. Nihil ergo illa Ciceronis & SCti loca ad demonſtrandum Prætoris Peregrini Edictum faciunt.

§. VI. Hæc vel ideo paullo fuſius diſcuſſi, quod diligentiſſimus Pighius neque hanc Siſennæ præturam duplicem A. U. 676. (ipſi 675.) commemoravit, neque Achaicæ, niſi obiter, meminit, ad annum ipſi 676. pag. 290. inter Quæſtores provinciales ſic eum reponens: *L. Cornelius. . . . f. . . . n. Siſenna, Cn. Norbani Pr. in Sicilia [Quæſtor,] Lilybetanus fortaſſis. . . . . Atqui in Sicilia niſi cum magiſtratu Quæſtor hic L. Siſenna fuiſſe videtur, quando poſtmodum Prætor Achaiam obtinuit, ut NB. ſuo loco dicemus.* Atqui nuſquam eum hoc dicentem reperire potui, niſi quod pag. 337. eam tangat hiſtoriam, quam mox ex Dione ſum relaturus: idque eo minus miror, quod Tom. 2. & 3. Annalium ejus auctoris opus ſit poſtumum.

§. VII. Magis miror, Voſſium in *Hiſtor. Lat.* non modo præter Pighium auctorem laudare neminem, ſed & duplicem ea in re committere errorem, quorum tamen alter typographicus eſſe poteſt, ſiquidem pro anno 666. reponendus eſt 676. Alter in eo conſiſtit, quod *Prætorem* Siciliæ dicit, quem *Quæſtorem* fuiſſe Pighius conjicit: namque Siciliæ eo anno 676. (677.) pro prætore præfuiſſe Cn. Norbanum, idem ſatis probat.

§. VIII. Quod igitur & Pighius & Voſſius prætermiſerunt, nos ex Dione ſupplebimus, qui princ. L. XXXVI. narrat: „Metellum, dominandi cupidi„ tate impulſum, Cretenſes, quibuſcum certis conditionibus pactus fuerat, in„ vaſiſſe, & antequam Pompejus adveniret, damnum iis dare properaſſe. Nam „ Octavium, Pompeji legatum, ſine exercitu adfuiſſe. At vero *Corn. Siſen„ nam, Græciæ ea tempeſtate præfectum*, comperta re in Cretam cum exercitu „ veniſſe, paullo que poſt ibi diem obiiſſe ſupremum". Inde colligo, eum Siſ. A. U. 688. (al 687.) Prætoram Achaicam obtinuiſſe; namque Metellus ex conſulatu, A. U. 685. (684.) geſto; in Cretam provectus, intra biennium (al. intra triennium) ea fuit potitus. Oportuit ergo eumdem Siſennam anno ſuperiori 687. (686.) Prætorem in ipſa Urbe Roma iterum fuiſſe: eoque alluſiſſe Cicero videtur, tamquam ad proximam illius præturam; non ad primam, qua tredecim totis annis ante eam Orationem Siſenna fuit functus.

EX-

EXCURSUS X.
AD §. 4. INSTIT. DE NUPTIIS.

GUL. OTT. REIZIUS
LECTORI SALUTEM.

TRes litterulæ NON in nullo uſquam auctore tantum turbarum dederunt, quantum in hac §. ita ut necdum poſt trium ſæculorum decurſum ſatis ſedatæ ſint. Tam vero multa a tot JCtis ac Theologis circa *conſobrinorum nuptias* ſcripta ſunt, ut, eorum omnium ſententias atque argumenta, toties repetitæ crambes inſtar propoſita, & ab aliis rurſus refutata, colligere & juſtum inde librum contexere, tædioſum plane ac faſtidioſum opus foret. Nec enim ſoli Inſtitutionum Cæſarearum Commentatores, Jac. Cujacius, Franc. Hotomanus, Franc. Broeus, Jo. Jac. Wiſſenbachius, Dan. Galtier, &c. &c. varie hac de re diſputarunt, ſed complures etiam ſingularibus libellis aut digreſſionibus eamdem materiam tractarunt: veluti (1) ANT. CONTIUS Libro II. *Subſecivarum Lectionum* cap. 1. (2) BARN. BRISSONIUS *de Jure Connubiorum* pag. 379. ſqq. edit. Trekellianæ. (3) ANT. FABER *Juriſpr. Papin.* tit. IX. pr. 6. illat. 6. (4) JOSEPHUS NERIUS Lib. II. *Analectorum* cap. 32. pag. 471. ſqq. Tom. II. Theſ. Otton. (5) CHRISTOPH. RICCIUS cap. 3. *Vindiciarum Juris*, pag. 755. ejuſd. Tomi. (6) BENEDICTUS A JESU CHRISTO Artic. 4. *Novar. Veterum Vindiciarum Juris Civ.* pag. 1344. ſqq. Tom. V. ejuſd. Theſ. (7) FRANC. FLORENS in *ſingulari de Nuptiis Conſobrinarum Tractatu.* (8) JAC. SIRMONDUS in *Quæſtione Triplici*: de Lege *Celebrandis*: de §. *duorum fratrum*: de Codice *Alarici Regis.* Tom. IV. Operum ejus, pag. 262. ſqq. (9) JAC. GOTHOFREDUS tam in Diſſert. *de Nuptiis Conſobrinorum*, quam in *Commentario ad Cod. Theod.* (10) HENR. BROUWER *de Jure Connubiorum* Lib. II. cap. XI. (11) ANTON. SCHULTINGIUS ad *Juriſprud. Antejuſtin.* variis locis. (12) EVER. OTTO in Diſſertatione *de Nupt. Conſobr.* & noviſſime omnium (13) GEORG. D'ARNAUD Lib. I. *Var. Conjectur.* cap. 23. Quum vero principalis quæſtio, quæ nobis hic tractanda eſt, utrum ſcilicet hic Inſtitutionum locus adfirmative ſit legendus an negative, ex his quatuor fontibus potiſſimum dependeat: primo ex ipſo tituli Inſt. *de Nuptiis* contextu; ſecundo ex paraphraſte Theophilo; tertio ex binis Codicis Theodoſ. legibus, l. un. *Si nuptiæ ex reſcripto petantur*, (Lib. III. tit. 10. collata l. 1. Cod. Juſtin. *eod.*) & l. 3. *de Inceſtis nupt.* (Lib. III. tit. 12. coll. l. 6. Cod. Juſt. *eod.*) quarto ex l. *Celebrandis* 19. Cod. Juſt. *de Inc. & inut. nupt.* quumque nemo ante Franc. Florentem, qui primus omnia utrarumque partium argumenta dilucide ultro citroque propoſuit, operæ mihi pretium feciſſe videatur: ideo optimum factu judicavi, facto inde initio, ex ejus tractatu potiſſima cum Lectoribus communicare, & illi ſimiles ex Sirmondo, Gothofredo, Ottone atque Arnaldo epitomas, hiſque tandem meam ἐπιχρίσιν ſubtexere. Hos enim quinque viros ſi conſulueris, omnia ita ab iis exhauſta reperies, ut ceterorum quorumcumque labores haud deſideraturus ſis.

EXCURSUS X. ARTIC. I.

EPITOME EX

FRANCISCI FLORENTIS,

Anteceſſoris Aurelianenſis, Diſputatione

de nuptiis conſobrinarum prohibitis aut permiſſis:

ad illuſtriſſimum Præſidem

HENRICUM MEMMIUM.

(primum edita A. 1636. dein repetita Ffurti 1643. *in Octavo* pagg. 28.)

Pag. 3. DUbitatum fuit nuper, Præſes illuſtriſſime, de Conſobrinarum nuptiis, an etiam Juſtiniani tempore prohibitæ vel permiſſæ fuerint: ex utraque parte multæ & firmæ rationes, tam ex jure civili quam canonico, diligenter quæſitæ fuerunt. . . . . Ab illa parte, quæ prohibitas fuiſſe Conſobrinarum nuptias etiam temporibus Juſtiniani aſſerebat, initium faciemus. Legem *celebrandis* C. *de Nupt.* multis argumentis irrepſiſſe in Codicem & ſuppoſititiam ſubodoratur, & in eo maxime ſtatus cauſæ & το κεινωμενον conſtituitur. Inſcriptio dictæ legis ita concipitur, *Impp. Arcadius & Honorius Eutychiano:* nec tamen reperitur illa lex in Codice Theod. imo duæ plane contrariæ: & quidem l. un. C. Theod. *ſi nuptiæ ex reſcr. pet.* quæ eundem Honorium & Theodoſium authores habet, meminit legis Theodoſii Magni, quæ nuptias conſobrinarum, niſi impetrato reſcripto damnat. Lex illa Theodoſii Magni quamvis hodie non extet, ejus tamen multi meminerunt, ut animadvertunt viri docti, in eam rem etiam allata inſigni (1) Ambroſii ad Paternum epiſtola, & Auguſtini cap. 16. lib. 15. *de Civit. Dei*, quibus addimus ex Libanii oratione περι των Αγγαρειων· Μηδε εσωσαν ανεψιων γαμους, γεγραφας, εν εξουσια ποιη του πραγματος ουτος, licet aliquando ανεψιοι ſint fratrum (2) filii & tertii gradus . . . . . Præterea legem *celebrandis* non eſſe Arcadii & Honorii, dubitare non ſinit l. 3. Cod. Theod. *de Inceſt. nupt.* Eadem eſt inſcriptio *Impp. Arcadius & Honorius Augg. Eutychiano*, ſubſcriptio dictæ l. 3. *Dat. VI. Id. Dec. Conſtant. Arcad. IV. & Honor. III. Coſſ.* Inſcriptionis ſimilitudine deceptus Ruſſardus, ſubſcriptionem l. *celebrandis*, quæ in antiquis Codd. deerat, ex d. l. 3. *Cod. Theod.* ſupplevit, cum plane jus diverſum contineant: qui error in aliquibus editt. noviſſimis remanſit, & falſo tribuitur D. Cujacio, cum ſit proprius Ruſſardi. In d. l. 3. confirmatur prohibitio hujuſmodi nuptiarum, idemque jus in Italia obtinuiſſe, poſt expulſos Romanos a Gothis, ex formula Caſſiodori pridem notatum eſt . . . . . adeoque ſuppoſititia merito videtur d. l. *celebrandis*, quare nec in Baſilicis habetur, [ac] mutila & ſine ſubſcriptione in omnibus fere editt. Cod. circumfertur, cum tamen ex l. 1. Cod. Theod. *de Conſtit. Princ.* edicta ſive conſtitutiones ſine die & conſule deprehenſa auctoritate careant. Poſtremo Juſtinianus ipſe pugnaret ſecum, ſi legi *celebr.* in ſuo Cod. repet. præl. locum dediſſet: nam in Inſtit. quas

Pag. 4.

Pag. 5.

Pag. 6.

Pag. 7.

ante

(1) Hæc loca & Contius & Nerius integra adferunt.
(2) Vide de hac voce Gloſſarium noſtrum THinum.

ante promulgaverat, ita ſcripſerat: *Duorum autem fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, jungi non poſſunt.* Negationem in antiquis Codd. extare Cujacius in prior. notis, Contius, Hotomanus, & alii fatentur ingenue, quæ & apud Ivonem reperitur parte 9. cap. 1. ubi Molinæus notat, *Ex hoc loco reſtitui poteſt* §. Duor. autem fratrum Inſt. de Nupt. *qui paſſim corruptus legitur.* Confirmat & authoritas Theophili, qui negationem retinet; quam, ſi deeſſet, mens & ſententia reponendam eſſe ſuaderet: in quam ſententiam Hotomanus eſt pronior: particula enim *autem* opponitur proxime præcedenti verſic. in quo ſpecies permiſſarum nuptiarum refertur; itaque in verſ. *Duorum* prohibitarum ſpecies erat referenda, ut præcedenti adverſaretur. Sequens etiam verſ. qui incipit *Item amitam*, particulâ *Item* connectitur cum ſuperiori: in eo vero pro- Pag. 8;
hibitarum nuptiarum ſpecies proponuntur. Quamvis autem Contius in eo Inſtit. loco negationem retineat, legem tamen *celebrandis* non eſſe Arcadii & Honorii (3) aſſerit Lib. I. lection. cap. 9. . . . . Contra in diverſam abit ſententiam V. C. Barn. Briſſonius libro ſingulari *de jure Connub.* legem enim *celebr.* probat, alteras duas, quas ex Cod. Theod. retulimus, ab Aniano vel confictas vel interpolatas cenſet.

Alterius partis ſententiam & rationes proponamus. Leges illas omnes tam Cod. Theod. quam Juſt. veras eſſe, non fictas vel ſuppoſititias, & recte iis Impp. tribui, quorum nomina præferunt, quas inter ſe ratione temporum habita conciliamus. Occurrit prima tempore l. *Manente* 3. Cod. Th. *de Inc. nupt.* ſequitur l. *celebr.* C. Juſt. *de Nupt.* poſtrema eſt l. un. C. Th. *Si nupt. ex reſcr.* Pag. 9;
Quod ut demonſtremus, l. 3. ſubſcriptio hæc eſt: *Dat. VI. Kal. Dec. Conſt. Arc. IV. Hon. III. AA. Coſſ.* l. celebr. *Stilicone II. & Anthemio Coſſ.* annis novem poſt d. l. 3. Quamvis enim in pleriſque editt. Cod. deſit inſcriptio [*legend.* ſubſcriptio] d. l. celebr. ſicut etiam hodie multarum Conſtitutionum, librariorum incuria, eam tamen Contius in prima & ſecunda editione Cod. reſtituit, quam & acceptam D. Cujacio refert L. 2. *Lect.* cap. 1. Poſtrema tempore l. un. C. Th. *ſi nuptiæ ex reſcr.* edita ſcil. *Honorio VIII. & Theod. III. AA. Coſſ.* poſt l. celebr. annis quatuor. Itaque temporis ordine prius explorato l. 3. C. Theod. *conſobrinarum nuptias* damnat, quas & ante Theodoſius M. damnaverat. L. celebr. poſtea lata eas probat & revocat, poſterior priorem abrogat, nec tamen obtinuit diu: nam & iterum lex celebr. abrogata eſt per l. un. C. Th. *ſi nupt. ex reſcr.* Ex illis tribus contrariis & inter ſe pugnantibus conſtitutionibus, quas ad manum Tribunianus habuit, elegit mediam id eſt l. *celebr.* quam & in utrumque Cod. primæ & repet. prælect. retuliſſe non dubito. Abrogatam vero fuiſſe d. l. 3. C. Th. per legem *celebr.* qui utramque diligenter comparaverit, non inficiabitur, ſive verba ſive rem ſpectet. . . . . Omnem vero ſcrupulum exi- Pag. 11,
mit ſtylus & verba d. l. celebr. qui longe diverſus eſt ab eo, quo Tribunianus in ſuis legibus conſcribendis utitur. . . . . Videbatur V. C. & doctiſſimo (4) Pag. 12,
legem *celebr.* ab initio non fuiſſe ex illis legibus, quæ generales appellantur, & omnes tenent, ſed ea contineri beneficium, indulgentiam ſpecialem principum Arcadii & Honorii, in aliquarum perſonarum vel provinciarum gratiam. Poſtea vero Tribunianum, authoritate a Juſtiniano ſibi conceſſa, conſtitutionibus *de Novo Cod. confic.* & *de Juſt. Cod. confirm.* ſpeciale beneficium, omnium commune feciſſe, cujus rei in jure multa exempla habemus. . . . . Conciliationis au- Pag. 16.
thor l. celebrandis veram & germanam eſſe agnoſcit, ab Arcadio & Honorio promulgatam: & quidem contextus verba ejuſdem coloris & formæ non fuiſſe ſuppoſitam vel interpolatam manifeſtiſſime produnt. Cui bono? cum & novam

(3) Sed idem Contius ſibi non conſtans L. II. Lect. 1. Arcadio quidem & Honorio tribuit, ſed vel ita ab iis non ſcriptam, vel ab Honorio rurſus lege ſingulari *ſi nupt. ex reſcr.* abrogatam ſtatuit.

(4) Quem hic deſignet, nondum expiſcari potui.

vam conſcribere Tribuniano in promptu foret, qui & gloriam novi juris cudendi vel innovandi cupide aucupatur: nec contra receptam & publicam Co-
Pag. 17. dicis Juſt. authoritatem conjecturis facile credendum. Eadem illa authoritate freti putamus legem *celebr.* non continere aliquam ſpecialem indulgentiam, ſed primum ab Arc. & Hon. eo fuiſſe animo editam, ut omnes peræque teneret. Generalem fuiſſe conſtitutionem, univerſus legis contextus convincit, & ea maxime verba, quibus *revocata dicitur priſci juris authoritas*, juris quod ante Theod. M. obtinebat: ſi tantum indulgentiam ſpecialem conceſſiſſent, non ideo revocaretur jus antiquum. . . . . Supereſt ut, quæ legi *celebr.* opponuntur, breviter refutemus: & quidem ex vera ſubſcriptione cum legibus Codicis Theod. eam conciliavimus, & diverſitatis rationem oſtendimus: proindeque mirum videri non debet, ſi omiſſa fuerit in eo codice, cujus collectores jus ab ea prorſus diverſum amplexi ſunt: quin & hodie mutilum eſſe codicem Theod. variæ editt. aliæ aliis auctiores, multæ conſtitutiones nuper bono pu-
Pag. 18. blico editæ, & quæ apud Pariatorem reperiuntur, integriores, imo & plures quæ habentur in Cod. Juſt. & quæ ſuperſunt lacunæ, manifeſtiſſime demonſtrant. - - - - Quin imo licet ſine die vel conſule a Tribuniano Codici fuiſſet inſerta, valeret tamen juxta præceptum Juſtiniani in conſtit. *de Novo Cod. confic.* & *de Juſt. Cod. confirm.* - - - - Sed ut omnem dubitandi cauſam removeamus, authoritate Gregorii M. utemur, in reſponſionibus ad conſultationem Auguſtini de Anglis interrog. 6. in qua ſententiam l. *celebr.* ita refert: *Quædam lex terrena in Romana rep. permittit, ut ſive fratris & ſororis, ſeu duorum fratrum germanorum, ſeu duarum ſororum filius & filia miſceantur.* Nullo enim juris loco apertius exprimitur hæc permiſſio, quam in l. *celebr.* Conſentit poſtremo omnium
Pag. 19. Cod. editionum & interpretum fides. - - - - Quid ſi concedamus, legem *celebr.* ſuppoſititiam fuiſſe & Juſtiniano incognitam? nihilominus ab eo permiſſa fuiſſe conſobrinarum conjugia, certis argumentis conficiemus. In l. *Nemini* C. *de Nupt.* quam inſcriptio Diocletiano tribuit, enumerantur perſonæ, cum quibus nuptiæ contrahi non poſſunt: inter eas, quæ ex latere, non recenſentur
Pag. 20. conſobrinæ, quas profecto Tribunianus in interpolanda Diocletiani conſtitutione non omiſiſſet; eadem ratione, qua clauſulam illam addidit, *Præterea fratris tui filia & ex ea nepte*, quæ in integra conſtitutione Diocl. apud Pariatorem
Pag. 21. tit. *de Inc. nupt.* deſideratur. - - - - Cum ergo Juſtinianus in d. l. *nemini* ex Cod. Th. filiam fratris non tantum inſeruerit, ſed etiam neptem fratris, authoritate propria, ei profecto non adeo grave fuiſſet, vel ex eod. Cod. vel authoritate propria pariter conſobrinarum meminiſſe, ſi ei fuiſſet animus earum nuptias vetare; ſed ea non fuit ejus ſententia, quam evidentiſſime deprehendimus, ex eo quod leges, quas ex Cod. Th. retulimus, in ſuum Cod. tranſtulit, mentione conſobrinarum prætermiſſa, l. un. Cod. *ſi nupt. ex reſcr.* & l. ſi quis C. *de Inc. nupt.* Contra vero idem Juſt. in Codicis & Pandectarum compoſitione prudentum ſcripta & conſtitutiones principum, quibus in locis conſobrinarum nuptiæ dicuntur permiſſæ, ſincere & bona fide, citra omnem immutationem & omiſſionem integra retulit; nec uno quidem aut altero loco, ne quis forte obtendat obrepſiſſe in tanto opere quædam juris veteris & obſoleti veſtigia, ſed in plurimis. l. 3. D. *de Ritu nupt.* l. 78. §. 8. D. *ad SC. Treb.* l. 23. & 24. D. *de Condit. inſtit.* l. 3. C. *de Inſtit.* & paſſim. - - - - - - -
Pag. 22. Reſtat, ut exploremus quid in Inſtitutionibus reperiatur - - - - & certe veluti quidam Codd. negationem agnoſcunt, abeſt pariter a multis, quod in libris noſtris ſæpius in locis controverſis evenit: & quidem vulgata lectio, quam veteres interpretes & gloſſa ſequuntur, legit affirmative, ſicut & editt. Ha-
Pag. 23. loandri, Ruſſardi, Contii, Charondæ, Cujacii. - - - - In enumerandis perſonis, quarum nuptiis eſt abſtinendum, obſervandum, Juſtin. perpetuo comparare perſonas, quæ naturali cognatione nos contingunt, cum adoptivis: & quidem in perſonis aſcendentium & deſcendentium, tam naturalibus quam adopti-

adoptivis, nulla graduum habita ratione, perpetua eſt & in infinitum extenditur prohibitio. Accedit deinde Juſt. ad perſonas, quæ ex transverſo cognationis gradu junguntur; in quibus ait eſſe ſimilem quandam obſervationem, ſed non tantam: eas deinde enumerat ratione graduum, & naturalium cum adoptivis comparatione ſervata: in ſecundo gradu fratres & ſorores naturales & adoptivos; in ſequenti perſonas tertii & quarti gradus: & incipit a filiis fratrum & ſororum, qui tertio gradu ſunt: numerat poſtea neptes fratris & ſororis, quas ait eſſe quarto gradu, & hac ſpeciali nota deſignat, (5) *quamvis quarto gradu ſint*: quæ verba nemo non videt intendere, & augere difficultatem, & hunc habere naturalem intellectum, Quamvis ex quarto gradu liceat uxorem ducere, tamen neptem fratris vel ſororis non licet: unde ſtatim infert, *Duor. aut. fratr.* &c. *jungi oſſunt*, nempe quia ſunt quarto gradu, ex quo regulariter licet uxorem ducere; exceptis neptibus fratrum aut ſororum. Reliquas deinde perſonas tertii & quarti gradus perſequitur, quæ neceſſariam habent relationem cum prius enumeratis, *item amitam* &c. - - - - Extremus labor in eo verſatur, unde in multis Codd. negatio in d. verſ. irrepſerit, quam retinet Theophilus: itemque cur l. *celebr.* a Baſilicis abſit, quæ ideo conjungimus, quia communem reſponſionem habent: diverſitatem locorum nempe & temporum, & mutationem juris. Nam in Oriente d. l. *celebr.* una cum imperio & reliqua legiſlatione Juſtiniani obtinuit diu, & vix ante Synodum (6) ſextam fuiſſe abrogatam colligimus ex Synodi ſextæ can. 54. quo prohibitæ primum videntur conſobrinarum nuptiæ: Απο τε νυν του τη οικειᾳ εξαδελφῃ ωσης γαμους κοινωνιαν συναπτομενον, quibus verbis ſignificatur jus novum. Interpretes Zonaræ & Balſamonis male εξαδελφην *fratris filiam* vertunt. Poſt ſextam Synodum & ejus immutationem procedente tempore ad ulterioris gradus ſobrinos prohibitio producta eſt uſque ad ſeptimum gradum, ita ut ex octavo tantum apud Græcos liceret uxorem ducere. Ex eo jure Theophilus (7) negationem addidit, & in Baſilicωn L. XXVIII. tit. 5. *de Nupt. prohib.* refertur d. verſ. cum negatione; præterea ſubjicitur, *ſed nec filius meus eorum neptem*, qui dicuntur δισεξαδελφοι. ETC.

Pag. 24.

Pag. 25.

Pag. 26.

(5) De ea dicam ſpeciatim poſt Arnaldum.
(6) Habita Conſtantinopoli ſub Imp. Conſtantino Pogonato A°. Chr. DCLXXX.
(7) Theophilus, quem Tribuniano ſocium alibi addicimus, ex jure poſteriori haurire non potuit: ſed hac de re poſtea.

EXCURSUS X. ARTIC. II.

EPITOME EX

JACOBI SIRMONDI

Quæſtione Triplici &c. conſtante 5. pagg dimidiatis in Folio, ac primum edita Anno 1642.

„ IS primo quidem omnium decantato illi §. 4. Inſt. *de Nupt.* negationem aſ-
„ ferit iiſdem argumentis, quæ ex Florente pag. 7. & 8. modo adtulimus;
„ ſed eamdem, cum initio poſita eſſet, detractam poſtea arbitratur ab ipſo Tri-

„ Tribuniano, poſt fictam ab eodem legem *celebrandis:* quod poſterius ut pro-
„ bet, pag. 264. ſic ratiocinatur":

At enim abrogaſſe filios (Arcadium & Honorium per d. l. *celebr.*) legem Theodoſii quis perſuadeat, cum eandem centum poſt annos in uſu adhuc fuiſſe arguant Formulæ Caſſiodori - - - & auctoritas S. Auguſtini, qui tum etiam, cum libros de Civitate Dei ſcriberet, hoc eſt annis amplius XX. poſt alterum Stiliconis conſulatum, quo data lex iſta dicitur, ſtetiſſe legem Theodoſii, & conſobrinarum prohibita fuiſſe conjugia, teſtatur Libro XV. cap. 16. *Experti ſumus,* inquit, *in connubiis conſobrinarum, etiam noſtris temporibus, propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana*; Theodoſii ſcil. Auguſti. Et poſt alia, cum cauſam expoſuiſſet, cur antiquis temporibus de ſuo genere ducerent uxores, iterum addit: *Verumtamen quis dubitat honeſtius hoc tempore etiam conſobrinarum prohibita eſſe conjugia?* Si tunc adhuc perſtabat Theodoſii prohibitio, aut ignotam tot annis, quod nemo dixerit, Auguſtino fuiſſe legem oportet, quæ conſobrinarum nuptias, reſciſſa Theodoſii lege, dicitur indulſiſſe, aut nullam omnino ad id tempus extitiſſe. Quid quod ipſa ſibi lex repugnare, adverſarique videtur inſcriptioni ſubſcriptio? Miſſa enim dicitur ad *Eutychianum Præfectum prætorio*, & data *Stilichone II. & Anthemio Coſſ.* Atqui ſi Anthemio conſule data eſt, ad Eutychianum Præf. mitti non potuit: quia quo anno conſul Anthemius fuit, præfecturam prætorianam geſſit non Eutychianus, ſed Anthemius ipſe, qui Eutychiano ſucceſſerat. - - - - -

265. Sequitur ut concludamus, primum quidem haud injurios videri eos, qui l. *celebr.* quæ tot modis in falſi ſuſpicionem adducta eſt, & in antiquis Codd. Cujacio teſte, non extat, a Triboniano fabricatam arbitrantur, eundemque legem 3. *de Inc. nupt.* & l. un. *Si nupt. ex reſcr. pet.* quæ incorruptæ & integræ, uti ab auctoribus ſuis promulgatæ ſunt, in Cod. Theod. leguntur, iis clauſulis quæ de conſobrinarum nuptiis erant truncatis, mutilas in Juſtiniani Codicem redegiſſe, ne a Lege illa diſſentirent. Nec enim alienum judicari hoc facinus debere a Triboniano, qui alia tam multa in legibus omnium conſenſu interpolarit. Deinde in §. *Duorum* recte illos ſentire, qui abſque negatione, ut cum eadem illa lege cohæreat, nunc legendum cenſent. Ceterum ita nunc propterea legi, quod detracta ſit negatio, quam olim prorſus habuiſſe illa perſuadent, quæ ſupra diſcuſſimus. Quo autem eventu & quando facta ſit hæc mutatio, ſi in re obſcura & perplexa divinandum eſt, non ineptus fortaſſe conjector is fuerit, qui e duabus Codicis Juſt. editt. quas inter conditæ feruntur Inſtitutiones, priorem circa conſobrinarum nuptias a Theodoſiano non diſcrepaſſe ſuſpicetur, legemque *celebr.* & aliarum ejus cauſa duarum mutilationem, quam diximus, in repetitæ poſtea lectionis Codice locum habere cœpiſſe. Quod ſane ſi admittimus, tum diverſæ Inſtitutionum lectionis explorata & perſpicua erit ratio.

EX-

EXCURSUS X. ARTIC. III.

EX JACOBI GOTHOFREDI

Diſſertatione *de Nuptiis Conſobrinorum:*

ubi L. *celebr.* Arcadio Imperatori tribuitur.

„ HÆc primum edita fuit cum opere Philoſtorgiano A. 1642. & noviſſi-
„ me inter *Opuſcula J. Goth. minora* Anno 1733. a Trotzio procurata, a
„ pag. ſeu verius columna 609. ad 626. uſque. Ipſe autem auctor præ-
„ cipua hujus Diſſertationis capita repetiit in *Commentario ad Cod. Theod.* Lib.
„ III. tit. 10. l. un. & tit. 12. l. 3. Obſervandum inſuper, Gothofredum non-
„ niſi judicium Sirmondi de lege *Celebr.* refutare, nec verbulum de §. Inſt.
„ *Duorum* immiſcere; ita ut quid hac de re ſenſerit, mihi nec inde nec aliun-
„ de innotuerit. Quare non dubito, quin ſententiam ſuam in libris IV. *Theo-*
„ *phili Benedictorum & perperam ab eodem admiſſorum* dicere conſtituerit".

Ut igitur ordine procedat oratio, eademque Legem *celebr.* juſta interpretatio- Pag. 611.
ne illuſtremus, tria initio jura ea l. proponi notandum eſt. 1. *Priſcum*, videlicet quod Theodoſii M. legem præceſſit. 2. *Medium*, Theodoſii ipſius Arcadiique. 3. *Noviſſimum*, quod ea l. reducitur. „ Priſcum igitur jus illud eſſe, quo con-
„ ſobrinorum nuptiæ legitimæ erant, & ex priſcis Juriſconſultis & ex Impe-
„ ratorum conſtitutionibus probat; ſed ſub fin. pag. 612. hæc ſubjungit":

Ex illis ipſis tamen ferme legibus colligere mihi videor, etſi per leges licitæ eæ forent, non tam promiſcue tamen uſurpatas eas, neque apud omnes ſatis honeſtas viſas: quod ſane & Auguſtinus ſcribit, qui ait, hac in re *raro per mores factum, quod fieri per leges licebat*: ſeu ut Libanius ait, etſi εν εξουσια πολλη το ωφελιμον eſſet: quandoquidem ſuperioribus ferme legibus omnibus videmus, nuptias has proponi, non tam ſponte ſuſceptas contractaſque, quam a parentibus pro imperio conciliatas - - - - probabili conſilio ſive divitiarum cogendarum, Pag. 613.
ſive quo alio contemplatu: a quo alioquin haud adeo abludit, quod Plutarchus (1) memorat, de prima harum inter conſobrinos nuptiarum permittendarum origine.

„ Hinc delabitur ad *Jus medium*, ſive conſtitutionem Theodoſii M. & paul-
„ lo clementiorem Arcadii legem 3. C. Theod. *de Inc. nupt.* datam ad eundem
„ Eutychianum A. D. 396. Theodoſii vero conſtitutionem, quum nuſpiam ho-
„ die exſtet, ex ſeris veterum teſtimoniis fuſe conſarcinat, & primum de
„ tempore illius pag. 616. med. ſic concludit":

Ut proinde ex his omnibus conficiatur, eam Orationem περι αφγαρειων a Libanio ſcriptam A. D. 384. vel 385. idque ſementis tempore, arg. eorum, quæ ibid. ſcribit §. 19. - - - - Quare definire jam licet, eam Theodoſii M. conſtitutionem latam circa initium Anni 384. vel 385. Et quidem, ut exiſtimare licet, emiſſa ea fuit *ad Cynegium P. P.* qui ab eo anno 384. menſe jam medio Januario Præfectus Prætorio reperitur, in l. 5. C. Th. *de auro coron.* l. 23. *de Operib. publ.* Nam & ad eundem Cynegium P. P. ſine die tamen & conſ. extat altera quoque Theodoſii M. conſtitutio, vel potius interdictio ſimilis, puta l. *fratris uxorem* 5. Cod. *de Inc. nupt.* qua is pariter licentiam ſubmovet, *Fratris uxorem ducendi, vel duabus ſororibus conjungendi.* Quam quidem legem ipſam (quod ſecundo notandum) illi, de qua nunc agimus, cohæſiſſe puto. ---- Hinc ſimul liquet, (quæ tertia jam circumſtantia -----) ejuſce ſuaſorem fingi non poſſe Am-

(1) Hunc Plutarchi locum in Excerptis ex Ottone dabo.

Ambroſium Epiſc. Mediol. quod quidam ariolantur, quandoquidem ea lex condita promulgataque fuit, antequam Theodoſius Imp. in Occidentem profectus fuiſſet.

„ Exinde de ipſa harum nuptiarum prohibitione, de prohibitionis ratione, „ de pœna, de generalitate tam quoad Chriſtianos quam Gentiles, & de ve„ nia per Reſcriptum petenda, agit uſque ad fin. pag. 618. Tum tribus fere „ pagg. ex ἀλαθείᾳ, contextu & ſtylo legem *Celebrandis* Arcadio aſſerit, & quo„ modo eam Tribunianus concepturus fuiſſet, oſtendit. Denique eorum ar„ gumenta, qui hanc l. in falſi ſuſpicionem adducunt, reſolvit: Primum, „ quod in antiquis *Codd. Juſt.* nonnullis non exſtet; & ſecundum, quod in „ Cod. Theod. nunc deſideretur; ita fere refutat, (nec enim magni ſunt pon„ deris) ut in Excerptis ex Florente pag. 17. & 18. vidimus. Tertium mere„ tur longiorem diſquiſitionem. Quare ipſum audiemus":

P. 622. m. Tertio moventur illi vel eo maxime, quod L. illa *celebr.* contraria ſit eorundem Arcadii & Honorii legibus, quæ integræ extant Codice Theod. - - - - - Quî enim, inquiunt, par eſt credere, duos iſtos principes, qui primo (imo ſecundo) Imperii ſui anno conſobrinarum nuptias Patris exemplo interdixerant l. 3. C. Th. *de Inc. nupt.* ſuam ipſorum legem poſt novem annos reſcidiſſe, atque iterum quarto poſt anno, velut immemorem ſui, Honorium contrariam huic legem un. *Si nupt. ex reſcr. pet.* condidiſſe, qua paternam legem de vetitis conſobrinarum nuptiis mutato rurſus conſilio comprobavit. Præcipuum iſtud contrariæ ſententiæ patronorum argumentum eſt, ex multiplici errore conflatum, dum neque Imperatores ipſos ſatis diſtinguunt, neque temporum rationem, quam præ ſe tamen ferunt, exactam habent. Enimvero e tribus illis legibus, quæ Arcadium & Honorium Impp. ex æquo inſcriptos præferunt, puta A. D. 396. l. 3. C. Th. *de Inc. nupt.* A. 404. l. *celebr.* Anno vero 409. l. un. C. Th. *Si nupt. ex reſcr.* duæ Arcadium Orientis Imp. ſignate auctorem habent, puta d. l. 3. & d. l. *celebr.* tertia Honorium Occidentis Imp. puta d. l. un. Nam ut maxime utriuſque Imperatoris nomina præferant tres illæ leges, pro more videl. tum recepto, (quo Imperatorum omnium, qui eod. tempore imperabant, diviſis tamen Imperii partibus, nomina conſtitutionibus ab uno latis ex æquo inſcribebantur) attamen ſuos revera ſinguloſque Imperatores auctores eæ habent: quod ex eorum partim nominibus, quibus inſcriptæ ſunt leges illæ, partim ex loci ſubſcriptione, ubi eæ datæ ſunt, colligere licet. Arcadius inquam auctor eſt d. l. 3. & d. l. *celebr.* quæ utra-

Pag. 623. que data eſt ad Eutychianum P. P. Orientis ſcil. Quin d. l. 3. data Conſtantinopoli. Honorium vero auctorem habet A. 409. d. l. un. utpote ad Theodorum P. P. (Italiæ ſc.) idque Ravennæ. Hoc poſito, conciliatio jam in proclivi, omni hæſitatione ceſſante. Arcadius ſc. Orientalium partium Imp. initio quidem A. 396. d. l. 3. patris Theodoſii exemplo Conſobrinorum conjugium inter illicita habuerat, ſic tamen ut pœnam tantum a patre ſtatutam temperaret: idem vero poſtea mutato conſilio A. 405. in l. *celebr.* nuptias illas prorſus pro legitimis haberi voluit. Hactenus Arcadius per Orientem. - - - - Quid Honorius igitur per Occidentem? Is anno 409. & ſic poſt d. l. *celebr.* a fratre latam, nonniſi ex reſcripto legitimas haſce nuptias eſſe voluit.

„ Inde Contii & Briſſonii opiniones refellit, & ſimilia mutatæ ab Impp. „ propriæ ſententiæ exempla proponit. Tum Auguſtini & Caſſiodori loca, „ utpote in Occidente viventium, nihil obſtare monet".

P. 624. m. Ultimum, ſed novum jam præſidium indiciumque ad falſi ſuſpicionem attulit nuper doctiſſ. *triplicis Quæſtionis author*, nempe quod ipſa ſibi l. *celebr.* repugnare, adverſarique inſcriptioni ſubſcriptio videatur. - - - - Verum equidem eſt, Stilicone 2. & Anthemio Coſſ. eundem Anthemium P. P. fuiſſe: ſed enim verum illud, a menſe primum Julio eum P. P. reperiri in l. 1. C. Th. *Ne quis in palatiis maneat:* Eutychianum vero, qui iterum P. P. eſſe cœpit A.

404.

404. (quod docet l. 25. C. Th. *de Judæis*, l. 42. *de Oper. publ.* ut & in rebus Chryſoſtomi Georg. Alexandrinus num. 61. & Theodorus Diac. apud Pallad. in dialogo, ubi male *Prætoris* pro *Prætorio* editum) ad finem ejuſdem anni eſſe perſtitiſſe, quod teſtatur l. ult. C. Th. *de His qui ſuper relig.* quæ data eſt XIV. Kal. Dec. eo anno Honorio 6. & Ariſtæneto Coſſ. ſic ut idem Eutychianus P. P. porro eſſe potuerit initio anni, ſeu conſulatus proximi A. 405. *ETC.*

„ Denique pag. 625--6. conjecturam ſuam proponit, Arſacium Epiſcopum „ Conſtantinopolitanum, amoto Joanni Chryſoſtomo ſuffectum, hujus legis „ ferendæ Arcadio forte conſilium præbuiſſe: & viceverſa conjicit, Theodo- „ ſium M. de Nectarii, Epiſcopi Conſtant. (qui Arſacii frater erat, verum „ ab eo multum diverſus) conſilio ſuam de vetandis iis nuptiis conſtitutionem „ promulgaſſe".

EXCURSUS X. ARTIC. IV.

EX EVERARDI OTTONIS

Diſſertationum Juris Publ. & Priv.

Parte Prima.

Traj. ad Rhen. 1723. *in Quarto* Diſſert. II.

„ IN qua Vir Cl. poſt procœmium Capite primo EXPONIT VOCES, veluti nu- „ ptiarum, conſobrinorum, ſobrinorum &c. Capite ſecundo probat, *Ju-* „ *re Naturæ & divino vetitas non eſſe conſobrinorum nuptias.* Capite autem tertio „ docet, *Jure Romano conſobrinorum nuptias varie & improbatas & permiſſas*: & „ hoc quidem ordine".

ARGUMENTUM.

§. 1. Antiquo jure Romano conſobrini jungi non potuere, donec plebiſcito id concederetur.

§. 2. Ulpianus [tit. 5. fragm. §. 6] ex Plutarcho vindicatus.

§. 3. Quando harum nuptiarum prohibitio prima & permiſſio cœperit, ex Dionyſio & Tacito diſquiſitum.

§. 4. Varia earum exempla, ſtante Rep. & occupata, in medium prolata.

§. 5. Alia ex libris JCtorum & Impp. reſcriptis. l. 3. D. *de R. N.* explicatur.

§ 6. Theodoſius M. primus eas comminatione ſeveriſſimæ pœnæ vetuit: nec tamen ejus deperditæ conſtitutionis ſuaſor Ambroſius fuit.

§. 7. Ejus filius Arcadius per Orientem pœnam primum temperavit, dein omnem ſuſtulit.

§. 8. Honorius vero per Occidentem nuptias ex reſcripto peti juſſit: cujus exemplum ex Symmacho [L. X. Epiſt. XI.] illuſtratum.

§. 9. J. Sirmondi argumenta, quibus l. 19. C. *de Nupt.* a Triboniano fabricatam exiſtimat, referuntur.

§. 10. Eadem refelluntur.

EXCERPTA EX §. I.

Antiquiſſimo jure civili matrimonio inter ſe jungi non potuerunt; fortaſſis quod, ex rigida Sabinorum diſciplina, ſatius duxerunt Quirites, conjugiis augere neceſſitudines, atque ab aliis uxores accipiendo, multos ſibi affines comparare. Inde Vitellius quæſitis undique coloribus inceſtas fratris filiæ nuptias caſtas facere annitens, apud Tacitum XII. *Annal.* 6. coram Senatu ait:

Sobrinarum (1) *diu ignorata*, id eſt improbata, *conjugia tempore addito percrebuiſſe*. Mutationis cauſam nobis retulit Plutarchus in Quæſtt. Rom. c. 6. *Antiquitus*, inquit, *ſanguine junctas Romani non copulabant ſibi in matrimonio, ut ne nunc quidem materteras aut ſorores. Sero conceſſum fuit, ut ducere ανεψιας (conſobrinas) liceret, idque ex tali occaſione. Vir quidam pecunia indigens, alioqui honeſtus, & præ ceteris vulgo civium gratus, conſobrinam in matrimonio habere, & ex ea locupletatus credebitur. Cum autem hac de re accuſatus eſſet, populus remiſſa cauſæ cognatione illum abſolvit, decreto facto: „ut omnibus liceret ducere agnatas, uſque ad conſobrinas; ſupe„riores autem gradus prohiberentur.*"

EXCERPTA EX §. III.

Sero conditum illud populi decretum enarrat, pariter ac Tacitus, *diu ignoratas* illas nuptias. Id vero ſobrie accipiendum videtur. Dionyſius enim Halic. L. IV. Antiquit. refert, Tullias duas Lucio & Arunti Tarquiniis, conſobrinis ſuis, matrimonio junctas fuiſſe: jam autem quod uſque a Regum tempore obtinuit, id Plutarchus minime ſerum vocare potuit. - - - - - - Quid igitur? An ex hoc demum tempore nuptias conſobrinorum tacito populi conſenſu dicemus improbatas, quod tam infelix earum in Tarquiniis fuerat eventus? An vero legibus moribuſve, quibus privati utebantur, Regum liberi fuerunt ſoluti? quemadmodum omni ætate Principibus hac parte plus eſt indultum. Optimum eſt, quod eligas. Illud ſane probabile videtur, nulla certa lege Populi R. horum conjugia vetita eſſe: paſſim enim JCti de nuptiis agentes ad *mores* provocant, l. 8. l. 39. §. 1. D. *de R. N.* & Tacitus apte *ignorata* dixit. Jus antiquum de caſtis inceſtiſque nuptiis totum Pontificium fuit, ut ex Dione conſtat lib. 48. Pontifices vero cum lucri gratia, vel ex alia politica cauſa, difficiles eſſent in nuptiis his permittendis, ſenſim in mores id abiit, quorum deinde populus pertæſus, moleſtum hactenus jugum abjecit. Et bella ſe nunc offerebat occaſio, ubi connubii hujus in conſervandis familiis utilitas tam manifeſto apparebat, quare *morem accommodari oportuit, quemadmodum conducebat*, ait Tacitus d. l.

EXCERPTA EX §. IV.

Tot ac tam illuſtria, poſt Plebiciſcitum hoc, ejuſmodi matrimoniorum occurrunt exempla, ut vere idem dixerit Tacitus, ea *tempore percrebuiſſe*. Jam enim anno ab U. C. 582. Sp. Liguſtinus centurio uxore patrueli ſua ita gloriatur apud Liv. 42. cap. 32. [leg. 34.] ac ſi bonum factum eſſet, ſi quis conſobrinæ nuptias ambiret: unde jam pridem legem illam, a Plutarcho memoratam, rogatam conjicere licet. Brutus utique paulo poſt uxorem duxit Portiam conſobrinam (2) ſuam, *ETC.*

„ Caput IV. *de Jure Græcorum, Gothorum, Francorum, Alamannorum,*
„ *Canonico & Moribus*, hæc ſpeciatim tractat.".

ARGUMENTUM.

§. 1. Tempore Juſtiniani nuptiæ conſobrinorum permiſſæ in Oriente. Lectio affirmativa §. 4. *de Nupt.* quatuor argumentis adſtruitur. Marcilius notatus.

§. 2. Fabri, Hotmani & Sirmondi rationes contrariæ refelluntur.

§. 3. Theophilus fideliſſimus paraphraſtes & Triboniani ſocius, nitori redditus, & a calumniis vindicatus. Variorum errores & fraudes caſtigantur.

§. 4.

(1) Hoc loco pro *conſobrinarum* voce accipi, primo cap. §. 3. cum Lipſio & Rykio monuit.

(2) Plura ex hoc capite non adfero, quum Gothofredus ea, licet aliquanto conciſius, ſatis jam probaverit.

§. 4. Sæculo nono & ſequentibus conſobrinorum nuptias a Græcis Impp. prohibitas, ex Baſilicis, Harmenopulo, Cedreno, Anna & aliis demonſtratur.

§. 5. Per Occidentem Honorii conſtit. viguit. Apud Gothos ſæculo ſexto nuptiæ hæ ex reſcripto impetratæ; cujus formula ex Caſſiodoro prolata. Cajus ab Aniani manu interpolatus. Auguſtinus & Hotmanus notati.

§. 6. Sæculo octavo & deinceps conciliis eccleſiaſticis & legib. Francor. Alamannor. Bojoarior. Langobardor. rurſus vetitæ.

§. 7. Maximum juris Canonici ſtudium coërcendarum nuptiarum non impedivit, quominus Pontifex in conſobrinorum conjugiis diſpenſarit.

§. 8. Gentium hodiernarum fluctuatio.

§. I.

„ Affirmativam lectionem propugnat ita, ut fere in Florente vidimus pag. „ 22. 23. & 24. (1) per editiones Vulgatam & alias. (2) per tot Reſponſa Pru„ dentum & Principum reſcripta: contrarium autem ſibi Juſtinianum fore, ſi „ eas nuptias in Inſtit. ſeu medio tempore inter Pandectas & Codicem compo„ ſitis, improbaſſet. (3) per verba Juſtiniani in §. 3. præced. *quia quarto gradu* „ *ſunt*. (4) per locum Gregorii M. quem Florens adtulit pag. 18.

§. II.

„ Adverſus eos, qui negativam ex orationis contextu propugnant, ſic ratioci„ natur":

Juſtinianus totam illam de permiſſis prohibitiſque nuptiis orationem ſic contexuit & diſtinxit, ut ſive generis ejuſdem aliæ alias ſubſequantur, ſive diverſi, notas ubique interponat, *Sed &*, *Item*, vel *Sed*, *Vero*, *autem* quæ ſingularum inter ſe vel cognationem denotant vel diſcrimen. - - - - Recte inſuper reponit Huberus, non ſemper particulas relativas referendas ad periodum proximam, (5) ſed aliquando ad remotiorem, quæ præcipua eſt: nec diſtinctionem textus in verſiculos, quam habemus, antiquam eſſe, ut nihil adeo diſcrimen initii & finis paragraphorum juvare poſſit.

§. III.

„ Poſtquam Theophilum bene defendit, & graviora in illo errata ſtudioſi „ alicujus culpa in contextum irrepſiſſe, cum Fabroto judicavit, veriſſimum & „ perſuaſiſſimum habet, eumdem (6) affirmative hunc §. legiſſe & transtuliſſe": ſed qui poſteriori ævo, mutatis moribus, in libello hoc quotidiano, & in uſum ſcholarum Græcarum, ut videtur, adhibito, transfiguratus eſt. In duob. THi codd. regiis negationem reperiri, in tertio deeſſe Fabrotus teſtatur. Manifeſtum quoque hujus mangonii indicium præbet §. præcedens, cui extra oleas idem ineptus gloſſator hanc ſententiam THo affinxit, ne quid in ſeq. §. depravaſſe videretur: ἐξ ὧν βαθμῶν οὐ δύναμαι λαμβάνειν ὡσεὶς γάμον, οἷον τὴν θείαν θυγατέρα τοῦ θείου ἢ τῆς θείας. Nec minus inepti ſunt hic interpretes Latini, Curtius & Gothofredus, quos Bachovius ad §. 4. *de Nupt.* reprehendit.

§. IV.

„ Quæ deinceps Vir Conſultiſſ. differit, ad inſtitutum noſtrum non faciunt. „ Moneo tantum, ut Lector Synodi Sextæ, A. 680. habitæ, meminerit, cujus „ canonem Florens pag. 26. citavit".

(1) His opponuntur, quæ Florens pag. 7. & Contius cum Hotomano in notis noſtris ad THum habent.

(2) & (3) Hæc fortiſſima adfirmantium eſſe argumenta, fateor; de quibus ad Arnaldum dicam

(4) Hic locus A. D. 604. ſcriptus facit pro hodierna adfirmatione: non contra veterem negationem ante Cod. rep. præl.

(5) Nimis dura hic forent ὑπερβατα.

(6) Vide mox Arnaldum, & quæ ibid. addo.

EXCURSUS X. ARTIC. V.

EX GEORGII D'ARNAUD *Variarum Conjecturarum* Lib. I. cap. 23.

Dicam tantum, quod mihi in mentem venit, ab omnibus, quod sciam, (1) diversum: Justinianum hac in materia variasse, in Institutionibus ejus vetitas, in Codice repetitæ prælectionis permissas esse. Miraberis forte, me in Inst. vetitas dicere, cum tamen in §. 4. *de Nupt.* hodie expresse legatur - - - *jungi possunt.* Verumenimvero, si quis in toto jure locus est, in quem sanioris critices regulæ negationem inserere jubeant, hic certe est. - - - - - Neve quis objiciat illa in §. 3. - - - *quamvis quarto gradu sint.* Haud enim inde patet, reliquos omnes qui quarto gradu sunt jungi posse; sed tantum esse eo gradu, ut mox videbimus, inter quos nuptiæ jure consistunt. Quin Justinianum ita locutum esse affirmare liceret, quia præcesserant prohibitiones tertii gradus, quibus illam subjungit, acsi dixisset: *imo, ulteriori quamvis gradu sit neptis fratris vel sororis, nec eam uxorem ducere licet.* Post illud ex ipsis Imperatoris verbis argumentum, aliud ex THo, ipsius æquali & Institutionum paraphraste, exhibebo. - - - - Novi quidem Fabrottum testari in uno ex Codd. R negationem ab alia manu & alieno loco positam esse: sed præter antiquissimam THi editionem, duo Regii Codd. eodem auctore, clare negationem habent. At non tantum ibi negatio, verum & in præced. §. reperitur: Ita Viglius edidit: Την του αδελφου μου - - - η της θειας. Longe aliter hæc leguntur in utraque Fabrotti edit. licet ne hilum de diversitate scripturæ moneat: εξ ου βαθμου δυναται λαμβανειν γαμου ου θεμις· οιον την θυγατερα του θειου η της θειας. *Ex quo gradu non licet uxorem ducere: puta filiam thii aut thiæ.* Hæc lectio, ut quivis videt, æque meæ sententiæ favet atque altera, quam tamen veriorem esse putem: non enim nihili est verbum illud θετην, quod Fabrotti edit. non adgnoscunt. Porro illa εξ ου βαθμου ου δυναμαι λαμβανειν, pro quibus Fabr. exhibet, εξ ου βαθμου δυναται λαμβ. sine negatione, quæ ex ultima syllaba vocis præcedentis βαθμου orta est, ita constituenda censeo, εξ ου βαθμου δυναμαι λαμβ. Sententia THi hæc est, non licere fratris sororisve neptem uxorem ducere, quamvis quarto gradu sint, ex quo tamen liceat uxorem habere: addit vero exemplum nuptiarum eo in gradu concessarum, si quis thii vel thiæ adoptivam filiam duxerit. - - - - Utcunque existimem Justinianum in Institutionibus suis prohibitionem nuptiarum inter consobrinos servasse, sententiam mutasse, cum Codicem repet. præl. ederet, & in illum inserta Arcadii constitutione, quæ est l. 19. C. *de Nupt.* permisisse connubia consobrinorum haud inficior. Non ipse novam legem condidit, istiusque juris de novo ab se introducti, pro more suo, gloriam adfectavit, quia forsitan sacerdotes & superstitioni deditam multitudinem metuebat, quorum opera antea hæ nuptiæ vetitæ fuerant. Atque ita istius ætatis homines ab istis conjunctionibus abhorrebant, ut post Justinianum denuo prohibitæ fuerint. Breviter, tanquam in tabella, processum hujus juris exhibebo. Temporibus Imperatorum gentilium, & JCtorum proinde, ex quorum libris pandectæ compilati sunt, permissæ erant consobrinorum nuptiæ, quod ex quibusdam digestorum locis manifestum est: quamvis enim, cum digesta ederet Justinianus, vetitæ essent hæ nuptiæ, quod ex Instit. demonstravimus, vestigia antiqui juris, ut in aliis bene multis materiis evenit, in pandectis remanserunt,

(1) Non tamen reapse a Sirmondi sententia diversum quid est, nam & ille l. 19. C. *de Nupt.* agnoscit, licet a Tribuniano confictam contendat.

ferunt, idque eo facilius factum, quod hac in parte veterem juriſprudentiam probare videretur Imperator. (*Reliqua de Theodoſii M. & filiorum ejus conſtitutionibus epitomen Gothofredianæ ſententiæ exhibent; niſi quod addit:*) Poſt hanc (Honorii A. 409.) conſtitutionem, Arcadio jam annum mortuo, niſi privilegio indulgerentur, ceſſante illa Arcadii in utroque Imperio, nuptiæ conſobrinorum prohibitæ videntur uſque ad prima Juſtiniani tempora, &c.

EXCURSUS X. ARTIC. VI.

GUL. OTT. REIZII

Επιχειρισις.

IN procœmio hujus Excurſus diximus, ortæ circa §. 4. Inſt. *de Nupt.* controverſiæ deciſionem ex quatuor maxime fontibus deducendam eſſe. Jam ſicuti duos horum, qui ad Cod. Theod. & Juſtin. pertinent, Jacobus Gothofredus adeo exhauſit, ut JCtis poſterioribus nonniſi ſequendi ac deſcribendi gloriam reliquiſſe videatur: ita duo alii, qui ex Inſtitutionum contextu atque ex THo derivantur, nondum me judice ad liquidum ſunt perducti. Nam licet ipſe in Sirmondi & Arnaldi ſententiam ſim pronior, tamen binis aliter ſentientium argumentis, quæ Conſultiſſ. Otto cap. IV. §. 1. n. 2. & 3. protulit, a nemine adhuc plene ſatisfactum eſſe, lubens fateor. A noſtra quidem parte verum eſt, duriſſima & vix ferenda ὑπερβολα eos admittere, qui d. 4. ab initio ipſo adfirmative ſcriptam ſtatuunt: dum non modo illam periodum *Duor. a. fratr.* non proxime ſuperiori, ſed remotiori *Fratris vero vel ſor. filiam* opponunt; ſed & ulterius ſequentem *Item amitam* eidem longius remotæ quaſi ſubnectunt, quam ſimplicis ſtili ratio proxime antecedenti *Duor. a. fr.* adjungere jubet. Illud quoque verum eſt, ſummam hic eſſe paraphraſtæ Græci auctoritatem, utpote quem ante Cod. repet. præl. ſcripſiſſe alias patebit: maxime quum is non ſemel tantum hac §. ſed etiam præcedenti, tam ex probabili Arnaldi lectione, quam ex ipſa Fabroti editione, negationem habeat. Aſt totum hunc locum obſtantem manui ſtudioſi alicujus tribuere, res eſt mali exempli, nec ſat credibilis, quum vera lectio gloſſemate quid altius ſapiat. Verumenimvero ab illorum parte primo ſtant verba Juſt. in §. præc. *quamvis quarto gradu ſint*: quæ ſane verba & illic & in l. 17. §. 2. D. *de R. N.* idoneum vix ſenſum præſtant, niſi ſignificant, in tertio quidem cognationis gradu nuptias nunquam, ſed in quarto interdum permitti. Si autem nec conſobrinis permittuntur, nullæ in quarto gr. omnino licitæ reſtant: nam nec θειαν μεγαλην ducere poſſum §. 5. Licet vero & huic difficultati occurrat partim Arnaldi explicatio, partim THi *de adoptiva* θειου ἡ θειας *filia* additamentum: reſtat tamen altera gravior objectio ex Pandectis deſumta, quæ non magis tempore JCtorum quam ipſius Juſtin. (quum Pandectas & Inſtit. una & ſimul ederet) has nuptias conceſſas fuiſſe, demonſtrare videtur. Hæc juris antiqui veſtigia adpellat Arnaldus, eaque facile in iis Digg. locis, ubi de diverſiſſima a nuptiis materia ſermo eſt, at ægre in l. 3. & l. pen. §. 1. *de R. N.* admittere poſſum. Reſpondeat, qui volet, vel ipſos inter ſe Compilatores diſſenſiſſe, Juſtinianumque ea de re edoctum ajentium doctrinam comprobaſſe, vel Tribunianum (non ipſos vett. JCtos) principis reſcriptum ſubintelligi voluiſſe. Ego certi nihil ſtatuere audeo, donec integro Theodoſii Junioris Codice caremus, aut quouſque Arcadii conſtitutio vigue-

rit,

rit, ignoramus. Nam ſi ad principia uſque Juſtiniani perſtitit, nulli unquam in Inſtitutionibus negationi locum fuiſſe crediderim: ſin autem vel priori Codice vel aliter ſublata fuit, pro priſtina olim negatione cum THo pronuntiandum videtur, quam Codex poſterior ſuſtulit.

EXCURSUS XI.

Ad §. 6. (al. 5.) Inſtit. *de Adoption.*

quo reſpondet Hotomano G. O. REITZ.

Ad hæc verba: *Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quam nepotem in locum filii:* ſic commentatur FRANC. HOTOMANUS:

EDIT. I. pag. 62.

HOrum verborum, ſi Latinæ linguæ conſuetudinem ſatis intelligo, ſenſus hic eſt: Quemadmodum alieni, h. e. non cognati mei, filium in locum nepotis adoptare poſſum, ita poſſum ejus nepotem in locum filii adoptare. Qua ſententia nihil abſurdius dici poteſt: quid enim refert, nepos ſit extranei, an pronepos aut abnepos? Quare THus ita locum interpretatus eſt, ut longe obſcurior ſit quæſtio: an videlicet, cujus filium in nepotem adoptavi, ejuſdem nepotem in filii locum adoptare poſſim? quod ipſe quaſi ex hujus loci ſententia confirmat. Sed videamus primum ne locus hic, uti Latine ab Imperatore conceptus eſt, hanc interpretationem non admittat: deinde ex natura, cujus imitatrix eſt adoptio, hanc ordinis perturbationem reſpuat, ut qui natura pater eſt, per adoptionem ſit filius: quod neceſſe eſt ex THi diſputatione contingere? Quare ſupereſt, ut de nepote non extranei,

EDIT. V. pag. 56.

THus ſic locum interpretatur, quaſi & de filio & de nepote alieno ageretur, ut ſit ſenſus: mihi æque licet, vicini mei filium in nepotem adoptare, ut ejuſdem nepotem in filium. Prior fictio non modo perſpicua eſt, verum etiam oblata non levi dubitandi cauſſa ſuperius exaggerata: ut etiam ſi filium non habeam, tamen fingar habere. In poſteriore nullam fere dubitandi cauſſam video. Nam ſi adoptare quis in nepotem poteſt, etiamſi filium non habeat, quanto magis in locum filii adoptare poterit? præterea quid ad ſummam diſputationis intereſt, utrum nepotem, an pronepotem, an trinepotem alienum in filii locum adſciſcam? quare commodius eſſe arbitror, ut de nepote non extranei,

(*In utraque edit.*)

ſed ipſius adoptatoris locum intelligamus, eamque ſubeſſe quæſtionem ſtatuamus: an avus nepotem ex emancipato filio adoptare in filii locum poſſit? Dubitandi enim cauſa eſt, quod adoptio hæc naturæ conſentanea non videtur: nam qui natura ſecundo gradu eſt, per adoptionem primo in gradu collocabitur: ut jam filius patrem ſuum fratrem appellet. Reſpondet tamen Juſtinianus, id

id licere: propterea quod filius propter emancipationem de medio jam ſublatus fingitur: & revera in familia, in quam nepos adoptatur, non reperitur. Sublato autem primo, id quod deinceps ſequitur, eſt omnium primum, ut ait Ariſtot. *Lib. Analyt.* II. cap. 14. Quare nihil eſt incommodi, nepotem ex emancipato filio in primum gradum inanem & vacuum ſuccedere, l. 3. §. filium D. *cont. tab.* Atque hæc meo judicio hujus loci ſententia eſt: in quo tamen poſt verbum NEPOTEM, vocem SUUM inſerendam putarem, ut ſit: *quam nepotem ſuum in locum filii*: niſi forte dicamus, eam iccirco Tribonianum non adjeciſſe, ne ambiguitatem pararet ex eo, quia *ſuus* in jure plerumque dicitur, qui in poteſtate eſt: quod mihi tamen non ſit veriſimile. Commodiſſima autem hæc erit contrariorum comparatio: *alieni filii, & ſui nepotis*: atque hujus adoptionis mentio ſit in l. 15. §. 1. D. *h. t.* & l. 3. §. 1. §. 3. D. *cont. tab.*

Hæc HOTOMANUS: qui mihi vegrandes in ſimpulo fluctus excitare videtur. Unde diſcimus, quam mira ſæpe Viris etiam doctiſſimis allucinatio oboriri poſſit. Errat autem in eo, quod in prima editione credat, THum ſtatuere, ambos alterius & filium & nepotem ab eodem ſimul & ordine quidem inverſo adoptari; ut hic, qui fuerat nepos, fiat pater ei cujus ipſe fuerat filius: quod ſane abſurdiſſimum foret. In quinta quidem edit. veram paraphraſtæ mentem, licet obſcurius, profert, ſed perperam reſpuit, & alienam plane Juſtiniano adfingit, qui nihil aliud voluit, quam THus expreſſit. Audiamus illuſtrantem VINNIUM: „ Qui „ filius eſt patri naturali, poteſt per adoptionem nepos fieri patri adoptivo, & „ contra: nam, ut bene THus, neceſſe non eſt, ut qui adoptatur, eundem „ ordinem gradumque, quem apud patrem naturalem habet, ſervet apud pa„ trem adoptivum". Latinum *tam quam* & Græcum παλιν optime hic Vinnius effert per *contra*, i. e. pater adoptivus aut nepotem alicujus ſibi pro filio, aut ex contrario filium alicujus ſibi pro nepote disjunctive, non conjunctive ſimul, adoptare poterit. Sed hoc tantummodo de *alieno & extraneo* vel filio vel nepote intelligendum, non de naturali ſeu emancipato ejus, qui adoptaturus eſt, ut male Juſtinianum interpretatur Hotomanus; cujus tamen ſententiam tacite amplexus eſt MURETUS in ſuis ad h. l. notis.

EXCURSUS XII.

Ad pr. tit. *de Atiliano tut.* ſcriptus a G. O. REIZIO,

ut probet Leges duas fuiſſe, Juliam & Titiam.

AIt THus: γεγονασι β'. νομοι, Ιουλιου και Τιτιανου· (Τιτιου Fabr. in 2.) ubi Fabrotus & Vinnius breviſſime notant: *Unica lex eſt, L. Julia & Titia, ut L. Julia & Papia.* Cum quibus facit Ev. Otto in Comment. Inſtit. pag. 121--2. ſcribens: *Male THus duas ex hac leges facit, quum a duobus Coſſ. ſicut L. Julia & Papia acceperit nomen.* Contra H. Mylius in Corollario IX. Vindiciis THi ſubjecto: *Juliam & Titiam non unam, ſed duas leges eſſe, probabile eſt.* Quibus autem argumentis hoc probaturus fuiſſet Juvenis doctiſſimus, præmaturo fato Juriſprudentiæ ſuoque Theophilo ereptus, quia ignoramus, nos pro virili ſententiam ejus tuendam ſuſcipimus (*). Primo igitur dicam, illos qui unam

(*) Aliquot ante annis hunc Excurſum exaraveram, quam Heineccianam Juris Hiſtoriam a Cl. Rittero iteratam legi, in qua V. C. AUG. CHRIST. MARCHE memoratur ſingularem diſſertationem

unam legem fuiſſe volunt, nullam pro ſua opinione auctoritatem, ſed ſolam adferre conjecturam, ut ita dicam, dictatoriam: quum nos certo antiquiſſimi Theophili nitamur teſtimonio. Deinde vocula ET, quam & textus Inſtitutionum & Ulpiani Fragmenta Tit. XI. §. 18. abſque ulla uſquam variatione exhibent, notat duas fuiſſe leges, ſicuti *L. Julia* ET *Papia*, non una, quod illi dicunt, ſed binæ fuerunt leges, altera ab Auguſto lata A. U. 757. & dicta *L. Julia de Maritandis Ordinibus*, altera dicta *Papia Poppæa* a duobus conſulibus A. 762. ſuffectis, id quod latius demonſtrat J. C. ſummus Heineccius in Hiſt. harum *LL. L. I. c.* 3. §. 2. *pag.* potiſſimum 48. Sic *Juliam* quoque ET *Plautiam* binas fuiſſe leges, neminem video ambigere: qua in re VINNIUS ad §. 2. *de Uſucap.* pag. 244. b. eodem utitur argumento, inquiens: „ Leges hæ non uno tempore latæ: alioqui Julia Plautia diceretur ſine copula", &c. Ibid. ſic HEINECC. „ Recte notat Vinnius, binas has eſſe leges: & tamen illarum, tanquam unius, „ meminerunt leges noſtræ etiam alibi", &c. Vel hinc maximum pro THo argumentum elicias. Idem ſtatuendum foret de *L. Julia & Sempronia*, cujus ſe auctores non ſatis perſpectos habere profitetur Pratejus *T. V. Theſ. Otton.* at ego nuſquam ſic appellatam invenio, ſed ſemper *Semproniam & Juliam*, uti apud *Rei Agr. ſcriptores Edit. Goes. pag.* 110. *med: pag.* 126. *med: pag.* 145. *fin: pag.* 347. *med.* Locus autem Hygini *de Limit. conſtit.* quem Pratejus in mente habuiſſe videtur, *pag.* 152. *pr.* ſic habet: „ Actuarii autem [limites] extra maximos, Decumanum & Cardinem, latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, „ ſicut per viam publicam, populo debetur. ita enim cautum eſt lege Sempronia & Cornelia & Julia", i. e. ut ego interpretor, ternis legibus a Sempronio Graccho, a Corn. Sulla atque a C. Julio Cæſare latis: de quibus, ne nimis extra oleas vagemur, conſuli poterit Pighius ad A. U. 630. *pag.* 52. A. U. 672. *pag.* 265. & A. U. 694. *pag.* 351--2. Jam redeo ad noſtras Juliam & Titiam, atque auctoritates veterum ſcriptorum deſidero, qui ex. gr. Legem *Papiam* ET *Poppæam*, *Æliam* ET *Sentiam*, *Fuſiam* ET *Caniniam*, *Juniam* ET *Norbanam*, *Juniam* ET *Vellejam*, *Juniam* ET *Petroniam*, dixerint. Contra conſtantem hunc JCtorum uſum, ut Legem a binis aut Conſulibus aut Tribunis dictam ſine copula efferant, duo tantum apud Ciceronem exempla mihi ſe obtulerunt; alterum, quod legem a Coſſ. L. Licinio Craſſo, & Q. Mutio Scævola A. U. 659. de regendis in ſua civitate ſociis latam, in fragm. Orat. pro C. Cornelio & cap. 24. pro Corn. Balbo *Liciniam & Mutiam* appellat: alterum, quod ead. orat. §. 32. ſ. cap. 14. *L. Gellia & Cornelia* ei dicatur, quam A. U. 682. *L. Gellius Poplicola & Cn. Corn. Lentulus* Coſſ. tulere. Neque hoc tamen a ſententia me dimovet, qui putem, nullam earum legum, quas Corn. Sulla & Jul. Cæſar Dictatores, ac neutro horum minor Auguſtus Princeps ſuo, ipſi nomine tulerunt, binominem fuiſſe, ne ſcil. imperium cum quoquam diviſiſſe viderentur, quippe in quos omnes conveniebant verſiculi noti:

Non

tationem *de tutorib. ex L. Jul. & Titia datis* Lipſ. 1736. ediciſſe, neque unam eſſe legem, ſed duas ſtatuere, quarum *Titia* antiquior lata ſit A. U. C. vel 488. vel 526. ſive a C. Titio, ſive a Q. Titio Tribb. pl. *Julia* contra a Cæſare Auguſto A. 726. „ Et ſunt ſane, addit „ Heineccius, ejus argumenta non nullius momenti. Urget enim teſtimonium THi ..., „ urget copulam ET..... Enimvero quemadmodum non adeo claſſicum videtur THi de „ re tam antiqua teſtimonium: ita exemplo „ non caret copulativa ET, etiam unius legis „ auctorum nominibus interjecta. Quod ut „ uno probem exemplo, notiſſima eſt *L. Licinia & Mutia*", &c. THi, ego regero, auctoritas hic tanto gravior eſt, quod nemo ei veterum contradicat. Sed de illius auctoritate alibi. Quod ad voculam ET adtinet, ſatis in ipſo Excurſu dixi. Nec tamen cum Marchio ſtatuere poſſum, legem Titiam antiquiorem fuiſſe, quum nuſpiam dicatur *Titia & Julia*, ſicuti *Plautia & Julia* l. 33. §. 2. D. *de Uſurp.* quæ in Inſt. eſt *Julia & Plautia.* Ceterum, an mea conjectura in fine huj. Exc. propoſita firmior ſit, judicent JCti.

Non Bibulo quidquam nuper, ſed CÆSARE *factum eſt:*
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Denique liceat mihi, quid conjectabundus putem, proponere: Potuit M. Titius, Conſul in ipſius forte Auguſti locum ſuffectus A. U. 723. ejuſdem ſuaſu L. Juliam retuliſſe, (ſicuti alias leges Julias ab aliis Coſſ. auctore eodem Principe relatas ſcimus:) atque ad omnes Orbis R. provincias extendiſſe, eo quod ipſa L. Julia ſolis forte Prætoribus Siciliæ ſpecialiter conſuluerat, ut quibus notante Schultingio ad d. Ulpiani l. diu ante annum 723. tutores dare conceſſum fuerit. Sic etenim conjicere malo, quam cum Pighio *ad A. U.* 526. *pag.* 114-5. omnes librarios erroris incuſare, & *Villiam Titiam* legere, a duobus Tribunis pl. ita dictam; aut Marcilium ſequi, qui hanc quoque, uti Atiliam, non legem, ſed plebiſcitum fuiſſe ait.

EXCURSUS XIII.

Ad §. 2. *De Satiſdat. tutorum.*

quo oſtenditur, ſubſidiariam eſſe actionem in factum:

AUCTORE GUL. OTT. REIZIO.

PRimus in THum, qui ſubſidiariam actionem in factum eſſe dicit, inſurrexit MERILLIUS VIII. *Obſ.* c. 24. cui reſpondit FABROTUS in *Apologia pro Græcis:* ſed hic nec WISSENBACHIO P. 1. Diſp. LIII. §. 6. ad Pand. pag. 546--7. nec OTTONI in *Comment. Inſt.* p. 141. ſatisfecit. Satis tamen validas habere mihi videor rationes, cur neque hic THum deſeram, & Fabroto vindicias (*a*) parem. Ut autem Lectores evolvendi tædio liberem, bona fide ſingulorum argumenta breviter exponam, meaſque ſimul επιχειρησεις diſtincte interjiciam. Merillianæ orationis hæc eſt epitome: „ THum hoc primum dixiſ„ ſe, eumque ceteros fuiſſe ſecutos". Non jam dicam, ipſum hunc THum fuiſſe Tribuniani ſocium; ſed rogo tantum, unde Accurſius hoc idem hauſerit, cui & Græca & multo magis THus erat incognitus, niſi vel ex veteri JCtorum doctrina vel juris αναλογιᾳ? Tum concedit Merillius, „ actiones utiles „ ſæpe dici in factum actiones, & ſubſidiariam dici utilem in *l.* 1. *D. de Magg.* „ *conven. & l.* 5. *C. eod.* verum non omnes ideo actiones utiles eſſe in factum, „ nec contra". Utrumque hoc & nos fatemur: videndum ergo, utrum ſubſidiaria ſit utilis tantum, an & in factum ſimul, quod ille ſic negat: „ Actiones „ in factum, quæ dicantur utiles, dari ad exemplum directarum: at ſubſidia-
„ riam

(*a*) HUBERUS enim *Digreſſ.* L. I. *cap.* 38. in fin. nimis conciſe ſic diſputat: „ Videndum, „ ne non pro THo dici poſſit, actiones in „ factum eſſe vel ſeparatas, de negotiis, quo„ rum aliæ nullæ ſunt actiones, vel acceſſo„ rias aliarum & ſuo ſenſu utiles, qualis eſt „ actio in factum L. Aquiliæ in §. ult. Inſt. „ *ad L. Aq.* quæ revera eſt utilis Aquilia, ſed „ in factum vocatur, eo quod longius rece„ dat a verbis Aquiliæ L. Pari ſenſu actio ſub„ ſidiaria in Magiſtratus eſt utilis tutelæ, ve„ rum quia longius recedit a proprietate tu„ telæ actionis, quo tendit argumentatio Fa„ broti, THus eam in factum vocavit, *Tu„ telæ* ſc. h. e. paulo minus quam utilem; & „ tamen largiore vocis uſu, etiam utilem".

„ riam non dari deficiente directa tutelæ actione, ſed eandem eſſe: licet ex „ SC. detur adverſus alias perſonas, quam adverſus tutorem, l. *ult.* D. *de Magg. „ conv.*" Immo vero datur deficiente directa tutelæ actione: namque is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam adverſarii inanis eſt actio, ut ait Gajus in ſimili quæſtione l. 6. *de Dolo malo*: ſicuti deficientibus omnibus, atque ipſa etiam ſubſidiaria, (ſive magiſtratus extra culpam, ſive non ſolvendo ſit) reſtitutio in integrum eſt petenda: quam ego quidem non putem ante ſubſidiariam concedi, quod quidam volunt: qua de re forſan alias. An vero hæc ſubſidiaria eadem ſit, quæ tutelæ actio, principalis quæſtio eſt, de qua poſtea ad Wiſſenbachium. Pergit Merillius: „ Adverſus Magiſtratus utilis tutelæ a- „ ctio data eſt, licet non adminiſtraverint, & tenentur, quaſi adminiſtraſſent, „ l. 4. §. 1. D. *Rem. pup. ſalv. fore.*" Et de hoc cum Fabroto poſtea videbimus. „ Denique actio in factum eſt, quæ factum demonſtrat, & rem uti geſta eſt. „ l. 6. C. *de Tranſact.* at cum Magg. ſatisdationem non exegerunt, nullum eſt „ factum. Ergo" &c. Itaque concedere cogitur, ſi exegerint ſatisdationem, licet non ſatis idoneam, eſſe factum. Sed etiamſi nullam exegerint, attamen factum eſſe dico: ſicut enim *peccata* vel *commiſſionis* vel *omiſſionis* dicuntur; ita *faciendi* verbo & *non factum*, quod factum oportuerat, comprehenditur, *l.* 189. *de V. S. l.* 121. *de R. J. &c.* Potuiſſem quoque dicere l. 6. C. *de Tranſact.* loqui de *præſcriptis verbis actt.* cujuſmodi ſubſidiariam eſſe, nec Theophilus nec Defenſorum quiſquam dixit. Jam videamus, quid his Fabrotus oppoſuerit: I. „ Ego didici, utili tutelæ teneri tutorem, qui non geſſit, quia ſuo periculo „ ceſſavit. Magiſtratus autem actione utili, ſeu in factum tenentur: nec enim „ tutelæ actione, etiam utili teneri poteſt, qui nec adminiſtravit nec adminiſtrare debuit. II. Actio hæc quaſi ex contractu deſcendit; actio in factum „ ſubſidiaria ex culpa & quaſi delicto magiſtratus: deficiente igitur directa & „ utili tutelæ actione hæc in ſubſidium competit: & utilis ſive in factum dici- „ tur, quia ex SC. introducta eſt, ceſſante vulgari tutelæ actione. III. Quod „ autem ait JC. eandem in magiſtratibus actionem dari, quæ competit in tu- „ tores, ſic accipiendum videtur, ut *in magiſtratibus* ſit επι τοις ϛρωτηγοις, i. e. cum „ magiſtratus conveniuntur actione in factum, cum uſuris ſors exigitur, ſicut „ cum tutores actione tutelæ. Eadem eſt actio & vi & effectu, nomine diver- „ ſa. Vulgo legitur *in magiſtratus*, i. e. μετα (cur non κατα?) τους ϛρωτηγους: ſed „ Flor. lectio, ni fallor, verior eſt". Ad primum Fabroti argumentum reſpondet Wiſſenbachius: „ Propoſitionem illius in ſufficiente enumeratione par- „ tium laborare, & ſic formandam fuiſſe: *Qui non adminiſtravit tutelam, nec ad- „ miniſtrare debuit, nec ſatisdationem idoneam exigere neceſſe habuit, is actione tutelæ, „ etiam utili, conveniri non poteſt*". Atqui primo velim, vel unicus mihi Juris locus proferatur, qui directæ utiliſve actionis tutelæ definitionem docens, magiſtratuum quoque culpam comprehendat. Sane in Digg. æque ac Codice Titulus *de Magg. conven.* longiſſime ſeparatur ab iis titulis, quibus de directa atque utili tutelæ actione agitur: quum alioqui Prætorum Edicta, SCta & Principum Conſtitutiones huic illive negotio aut actioni accommodata eodem comprehendantur titulo. Quid aliud deinde notat ſubſidiariæ actionis vocabulum, quam quæ in ſubſidium detur, aliis omnibus ceſſantibus? idque vel Merillius ipſe agnoſcere cogeretur, quum *L. I. Var. ex Cujac. cap.* 30. *pag.* 231. hanc ei vim, licet in alia re, tribuat: „ Alia eſt actio, inquit, in factum, quæ eſt ſubſidia- „ ria omnium actionum, quando & ipſa actio de dolo non competit. l. 11. *de „ D. M.*" Nego tertio & pernego, actionem hanc ſubſidiariam in noſtris uſquam libris *utilem actionem tutelæ* dici. Atqui quum hoc ſit capitale contra ſentientium argumentum, videamus, quid pro eo adferat Wiſſenb. „ Actio illa „ ſubſidiaria eſt utilis actio tutelæ *l. ult. D. de Magg. conv.* Eadem, inquit Mo- „ deſtinus, in magiſtratibus actio datur, quæ competit in tutores. Directa a- „ ctio tutelæ competit in tutores; utilis in Magiſtratus l. 1. §. *pen. eod.* quæ ex „ SC.

„ SC. data eſt adverſus alias perſonas, quam adverſus tutorem. *l.* 5. *Cod. de* „ *Magg. conv.*" His ſi addas l. 4. §. 3. [ſic enim legendum] *Rem pup. ſalv. f.* quam Merillius ſupra citavit, habebis omnia juris loca, quæ pro ſua ſententia adferunt. Ad *l. ult. D. de Magg. conv.* reſpondit quidem Fabrotus: aſt ego addo, etiamſi *in magiſtratus* legere quis malit, tamen epitheton *Idem* non ſemper *unum idemque*, ſed & *ſimile* notare. Ex. gr. l. 26. §. 12. *de Cond. indeb.* „ Et Cel„ ſus L. VI. Digg. putat, eam eſſe cauſam operarum, ut non ſint eædem, *i. e.* „ *pares ac ſimiles*, neque ejuſdem hominis, neque eidem exhibeantur". Et Horatianum hoc in Arte poët. ℣. 10. a fine: *Invitum qui ſervat, idem facit occidenti*, nonne eſt, *ſimiliter facit*? Virgil. Æn. 4. ℣. 77. de amante Didone: *Nunc eadem, labente die, convivia quærit.* & 7. ℣. 321. *Quin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter*, ubi Servius exponit *Talis, ſimilis.* Terent. Adelphis 3: 3: 70. *Conſervis ad eundem iſthunc præcipio modum.* Eun. 4: 7: 13. *Idem hoc jam Pyrrhus factitavit.* Cajus l. 5. §. 3. de Oblig. & act. *Is quoque, qui non debitum accipit per errorem ſolventis, obligatur quidem quaſi ex mutui datione, & eadem actione tenetur, qua debitores creditoribus.* Nonne in his exemplis, nec enim plura conquirere libet, manifeſto *Idem* valet *par* ac *ſimile*, non *ipſum* & *idem unum* in ſpecie? Immo, ſi ex hac voce *eadem actio* inferre volunt, neceſſario utilem tutelæ actionem intelligendam, eodem ego jure inferam, non utilem, ſed ipſam directam in Magg. competere. Atqui argumentum quod nimium probat, nihil probare dicitur. In *l.* 1. §. *pen. D. & l.* 5. *Cod. de Magg. conv.* omnino legitur vocabulum *utilis*, ſed quid additur? *in ſubſidium indemnitatis nomine.* Ergo in tantum eſt actio utilis, quantum ad pupilli indemnitatem, immo in tantum eſt eadem actio: eoque ſenſu & in tutorum fidejuſſores dicitur dari *actio utilis*, cum limitatione *ex ſtipulatu*, in quos adhuc nemo ipſam tutelæ actionem dari dixit, quamquam hos fidejuſſores ad EANDEM uſurarum rationem revocandos, EASDEMQUE reputationes habituros, QUAS TUTORES, docent *l.* 3. *&* 5. *D. de Fidej. & Nomin. tut.* Reſtat l. 4. §. 3. *Rem pup.* Atqui gratis & vix ſine fraude hæc adlegatur, ubi ne minima quidem Magiſtratuum occurrit mentio. Secundum Fabroti argumentum ita proponit & diluere ſibi videtur Wiſſenbachius: „ A„ ctio tutelæ deſcendit ex quaſi contractu *l.* 5. §. 1. *D. de O. & A.* Magiſtratus „ autem hi non conveniuntur ex quaſi contractu, ut inter omnes conſtat. *Reſp.* „ Ideo SCto opus fuit, quo actio tutelæ utilis daretur adverſus Magiſtratus, qui „ vel a tutoribus ſatiſdari non curaſſent, vel non curaſſent idonee *d. l.* 5." Quid opus ut neceſſario actio tutelæ utilis detur? anne idem hoc actio in factum, quæ ex omnibus pæne quaſi delictis ſolet dari, præſtare poterit? Tertium Fabroti argumentum jam ſupra propter cohærentiam ſermonis amplius contra Wiſſenb. deduximus. Sic, ni fallor, quæ ab aliis contra Theophilum adferuntur, ſatis refutavi. Cl. enim OTTO pro ſuo inſtituto ſatis habuit hos ſcriptores laudaſſe. Sed alia etiam mihi tela ſuperſunt, quibus pro Theophilo pugnem: Primo enim Merillii & Wiſſenbachii auctoritatibus oppono auctoritates haud paullo minores, ſi non majores, cum THi noſtri, tum ipſius Cujacii, atque juris (etſi non linguæ) peritiſſimi Accurſii, quos tres ſiquando conſentientes invenio, pæne religio mihi eſt, eorum opinionem non ſequi. Secundo, omnis tutelæ actio, tam directa quam utilis, duplex eſt, *directa* a pupilli, *contraria* a tutoris vel curatoris parte: at ſubſidiaria nonniſi unica & ſimplex eſſe poteſt, æque ut altera *ex ſtipulatu.* Poſtremo, ſi ſubſidiaria eſt utilis tutelæ actio, quomodo ipſa ſubſidiaria & in directam & in utilem rurſus (quod vel unum ex validiſſimis puto argumentis) dividitur in l. 1. *pr.* D. *eod.* his verbis: „ In Ordinem ſubſidiaria actio non dabitur, ſed in Magiſtratus---- „ ſed ſi Ordo receperit in ſe periculum, dici debet, teneri eos, qui præſen„ tes fuerunt: - - - - UTILIS ergo in eos actio competit". Ut tandem concludamus, ingenue fateor, in eo non verti Reipublicæ ſalutem, utrum hæc actio ſubſidiaria, utilis tutelæ actio, an utilis in factum dicatur; atque adeo

tota me quæſtione ſuperſeſſurum facile fuiſſe, niſi Theophilus ob tantillam rem tam male fuiſſet habitus. Simul oſtendere volui, me æque philoſophari poſſe atque alios, ſi caſus atque animus ferat, quum alioquin brevitatem ſecter, & mea tantum proferre amem.

EXCURSUS XIV.

Ex Gundlingianis. P. xxx. A. 1723. Artic. 3. p. 445. ſqq. Latine redditus a G. O. R.

DE TIBERII CÆSARIS SERVO PARTHENIO: *ad §. ult. Inſtit. de Vulg. ſubſtit.*

ARGUMENTUM.

§. 1. Parthenius ſervorum apud Romanos celebratorum unus eſt.

§. 2. Servi Cæſaris plerumque variis inſignibus ab aliis privatorum ſervis diſtinguebantur. De atrato ſeu pullo ſervorum veſtitu.

§. 3. Alciatus noſtrum *Parthenium Domitiani* ſervum fuiſſe exiſtimat. Quibus de cauſis.

§. 4. Theophili Paraphraſtæ MSS. *Antoninum Pium* nominant, qui Antoninus ſæpius Titus Antoninus fuit dictus. Quæ opinio eo redditur veroſimilis, quod JCti Julianus & Pomponius hujus hiſtoriæ de Parthenio ſervo Cæſaris ſpecialem fecerunt mentionem: & hi vel Antonini Pii ætate vel paulo poſt vixerunt. Nova argumenta, cur Parthenius Tiberii ſervus fuiſſe videri queat. Tiberii ſervus *Antheros:* num hinc forte *Parthenius* ſit enatus?

§. 5. Edm. Merillius exiſtimat Parthenium fuiſſe ſervum Tiberii; producitque e Grutero inſcriptionem: ſed ea rectius ad Sæculum Caracallæ refertur.

§. 6. Id quod probatur. *Eutychius* ſ. *Torpacion*, cujus meminit Tertullianus, habuit fratrem nomine *Parthenium*. Torpacion autem vixit ætate Sept. Severi & Caracallæ. Abbatis Tillemontii errores. Nec tamen Parthenius Caracallæ poteſt idem eſſe qui, in Inſt. memoratur, etſi quædam conjecturæ eo ducunt.

§. 7. Cur tot ſervi dicti Parthenii?

§. 8. Qua in re ſpecialis illa deciſio in Inſt. circa hunc Parthenium conſiſtat? Quid ſignificent verba: *Mævius ſubſtitutus in partem admittitur?* Cujacii conjectura in verbis *l.* 40. *D. de hered. inſtit.* ALTER SEMIS.

§. 9. Merillii contra eam objectiones. Hic enim arbitratur, deciſionem pro Parthenio, vel Parthenii potius domino non ſpecialem, ſed antiquam JCtor. deciſionem eſſe.

§. 10. Idem Merillius novam etiam profert conjecturam, putans *alterum ſemiſſem* non aliud eſſe ac *utrumque ſemiſſem*. Vigl. Zuichemus ejuſdem jam fuit opinionis. Num Merillius Viglium deſcripſerit, ut Wiſſenbachius ait?

§. 11. Auctoris opinio de Merilliana expoſitione.

§. 12. Qui fieri potuerit, ut ſervus Cæſaris pro homine libero haberetur?

§. III.

(a) Ejuſdemmodi cubicularius Cæſareus noſter fuit Parthenius. At ſub quo? Id vero obſcurum quodammodo, atque adeo controverſum eſt. In Inſtitutt. Juſtiniani legimus, Parthenium fuiſſe ſervum Tiberii. Theophilus ſervum Imp. Antonini fuiſſe ait. Car. enim Annib. Fabrotus fatetur, in 3. MSS. pro

(a) §. I. & II. quum nihil ad Juſtinianum aut THum faciant, hic a me negliguntur. G. O. R.

pro Tiberio Antoninum legi. Si Tiberius ſervum ejuſdem habuiſſet nominis, lis deciſa foret. Sed nemo hactenus Parthenium (*b*) reperire potuit, qui Tiberii aut ſervus aut pediſſequus aut miniſter fuerit. Fortiſſimum argumentum, quod adferri poteſt, hoc eſt, quod JC. tamen Pomponius in d. l. [41. *D. de Hered. inſt.*] Parthenium TIBERII CÆS. ſervum nominet. Verumtamen ſi e contrario perpendimus, MS. non concordare, atque Alciatum in ſuo exemplari pro *Tiberio* inveniſſe *Titum*, ſtatim advertimus, vulgatam lectionem non eſſe omni exceptione majorem, quod Ruſſardus in ſuis jam Pandectis ad eamdem l. obſervavit. Autographum Pandectarum Florentinorum litem fortaſſe poſſet decidere, non eo autem modo, quo illud Lælius Taurellus edidit. Sed quis noſtrum ſcit, quid miſellus ille homuncio Florentinarumque Pandectarum ſcriptor, qui Latina haud intellexit, ſcripſerit? Alciatus ſane in conjectura ſua *Lib. Diſpunct. I. cap.* 2. eo confirmabatur, quod obſervabat Parthenium Titi ſervum fuiſſe, & præfectum cubiculi, nec non Domitiani enſiferum, qui conjurationis in eum factæ fuit conſcius, ut narrat *Sueton. c.* 16. *n.* 5. item *Dio Caſſius L. LXVII. pag.* 766. *lit. D. & ſeq.* ne Aurelium Victorem commemorem. Idem hic Dio Caſſius refert, dictum Domitianum in pretio habuiſſe Parthenium, & evexiſſe ὡς καὶ ξιφηφορεῖν, *ut jus ferendi gladii haberet.* Quæ circumſtantiæ & ſimiles Alciati opinionem certe reddunt vero ſimillimam.

§. IV.

Sed quum rurſus ad MS. Theophili reſpicio, qui ANTONINUM exhibent, dum quartus (*c*) ipſum nomen PII oſtendit, & præterea is qui veterem ſcribendi morem intelligit, facile percipiat, ineptos librarios æque pro *Titus Antoninus* (TAĪUS) atque pro *Titus* potuiſſe TIBERIUS ſcribere; quinimo incertum plane ſit, num Parthenius *Titi* ſervus fuerit, ut ſibi perſuadet Alciatus, & contra celeber Domitiani Parthenius tamquam homo liber ac libertus deſcribatur, fateri cogor, me potius in Pium quam in Titum Veſpaſianum aut Tiberium inclinare. Huc accedit, quod Julianus & Pomponius eo tempore vixerunt, quorum ille hunc caſum *l.* 40. *D. de hered. inſt.* in terminis decidit; hic autem ſatis ſcire potuit, quid Titus Antoninus Cæſar in gratiam ſervi ſui Parthenii conſtituerit. Nam Julianum attigiſſe tempora Antonini Pii, Pomponiumque & circa & poſt ea tempora floruiſſe, neque Antoninum quidquam ſine prudentum conſilio ac ſententia decreviſſe, ex annalibus, qui de hoc Imperatore agunt, & inprimis ex Capitolino atque aliis conſtat: docent itidem faſti conſulares, hunc Julianum (*d*) ſub Antonino Pio fuiſſe conſulem. Nomen autem *Tiberii* in memorata l. 41. repeti, nihil (*e*) obſtat, ſiquidem incertum adhuc eſt, quo tempore hoc mendum & librarii error irrepſerit. Ipſius jam Juſtiniani tempore hoc accidere potuit: quamquam ego potius credo, hunc errorem poſtea exortum: quandoquidem Theophilus, qui mea de ſententia (quam P. *Gundlingianorum* IV. [*legend.* II.] expoſui) ſub Juſtiniano vixit, Antoninum nominat, quod non facturus fuiſſe videtur, niſi hoc nominis in Inſtit. & in l. Pomponii 41. *de Hered. inſt.* fuiſſet: unde librarii poſt illa *Tiberium* effinxerunt. Legimus quidem, Parthenium eroticum poëtam magni factum a Tiberio, ut Sueton. refert c. 70. atque hinc interpres gloſſabundus addere poſſet, eam ob cauſam & ſervum Parthenium Tiberio fuiſſe carum, quod ejuſdem poëtæ nomen geſſerit, cujus carmina

(*b*) Quaſi vero omnium omnino Romanorum, nedum ſervulorum, nomina hodie ſcire aut poſſimus aut debeamus. G. O. R.

(*c*) Unum ex Viglianis intelligit. G. O. R.

(*d*) Anno Chr. 148 Immo a Divis fratribus *amicus noſter*, & *clariſſ. vir* appellatur in l. 17. *de Jure Patronatus.* G. O. R.

(*e*) Sed hæc obſtant: quod nuſquam in Digg. inveniam *Antoninum Pium* dici aut *Titum Cæſarem*, aut *Pium Cæſarem*, ſed aut *D. Pium* aut *Pium Imp.* Sic & *Titus Veſp.* ubique *D. Titus*, nuſquam *Titus Cæſar*; at contra *Tiberius* ubique aut ſimpliciter *Tiberius* aut *Tiberius Cæſar* appellatur. G. O. R.

carmina tantopere amabat. Dum hæc ſcribo, venit in mentem, alium forte dicturum, Parthenium Tiberii eſſe ipſum poëtam Parthenium. Narrat Suidas, eum Nicæa oriundum & a Cinna bello Mithridatico captum, ad tempora TIBERII CÆSARIS vixiſſe, immo ipſi veniam datam alios docendi, ἠφεθη ἀφ᾽ ἑαυτὸν παιδευσιν. Ex quibus verbis G. J. Voſſius *L. II. c.* 1. *de Hiſtor. Gr. & Lat. & Poët.* collegit, eum ob doctrinam fuiſſe manumiſſum: quod tamen Jacobo Gronovio haud perſuadet, utpote qui credit fortaſſe ἠφεθη non *manumiſſum*, ſed *dimiſſum* ſignificare. Si ergo Suidæ narratio vera eſſet, aliqua veritatis ſpecies huic meæ accederet conjecturæ. Sed jam Fabricius *in Bibl. Gr. L. III. c.* 27. *pag.* 677. docuit, Tiberium centum fere annis poſt Cinnæ obitum regnare cœpiſſe: adeoque Parthenius centenario major fuiſſet, licet vel 16. vel 18. tantum annos tempore Cinnano habuiſſet. Hinc exiſtimat laudatus modo Fabricius, Tiberii nomen aut a Suida aut ab alio Gloſſatore invectum. Ego crediderim, aliquem ex Inſtitt. aut Pand. occaſionem arripuiſſe hoc nominis adlinendi: quamquam certum eſt, hunc Parthenium tempora Auguſti attigiſſe, præceptoremque Virgilii fuiſſe, quem idem hic imitatus fuit, teſtante Gellio aliiſque. Veroſimilius autem hoc fieret ei qui advertit, Tiberio libertum fuiſſe, cui nomen ANTHEROS, quique antea ejuſdem ſervus fuerat, unde facile PARTHENIUS naſci potuit. De hoc liberto Marcellus Empiricus obſervavit, eum apud Tiberium HÆREDITATIUM PROCURATORIS officio functum.

§. V.

Cæterum *Edm. Merillius* illum Parthenium confidenter pro Tiberii ſervo venditare non dubitavit, poſtquam in quadam inſcriptione apud Gruterum legit:

PARTHENIO CÆSARIS
ULPIA RESTITUTA
UXOR.

Fabrotus hanc ex eo Inſcriptionem (*f*) transſcripſit in notis prioribus ad Th. nec tamen definivit, an ea Tiberii tempore poſita fuerit? Quis enim omnibus ſparſim inventis Inſcriptionibus certum tempus adſignare poteſt? niſi aliæ præſto ſint circumſtantiæ, quæ conjecturis anſam præbent. Dicta inſcriptio aut Domitiani ætate aut Caracallæ aut paulo poſt facta eſſe poteſt, ut mox clarius oſtendam. Nam ſub hoc Caracalla reperiuntur *Parthenii Cæſaris*. In Theſauro Gruteriano alia etiam Inſcriptio legitur, quæ nec tempori Domitiani, nec Tiberii, nec Antonini Pii convenit, ſed Caracallæ, quæque priorem, ut opinor, illuſtratura eſt. Quare eam adponam, prout apud Grut. legitur p. DLXXXII.

M. VLPIO. ERIDANO.
AVG. L. AVRO. ES
CARIO PRAEPOSITO
ARION. CAESARIS. N. A VES
TE MATVTINA. PARTENI
VS. CAESARIS. N. AB ARGENTO
POTORIO. PARTENIVS. CAE
CILI. EVTYCHI. FRATRES
BENEMERENTI. FEC.

§. VI.

Hic autem mentio fit *Eutychii*, qui & apud Septimium Severum & apud Antoninum Caracallam in ſumma floruit gratia, ut ex IV. *L. Tertulliani ad Scapulam c.* 4. *n.* 3. patet. Hic Eutychius Punice *Torpacion* appellabatur, quod nominis

(*f*) Non transſcripſit, ſed ſolum indicavit. G. O. R.

minis idem ſignificat ac Græcum *Eutychius*, (*g*) *in quem inclinant bona*: ut Jeſuita La Cerda recte expoſuit. Idem Eutychius ægrotantem Antonini patrem Severum quodam curavit oleo. La Cerda (*h*) putavit, Tertullianum hic intelligere OLEUM SACRUM, ut mos erat Chriſtianis. Ipſum Tertullianum audiamus: „Nam & Proculum Chriſtianum, qui *Torpacion* cognominabatur, Euhodiæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & „ in palatio ſuo habuit usque ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat, lacte Chriſtiano educatus." In noſtra autem Inſcriptione vocatur *Eutychius* (*i*) *Parthenii frater*. Vix dubito quin Ulpii Eridani filia, *Parthenii* Cæſaris fuerit uxor, memorata antea *Ulpia Reſtituta*. Hi omnes Chriſtianiſmo imbuti fuere: unde nec in hac inſcriptione de *Diis Manibus* ulla fit mentio, quod alioqui in paganorum monumentis frequens eſt. Parthenius a ſuo domino manumiſſus videtur, ſicuti Torpacion ſive Eutychius a Septimio Severo, nec non M. Ulpius Eridanus. In alio monumento apud eumdem Grut. quod in honorem Caracallæ fabri poſuerunt, inter Honoratos a dextra legitur ULPIUS *Caracacallæ Auguſti libertus*, nec non *Eutychius & Parthenius*: ita ut quovis fere pignore contendere liceat, illam a Merillio & Fabroto ex Grutero adductam inſcriptionem pertinere ad Sæculum Caracallæ, cui & Ulpius & Parthenius famulabantur. Interim hinc ſatis apparet, ſi non alius ſupereſſet ſcrupulus, Parthenium ſæpius memoratum, vel ſub Antonino Caracalla, qui & in nummis & in Inſcriptionibus (*k*) PIUS nominatur, quæri poſſe. Sed Pomponius & Julianus prohibent, ne hoc credam. Namque hi de ſpeciali deciſione, in favorem Parthenii facta, amplam jam mentionem fecerunt: nec tamen alteruter horum aut circa Caracallæ tempora, aut poſt vixit.

(*g*) Duas notas Gundlingii de Nomine *Torpacion* & *Euhodia* adv. Tillemontium omittimus, quippe ad Parthenium, nedum ad Th. nihilum facientes. G. O. R.

(*h*) Etiam Fr. Junius: & recte quidem, ſi ipſum Tertullianum perſpectes. G. O. R.

(*i*) Immo poſterioris Parthenii dominus; ſicuti prioris Cæſar. &c. G. O. R.

(*k*) Nuſquam tamen ſolo hoc nomine deſignatur: ſicuti cum *Auguſtus* ſimpliciter dicitur, nullus Imperatorum præter eum, qui primus ita dictus eſt, ſignificatur. G. O. R.

EXCURSUS XV.

G. O. REIZII argumenta pro THo, ad §. 2. *de Hered. ab inteſt.* quod curiæ oblati DECURIONES ſint facti:

UT rem totam Lectoribus, quam clariſſime, ſi non breviſſime, fieri poſſit, ob oculos ponam, ſciant velim a Merillio & ſectatoribus ſubjectos curiæ confundi cum curialibus, quos curiales contra a decurionibus diverſos ſtatuunt, ita ut Heineccius Jac. Gothofredum erroris inſimulet, quod eoſdem non ſatis diſtinxerit. Jam primo equidem reſpondere poſſem, hac in re, ſi dubia eſſet, Gothofredi ſententiam, qui tantum in Codice Theod. diligentiæ & ſtudii impenderit, longe præferendam eſſe: deinde auctoritatem THi, poſt cujus etiam tempora legitimatio per curiæ oblationem frequentiſſima fuit, demonſtrationis inſtar eſſe, etiamſi alia argumenta deforent: quin tertio culpam in verſionem Curtianam, quæ hos viros in errorem duxerit, rejicere poſſem, ut qui *decuriones* hic vertere maluerit, quum & multiplices Gloſſæ *βελευτην curialem* æque ac *decurionem*, & vulgatus non tantum interpres in Nov. 17. cap. 8.

§. 1. tota Nov. 38. item Nov. 89. c. 2. & 3. &c. ſed & Julianus Anteceſſor eamdem vocem Græcam conſtanter (niſi admodum fallor) per *curialem* reddiderit, nam ſic poſterioribus ſeculis dicere malebant. Verum enimvero ad nullam harum excuſationum confugere neceſſe habemus, quum ſequentia loca ex ſolo Cod. Theod. Tit. *de Decurion*: oſtenſura ſint, tam Curialibus quam Decurionibus promiſcue & dignitatem, ſplendorem, atque Ordinem, & onera ac munia tribui; ſelegi autem ex abundanti copia nonniſi pauca in exemplum: „ L. XXXXVII. *Oppidaneis Ordinibus* conſulentes, dudum juſſimus ab injuriis „ corporalibus tutam eſſe debere *Ordinis dignitatem* - - - - ideoque ſancimus, „ ut ſi judex - - - - in corporalibus injuriis contra *Curialem* exarſerit. L. LIV. „ Providendum eſt eorum *novitati Decurionum*, qui nuper *nomen curiis* addide„ runt. L. LVII. - - - - liberos quos poſt ediderit, habeat Senatores, Præ„ tores jam, Quæſtoreſque, non *muneri decurionum obnoxios*. L. LXIV. Privi„ legio militiæ paternæ ſe non vindicet, quem avitus *curiæ nexus* adſtringit „ - - - - quod ſi militari avo & patre *Decurione* naſcetur, paternæ erit ſucce„ daneus functioni. L. LXXX. Omnis *ordo curialis* a tormentis - - - - habean„ tur immunes. L. XCII. Si quis procurationem facultatum ſuarum *Curiali* „ crediderit eſſe mandandam, totius dignitatis exceptione depulſa, patrimo„ nium ejus, quod crediderat Curiali, proſcriptio fiſcalis invadat. Ille vero „ qui immemor libertatis, & generis, infamiſſimam ſuſcipiens vilitatem, exi„ ſtimationem ſuam ſervili obſecundatione damnaverit, deportationis incom„ modo ſubjugetur. L. XCVI. Conceſſum Curialibus provinciæ Myſiæ, ut ſi „ quos e plebe idoneos habent, ad Decurionatus munia devocent. L. CVI. „ Curiales quicumque perfuncti provincialibus dignitatibus fuerint. L. CVIII. „ ne quis æſtimet, Curiæ loco ſupplicii quemquam deputandum: cum utique „ unumquemque criminoſum non dignitas debeat, ſed pœna comitari. L. „ CXXXXII. Si omnes qui albo curiæ [*quod alibi album Decurionum*] continen„ tur, adeſſe non poſſunt, ne paucorum abſentia - - - - debilitet, quod a ma„ jore parte Ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum. L. CLXXXVI. ut nullus „ pene Curialis idoneus in Ordine cujuſquam urbis valeat inveniri". Quid vero illuſtrius eſt principio Novellæ D. Majoriani pag. 144. Edit. noviſſ.? *Curiales, nervos* [vulgo vitioſiſſime *ſervos* legitur, ſed veram lect. reſtituit Cl. Editor RITTERUS.] *eſſe Reip. ac viſcera civitatum nullus ignorat, quorum cœtum recte appellavit antiquitas minorem Senatum*: de qua appellatione vid. Gothofr. ad leg. LXXXV. Nunc ad *ſubjectos curiæ* deveniamus: „ L. CLXXXI. Si quos ſane *cu„ riæ obnoxios* in diverſis officiis atque militia ſubterfugientes *decurionatum* ante „ eſſe claruerit. L. CLXXXVII. Si qui - - - - ex *Decurionibus* vel *ſubjectis Cu„ riæ* ad ſpectabilium gradum proceſſerint, per ſe tam *curialia* quam ſenatoria „ ſubeant *munera* - - - - liberos (Illuſtrium honorariorum) & poſt eorum il„ luſtrem dignitatem progenitos non ſolum Senatorum ſed etiam *Decurionum* „ *munia* per ſe, non per ſubrogatos ſubire conveniet. L. CLXXXVIII." [quæ eſt l. 55. Cod. Juſt. eod. tit. a Merillio potiſſimum allegata] „ Si quis *decurio* „ aut *ſubjectus Curiæ* ullam ante H. L. geſſit militiam".

Uti jam per *ſubjectos Curiæ*, ſi ſtricte a curialib. aut decur. ſeparantur, atque ut Jac. Goth. hic obſervat, alibi *debiti Curiæ* vocantur, eos intelligere debemus, qui nominationibus obnoxii in curiam pervenire poterant, necdum tamen aut onerum aut honorum participes, ſed vel curialibus ac decurionibus nati, vel municipes plebeji idonei &c. (de quibus conſulendus idem Goth. in paratitlo ſive Prolegomenis ad h. tit.) ita & ipſorum *Curialium* ac *Decurionum* nomen ſic diſtinguere poſſumus, ut illud ſit generale, totique Ordini Municipali commune, ad quem Ordinem decurionatus primum aperiebat aditum; atque adeo omnes quidem Decuriones fuerint Curiales, ſed non omnes Curiales manſerint in primo Decurionatus gradu, verum ad altiores honores & Magiſtratus, vel-

uti

uti Primorum ſ. Principalium, Ædilium, Flaminum, Duumvirorum &c. adſcenderint.

Jam vero tempus eſt oſtendere, hoc modo legitimatos, non curiæ ſubjectos ſtricto illo ſenſu, ſed reipſa decuriones eſſe factos. Ne autem quiſquam opinetur, hoc Novellis tantum Juſtiniani poſt THum ſcriptis, (quas ſupra memoravimus, præſertim 38. & 89.) effectum fuiſſe, adferam Theodoſii conſtitutionem vulgo minus cognitam, quæ prima hoc introduxit atque inter ejus Nov. Tit. XI. occurrit Tom. VI. append. pag. 35. unde excerpta eſt l. 3. Cod. Juſt. *de Natur. lib.* „Illi etiam parti - - - - conſulendum eſſe credidimus, quantum „favoris ſplendoriſque legitimæ proli ex legum ſuffragatione præſtatur, tan„tum naturali ac degeneri ſoboli derogatur. Nam cum de ſucceſſionibus pa„ternarum facultatum quædam ſeveriora, quædam humaniora circa eos jura „prolata ſint, nulla lex adeo eis pepercit, ut ejuſmodi ſorte conceptos ſal„tem in aliorum loco poneret, quos naturæ conjunctione proximos inveniſ„ſet. Sed nos - - - - & horum conditioni & *Curiarum commoditati* ſubvenien„dum eſſe perſpeximus, ut cum & naturalium liberorum vilitas *ſplendidiorem* „*fortunam* & *decurionum nobilitas* multitudinem deſideret auctiorem, utriuſque „generis utilitatibus in commune perpenſis, ab altero commodetur, quod „alteri deficit: lexque undique temperatiſſima collocetur, quæ & naturæ vi„tium *dignitatis impartitione* ſoletur, & *ordinum dignitatem* a corporum exigui„tate defendat". His præfatis, quæ Tribunianus ſuo inſtituto minus neceſſaria exiſtimans omiſit, ſequuntur maxima ex parte, quæ in d. l. 3. idem Trib. tranſtulit, ex qua ipſe Merillius ſuum errorem corrigere debuiſſet, quum non tantum occurrat, *Curiæ ſplendore honeſtare*, ſed & cujuſcumque civitatis *Decurionibus immiſcere*, nec non *illuſtris ordine civitatis illuminet.* Tum in ſeq. Nov. Theod. (ſive mavis ead.) pag. 37. legimus inter alia: „Præcipimus namque, „ut ad ſimilitudinem naturalium liberorum, quos *Decurionatus ſorti* paterna „ſententia dedicavit, filia quoque naturalis in matrimonium Curialis aſcita" &c.

Reſtat, ut in veram hujus legitimationis rationem inquiramus, quam necdum a Viris doctis ſatis expoſitam mirabar, donec nuper admodum Vir Cl. A. D. TREKELL ad Briſſonii Sel. Antiq. L. IV. c. 13. hac in re mihi ſatisfecit, in cujus ego verbis adquieſcam & finiam, monito lectore, ut conferat dictas ſæpius Juſtin. Novellas, & d. l. 3. Cod. „Hunc legitimandi modum locum tantum ha„bere potuiſſe in ſplendidioris fortunæ, non vero in tenuioris ſortis homini„bus. Curiæ enim addicti certam bonorum ſummam poſſidere debebant, quia „certus erat decurionum cenſus, ut ex Plinio I. Epiſt. 19. patet. Hinc natu„ralis pater tali filio legitimando tantam bonorum ſuorum portionem conce„dere debebat, quanta ad cenſum Decurionum ſecundum legem municipa„lem requirebatur. Quum ergo alias & ſpurii & inceſtuoſi a dignitatibus & „honoribus municipalibus non erant excluſi, l. 6. D. *de Decur.* mirum non eſt, „Imperatores hunc legitimandi modum introduxiſſe, ut per eum divites in„vitarent, ad filios ſuos naturales cum parte facultatum ſuarum curiæ man„cipandos."

EXCURSUS XVI.

SIVE

GUL. OTT. REIZII DISQUISITIO,

cur ſervis ac ſervabus plura aliquando nomina tributa reperiantur.

§. I. NOviſſimus ſcriptorum, qui ſervis bina nomina abnegant; eſt (quantum ſcio) EVER. OTTO (1), qui adeo nobis hic inſtar omnium erit: nec enim Alciatus, Auguſtinus, Mercerius II. *Opin.* 18. Weſtenbergius in *D. Marco*, Bynkerſhoekius in *Obſerv.* ceterique, quos evolvi, aliud quid in hoc genere memorabile habent. Ille igitur V. Cl. in præfat. Tom. I. *Theſ. Jur.* pag. 41. ad Auguſtinum *de Nomin. prop.* του παιδ. hæc inter alia commentatur:

§. II. „ Hoc non ita vulgatum addo, vix tolerari poſſe, quod CUJACIUS (2) „ ſcripſit in §. 1. Inſt. *de Eo cui libert.* Popilium Rufum ſervum videri, quia ſer- „ vi etiam binomines fuerint. Quæ enim eam in rem adferuntur ex l. 23. D. „ *de Manum.* & l. 32. §. 2. *de Teſtam. tut.* minime id probant, quia in priore (3) „ Cajus Sejus ſe pro libero geſſerat, ut Barbarius Philippus in l. 3. D. *de Offic.* „ *Præt.* in altera vero (4) Lucio Eroti in teſtamento tutori dato prænomen „ patroni imponitur, ſicut in manumiſſionibus vindicta, *Verterit hunc dominus,* „ *momento turbinis exit Marcus Dama*, apud Perſ. Sat. V. ℣. 78. ubi Caſaubonus „ plura huc pertinentia obſervavit. Alias vero prænomen, nomen & cogno- „ men, hominis liberi (5) propria vocavit Quintil. VII. *Inſt.* 4. ſoloſque li- „ beros cognomine uti, Diocletianus reſcripſit in l. 9. C. *de Liber. cauſa*, ad „ quam vide Alciat. V. *Parad.* 5. & Auguſtin. III. *Emend.* 8. JCtis præterea „ & Imperatoribus, ubi de ſervis agunt, ficta (6) Titii & Caji nomina quan- „ doque exciderunt in l. 40. D. *de Hered. inſt.* & l. 9. C. *de Oper. lib.* quæ pæ- „ ne ſuſpecta videbatur Alciato VI. *Parerg.* 9. tum hanc ob cauſam, tum quod „ veteres Græcis potius nominibus Eros, Pamphilus, utantur, quale vero & „ Caji nomen a γαΐος tandem agnoſcit. Italis, ſi Euſtathio credimus Lib. II. „ Iliad. Etym. ὁ μισθιος eo ſignificatur, ut Cujac. notat ad §. 6. Pr. Inſtit. Cæ-

„ farum

(1) Necdum enim prodierat, quum hunc Excurſum conſcriberem, elaborata doctiſſ. Juvenis JANI ANDREÆ HULTMANNI Diatriba Inaug. *de Servis Binominibus*, quam quia integram hic ſubnectere non licet, neque ipſum neque candidum Lectorem ægre laturum ſpero, ſi inſumtam mihi operam perdere omnino ac ſupprimere noluerim; tum quia compendium quaſi exhibet eorum, quæ Hultmannus & fuſius & doctius differit, ut ſubjectæ nunc notæ docebunt; tum quia, ut mihi, ſic ipſi, volupe forte futurum eſt, duorum hominum, inter ſe hactenus & facie & litterarum commercio ignotorum, mirum in eadem re conſenſum cognoſcere. ut tertiam, quæ me impulit, cauſam lectori divinandam relinquam.

(2) Omnia Cujacii argumenta, quibus adde mancam inſcriptionem, quam Fabrotus inter noſtras jam notas pag. 604. ſupplevit, fuſe & ſolide refutat Hultmannus a pag. 19. ad 32.

(3) Hultm. pag. 24.

(4) Idem pag. 23.

(5) Idem pag. 19.

(6) Idem pag. 23.

(7) De natura & origine ſervilium nominum Hultm. a pag. 2. ad 19. differit.

(8) Commodum hujus rei exemplum præter alia ex l. 14. D. *de Fideic. lib.* adfert laudatus toties Juvenis pag. 25. ubi ſic teſtator: EROTEM *ſervum meum, qui & PSYLLUS vocatur, liberum eſſe volo, ſi uxori meæ placeat.*

(9) Idem pag. 24.

(10) Ita etiam judicat Hultm. pag. 21-2.

(11) De his agens juvenis noſter poſt adlata compluria exempla ſubjungit pag. 34. „ Unde juſtiſſima mihi eorum ſuſpicio vide- „ tur, qui libertos Palatinos, ſive Cæſarum per

„ adula-

„ ſarum porro & Auguſtarum ſervi plus ſibi arrogabant, ingenuorum inſtar „ agentes, ad quorum jura accedebant, Ulp. tit. XX. fin. Tales molli præno- „ mine gaudentes erant, C. LIVIUS ET JULIUS EROS AUGUSTÆ SERVI PEDIS- „ SEQUI apud Spon. *Miſc.* pag. 229. In ceteris vero brevitas, unius vel dua- „ rum ſyllabarum, pleriſque dominorum placebat". ETC.

§. III. Recte omnia mea de ſententia, qui & ipſe cenſeo, ſervis qua ſervis nonniſi unum a dominis (7) datum fuiſſe nomen, quod novi rurſus domini pro lubitu in aliud (8) mutare ſolebant, uti hodieque in India fieri, teſtes ſat idonei mihi adfirmarunt. Quum vero Vir Cl. ad pauca tantum ſervorum binominum, ut putantur, exempla reſponderit, & complura tamen diverſi generis in Gruterianis ac Gudianis inſcriptionibus invenerim, quibus ſolvendis argumenta ſuperius adlata haud ſufficiunt, operæ erit pretium, varias conjectando cauſas proponere, a Viris Doctis amplius examinandas, unde factum arbitrer, ut ſervi ſervæque bina aliquando aut terna uſurparint nomina.

§. IV. Harum tres ex ipſius Ottonis adlegationibus exſculpemus. (I) Eorum qui ſe pro liberis hominibus (9) geſſerunt, l. 3. D. *de Offic. Præt.* & l. 23. *D. de Manum.* (II.) STATULIBERORUM, quibus per prolepſin patroni nomen imponitur, l. 32. §. 2. *de Teſt. tut.* quo ex communi DD. ſententia (10) Theophili POPILIUS RUFUS pertinet, ut in notis ad h. l. videre licet; quamquam laudatus ſæpius Otto in Comment. ad Inſt. hunc liberum fuiſſe cum aliis ſtatuit. (III.) Quod Auguſtorum Auguſtarumque ſervi ingenuorum aliquando aut libertorum ſaltem inſtar agebant. Unico Sponii exemplo addo ſequentia:

GRUT. Pag. 577: 3. *Tito Flavio Oleno ſervo & procurat. balnei T. Flavi Aug. VCT.* (unctori) *mediaſtino. &c.*

—— Pag. 596: 4. *D. M. Julia Pelagia - - - - Thyrſius Halis Ti. Claudi Cæſaris Aug. German. ſer. diſpenſ. contubernali ſanctiſſimæ.*

GUD. Pag. 189: 1. *C. Achryſius Aug. ſer. a Corinthiis fecit ſibi & Juliæ Joſidæ Liviæ Aug. Servæ Cubicul.*

—— Pag. 196: 8. *Diocheus Diogenes ſervus oſtiar. a cubic. Aug. N. hic ſit. eſt.*

—— Pag. 199: 1. *Cajæ Iſmeniæ Liviæ Aug. ſer. a ſandaliis & a veſte Aug.*

—— ibid. 11. *Juliæ Tagalmæ Juliæ Domnæ Aug. ſer. a cubicul.*

—— ibid. 14. *Julia Iſandra Liviæ Aug. ſerva.* Etc.

§. V. Quos ego tamen omnes, non qua ſervos, ſed qua libertos, bina nomina (11) uſurpaſſe crediderim. Namque occurrunt exempla, quæ eidem homini & libertinitatem & ſervitutem tribuunt:

GUD.

„ adulationem, ſive alia de cauſſa ſeſe ſervos „ adpellaſſe [credunt], etiamſi revera jam ex „ ſervitute forent manumiſſi. Illuſtre exem- „ plum, & quo veritas eorum, quæ diximus, „ mirum in modum adſtruitur, exhibet in- „ ſcriptio Gruter. XXV: 12. *Hermeros Ti. Clau- „ di Cæſaris Aug. Germ. Ser. Theamidianus ab „ marmorib. Magiſter Feroniæ aras quinque D. S. „ D. D.* Hunc recte Reineſ. Cl. I. n 31. con- „ tra Octav. Boldonium non *magiſtrum ab „ marm.* ſed *mag. Feroniæ* h. e. ſacris ejus præ- „ fectum fuiſſe docet: ſed quid audio? Fe- „ roniæ libertatis Deæ Magiſter ſive Præfe- „ ctus ſacrorum fuit ſervus? abſit, ut creda- „ mus, quin libertum eum Palatinum pute- „ mus, & omnia plana erunt". His ſimilia ad pag. 39. decurrunt. Non poſſum tamen non ejuſdem ſive notam ſive additamentum ex pag. 34. adſcribere: „ Neque ſolum in Palati- „ nis, ſed & aliis quibuſcumque, maxime il- „ luſtrium virorum, quod infra aliquot exem- „ plis confirmabimus, libertis hoc verum fuit. „ Pertinet huc elegantiſſima Viri Doctiſſ. JO. „ CASP. HAGENBUCHII obſervatio, qui Epiſt. „ Epigr. p. 164. contra Fabrettum *ſervos quan- „ doque in ſervitute remanentes ſuos ſibi libertos „ habuiſſe* dictitantem Inſc. pag 302. b. diſpu- „ tans, *Nobis* inquit *explanatius dicturis vide- „ tur, quoſdam ex ſervis factos libertos ap. Pa- „ tronos ita in ſervitute permanſiſſe, ut ſervo- „ rum lectiſſimorum muneribus fungi perrexerint, „ ſervique qui fuiſſent, quam liberti qui eſſent, „ dici maluerint, & ipſi ſervos ſe potius, quam „ libertos, in monumentis quæ faciebant, inſcri- „ pſerint. Ejuſmodi libertos revera factos, at „ opere & nomine ſervos manentes, ſuos ſibi ſer- „ vos comparare, eos manumittere, Patronos „ adeoque fieri, & libertos habere potuiſſe.* Hæc

GUD. Pag. 18: 9. *Cereri conſerv. horreorum Aothenianorum L. Aurelius Aothenius Priſcus Aug. Lib. ſervus horreorum publicor. Aventin.*

—— Pag. 200: 5. *Liviæ Alope Liviæ Aug. ſer. a cur. ſandal. libertæ &c.*

—— Pag. 204: 5. *Ulpia Matidia Diotima Plotinæ Aug. Lib. a cubic. ſer. &c.*

Jam vero credibile admodum eſt, liberorum hominum non paucos, qui ægre victum & amictum ſibi quærere poterant, in ſervitutem ſe addixiſſe vel privatis dominis, vel domui Auguſtæ, vel Populo Rom. aliiſve civitatibus, l. 6. §. 5. D. *de Injuſto, rupto.* tit. Cod. *Ne quis liber invitus actum reip. gerere cogatur.* Cujuſmodi forte hominibus vetus & liberum quaſi nomen reliquit dominorum benignitas. Simili prorſus modo hodieque videmus, multos opificum magiſtros (quos quidam officinatores, Belgæ *Meeſters en Bazen* vocant) præ inopia cogi, clauſis ſuis officinis, ad miniſterium & velut in ſervitutem opificum nobiliorum redire, ut diurna mercede ſe ſuoſque ſuſtentare poſſint. Huc facit, quod P. Burmannus ſenior ad Petronii, c. 57. [EQUES ROM. *es; at ego regis filius. Quare ergo ſerviviſti? quia ipſe me dedi in ſervitutem; & malui civis Rom. eſſe, quam (rex) tributarius.*] adſcripſit: „Hac arte peregrini emebant civitatem Rom. dando ſe „ in ſervitutem Romano, adjecto pacto, ut manumitterentur". Sed quam vellem, juſtis auctoritatibus hanc rem confirmaſſet!

§. VI. PETRUS FABER II. *Semeſtrium* cap. 24. *de actibus legitimis* diſputans, *quorum alii a ſolis patribusfam. alii a liberis qui in poteſtate ſint, alii & a ſervis peragi potuerint*, pag. m. 367. hæc memorabilia habet: „Ii ſervi, late ſumpto vocabu„ lo, *publici* nominantur, qui (licet ſervitute liberati manuque miſſi fuerint) „ miniſterium tamen publicum aut magiſtratibus aut ſacerdotibus exhibent: „ qui ex libertinorum corpore plerumque ſumebantur. Sic enim Tacitus l. „ XIII. Annal. *Quippe late fuſum id corpus: hinc plerumque tribus, decurias, miniſte„ ria magiſtratibus & ſacerdotibus, cohortes etiam in urbe conſcriptas*, &c. Itaque „ (meo quidem judicio) de libertino (qui recte ſervus, ex opinione Chryſippi „ ἀφ᾽ τοῦ τὰς ἀπελευθερίας μὴ δούλας ἔτι εἶναι, ab Athenæo VI. Δειπνοσοφ. relata, nomina„ tur) accipi debet, quod *ſervum publicum prætoriſve*, aut (ut noſter Cujacius „ legit) *Pop. Rom.* parte dimidia teſtamenti faciendi jus olim habuiſſe, Ulpia„ nus in Inſtit. tradit. Cujus ſervi meminit, ex veteribus Varro, lib. VII. *de* „ *L. L.* ad fin. de quo, ut ſuam nuper docti aliquot viri, ſic ipſe meam (quod „ non eadem eſt) opinionem aliquando proferam: Ex recentioribus vero, Ca„ pitolinus in Gordianis". Hæc e Fabro in præſentia ſufficiunt, cujus mihi locum indicavit Frater dilectiſſ. JO. FRED. Addam tamen ſingularem illum VARRONIS locum: *Alii nomen habent ab oppideis: alii aut non habent; aut non, ut debent, habent. Habent plerique libertini a municipio manumiſſi. in quo, ut ſocietatum & fanorum ſervi, non ſervarunt proportionem & rationem, & Romanorum liberti debuerunt dici, ut a Faventia Faventinus, a Reate Reatinus, ſic a Roma Romanus. ut nominantur a libertineis orti publici ſervi, Romani, qui manumiſſi antequam ſub magiſtratus nomina, qui eos liberarunt, ſuccedere cœperunt.*

§. VII. Aliam rurſus cauſam nobis præbebit LAUR. PIGNORIUS pag. 72. hæc ſcribens: „ Celadi Antinoi" [perperam *Antinoi*, pro quo legendum Antoniæ, ut correxit Gudius ad Grut. 581: 1.] „alumnus Lyrius" [alii aliter, ut mox dicam] „ cujus elogium deſcripſimus Romæ prope collem Hortulorum:

„ TI' LYRIUS TI. CAESARIS AUG. SER. CELADIANUS MEDICUS OCULARIUS" [TIBERIUS TI. CÆS. Gruterus fide Sirmondi, ILLUSTRIUS Fabrett. Spon. & Malvaſ. habent. Ego verum ac ſervile nomen conjicio fuiſſe ILLYRIUS.] „Ce„ ladianus autem a Celado dictus eſt. Quæ ſane denominandi ratio admodum „ re-

„ Hagenb. vere per Muſas! & erudite". Pag. autem 39. formulas *ſive ſervo ſive liberto, ſive ſervæ ſive libertæ*, poſt aliorum conjecturas explicat ex l. un. §. 1. in fin. C. *de Lat. lib. toll.* ubi Juſtin. ait: ſimul & *libertas & ſervitus concurrant.* &c.

„ recepta fuit in ſervis apud noſtros, ut videlicet ab illo, qui inter ipſos fa-
„ miliam veluti duceret, nominarentur. Ita a Creſcente Creſcentianus, a
„ Theamide Theamidianus, a Thamyra Thamyrianus".

Huc refero inſcriptionem (12) Gruter. pag. 996: 9.

Terentianæ Cl. Secundi Servæ &c. *Hermes Callippianus contubernali ſuæ cariſſ. & piiſſimæ.*

§. VIII. Quum mulieres etiam ingenuas uno tantum nomine adpellare ſint ſoliti Romani, quid mirum, ſi ſervarum binominum exempla perquam ſint rara. Ego tria tantum in Gudio inveni:

Pag. VII: 13. *Irenes Lanipendæ V. A. XXIII. Olympus contubernali B. M. fec.*

Pag. LXI: 8. *Chreſtenis Pontiæ oſſa heic requieſcunt. Auctus ſuæ conſervæ* &c.

Pag. LXIII: 4. *Nummalliæ* [Grut. 998: 8. *Mummiæ*] *Nigrinæ fec. Celtiber conjugi cariſſ.*

Ad primum & ſecundum reſpondeo, *Lanipendæ & Pontiæ* nomina non videri ξυξια, ſed illo opificium, hoc patriam deſignari. In tertio (13) hæreo, num ſerva Nigrinæ vel liberta ejuſdem, an Æthiopia fuerit. Hiſce non adjungo, quæ apud Gruterum memorantur:

Pag. 1035: 14. *Anton. Traj. ſibi & Antoniæ Arete contubernali ſuæ nutrici M. Antoni Flori.*

Pag. 1047: 1. *Veraniæ Thaumaſte Piiſſimæ contubernali B. D. S. M. Q. Veranius Pharnaces & Agathemer. fecer.*

quia dubium eſſe nequit, quin liberti & libertæ fuerint, plane ut

Pag. 952: 4. *Q. Propertius Secundus - - - - Propertiæ Dyname libertæ & contubernali ſanctiſſ.*

unde patet, *contubernalis* vocabulo non ſemper ſervam proprie dictam intelligi. Neque huc refero cum FABRETTO Inſcript. pag. 711. n. 329. [Grut. DC: 8.]

D. M. Euhemeri Cæſaris N. Vernæ Pediſequo - - - - Ælia Succeſſa mater &c.

ſed Joſ. Caſtalioni potius adſtipulor ſcribenti, *Libertum potius puto, cujus mater ex gentilicio nomine libera cognoſcitur, quique tum matris commendatione, tum ſuis meritis facile libertatem ab indulgentiſſimo principe impetrare potuit:* licet FABRETTUS ſubdat: „Frivola omnia; mulieres namque dominico quam-
„ vis primo nomine (14) vocatas, paſſim in ſervorum connubio" [voluit-ne *contubernio?*] „ſervilibuſque parentibus ortas legimus". Atqui ego putem, ſi quando ancillæ dominorum ſuorum nomina adſumſerunt, eas vel libertas vel concubinas eorum fuiſſe.

§ IX. Reſtant aliquot VERNARUM, tam maſculorum quam feminarum, exempla, quæ plura uno iis nomina adſcribunt:

GRUTER. DLII: 2. *Furfannia L. F. Saturnina fecit ſibi & A. Mannejo A. F. Col. Celſo filio ſuo militi cohortis VII. prætoriæ, & M. Valerio Iſauro Conjugi ſuo, &* M. VALERIO SEMNO VERNÆ SUO, *& M. Valerio Iſmari L. Iſychio tutori ſuo &* SATURNINÆ VERNÆ SUÆ, *& Epichariniæ libertæ, &* JUCUNDÆ VENERIÆ VERNÆ SUÆ, *& libertis libertabus poſteriſque eorum.* NATALI VENERIÆ VERNÆ SUÆ.

Huic ſimiles, quas deſcribere tædet, exſtant Pag. 953: 1. 1152: 7. & 1153: 3. item apud GUDIUM Pag. 342: 10. 346: 1 & 7. 350: 2 & 3. Vernulas autem ut plurimum ſuis dominis percaros fuiſſe, omnes Antiquarii & Lexicographi ſatis docuerunt. Unde ſuperiores cunctos, nam & alii multi unico nomine dicti reperiuntur, ſuſpicor vel naturales (vid. meam ad Theoph. notam pag. 106--7.) dominorum ex ſerva concubina filios filiaſve fuiſſe, vel teſtamento aut adoptione liberos libertoſve effectos. Habeo ſane exemplum *vernæ liberti* (15) apud Gudium pag. 344: 3. *Fulviæ Fatali Lib. & Vern.* &c.

Deſinam

(12) Plura dedit exempla Hultm. p. 40. ſq.

(13) Vid. inf. not. 16.

(14) Fabretti ſententiam ample & erudite refutat Hagenbuchius Epiſt. Epigr. p. 172-181. novem cauſſis imparia & claudicantia ſervorum ac liberarum conjugia tribuens.

(15) Alia nonnulla habet Hultm. in quibus tamen *verna* vocabulum pro cognomine potius acci-

Desinam in Gruteriana inscript. Pag. 586: 6. quam mihi Pratejus non satis recte intellexisse videtur, in Lexico scribens: „ *Libertos* autem *vernas* etiam an„ tiquæ inscriptt. nobis referunt, ut hæc: *Fortunatus Augusti libertus verna*". Namque ibi legimus:

FORTUNATUS. AUG. LIB.
VERNA. PATERNUS
AB EPISTULIS
ACCENSUS. PATRON.
DIVO. AUG. VESPASIANO. &c.

Fortunatus scil. verna fuerat patris Vespasiani, sed ipsius postea Vespasiani Libertus.

(16) Hæc qualiacumque, Erudite Lector, judicio stentque cadantque tuo.

accipiendum esse conjectat. Id vero in adlatis a me inscriptt. locum invenire nequit, ubi *verna suus*, ut conjux suus, & tutor suus &c. occurrit.

(16) Haud absimiliter concludit tandem p. 47. Juvenis Eruditiss. sed dicta ejus ob cohærentiam paullo altius a pag. 45. carptim repetemus: „ Gruter. 990: 11. *M. Porcio Felici* „ *Euodia coserva bene merenti de suo caro conju*„ *gi* . . . . plane ut M. Porcius Felix, liber„ tus, ut ex tribus ejus nominibus conficitur, „ Euodiæ tamen adpellatur conservus, ita „ *Mummiæ Nigrinæ Celtiber conservus* in Grut. „ ut adeo recte Fabr. l. c. *Conservam* inquit „ *vocat ex priori fortuna: Ita priscinæ fortunæ* „ *suæ memor M. Creparii libertus servam patro*„ *ni sui sepeliens apud Murat.* FORTUNATÆ M. „ CREPARIUS FORTUNATUS CONSERVÆ. Verba „ sunt Cl. Hagenb. p. 164. quæ quidem cum „ ita sint, cumque hermeneuticas, quæ uni„ versaliter procedant, interpretandorum mar„ morum, uti vere alibi Hagenb. non habea„ mus regulas, nihil est, quod *Festum Virgi*„ *lium Fortunatæ servum* in Grut. 957: 2. aut „ *Faustum Erotem* [*Eronem*] *vicarium supra eo*„ *cos* 580: 12. . . . . curemus".

EXCURSUS XVII.

EX GUNDLINGIANIS.

Parte XL. Artic. II. pag. 410. sqq. A°. 1727. edita.

Latine redditus a G. O. R.

OBLIGATIO NOMINIBUS FACTA, ITEMQUE LITTERARUM.

ARGUMENTUM.

§. 1. Obligationis origo in conventionibus & contractibus.

§. 2. & 3. Romani in promissionibus solennitates requirebant, præsertim in conventionibus unilateralibus, adeoque in suis stipulationibus. An idcirco culpandi sint?

§. 4. & 5. In mutuo spectatur numeratio & *realis* præstatio: quamobrem creditor securus vult reddi, se numeratam pecuniam recepturum, neque debitorem negaturum se accepisse. Quæ res obligationi litterariæ & cautioni scriptitiæ originem dedit.

§. 6. & 7. De origine vocabuli Latini *Nominis*. Cur *debitum* designet?

§. 8. Obligatio nominum antiqua. *Expensum ferre*, *acceptum ferre*; quod interdum differt ab *acceptum referre*. Tabulæ creditoris & debitoris.

§. 9. 10. & 11.

§. 9. 10. & 11. Clare oſtenditur, quomodo *Obligatio nominum* & contractus ſit, & ſimul *pecuniæ acceptionem* arguat probetque. Unica & vera Theophili Paraphraſtæ doctrina *de obligatione nominum.* Cur Theophili opinionem alii rejiciant? *Briſſonius* & *Salmaſius* refutantur. Cur debita ex variis contractibus in obligationes nominum ſint transfuſa? *Hadriani Cardinalis* diligentia in explicandis locutionibus, *acceptum & expenſum ferre.*

§. 12. Cur ſibi quidam perſuadere non potuerint, *veram nominum obligationem* ex ſcriptura privata in tabulis creditoris & debitoris oriri? Error *Heraldi.* Utriuſque codices conſentire ideoque inter ſe comparari debebant. *Scontro, Scontrare* quid ſit? Veterum Romanorum induſtria in accurata codicum tabularumque ſcriptura.

§. 13. Antiquum Romanorum morem in *expenſilando & acceptilando* optime docemur ex Oratione Ciceroniana pro Roſcio Comœdo. *Adverſariorum & Tabularum differentia.*

§. 14. Cur tandem & extraneæ perſonæ adhibitæ ſint, qui expenſilationem & acceptilationem Creditoris & Debitoris in Codices ſuos referrent? Hic mos ex Seneca oſtenditur. J. Rævardi error.

§. 15. Interpretatio loci Horatiani.

§. 16. Ut & Ciceroniani, quæ dictum morem comprobant.

§. 17. *Obligatio nominum apud menſam & argentarios.* Unde orta ſit? Heraldi & Salmaſii errores circa expenſilationem. Multiplices expenſilationis modi, qui omnes ordine enumerantur.

§. 18. Cauſæ redduntur, cur obligationes nominum cunctæ exoleverint, etiam illæ quæ olim apud argentarios fiebant? Novus Salmaſii error.

§. 19. Origo ita dicti Contractus litterarum ſive *Chirographarii.* Cur olim ſcripturæ ſolitariæ & confeſſioni nulla probationis vis tributa ſit? Quamobrem hoc ſit mutatum? *Honorii & Juſtiniani leges.*

§. 20. Bachovii opinio, Contractum Chirographarium eſſe mutuum præſumtum.

§. 21. Adverſarii ejus, nonniſi verbotenus, ab eo diſcrepant.

§. 22. Titius Juſtinianum vituperat ob novam Legiſlationem, cui quodammodo reſpondetur. Num *exceptio non numeratæ pecuniæ contra ſcripturam* æqua ſit? anne biennium ſit ſuperfluum?

§. 23. Æquitas cerebrina eorum, qui poſt biennium etiam probationem de non numerata pecunia debitori relinquunt.

§. 24. Concluſio.

§. I. OBligatio conventionum præcipue conſiſtit in mutua eorum voluntate, qui quid inter ſe paciſcuntur ac promittunt. Hoc quivis facile percipiat. Cui autem quid promiſſum eſt, ejus poſcendi jus adquirit, vel ideo quia promiſſum eſt. Verum enim vero, *promittere* quid eſt?

§. II. Romani ſimplicibus, tumultuariis & inconcinnis verbis haud adquieſcebant. Exiſtimabant, facile id, quod geſtum eſſe diceretur, poſſe negari, & prætexi, conventionem non fuiſſe conſummatam; ſed partem utramque intra nudum pactum ſtetiſſe, nec acceptationem manifeſtam, adeoque promiſſionem non ſatis fuiſſe validam. Ideo voluerunt, ut promiſſa ſua certam formam, modum & concinnitatem haberent, præcipue quum una ſe tantum perſona obligaret, veluti *in ſtipulatione, mutuo, litteris.*

§. III. Hinc in conventionibus verbalibus ſimplicia ac nuda verba nondum inducebant obligationem, ſed acceptatio poſt ſolennem interrogationem accedere, & promiſſio in concinna atque interrogationi conjuncta & congrua reſponſione (*a*) manifeſta eſſe debebat. Hoc ubi factum, & certum eſſet, quid,

(*a*) Stat penes legislatores, quam formam in promiſſis ratam eſſe velint. Sicuti Germani, & hodie imprimis Saxones non injuſte agunt, quum cenſent mulierem, ſine curatoris conſenſu nihil poſſe promittere: ita Romanis non eſt vitio vertendum, ſi verba ſolennia in promiſſionibus ac ſponſionibus validis requiſierunt. quod ipſum Hugo Grotius fratri Wilhelmo reſpondit, qui hac de re ad eum ſcripſit *Epiſt.* [Append.] *XII. pag.* 757. Modus promittendi

quid, quantum, quale; ac legitima acceſſiſſet forma, naſcebatur inde *condictio certi ex ſtipulatu*: Itaque id modo curandum, quo pacto probari liquido poſſit, ſtipulationem a præſentibus legitime factam eſſe: id quod per teſtes, per inſtrumenta, per confeſſionem propriam, aut denique per jusjurandum fiebat, aliiſque modis.

§. IV. In mutuo itidem præſtatio & promiſſæ pecuniæ numeratio præcipue requirebatur. Nec enim ſolennis promiſſio faciebat mutuum. Numeratio & præcedere & probari debebat, ut certi condictioni ſua conſtaret vis, *cum non eſſe & non apparere in moralibus idem ſint ac unum.*

§. V. Jam vero neceſſe non erat, ut in mutuo chirographum aut ſcriptura adhiberetur. Sufficiebat numerationem eſſe factam. Neque ſolennibus verbis ore prolatis opus erat: ſed quod mutuum dantibus curæ eſſe debebat, in eo potiſſimum conſiſtebat, ut de modo probandi, præſtationem ſive numerationem reapſe factam fuiſſe, ſolliciti eſſent; & hanc probationem, ubi ſuum vellent recipere, ad manum haberent; ſiquidem mutuum ſine [ſcripta] cautione incertum magis quam certum eſt. Atqui, ſi res in judicium veniat, illud certum & caput & pedes actionis facit: hinc ergo inſtrumentorum, litterarum & ſcripturæ origo eſt arceſſenda.

§. VI. Qui mutuum ſumit, haud ſemper id vult fieri palam: ei autem, qui dat mutuum, ſuæ aliquando ſunt rationes, cur hoc aliis aperire ac manifeſtare nolit. Itaque & hic recurrebatur ad ſcripturam ſive litteras. Hæ clanculum & remotis arbitris poterant ſcribi, atque omnia a contrahentibus ſolis confieri.

§. VII. Qui mutuum ſumit, nomen ſuum edere cogitur: & qui dat, nomen ſuum memorare neque occulere debet. Hæc nomina Latinum vocabulum NOMEN in ſignificatione DEBITI pepererunt. Nec tamen nominum ſcriptura ſufficiebat: [*aut, ut hodie loqui ſolemus,*] non ſatis erat ea retuliſſe in *Credit* & *Debet*. Certa forma (*b*) invenienda fuit, ſicuti & in verborum obligatione [Romani] nudis verbis non adquieſcebant, ſed ſolennes locutiones invenerunt & excogitarunt.

§. VIII. Boni ergo patresfamilias in accuratas TABULAS & CODICES omnia referebant: adeoque qui *Mutuum* contracturi erant, reſpiciebant ad *mutuas tabulas*. Mutuum dans in ſuo Codice ſcribebat ex. gr. *Ego Titius expenſum* (*c*) *tuli Cajo X. millia Seſtertium.* Mutuatarius in ſuo: *Ego Cajus acceptum* (*d*) *tuli Titio X. millia ſeſtertium.* Sic oriebatur *Nomen ex mutuo*, & *obligatio nominum*: atque ex hac obligatione nominum naſcebatur denique *condictio certæ pecuniæ*: id quod eamdem obtinebat vim, acſi numeratio ſeu acceptio fuiſſet probata. Atque hoc ipſum eſt, quod Cicero in Oratione pro Roſcio Comœdo cap. 5. ſcribit: *actionem pecuniæ certæ niti numeratione*, EXPENSILATIONE, *ſtipulatione*. Aulus Gellius *Noct. Attic. L. XIV. c.* 2. plures quidem modos probandi pecuniæ acceptionem memorat; ſed jam nunc opus non eſt eos pertractare.

§. IX. Potius oſtendendum inprimis, quomodo obligatio nominibus facta contractus ſpecialis eſſe potuerit, quum probationi tantum inſerviiſſe videatur,

mittendi jure civili determinatur & definitur: nec quiſquam tamen dubitat, *an promiſſa ſint ſervanda?* GUNDL.

(*b*) Loquor ex Romanorum hypotheſi. nec enim ipſa me ratio docet, neceſſario verba ſolennia in verborum ac litterarum obligatione requiri. Attamen ſi ſecuri eſſe volumus, prudentia nobis præcipit, ut & in verbis cauti ſimus, ne illorum ambiguitate decipiamur. GUNDL.

(*c*) Ego *extenſa* & mox *accepta* X. *ſeſtertia* ſcriberem. Aliud foret, ſi adverbium haberet locum, e. gr. *expenſum aut acceptum decies.* G. O. R.

(*d*) Quidam credunt idem eſſe, *acceptum ferre & referre*. Sed acceptum referre non raro notat *liberare*, [ſive hodiernum] *quittare*. Etiam creditor in ſuis aliquando tabulis ſcribebat, acceptum refero: i. e. *quod expenſum tuli, refero acceptum* Menardus hanc nobis obſervationem commendavit. GUNDL.

(*e*) BARN. BRISSONIO tota Theophili narratio *in Formulis L. VI. pag. m.* 537. dubia videtur. SALMASIUS Theophilum horum nihil intellexiſſe

tur, pecuniam esse acceptam? Itaque notandum, neminem præter Theophilum in sua paraphrasi rem acu tetigisse: immo Fabrotus jure optimo eam ob causam Paraphrastæ summam impertit laudem: siquidem absque eo Jurisconsultorum nullus hanc rem intellecturus fuisset: qui autem Juris non sunt periti, tanto minus Ciceronem intelligere, Gelliumque & alios auctores, qui de hac re sive proprie sive translate meminerunt, cum fructu legere possunt.

§. X. Theophilus autem modo laudatus docet, vel ideo *obligationem nominibus factam* ut plurimum adhibitam, ut debita incerta, veluti *ex empto, locato conducto, mutuo, societate* & aliis contractibus novarentur, atque in certam litterarum obligationem, ope solennium & concinnorum verborum redigerentur ac formarentur: sicuti idem per stipulationes quoque fieri potuit. Sed quum instrumenta præstent verbis, & hæc facile evanescant; sæpe eveniebat, ut contrahentes hac obligatione nominum uterentur: præsertim ubi metus erat, ne postea de summa debita lis oriretur, & condictio certi deficeret. Sic enim verba ista scriptitia tam novum producebant contractum, quam novam obligationem: eoque simul pacto probatio *in debitis ex mutuo, locato conducto, empto vendito*, non modo facilius procedebat, sed & *condictio certi ex scriptura* manifestior reddebatur, adeoque & *nomina* fiebant *certa*, quamquam nec actiones priores tollebantur, sed in sua manebant forma, quod Menardus JCtus in suis observatt. ad Orationem Ciceronis *pro Roscio Comœdo* in procemio recte docuit.

§. XI. Quod autem eruditorum (*e*) haud pauci hoc non perceperint, sed dubitarint, an obligatio nominum modus quoque fuerit novandorum contractuum, obligationisque certa ratione augendæ: inde ortum est, quia videbant, circa contractum mutui hanc cautionem immediatam & solennia hujusmodi verba in usu fuisse: verum ad reliquos contractus, novationes & formæ mutationes pauciſſimi respexerunt. HADR. CARDINALIS pæne primus ex hoc genere aliquid vidit in libello *de Elegantia Latini Sermonis*, ubi locutiones *acceptum ferre* & *expensum ferre* p. m. 31. explanat. Nam hac in re, inquit, binæ tabulæ requirebantur, *Acceptorum* & *Expensorum*. Sic patrumfamilias quisque & sibi & aliis rationes conficere, & debita justo ordine, ac modo conscribere poterat, sive essent activa & expensa, sive passiva & accepta.

§. XII. Altera causa e diverso, cur privata expensilatio non satis intellecta sit, hæc erat, quod sibi persuadere non poterant, propriam scripturam aliquid pro creditore valere aut probare. Neque autem hoc unquam in Romana praxi obtinuit, neque nunc obtinet. Ideo hoc præmittendum est ac tenendum, creditoris & debitoris codices in debitis & creditis (expensis atque acceptis) debuisse convenire: id quod Def. Heraldus in opinione Salmasii aut non percepit aut percipere noluit. Uno verbo: utriusque tabulæ & Codices produci congruæque esse debebant. Itaque HERALDUS in *Animadverſ. in Salmasii Obſerv. L. I. cap. XI. pag. 56.* aërem ferit, cum scribit: „ Sed quod do„ cere nos vult homo stulti juris consultus, quod quisque in tabulas suas re„ tulisset, feciſſe id fidem contra debitorem, nescio, an quenquam inventurus „ sit

tellexisse existimat, *de Usur. c. VI.* Nec DESID. HERALDUS his se difficultatibus plane expedit: Attamen omnia fiunt levia & intellectu facilia, dummodo observemus, Romanos per hanc *nominum Obligationem* incertas rationum subductiones ex variis contractibus, voluisse certas reddere, adeoque eam & in *Mutuo* adhibuisse, quo facilius numeratio & acceptio probaretur. Illi autem objectioni, quæ intelligendæ huic rei sola adhuc obstat, non apparere scil. quomodo in novatione aliorum contractuum acceptilatio locum invenerit, quandoquidem exemp. gr. vel *emptor* vel *conductor* nihil reapse accepit; sic occurritur: acceptilationem fuisse acceptionis imaginem, expensique lationem crediti & solutionis imaginem. Finge enim, emptorem in centum adhuc reliquatum; ergo nunc ex obligatione nominum centum debet: & hinc, omnibus legitime scriptis atque in tabulas relatis, condictio certi jure optimo competebat, quum alioqui actio venditi sola superfuisset, nomenque ratione quadam incertum mansisset. Ideo tandem locutio hæc nata est: *nominibus certis cavere.* GUNDL.

„ ſit tantæ credulitatis, ut id ei perſuadeat. Certe ſi jus illud locum habuiſ-
„ ſet, facile fuiſſet cuique, debitores ſibi conſtituere". Non, Heralde! Alter codex ſine altero fidem non facit. Expenſi tabulas & accepti congruere oportebat. Menardus melius hoc intellexit, cum l. c. pag. 224. ſufficienter docet, *non fuiſſe ſatis ad* expenſilationem *legitime faciendam, in codicem alterutrius, vel creditoris vel debitoris, vel expenſum vel accepto latum, ſed* UTRIUSQUE *ex mutuo mandatu.* Adeoque cuilibet ab alio *editionem tabularum*, quippe communium, petere licebat, quæ interim tabulæ ſacræ habebantur: immo ſi quis in his falleret, metuendum habebat, ne a cenſore notatus, bonam famam & fidem perderet. Ut autem quiſque codices ac tabulas bona fide conſcriberet ſervaretque, cogebantur cives R. quoties cenſebantur ſeu luſtrabantur, tabulas ſuas exhibere, ut appareret qua quiſque ratione eas conficeret: quin & patresf. jurabant, ſe id ſine fraude facturos, ut Dionyſius Halicarn. L. IV. p. 221. *edit. Oxon.* docet. Hinc Cicero in Orat. ait Cluentiana: *Confecit tabulas diligentiſſime.* Qui nondum hæc intelligit, roget mercatores noſtros, & quærat quid ipſis ſit (*f*) *Scontrare.* Sic diſcet, eos ſuos inter ſe codices conferre, diſpungere, & ſic pariare ut appareat, quantum alter in alterius ære maneat.

§. XIII. Ceterum hæc antiqua Romanorum expenſilatio nuſquam melius quam ex allegata CICERONIS *Oratione pro Roſcio Comœdo* diſcitur, ubi Fannius Chærea ab Roſcio quoddam debitum petebat, quod huic NOMINIBUS RITE FACTIS *abs ſe expenſum dicebat*: (quod ſe huic *a conto* ſcripſiſſe ajebat) atqui Cicero defendens Roſcium *expenſilationem negabat* RITE *factam.* Nam Fannium hoc nomen in *adverſariis* tantum ſcripſiſſe: neque in Roſcii codice eſſe acceptilationem. *Tabulas alterutras nihil probare: utraſque debere concordare.* Adverſaria nihil probare: quoque ea menſe abjici, aut nihili æſtimari, nec omnia debita cum diligentia iis inſcribi. „ Quid eſt, *inquit* Tullius *c.* 2. *ejuſdem Orat.* quod „ *negligenter* ſcribamus adverſaria? quid eſt, quod *diligenter* conficiamus tabu„ las? qua de cauſſa? quia hæc ſunt *menſtrua*; illæ ſunt *æternæ*: hæc *delentur* „ ſtatim; illæ *ſervantur* ſancte: hæc *parvi temporis* memoriam; illæ *perpetuæ exi*„ *ſtimationis* fidem & religionem amplectuntur: hæc ſunt *dejecta*, illæ in *ordi*„ *nem* confectæ. Itaque adverſaria in judicium protulit nemo; codicem pro„ tulit; tabulas recitavit". *Tabulas*, ego repeto: pro quibus præſumtio militabat, eas diligentiſſime & ſanctiſſime fuiſſe ſcriptas.

§. XIV. Sed poſtquam Cenſura deſiit, aut magnam ſaltim mutationem ſubiit, nec jusjurandum in cenſu ac luſtro amplius præſtare, ſed fraudes ac doli invaleſcere cœperant: rurſus novum quid excogitandum erat, maxime quum in ipſis codicibus, qui alioqui ſancti habebantur, multa ſeſe proderent vitia. Hinc ſoli Tabularum expenſi atque accepti comparationi fides haud amplius habebatur; ſed *teſtes* advocabantur, qui expenſum & acceptum in ſuis ſimiliter ſcriberent codicibus. *Moris erat*, ait Fr. Hotomanus in Obſerv. ad cap. 1. Orat. pro Roſcio Com. *ut cui ſi quid expenſum ferretur, creditor non modo in utriuſque, verum etiam in* ALIQUOT ALIORUM *tabulas id referendum curaret, quo* RES CAUTIOR *eſſet.* Quæ obſervatio ex loco *Senecæ L. III. de Benef. c.* 15. optime probatur: „ Utinam, inquit, nulla ſtipulatio emptorem venditori obliga„ ret, nec pacta conventaque impreſſis ſignis cuſtodirentur: fides potius illa „ ſervaret & æquum colens animus. Adſcribuntur ex utraque parte teſtes. „ Ille per *tabulas plurium*, nomina, interpoſitis parariis, facit. Ille non eſt „ interrogatione contentus, niſi rem manu ſua teneat". JAC. RÆVARDUS in *Variis*

(*f*) Ipſe quidem Italus non pronuntiat *ſcontrare*, ſed *ſcontare*, *contare*, [corrupte pro *computare*] uti Ferrarius in *Originib. L. Italicæ* docet. At mercatores ſibi aliquando ex uſu vocabula ſingularia & artis terminos formant. Hoc ſufficit nunc intelligi, quomodo expenſilatio, quæ alias obligatio nominum dicebatur, comparata fuerit. GUNDL.

(*g*) *Nerius* Horatianus fenerator fuit, non Juriſconſultus, ut J. F. Gronovius *de Vet. Pec.* credidit

Variis L. III. cap. 1. existimat, de Chirographo sermonem hic fieri, cui plures subscripserint: at *Jo. Fred. Gronovius* ad h. l. respondet: „ Dubium non sit „ Rævardo, quin de obligatione illa hic sentiat Seneca, quæ *olim fieri nomini-* „ *bus dicebatur*". Marq. contra Freherus in Parergis L. I. cap. XI. observat, pleroſque contractus, atque adeo conventiones *in scriptum* redigere veteres fuisse solitos. Atqui hoc sciamus necesse est, illos non subscripsisse tabulis, sed simul, quid gestum, in suos retulisse codices. Hinc illæ phrases: *multis nominibus debere, deberi.*

§. XV. His præcognitis poterimus forsitan locum Horatianum Serm. II. Lib. II. ℣. 68. sq. intelligere:

„ Scribe decem (*g*) a Nerio: non est satis; adde Cicutæ
„ Nodosi *tabulas centum*; mille adde catenas:
„ Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.
„ Cum rapies in jus, malis ridentem alienis,
„ Fiet aper, modo avis, modo saxum. & cum volet, arbor".

Quibus verbis Horatius hæc dicit: *homines stulte agere eosque decipi, quidquid faciant. Quamvis maximam quærant cautionem, & millies petitiones suas ab optimo causidico & clausularum artifice Cicuta conscribi curent; tamen malum debitorem effugiturum, etiamsi illum in jus ad Prætorem rapiant. Evasurum eum more apri, avolaturum ut alitem, fore denique ut delitescat atque obmutescat lapidis aut arboris instar, nisi ultro ac sponte solvere velit.*

§. XVI. Data hac occasione neque locus Ciceronis ad Atticum L. IV. Epist. ult. negligendus videtur, cum de multis tabulis in confecta obligatione nominum sic ait: „ hæc pactio non verbis, sed *nominibus & perscriptionibus, multorum* „ *tabulis* cum esse facta diceretur, prolata a Memmio est, *nominibus inductis*". Grævius censet, multos sese simul obstrinxisse fidejussores: hanc esse *multorum tabulis factam pactionem.* Sed observandum, veram nominum obligationem sese hic prodere. Quamobrem ipse corrigens, scribit: „ aut etiam tanquam pro- „ xenetæ in SUAS tabulas referebant hæc nomina, illis præsentibus, hoc aut „ illo die Domitium & Calvinum tantum nummorum mutuum accepisse a Con- „ sulibus". Id quod multo est doctius. Memmius tandem quidem fassus est, se cum Consulibus pactum, ut consul crearetur. Produxit tabulas, sed nomina erant deleta, cum pecuniæ summa, quam promiserat, Appio scil. Claudio & Domitio Ahenobarbo Consulibus. Hæc Ciceroni scribit Atticus, [immo Cicero scribit Attico,] narrans quantæ corruptiones & ambitus crimina Romæ committantur. Quare paulo ante, dixerat *Lepidum, quo exeat*; hæc enim lectio præstat vulgatæ *exedar*, aut aliorum *res cedat.* Memorat Atticus [Cicero,] Pompejum hæc suasisse Memmio: sed idem incredibilia existimat omnia, licet Memmius tabulas induxerit ac deleverit, *cum aliorum* MULTORUM TABULIS *pactio hæc esset facta.* Neget Memmius, quantum velit, tamen credi non posse, quæ se egisse diceret. Itaque nunc intelligimus, cui rei conduxerit, alios quoque testes & proxenetas sive pararios debita ac nomina in suos codices & tabulas, verbis æque solennibus, retulisse.

§. XVII. Uti autem in obligatione nominum tanta cautela, verba (*h*) singularia,

credidit *pag.* 643. Bentlejus ex veteri Scholiaste Persii docet, eum pro feneratore divite habitum fuisse, qui per matrimonia atque uxores tantas consecutus fuerit opes. Verbum autem SCRIBERE idem esse, ac [*mutuam*] *sumere pecuniam*, & RESCRIBERE *solvere*, ex vero Scholiaste Horatii, Porphyrione, ad h. l. constat: ne memoremus, quæ idem Bentlejus ad *Epist. I. L. II. Horat.* nimiis pæne verbis & sine causa sontica collegit. GUNDL.

(*h*) Schultingius [immo ORSELIUS] in notis ad *Cajum pag.* 161. existimat, in obligatione

gularia, multæ perſonæ & inſtrumenta litteraria ob irrumpentem perfidiam adhibita fuere, nec ſic tamen poſt tædioſam hanc curam plena exſtitit ſecuritas: ita mirandum non eſt, novam expenſilationis ſpeciem enatam, quæ tantum cautelarum, catenarum atque laboris haud deſideraret. Atqui hæc erat *fides ſolennis argentariæ menſæ*, de qua Gellius l. c. memorat. Non dico ignoraſſe hanc Ciceronem: immo & hæc ei ſpecies plus ſatis nota erat. Lector benignus quærat XVII. cap. Orat. *pro Cæcinna*: verum in Orat. *pro Roſcio Com.* nihil ſingulare ea de re invenitur; ſed ejus tantum mentio obiter ſemel fit. Argentarii autem primo erant magnæ fidei & honeſtatis viri. Quæ alioqui creditor & debitor ipſi agebant, atque ita mutua nomina faciebant, ea nunc fiebant apud menſas argentarias. Argentarii recipiebant nomina, tabulas accepti & expenſi conſcribebant, & *in ſuos codices* ac libros referebant. Apud hos fiebant novationes: apud hos *obligationes nominum* contrahebantur. Hanc expenſilationem Menardus appellat *expenſilationem* SOLENNEM. Titulus [Pandectarum] *de Edendo* hodieque oſtendit, quomodo Argentarii aliquando convenirentur *ad rationes & cautiones edendas ad cauſam meam inſtruendam.* Errat Heraldus in eo quod exiſtimat, hunc ſolum fuiſſe modum, *ut fieret obligatio nominum*: & Salmaſius itidem fallitur, cum ſolam expenſilationem inter ipſum creditorem & debitorem ſtatuit *obligationem* eſſe *nominum.* In uſu erat varii generis expenſilatio 1. *mediata* & 2. *immediata*; item 1. *menſaria*, 2. *privata* & 3 *mixta*, de qua antea dixi, hujuſmodi obligationes nominum non ab ipſis tantum paciſcentibus, ſed a parariis quoque & proxenetis in tabulas ſuas & Codices majoris cautionis gratia fuiſſe relatas, quo facilior exigendi debiti foret probatio, *ſive principaliter fuerit contracta, ſive per novationem ex aliis contractibus obligatio nominum facta.* Neque hoc obliviſcendum, aliquando nonniſi mediate (*i*) ex alio contractu obligationem nominum ortam fuiſſe, quæ ideo maxime placuit, ut condictio certi (quod ſæpius monitum) locum haberet. Dolendum, ex jure antiquo condictionem certi non ſatis poſſe exponi ac declarari. Ipſe enim Cujacius (*k*) hinc ſe expedire neſciit. Nec tamen præcedens (*l*) obligatio, veluti ex empto vendito, vel locato conducto tollebatur. Creditor aut condictionem certi, aut actionem venditi &c. inſtituere poterat, ut jam ante monui. Hoc autem pacto Theophilo ſua ſalva eſt fides & auctoritas, quam ei abrogat Salmaſius, neque aut obligatio menſæ ſolennis aut privata expenſilatio ſic tollitur. Modo tempora & circumſtantiæ recte diſtinguantur. Qui de *obligationibus nominum apud menſam* aliqua legerunt, ſtatim cenſebant, has eſſe obligationes nominum (*m*) privative, & contra. Unde tantum rixarum inutilium exortum, ut ſinguli aliquam veritatis partem viderint, nemo totam. Salmaſius in eo quoque erravit, quod expenſilationem apud argentarios factam idcirco pro obligatione nominum non habuit, quia obſervabat, Juſtinianum in ſuis etiam Edictis loqui de argentariis, atque ita obligationem argentariorum ejus adhuc tempore

nominum interveniſſe etiam ſtipulationes, verba ſolennia & litteras, ἐρωτᾶσι καὶ γράμματα τυπικά, ut Th. dicit. Hinc refutat Hotomanum: & mea de ſententia vera ſunt, quæ ait. GUNDL.

(*i*) Ideo modo dixi, obligationem nominum in mediatam & immediatam poſſe dividi. Obligatio Memmii, qua de in ſuperiori §. egimus, immediata erat obl. nominum. GUNDL.

(*k*) V. Merillius in Variantib. Cujacii cap. XV. GUNDL.

(*l*) Nempe niſi paciſcentes diſferte priorem & præcedentem obligationem tollere atque in obligationem nominum transfundere vellent. Hoc enim facto vetus obligatio exſtinguebatur. Atqui ſæpiſſime hoc accidebat: etſi negari nequit, ante Juſtiniani tempora haud raro diſputatum, an novandi animo aliquid eſſet factum? qua de re vid. Balduinus in Juſtiniano pag. 156. ſq. [noviſſ. Edit. L. II. pag. 1088.] GUNDL.

(*m*) Sic ipſe loquitur Gundlingius: nam quod ſupra dederit *locato conductione*, vix memorabile videbatur. G. O. R.

(*n*) *V. Schulting. ad Cajum pag.* 160. *a.* GUNDL.

(*o*) Poſſeſſori chirographi i. e. creditori incumbere probationem, etiam inde videtur ortum,

tempore perduraſſe: quum autem Juſtinianus teſtetur, obligationes nominum exoleviſſe; conficit inde, obligationem apud argentarios contractam, non fuiſſe obligationem nominum. Sed hoc argumenti claudicat. Nemo enim negat, me cum argentariis ipſum potuiſſe contrahere, vel pecuniam meam illis credere ac mutuari; aut actionem adeo receptitiam in uſu fuiſſe. Quæritur autem de vera obligatione nominum, quam nos in *privatam*, *menſariam* & *mixtam*, *mediatam* & *immediatam* diviſimus. Hoc ipſum eſt τὸ κεκινοφωνον. Hæc ab uſu receſſit. Cur? partim quia contrahendi modus erat prolixior; partim quia argentarii tantæ haud amplius fidei erant, nec ſtatum integritatis ſalvum habebant; partim quia non obſtante qualibet cautione, exceptio doli & non numeratæ pecuniæ ex bono & æquo ſæpe locum inveniebat. Nam & obligatio nominum naſci poterat, licet debitor (*n*) nihil accepiſſet: quod in ſtipulationibus quoque ſæpius eveniebat.

§. XIX. Hoc autem modo facile perſpicimus, quo tandem pacto nova litterarum obligatio introducta ſit, quæ a veteri obligatione nominum multum diſtabat. Namque olim nudæ litteræ, quas debitor ſolus ſcripſerat, aut parum aut nihil probabant, niſi alia confirmarentur ratione. Eas Romani credebant feſtinato, ſummaſque promiſſas obtinendi ſpe, fuiſſe conſcriptas, nec tamen ipſam ſemper interveniſſe numerationem. Ideo exceptio non numeratæ pecuniæ primo erat perpetua, atque alter alia ratione probare debebat, memoratam in chirographo ſummam revera fuiſſe perſolutam. Solum chirographum nihil probabat, quamvis contra ſcriptorem & editorem teſtari videretur, qui diſerte confitebatur, ſe ſcripſiſſe illud chirographum & numerationem accepiſſe. Attamen nulla hinc dabatur condictio certi, aut certe inefficax erat, donec ea res tandem aliter ordinata ac perpenſa fuit. Nam finge, aliquo poſt tempore confeſſionem & chirographum renovatum; aut finge, in poſteriori cautione prioris ſummæ mentionem factam; finge, debitorem jam ex parte quid ſolviſſe &c. tum vero hujuſmodi ſcriptura, quamquam unilateralis, inefficax amplius eſſe non poterat, quandoquidem præſumtio de nimia debitoris præcipitantia intercidebat, nec pacta relativa, quibus inſuper acceſſerat ſcriptura, omnino negligebantur. His accedebat, quod, licet (*o*) præſumptio eſſet, numerationem poſt confeſſionem ſecutam non fuiſſe, pro creditore tamen hoc militabat, ſolutionem & acceptionem confeſſæ ſummæ factam videri, quod debitor & chirographi editor illud non repetiiſſet. Hinc non iniquum exiſtimabant Imperatores, ſi exceptio non numeratæ pecuniæ anguſtaretur nec perpetua amplius eſſet. Itaque inducebatur quinquennii præſcriptio, quo elapſo etiam exceptio ceſſabat: ſiquidem ſolutio credebatur ſequuta, quoniam is, qui cautionem ſive chirographum tradiderat, tamdiu tacuiſſet, eamque [apud creditorem] reliquiſſet, quam per *querelam non numeratæ pecuniæ*, item per *condictionem ſine cauſa*, vel denique *cauſa dati cauſa non ſecuti* (*p*) in judicio repoſcere ei licuiſſet. Juſtinianus (*q*) tempus tantum imminuit & biennium præfinivit.

§. XX.

tum, quia debitor ſolutionem ſibi factam negabat. Nemo vero ejus, quod negat factum, rationem aut poteſt, aut debet, aut ſolet reddere, quod in partitionibus oratoriis jam obſervavit Cicero. Reliquæ exceptiones ad factum provocant. Factum vero debet probari. Præſumtio inde enaſcens, quod debitor ſcripſiſſet *ſe accepiſſe*, alia rurſus præſumtione elidebatur, ſolere ſcil. debitores aliquando ſpe & cupidine potiendæ ſummæ promiſſæ confiteri. GUNDL.

(*p*) Sunt qui Honorium Imper. hujus quinquennii credunt auctorem. Mihi ſatis conſtat, jam ante Honorium moram quinquennalem innotuiſſe. Hermogenianus Codex Honorio eſt antiquior; atqui in hoc aliquid hujus exſtat in *l. un. Tit. de cauta & non numerata pecunia*, de qua nihil ſciremus, niſi interpres Codicis Theodoſiani ejus feciſſet mentionem, dicens a ſe h. l. Codici Alariciano eſſe inſertam. Honorius autem quinquennii meminit in l. un. Cod. Th. *ſi certum pet. de chirogr.* GUNDL.

(*q*) Conſtitutio ipſa legitur in l. 14. C. *de non numer. pec.* Fr. Balduinus eam commemorat in Juſtiniano ſuo edit. Baſil. p. 20. (Edit. noviſſ. L. I. pag. 1039. in fin.) his verbis: „ Idem Juſtinianus ad eundem Mennam P. P. „ edidit longam conſtitutionem de exceptione

§. XX. Hæc autem eſt cauſa, cur Bachovius novam hanc litterarum obligationem nominaverit *mutuum præſumtum*. Nam licet ſine numeratione mutuum non exſiſtat, nunc tamen *ex lege* numeratio poſt lapſum biennii præſumitur, atque ita *mutuum ex præſumtione juris & de jure* negari amplius nequit.

§. XXI. Hi qui Bachovio contradicunt, ſibique perſuadent, obligationem naſci poſt biennium *e chirographo*, atque adeo *ex litteris*, non valde ei contradicunt. Namque hi *de cauſa proxima*, ille *de cauſa remota* loquitur. Hæc in eo conſiſtit, *quia poſt hoc tempus elapſum, mutuum præſumitur; actio datur igitur*: cum adverſarii Bachovii contra putent, nunc litteras obligationem producere, quia biennium effluxerit. Cauſſam vero Bachovii remotam reticent. Hæc adeo controverſia nullius eſt ponderis vel conſequentiæ.

§. XXII. Lipſienſis olim Profeſſor Titius, qui ſubtili pollebat ingenio, ſed a ſcientia hiſtorica non ſatis inſtructus, antiquique Juris R. non admodum gnarus erat, in *Obſerv. ad Lauterbachium*, nec non in *Jur. Rom. Germ. pag.* 256. *ſq.* Juſtinianum carpit, primo quod Chirographis non ab initio vim probandi tribuerit; tum quod quinquennium mutaverit in biennium: quo ipſo Juriſprudentiam non plane emendaverit, ſed parvam admodum correctionem, quæ vix perſpici poſſit, induxerit. Sed qui animo meditato perpendit, antiquos olim Romanos unilateralibus confeſſionibus litterariis atque inſtrumentis nullam tribuiſſe vim probandi, & ſero admodum ſub Imperatoribus *exceptionem non num. pec.* ad quinquennium fuiſſe reſtrictam; is procul dubio intelliget, cur Juſtinianus non ſimul ac ſemel confeſſiones & chirographa plene confirmare conſtituerit: immo ſi perpendit, Juſtinianum fuiſſe (*r*) *herciſcundum*, qui & priſcas opiniones dividendo moderatus ſit, & ſolita tempora longiora mediare amaverit; is intelliget, opinor, cur de biennio cogitaverit. Immo ſi annus dimidiatus æque facilis fuiſſet computatu ac totus, futurum fuerat, ut ſeſtertius annus ei placeret. In legibus autem arbitrariis non tam id videndum, quid fieri potuerit, quam quæ circumſtantiæ legumlatores aut impulerint aut retinuerint, ut hoc vel illud re ipſa facerent & conſtituerent. Noſtris jam temporibus ſine ambage ſtatui poſſet, ut *ſyngrapha tantum valeret, quantum cambiales litteræ*; ſic enim exceptiones non num. pec. non modo tollerentur, & parata executio præſto foret, ſed cambialia quoque ſtatuta multo breviora fierent, & [negotiatorum] fides accreſceret. Neque tamen hoc fit, licet viri prudentes ſuaſerint. Retinemus in foro, quod ad mutuum, exceptionem non num. pec. eamque defendimus æquitatis valde neceſſariæ ſpecie, dicentes ſæpius ſyngraphum ex nimia præcipitantia ſummoque pecunias promiſſas accipiendi deſiderio conſcribi, nec tamen

„ non numeratæ pec. Cujus quidem legis ſub-
„ ſcriptionem, diem & conſulem deſideramus:
„ ſed facile conjicimus, eſſe hujus, quo de
„ nunc agimus, temporis". Tempus quo de Balduinus agit, ſecundus eſt imperii Juſtinianei annus. Nam paulo ante probavit, l. ult. C. *de dote cauta non num.* ſecundo conſulatu, i. e. ſecundo imperii anno promulgatam. V. D. cujus ego nomen ignoro, in margine Baſileenſis editionis, quæ apud Oporinum A°. 1564. prodiit, ad verba Balduini *ſubſcr. diem & conſ. deſider.* adſcripſit: „Immo in meo exemplari
„ *habetur* ad finem l. 14. C. *de non num. pec.*
„ (de qua conſtitutione loqui hic videtur Bal-
„ duinus) Rem ipſam conjectura ſua prope
„ aſſequitur auctor. Prior nempe conſtitutio
„ Juſtiniani *de dote c. n. n.* KAL. JUNII, hæc
„ vero poſterior KAL. JULII, utraque tamen
„ *ipſo Auguſto II. Conſule* data". In Corpore Juris a *Sim. van Leeuwen* procurato legitur itidem ſubſcriptio *Kal. Jul.* ſed & memorata lex ult. *de dote c. n. n.* apud eumdem van Leeuwen itidem *Kal. Jul.* ſubſcripta invenitur: & ſic ambæ Conſtitutiones eodem die fuiſſent datæ, quod vix videtur credibile. Interim quocunque meus Annotator appelletur nomine, ipſum credo vera dixiſſe, ſcil. l. ult. C. *de dote c. n. n.* KAL. JUNII, & alteram *de except. n. n. pec.* i. e. 14. C. h. t. KAL. JULII toto menſe poſt, ad Mennam fuiſſe ſcriptam & editam. Et hoc ipſum divinavit Balduinus, l. ult. *de dote c. n. n.* antiquiorem eſſe lege 14. *de n. n. pec.* Quo autem ſive Codice MS. ſive exemplari edito Annotator hic uſus fuerit, ignoro: cæterum haud negligenda, quæ adſcripſit. *Jac. Gothofredus* ad d. l. un. C. Th. *ſi cert. pet. de chir.* Juſti-

men ipſam ſemper numerationem ſequi: etſi certum eſt, hoc in mille annis bis forte aut ter evenire. Plerumque hæc non num. pec. exceptio falſa, ficta & injuſta eſt. Sed in litteris cambialibus digito compeſcimus labellum, neque hanc exceptionem admittimus. Itidem agimus in non memorata cauſa debendi: at in cambio nemo ad illam animum advertit. In ſyngraphis cauſſa debendi patere debet; alioqui pro ſchedulis nullius valoris habentur. Id quod Naturaliſtæ [i. e. ſolius juris Naturalis propugnatori] æque abſurdum videri poteſt, ac Titio biennium Juſtinianeum, & temporalis ſyngraphæ reprobatio ante lapſum biennii, quo demum exacto exceptioni de non num. pec. præſcribitur.

§. XXIII. Noſtri hodie JCti abſurdius etiam ratiocinantur, licet æquitatem cerebrinam in animo habeant, eamque tandem aperiant & pronuntient. Namque contendunt, æquiſſimum eſſe ut exceptio n. n. p. poſt biennium quoque admittatur, dummodo debitor probare velit, numerationem non eſſe factam. Audiendum illum utique. Clamant, queruntur & quiritant, iniquitatemque exclamationibus exaugent, ſi quis ſolvere cogatur, quod revera non acceperit: nec cogitant, millenis caſibus hanc exceptionem falſam eſſe ac doloſam, etiamſi ſemel omnino fieri poſſit, ut vel poſt biennium non numeratio probari queat. Romani poſt biennium nullius unquam exceptionem n. n. p. admiſerunt, neque creditori numerationem factam probandi onus impoſuerunt, neque a debitore acceperunt. Reſpondebatur illi, *cur non repetiiſti litteras? præſcripta eſt exceptio, licet vera ſit & probatu facilis.* Hunc qui juris uſum velut iniquum (*s*) exagitat, is & univerſam *de uſucapione & præſcriptione* doctrinam ac legiſlationem rejicere debet. Plurimæ legum pœnalium ſic tollentur: atque adeo hæc opinio me hercules cerebrina nititur æquitate, quæ lites prolongat, & civium negligentiæ æquitatis prætextum ſubſternit. *Cur*, ego reſpondeo, *confeſſus es & ſcripſiſti? curque chirographum tuum non repetiiſti?* Si quis dicat, *Neglexi*, ego ſubdam, *jam etiam tu negligeris cum toto æquitatis, exceptionis atque indiligentiæ apparatu.* Vale mi Lector, neque mirare, me aliorum nugas non multis refutaſſe. Studio id facere nolui, cum & inurbani ac ſuperbi, & ventri ac ſtomacho ſint ſimiles, qui præcepta non audit.

Juſtinianum ait *quinquennium* mutaviſſe in *triennium*: ſed error procul dubio eſt typographorum. GUNDL.

(*r*) Quid JCtis *herciſcundus* ex opinione Cujacii (quæ tamen ſe mihi necdum probare potuit) ſignificet, docebit Maſcovius de Sectis JCtorum pag. 125. G. O. R.

(*s*) Doctiſſ. ceteroqui Alex. Chaſſanæus, Barthol. F. qui patrem longe ſuperavit, quippe qui Gloſſator ſummus erat, duriſſimum quidem eſſe putat, ſi nec poſt lapſum biennii juriſjurandi delatio locum habeat. *Quia vero*, inquit in Commentariis ad Alex. Severi Reſcripta p. 407. (qui liber rarus inter noſtrates eſt.) *favore creditorum hæc querela vel exceptio biennio concluditur, ideo biennio tranſacto ne quidem creditori, qui ſcripta cautione nititur, poteſt jusjurandum deferri a debitore* d. l. 14. §. illo. *quod forte jure noſtro aliter eſſet conſtituendum. Ut enim non facile ejuſmodi querelam admittimus; ita ſi reus deſideraret ab actore jusjurandum, quo ſe numeraſſe diceret*, vix eſt *ut non ejuſmodi deſiderium admitti debeat.* Ego e diverſo exiſtimo, debitorem non poſſe conqueri, qui ob negligentiam ſuam ad ſolvendum compellitur. Si non eſt iniquum, eum exceptionem n. n. p. poſt biennium amiſiſſe, neque hoc iniquum eſt, jurisjurandi ei delationem negari. Mirum eſt, ipſum Cujacium in *Recitatt. ad Cod. de n. n. pec.* ſcribere, Romanos ſemper permiſiſſe debitori, ſi vellet probare numerationem non eſſe factam. Quin ea in re Alex. Chaſſanæus eum refutat, etſi hic putavit, jurisjurandi delationem non eſſe adeo iniquam, ſi poſt biennium etiam admittatur. Ex Cujacio procul dubio JCtus Rintelianus *Hermannus Zollius* ſua hauſit. GUNDL.

EXCURSUS XVIII.

JO. DOUJATII *Dissertatio*

de uno casu:

in §. *æque si agat quis* 2. de Action.

§. I. PLeniores sive Annotationes, sive Observationes, aut etiam Dissertationes in maxime controversa Institutionum loca hic adjicere destinaveram. Verum hinc Titi Livii, (quem notis & Interpretationibus, jussu Regis Christiani ad usum Sereniſſimi Delphini, illustrare conatus sum) explendæ lacunæ, aliarumque rerum moles; inde impatiens moræ longioris Bibliopola, id consilii si non prorsus abjicere, saltem in tempus aliud differre compellunt. Datam tamen ad §. 2. de Actionibus fidem deserere religio est. Illi itaque, ejusque posteriori præsertim parti ab Eruditissimis Jurisconsultorum varie vexatæ, nova ratione lucem afferre tentabo.

§. II. Agitur in hoc §. de duplici genere actionum in rem, quæ in servitutibus tum personalibus, tum realibus, locum habent; quarum aliis actor servitutem vindicat, hoc est, sibi prædiove suo deberi ait: aliis negat prædium suum alii personæ aut prædio servitutem debere. Hinc priores actiones *Confessorias*, posteriores *Negatorias* dici placuit: quamvis revera illæ servitutem asserant, hæ libertatem. Addit Justinianus, hoc posterius genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non esse: cum in his agat is, qui non possidet, nec prodita sit actio, per quam quis neget rem actoris esse. Quod quidem postremum satis improprie dictum videri potest: quandoquidem per actionem actor non repellitur. Hic etenim actionum de eadem re inter eosdem litigantes conflictus, ne tunc quidem proprie fuisse, intelligi potest, cum veteri more rem ab actore vindicatam reus contra vindicabat.

§. III. Hoc quippe ipsum genus erat exceptionis, non actionis. Quapropter perspicua magis fuerit oratio, si pro actoris, reponas alterius, (quod Hotomanno placet,) ita ut legatur: *per quam quis neget rem alterius esse.* Sed nimirum actorem minus proprie dixit Imperator pro acturo, sive pro eo, quem quis suspicatur sibi moturum controversiam: qui sane rem non possidet, & nondum agit; sed si de re lis fieret, deberet actoris partibus fungi.

§. IV. Cur autem in rebus corporalibus recepta non sit, ut in servitutibus, actio negatoria, & cur generaliter actio in rem non detur possessori; evidens hæc ratio est: quod cum ejusmodi actione vindicetur rei dominium, cumque rei corporalis ea sit natura, ut eam obtinenti non possit ejus possessio citra vim avelli, sufficit ad securitatem possessoris id ipsum, quod possideat, ut actionem ei ultro dari, qua vel rem suam a se possessam vindicet, vel neget ad alium eam pertinere, supervacaneum sit. *l.* 1. §. 6. *D. uti possidetis.*

§. V. Et vero vindicationis hic finis est, ut res nostra nobis restituatur: frustra autem petat quis sibi restitui quod jam habet; & ridiculum esset restitutionem postulare ab eo, qui non possidet. Inutile quoque, si negem alterius esse rem a me possessam; quippe cum ad asserendum rei dominium satis non sit probare, eam non esse alterius: certe inde non sequatur eam esse actoris; potest enim neutrius esse, & ad tertium aliquem pertinere.

§. VI. At in rerum incorporalium controversiis non dominium & proprietas vertitur; sed agitur de quasi proprietate, vel magis de quasi possessione; quæ cum in re aliena ejusque usu versetur, eoque non continuo; facilius, nobis

bis etiam ignorantibus, ſine vi interverti poteſt: ita ut aut impedimentum ſervitutis uſui afferatur, aut a vicino ſervitus indebita, vel ultra modum debitum uſurpetur. Quapropter dandæ etiam poſſidenti actiones fuerunt, quibus utrique incommodo obviam iretur: eo, qui in ſervitutis quaſi poſſeſſione eſt, atque a domino prædii turbari incipit, jus ſuum vindicante; domino vero prædii, ſervitutem indebitam tentanti, jus illud competere negante, ac prædii ſui libertatem, in qua hactenus fuit, aſſerente. Quo pertinent *l.* 5. §. 6. *D. ſi uſusfr. pet. l.* 8. *ſi ſervit. vindic.* aliæque ſimiles.

§. VII. Subjicit deinde Juſtinianus: *ſane uno caſu, qui poſſidet, is actoris partes obtinet.* Sed caſum illum cum tribus verbis indicare proclive eſſet, inquirendum relinquit in latioribus Digeſtorum libris: qua de re non immerito conqueruntur Donellus & Hotomannus hic, aliique, quaſi id torquere ſit, non docere. Certe hoc ſilentio quoddam velut diſcordiæ pomum Interpretibus objeciſſe dici poteſt; adeo in diverſa & contraria abeunt.

§. VIII. Eorum in hujus loci explanatione tres in genere claſſes diſtingui poſſunt: textum vulgatum alii velut incorruptum amplectuntur: plures diverſe, quaſi ex quorumdam Codicum auctoritate, immutant, nec deeſt, qui verba illa pro ſpuriis habeat. Communem lectionem agnoſcunt probantque cum Accurſio, Theophilus ejuſque Scholiaſtes, Johannes Faber, & præter alios pleroſque veterum, ex recentioribus Zaſius, Corraſius, Contius, Jo. Robertus, Mynſingerus. At Eguinarius Baro, cum caſum ejuſmodi nullum inveniat in rei corporalis vindicatione, quo is agat, qui rem poſſidet; hæc ad ipſum vindicandarum ſervitutum caſum coarctat. Ei adhærent Goveanus, Cujacius, Hotomannus, A Coſta, Merillius: leguntque, *ſane hoc uno caſu:* vel *ſane in hoc caſu:* aut *ſane illo caſu.* Æmilius autem Ferretus, eumque ſecuti Donellus, Weſembecius, Vinnius, Pacius, Alteſerra, qui plurimos ejuſmodi caſus reperiri exiſtimant, negationem inſerentes receptæ lectioni, ſcribunt, *ſane non*, vel *nec uno caſu.* Denique Hub: Giphanius totum hoc tanquam pro abſurdo & ſuppoſititio omnino rejicit.

§. IX. Sed tam mutationi cuivis, quam ſuppreſſioni horum verborum, vehementer adverſatur Græcorum cum Latinis Editionibus, atque harum inter ſe mira concordia; a qua temere recedere, quid eſt aliud, quam interpretationis obtentu jura ſubvertere? Præterea opinio, quæ hunc Juſtiniani locum redigit ad unum illum caſum actionis, qua vindicatur aut negatur ſervitus, etſi magnis ſe auctoribus tuetur, tria procul dubio habet incommoda eaque gravia. Primo particulam *ſane*, quam ratio & Latinitas adverſativam eſſe oſtendunt, (ut quæ aperte novi quid indicet, quod paulo ante allatis opponit) non ſine manifeſto vitio accipit pro affirmativa eorum, quæ proxime de actionibus rerum incorporalium tractata fuerant. Hæc deinde ſententia Imperatorem inepte & abſurde prorſus ea repetentem inducit, quæ jam ſatis ſuperque docuerat. Denique apparet hunc caſum nullatenus accipi poſſe de actione confeſſoria aut negatoria: quandoquidem has ipſas Auctor hic memorat. Caſum autem illum alibi, in Digeſtorum nempe libris, profitetur eſſe quærendum: ex quo perſpicue ſequitur a proxime dictis longe diverſum eſſe, & ſic ad actiones rerum corporalium, de quibus prius actum fuerat, omnino ſpectare.

§. X. Eorum autem ſententia, qui non unum, ſed ſexcentos caſus cogitant, quibus in re corporali vindicanda poſſeſſor agat, non uno ex capite refellitur. Nam ſi admittantur ejuſmodi caſus innumeri, dicendum erit, vindicationibus rerum incorporalium perperam opponi rerum corporalium vindicationes, (ut ſine dubio hic opponuntur a Juſtiniano) ſiquidem in utriſque non uno caſu agat, qui poſſidet. Porro quod Ferretus multiplices caſus conſtituit in mixtis ſive duplicibus Judiciis, *familiæ erciſcundæ*, *communi dividundo*, *finium regundorum*, (quæ pro uno caſu ponuntur a Gloſſa, quam Dynus & Jaſon in hac par-

te defendunt:) verum quidem eſt, in his actionibus coheredes aut conſortes & poſſidere, & actoris partes ſuſtinere *l.* 2. §. 3. *famil. erciſc.* Sed iidem invicem rei quoque partes ſuſtinent *ibid.* ſive rei ſunt, *l.* 44. §. 4. *eod. Tit.* quod non vult in caſu propoſito Juſtinianus. Neque hi id petunt, quod jam poſſident, ſaltem ea ratione qua poſſident. Poſſident enim totum pro indiviſo, petunt autem partem quiſque ſuam pro diviſo; nec agunt rei vindicatione, nec alium dominum eſſe negant, quemadmodum Angelus obſervat. Et quod caput eſt, abſurdum prorſus eſſet ad latiores Pandectarum libros explicationem caſus illius remittere, qui in ipſis Inſtitutionibus traditur, atque hoc ipſo *tit. de Action.* §. *quædam Actiones* 20. explicatur.

§. XI. Joannes apud Gloſſam, cui adhærent non pauci, caute a Juſtiniano hic dici ait, *eum qui poſſidet, actoris partes obtinere*; non autem, eum proprie agere: quam diſtinctionem in hoc caſu non admittit Cujac. *tract.* 9. *ad Africanum, ad l. ſi priuſquam, de novi oper. nunc.* Amplectitur tamen poſt alios Ant. Faber *l.* 19. *in princ. D. de prob.* Inde hunc caſum Gloſſa 2. hic cum aliquot ſequacibus ſtatuit in quavis exceptione proponenda, in qua reus actor eſſe dicitur, *l.* 1 *D. de except.* Idque præter cæteros ſequitur Vultejus. Sed Petrus de Bella-Pertica, & poſt eum Jo. Faber, Charondas, &c. caſum illum ſibi fingunt in quolibet poſſeſſore probandi onus, quod actori regulariter incumbit, in ſe ſuſcipiente, aut ſe rei petitæ dominum contendente, ut *l. circa eum*, 14. *D. de probat.*

§. XII. Accurſius hoc loco ad hæc verba, *neget actoris eſſe*, facti ſpeciem ponit in domino, qui rem ſuam alteri utendam, ſervandam, fruendamve tradidit, commodatore puta, depoſitore, locatore, adverſus detentorem, commodatarium, nempe, depoſitarium, conductorem, vindicante dominium ejuſdem rei, cujus tamen penes ipſum actorem eſt civilis poſſeſſio, ex *l. officium* 9. *D. de rei vind. l.* 1. *&* 8. *D. commod. l. non ſolum.* 33. *D. de uſurp. & uſucap. l.* 3. §. 18. *& ſeqq. de acquir. poſſ.* idque Jo. Roberto probatur. Referunt alii hunc caſum cum Corraſio 3. *Miſcell. c.* 23. ad interdictum *uti poſſidetis*, in quo ambo actores & rei ſunt, *l. ſi duo.* 3. §. 1. *D. uti poſſid.* Alii cum Contio 1. *ſubceſ.* 1. *ad novi operis nunciationem*, in qua non defendenti hæc pœna imponitur, ut ex reo actor fiat, *l. ſi priuſquam* 15. *d. Tit.*

§. XIII. Alii atque in his Mynſingerus poſt Placentinum, præjudiciales in rem actiones intelligunt, in quibus, qui in ſervitutem petitur, quamvis in poſſeſſione libertatis ſit, ſi ultro probare deſideret, ſe liberum eſſe, audiendus eſt, *l.* 39 *in pr. D. de liber. cauſ.* & *ſupr. d. l.* 14. *de probat.* Donellus plures caſus agnoſcit trium generum, in mixtis actionibus, in præjudiciis atque in Interdictis. Denique Interpres Theophili caſum hunc aptat ad filium exheredatum, qui poſſidet paternam hereditatem, eamque petente herede ſcripto, objicit querelam inofficioſi, ut *l. Papinianus* 8. §. 13. *D. de inoffic. teſtam.*

§. XIV. Horum nil ſatis, ni fallor, ad rem. De mixtis ſeu duplicibus actionibus jam dixi. Quod de eo proponitur qui exceptionem opponit, id Petro ac Dyno diſplicet, duabus præſertim de cauſis. Primo quidem, quod ſic plus quam mille caſus pro uno ponerentur. Quæ tamen ratio mihi minus arridet: in omnibus enim his caſibus occurrit eadem ratio & cauſa, & eodem modo partes actoris obtinet reus. Altera ratio eſt, quod Juſtinianus loquatur de actione proprie dicta: non igitur intelligendus eſt de exceptione. Jam ad eum, qui præjudiciali actione de ſtatu ſuo litigat, aliumve reum ſuſcipientem onus probandi, accommodari non poteſt hic locus: id enim per modum exceptionis fit, non actione, de qua hic ſermo, uti jam dictum eſt. Eædem rationes interdicta excludunt, & novi operis nunciationem: cum neutro horum generum res vindicetur; interdicta præterea differant ab actionibus, & horum, quemadmodum & exceptionum ac præjudiciorum etiam materia in Inſtitu-

ſtitutionibus tractetur, ut neceſſe non fuerit harum rerum enucleationem remittere ad vaſtum opus Pandectarum.

§. XV. Nec magis conſtare videtur, quod de commodatore, depoſitore, locatore ac ſimilibus dicitur. Etſi enim civilem poſſeſſionem retineant, non de hac ſola cogitare videtur Imperator; ſed de naturali quoque, & de occupatione ac detentatione corporali. Poſſidendi quippe verbum abſolute dictum, utrumque conjunctim ſignificat, exigitque ut factum cum jure concurrat. Conſtantino certe Harmenopulo poſſeſſio definitur ψυχη τε διαπεζοντος κατοχη, *detentio, quæ domini animo fit.* Atque ita ſumitur haud dubie poſſidendi verbum in interdicto *uti poſſidetis.* Faciunt huc quoque *l.* 8. §. 8. *D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* & l. 153. *de reg. Jur.* Adde etymologiam Labeonis, qui poſſeſſionem appellatam cenſet a ſedibus, quaſi *ſedis poſitionem*, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei inſiſtit, *l.* 1. *D. de acquir. poſſ.* Et vero & facto & animo ejus, qui rem corporaliter detinet, interverti civilem domini poſſeſſionem, multis legibus probari poteſt, ac præſertim, *l.* 40. §. 1. *l.* 44. §. *ult. l.* 46. *eod. Tit.*

§. XVI. Probabilior cæteris apparet expoſitio quam ex *l.* 8. §. 13. *de inoff. teſt.* profert Theophili Scholiaſtes. Obſtant nihilominus huic quoque ſententiæ verba ipſa illius §. 13. Papinianus enim id exceptionis, non actionis modo fieri teſtatur; cum ait, *filium exheredatum, ſi ab illo poſſeſſam hereditatem petat heres ſcriptus, poſſe in modum contradictionis querelam inducere, quemadmodum ageret, ſi non poſſideret, ſed peteret:* unde patet filium hoc caſu non eſſe petitorem, nec ſuſtinere partes actoris.

§. XVII. Verum ut hæc redarguere proclive, ſic certius quid afferre difficile, tentandum tamen. Videamus, num in Digeſtorum volumine caſus aliquis inveniatur, quo qui rem plene, civiliter nimirum, & naturaliter, poſſidet, is nihilominus non ſolum actoris partes ſuſtinere, ſed vere ac proprie ſive in perſonam, ſive etiam in rem, agere poſſit. Ejuſmodi caſus tunc videtur contingere, cum quis rem ita accepit, ut tamen juri rei aliquid deſit, ſive acceſſorium quid adhuc deſideretur. Hæc regula diſertis verbis habetur in *l. etiam* 27. *D. de ſolut. & liberat.* Verba ejus ſunt: *etiam circa ſtipulationem & ex teſtamento actionem, ſi res tradita fuerit, quæ debebatur, quandiu aliquid Juri rei deeſt, adhuc tamen ipſa res petenda eſt.* To *etiam* oſtendit antea circa actiones alias, & ni fallor, circa actiones quaſdam in rem ab autore traditum fuiſſe *lib. XXV. ad Edictum*, ex quo ea Lex deſumpta eſt. In ea exemplum adjicit: *ut puta*, inquit, *poſſum fundum petere, licet mihi traditus ſit, ſi jus quoddam cautionis ſuperit.* Facit *l. ſi rem* 20. *eod. Tit.* Idque in re, quæ ex ſtipulatione alternativa debetur, explicat Scævola in *l. Julianus* 131. §. 1. *D. de verb. oblig.* Ait enim: *qui fundum ſibi aut Titio dari ſtipulatur, quamvis fundus traditus ſit, nihilominus petere fundum poteſt, ut ſibi de evictione promittatur.*

§. XVIII. In ea vero re, quæ ex teſtamento debetur, facti hæc ſpecies adducitur a Paullo Juriſconſulto, in *pr. l.* 5. *de action. emption.* ubi ſi heres Titio quid vendere damnatus ſit a teſtatore, quamvis id Titio vendiderit ac tradiderit; quamdiu tamen deeſt eorum aliquid, quod ad plenum certumque dominium transferendum requiritur, poteſt Titius in eum agere, vel ex empto vel ex Teſtamento de reliquis, quæ propria ſunt emptionis, id eſt, de adminiculis ſeu præſtationibus, quæ debentur a venditore, eodemque herede; veluti de evictione. Hinc ſequitur fundo per vindicationem legato & tradito, agere in rem legatarium poſſe, ſi quid ſuperſit adhuc ei præſtandum, uti evincitur *ex l. Mævius* 66. §. 6. *de legat.* 2. Ibi enim autore Papiniano, fundum legatum & traditum petit tamen adhuc ab herede legatarius, ſi uſusfructus alienus ſit: itemque ſi aliena ſit poſſeſſio, aut fundus pignori datus. Sic cogitur heres uſumfructum redimere, aut vacuam & liberam poſſeſſionem præſtare. Valet hæc regula in commodato quoque, ſi res commodata reddita quidem

fuerit, ſed deterior: non enim videtur eo caſu proprie reddita, *l. ſed mihi* 3. §. 1. *D. commod.* Idem in depoſito ſervatur, *l.* 1. §. 16. *D. depoſ.* Quin & ſi depoſitum integrum quidem, ſed non niſi accepta mercede redditum fuerit, agi depoſiti poteſt, *l. ult. eod. Tit.*

§. XIX. Neque his obſtat, quod non unus, ſed plures caſus videntur a nobis proponi contra vulgatam lectionem, quam tuemur. Hi quippe caſus pro uno habendi, qui ad unam certam regulam, atque adeo ad unum & idem genus revocari poſſunt, cum eadem omnes ratione nitantur, quod nempe juri rei aliquid deſit. Parum etiam refert, quod ut Cujacius notat, aliis Inſtitutionum locis, ubi ad Digeſtorum libros amplior rerum tractatio rejicitur, certi libri, aut certi ſaltem tituli indicantur, non leges paucæ, in diverſos Titulos ſparſæ, ut hic. Alibi ſic natura actionum ferebat, hic aliter ſe res habet: cum in variis cauſarum figuris reperiatur ex pari ratione jus ſimile.

§. XX. Quin etiam, ut verum ſit, quod hoc loco ait Juſtinianus, ſufficit caſum illum vel ſemel perſpicuis verbis in Digeſtorum libris memorari, & ſaltem ex *d. l.* 27. *de ſolut.* apparere. Nec vero ad hunc ultimum §. noſtri verſum referre neceſſe eſt ſuperiora verba, per quam neget rem actoris eſſe, in quibus actionum, quæ in rebus incorporalibus locum habent, & earum, quæ ſunt de rebus corporalibus, præcipuum diſcrimen verſatur. Ad rationem hujus noſtri caſus ſufficit, ſi ei, qui rem corporalem poſſidet, detur actio, ſive ut agat, qui poſſeſſor eſt, & rem, quam habet, nihilominus petere eo caſu poſſit. Niſi velimus eodem modo hic quoque negari rem eſſe adverſarii, quo in negativa ſervitutis actione dicimus vindicari libertatem.

EXCURSUS XIX.

SIVE

JOANNIS DANIELIS RITTERI

[ANTECESS. EXCELLENTISSIMI]

ad Clariſſ. Theophili Editorem

DISSERTATIO

de itineris, actus & viæ differentia.

MUlta de itineris, actus & viæ differentia a viris doctiſſ. diſputata ſunt; quorum diverſas opiniones, cum pæne in vulgus notæ ſint, ſcriptaque verſentur in plurimorum manibus, ſilentio potius præterire malui, quam Te longa earum recenſione fatigare. Etenim id tantum acturus ſum, ut Digeſtorum & Inſtitutionum ope Theophili, optimi Juris Rom. interpretis, loca quædam obſcura, quæ immerito Fabrotus V. Cl. vituperare videtur, illuſtrentur. Quod igitur ad ITER attinet, Ulpianus id l. 1. D. *de ſervit. præd. ruſt.* atque ex eo Inſtit. Juſt. ita definiunt, ut ſit *jus eundi ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi vel vehiculum.* Quid *ambulare* ſit, nemo forte ambigit. At enim vero

vero το *ire* non omnes ea, qua debebant accuratione expoſuerunt, quamvis ipſæ leges multa cum circumſpectione de *itu* aut *itinere* egerint. *Eunt* vero homines aut propriis pedibus, aut alienis, id eſt, vel equis muliſque inſidentes, vel lectica vecti. Inde Modeſtinus *l.* 12. *d. t.* ſcribit, *iter eſt, qua quis pedes vel eques commeare poteſt*: & Paullus *l.* 7. *qui ſella*, inquit, *aut lectica vehitur, ire non agere dicitur.* Hoc autem cum ſit, equi mulique non *agi*, ſed *regi* dicuntur. Ex quo ſequitur, in itinere quoque nec jumentum nec vehiculum agi potuiſſe. Male etiam nonnulli, ad Gellium provocantes *lib.* 20. *c.* 1. jumentum vectabulum eſſe, quod adjunctis pecoribus trahebatur, exiſtimant. Cum enim vehiculi vox generalis ſit, & quod mox ſumus viſuri, denotet ploſtrum minus, duarumque rotarum, facile patet, ea jumenti notione admiſſa vehiculum inter jumentumque nullam poni poſſe differentiam. Imo confutat opinionem hanc *l.* 13. *D. de ſervitut.* ibi: *Sed ſi jumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus.* Nam aliquando ob actus anguſtiam jumentum quidem commode, minime vero vehiculum duci potuit. Ex his vero, quæ diximus, evidens eſt, in itinere neminem, nec ſarcinaria jumenta, nec etiam ſine ſarcinis, ut vel in vicino agro paſcantur, vel fundum modo tranſeant, agere poſſe: quoniam dum aguntur, ab eo, qui agit, regi tam caute provideque non poſſunt, uti minime verendum eſſet, ne jumenta præſertim immunito itinere, fructibus aliquid damni afferant. Vehiculum ob itineris anguſtiam agi non potuiſſe, nemo dubitat. Sed forte nonnullis in mentem veniet, opus ſic non fuiſſe, ut veteres Prudentes vehiculi in ſervitute itineris mentionem facerent, cum id ipſa itineris conditio excludat. Quorum opinioni ut obviam eamus, tenendum eſt, aliquando totum quoque agrum itineri inſerviiſſe, *l.* 13. *D. de ſervitut. præd. ruſt.* adeoque fuiſſe ſpatioſum iter, ut non vehicula modo, verum etiam quatuor rotarum currus, trigas, quadrigaſque admitteret. Et hanc propter cauſſam legibus definiendum fuit, ut, licet ſpatium adeſſet ampliſſimum, is tamen, qui itineris tantum ſervitutem haberet, vehiculum agere non poſſet. Hæc cum planiſſima ſint; videamus jam Theophilum. Is vero de itinere hæc ſcripſit: Iter, τετταρων ὡστε εξειναι μοι βαδιζειν ἀφ᾽ τε στε αγρε; & deinde: iter, ὡστε με παριεναι ε μετα ὑποζυγιε ουδε μετα οχημαδ. Quæ omnia optime ſe habere, licet diſſentiat Clar. Fabrotus, perſpicue demonſtrabimus. Nam injurius in Theophilum eſt vir ille doctiſſimus, lectoribuſque perſuadere conatur, JCtum Conſtantinopolitanum ne quidem *ambulandi* vocem intellexiſſe. Sed mirum profecto eſt, noluiſſe Fabrotum ad το βαδιζειν & παριεναι attendere, quibus tamen vocabulis, & *ire* & *ambulare* a Theophilo pulcre expreſſum eſt. Imo Fabrotus, cum homines animi tantum gratia per fundos ambulare credidit, in errorem ipſe inductus eſt. Eſt enim hoc certiſſimum, veteres JCtos, in deſcribenda itineris ſervitute, *ambulandi* voce propterea uſos eſſe, ut id exprimerent, quod Modeſtinus *l.* 12. *D. de ſerv. præd. ruſt.* dixit, *iter eſt, qua quis pedes commeare poteſt.* Neque facile quiſquam exiſtimabit, ſervitutem olim ruri fuiſſe impoſitam, ut ruſticus animi gratia ambulare poſſet. Poterat enim voluptati quiſque, vel in ſuo vel in amici fundo ambulando ſatisfacere. Et profecto Theophilus intellexit hanc vocis ambulandi vim, ſatiſque prodidit, non voluptuarium eam ſed neceſſarium denotare iter, quoniam, indicaturus ſervitutis conſtituendæ cauſſam, hæc notat: *Nam hoc iter compendio ducebat in fundum meum.* Functus eſt igitur hoc loco optimi interpretis officio: quandoquidem neminem futurum eſſe confidam, qui non videat, βαδιζειν και παριεναι ἀφ᾽ του αγρε, eſſe, *ire* & *ambulare per agrum.* Nam cui eſt per fundum tranſitus permiſſus, is itum iterque quoque habeat, neceſſe eſt. Qui vero tranſit, vel pedes vel eques commeare, ſive ire ambulareque poteſt. Sed optime etiam docet idem Theophilus, non licere παριεναι μετα ὑποζυγιε, ſive, quod idem eſt, *jumentum per fundum agere.*

Ve-

Veniamus ad actum. Ulpianus *d. l.* 1. *Actus*, inquit, *est jus agendi vel jumentum vel vehiculum. Itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, & iter habet etiam sine jumento.* Jam vero de actu minime disputari potest, nisi prius de latitudine & actus & viæ simus certissimi. Sollicite propterea JCti *titulo D. de servit. præd. rust.* ad eam respiciendam esse censuerunt, l. 8. & 13. quoniam perspecta & cognita latitudine, de vehiculo, quod in actu agi potuit, accurate demum pronuntiare valemus. Cum vero ex Varrone, Isidoro ac Paullo constet, actus latitudinem pedum fuisse quatuor, in primis considerandum est, utrum potuerit eo in spatio agitari vehiculum, ne statim in sententiam Illustr. Bynkershoekii ire cogamur, qui id fieri potuisse, confidentissime negavit. Investigare jam nolo, an non pes ille Romanus Italicusque, quo Architecti olim usi sunt, a mensura agresti paullulum abierit, cum res ista tenebris sit multis involuta, & variis obnoxia dubiis. Sufficiat nobis Isidorus, qui *Origin. XV. c.* 15. mensuras agrestes commemorans, pedem sedecim habuisse digitos, sive palmos quatuor, scriptum reliquit. Quatuor vero pedes, & singuli quidem digitorum sedecim, tantum efficiunt actus spatium, in quo vehiculum commode potest agitari. Hinc in Gloss. Nom. ἀκάλους, ἡ πλατυτέρα ὁδός. Jam vero accurate exponendum est, vehiculum id cujus generis fuerit, quod actus olim admisit. Hi enim ne probabilem quidem in medium attulerunt opinionem, qui vehiculum, currum trusatilem interpretati sunt, cum neque probari possit unico veteris auctoris testimonio, vocem vehiculi currum indigitare trusatilem, neque etiam id patiatur linguæ Romanæ genius, ut dicere possimus, *currum trusatilem agere.* Imo, quod Ulpianus vehiculum appellat, Paullo *l.* 7. *D. de serv. præd. rust.* Plaustrum est. At quis unquam audivit, plaustri nomine apud veteres currum quoque trusatilem venisse? Quoniam vero actus agriculturæ inserviit, ejus quoque generis vehiculum exquirendum est, quo in colendis agris, convehendisque fructibus Romani olim usi sunt. Tale vero vehiculum Varro produxit *de L. L. lib.* 4. *pag.* 23. *Aut. LL.* qui, *vehiculum*, inquit, *est, in quo faba aliudve quid vehitur, quo ex viminibus uterentur*, (sic. ut recte emendat Schefferus, *quod ex viminibus vieretur*) *& quod eo vehitur*; *brevis veha vehiculum dictum fuit. Plaustrum, quod ab omni parte palam est: quæ in eo vehuntur, quod perlucent, lapides, asseres, tignum.* Quo loco, vehiculum speciali notione profert Varro, & a tragula, sirpea, in qua stercus, aliudve quid evehitur, arcera, imo & plostro ipso distinguit, & sui ac peculiaris generis esse ostendit, ut observatum est a Scheffero *de re veh. lib.* 2. *c.* 20. Idem Varro, vehiculum, brevem veham esse testatur. At Festus auctor est, *Veiam* apud Oscos esse plaustrum; ex quo sequitur, vehiculum, sive brevem veham, nil aliud fuisse, quam parvum plaustrum, aut plostellum, cujus mentio apud Varronem *de Re Rust. lib.* 1. *c.* 52. Ex plaustro vero facile fit vehiculum. Nam *plaustrum* Varro id appellat, *quod ab omni parte palam est*, ita ut conspici possent lapides, tignum, &c. quæ in eo vehebantur. Huic igitur nudo planoque plaustro; si cratem ex viminibus contextam imponas, plaustrum in vehiculum commutabis. Jam vero animadvertimus, eleganter & accurate Paullum id *plaustrum* appellare, quod apud Ulpianum *vehiculi* nomine venit. Multa enim nudo possunt imponi plaustro, ut saxa, tigna, asseres; multa vero, quia minuta sunt, ut rapa, olera, poma, legumina, vase debent contineri, vehiculumque ex viminibus contextum, aut sirpeam, ex scirpo colligatam, postulant. Imo, cum quædam ne ita quidem contineri possint, v. gr. arenæ; arcera opus est, ex tabulis ligneis conjuncta. Est itaque plostrum, quasi genus, & species ejus, vehiculum. Plostrum autem duarum rotarum erat. Isidorus *XX.* 12. *Plaustrum vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur.* Optime enim animadvertit laudatus Schefferus *lib.* 2. *c.* 19. ea vehicula, quæ quatuor habuere rotas, non simpliciter plaustra, sed *plaustra majora* dicta fuisse,

se, quorum tantum tria ad villam bene instructam requirit Cato *de R. R. c.* 11. Porro hæc plaustra, quæ primo loco adduximus, duo tantum boves, aut muli, aut asini trahebant, docente eodem Catone *c.* 62. qui, *quot juga boum*, inquit, *mulorum, asinorum habebis, totidem plaustra esse oportet.* Quid jugum, sive ζυγὸν sit, notum ex Etymologo. Fuit autem plaustrorum usus in agris frequentissimus, quæ ideo inter instrumenta rustica numerantur. Et propterea in servitute actus hæc quoque plaustra occurrunt, quorum ope partim colendi agri, partim vero fructus ex iis convehendi erant. Plaustra vero, vehicula, & reliqua ejus generis vectabula, cum plana essent, & duarum modo rotarum; quæ non erant radiatæ, spatio pedum quatuor agitari bene potuerunt. Etenim hoc probe observandum est, rotas non quales vulgo cæteris in vehiculis cum radiis modioloque fuisse, verum ex conjunctis inter se tabulis ligneis contextas, quales tympana nominarunt; ne forte quis putet, axes etiam plaustrorum majus requisivisse spatium. Huc pertinet locus Probi ad Virgil. Georg. 1. a Scheffero *lib.* 2. *c.* 19. excitatus: *Plaustra sunt vehicula, quorum rotæ non sunt radiatæ, sed tympana cohærentia axi, & juncta cantho ferreo. Axis autem cum rota volvitur, nam rotæ circa ejusdem cardinem adhibentur.* Neque opus majori fuisse latitudine quam pedum IV. quando circumagenda etiam essent plaustra, deprehendent facillime, qui rem vehicularem veterem notam sibi reddiderunt. Plaustrum autem aut vehiculum, ubi duci potuit, ibi & trajici armenta, ut est *l.* 12. *D. de serv. præd. rust.* Sed trahendi lapidem, aut tignum jus in actu ideo non est, quia corrumpi actus, & lacunosus aut voraginosus fieri potest, quem planissimum rustici conservare studuerunt, ne res vehicularis & ipsa agri cultura impedimenti quid pateretur. Propterea etiam factum est, ut in servitute constituenda, in primis si terra lutea ac limosa esset, ea adjiceretur conditio, ut certum tantum veheretur pondus, unde lucem capiunt *l.* 4. *de servit. & l.* 11. *quemadm. servit.* Quæ de hasta recta, *l.* 7. *de servit. præd. rust.* leguntur, adeo hodie nota sunt, ut interpretatione indigere non videantur. Ex his itaque, quæ hactenus diximus, apparet, rectissime veteres pronuntiasse, *actum jus esse agendi vel jumentum vel vehiculum.* Uti vero accurati sunt Jurisconsulti in rebus definiendis, ita consulto quoque *vel jumentum, vel vehiculum*, actui tribuerunt, cum aliquando actus tam angustus esset, ut jumenta quidem duci *l.* 13. *de servit.* aut armenta trajici, *l.* 12. *de servit. præd. rust.* minime vero vehicula in eo agitari possent. Sunt igitur, quæ de actu in jure dicuntur, strictissimæ, ut ajunt, interpretationis, ita quidem, ut is, qui ejus servitute gavisus est, præter duo illa, definitione expressa, jumenta nimirum, vel vehicula, agere nihil potuerit. Actum vero, quoniam nemo cogitare potest, ut non simul in mentem ipsi quoque veniat latitudinis illius, quæ actui est propria, facile ad conjiciendum est, Jctos veteres, hominesque rusticos, audita actus servitute, bigas tantum rotarumque duarum vehicula eidem tribuere potuisse, quandoquidem trigæ & quadrigæ, plostra majora, aut currus rotarum quatuor, & in altitudinem assurgentes, viam requirebant. Jam quod ad Theophilum attinet, ex his, quæ paullo verbosius disputavimus, patet, bene & accurate eum scripsisse, *actum* esse in quo liceat βαδίζειν καὶ παρίεναι μετὰ ὑποζυγίου ἢ ὀχήματος. Fabrotus quidem notat, actum a via Theophilum non distinguere, cum actus etiam intelligatur, licet vehiculum duci non possit, dummodo commode agatur jumentum. At vir iste doctissimus non cepit *l.* 13. *de servit.* & *l.* 23. *de servit. præd. rust.* quibus, quod ajunt, exceptio a regula continetur, uti supra jam observavimus. Accurati quoque sunt Græci, actum, ἁμαξικὴν ὁδὸν interpretantes. Ἅμαξα autem *plaustrum* est aut *farraca.* Quæ vox iterum edocet, Illustrem Bynkershoekium præter rem in actu currum finxisse trusatilem.

Sed *viam* etiam ingrediamur. Est *via*, Ulpiano docente, *jus eundi & agendi, & ambulandi: nam & iter & actum in se via continet.* Male emendant nonnulli,

nulli, *jus vehundi* pro *eundi*, ab actu viam distincturi. Sed ea emendatione nihil efficiunt, cum & in actu jus vehundi sit, & constantissime in Digestis legatur, *eundi*. Ita Celsus *l.* 9. *de servit. si cui via cedatur, vel relinquatur, in infinito ire agere licebit*: & paullo post; *ut, qua primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet.* Paullus *l.* 7. *de serv. præd. rust. Qui viam habet, eundi & agendi jus habet.* Celsus *l.* 11. *eod. jus mihi eundi agendi potest separatim cedi.* Papinianus *l.* 34. *eod. jus esse ire agere.* Et hæc omnia optime se habere, ex iis, quæ mox dicturi sumus, clarius apparebit. Id vero, quod supra jam monuimus, hic loci quoque repetendum est; de via scilicet judicium accuratum ferre posse neminem, nisi perpendat prius ejus latitudinem. Habet autem latitudo viæ in porrectum pedes octo, & in anfractum sedecim, ut Cajus notat *l.* 8. *D. de serv. præd. rust.* quam latitudinem Javolenus *l.* 13. *eod.* eleganter, *legitimam* appellat. Cum igitur via actu sit latior, statim intelligimus, in servitute ejus plus esse concessum, quam in actu. Hinc Jureconsulti veteres, ut actum a via distinguerent, limitibus illum quibusdam circumscripserunt, quo possent omnes, & rustici in primis, cognoscere, ei, qui actum habeat, jus quidem agendi competere, sed ita tamen definitum, ut præter jumentum, vel vehiculum ejusmodi, quod actus latitudo admittit, agere ipsi nihil liceat. Iidem vero Prudentes, de viæ servitute disputantes, cogitate accurateque nuda *agendi* voce usi sunt, significaturi ea, quidvis agendi potestatem in via esse. Etenim latissime patet hujus vocis significatus, ut, nisi definitum sit expressis verbis, quid possis debeasque agere, pro lubitu tuo in via tibi quidvis agere liceat. Nam concessa libera agendi potestate, & nullis plane limitibus circumscripta, licebit tibi agere jumenta, bigas trigas, quadrigas, vehicula, plaustra majora rotarum quatuor, currus in altitudinem exsurgentes, imo ad pompam quoque extructos. Aptissime itaque JCti pronuntiarunt, *viam jus esse eundi*, AGENDI *& ambulandi*, quoniam in ejus servitute ex arbitrio est omnigena vectio *agendique* liberrima facultas. Propterea etiam *l.* 9. *de servit. dicitur, si cui simplicius via cedatur vel relinquatur*, IRE AGERE licebit. Quæ cum ita sint, neminem jam futurum existimo, qui non videat, veteres JCtos, sola *agendi* voce, viæ servitutem bene & accurate descripsisse. Is enim, ut tandem concludamus, qui libere potest *agere*, agit suo jure omnis generis vehicula, & in primis plostra majora, de quibus supra diximus. Id autem qui facere potest, recte etiam jumenta agit atque armenta trajicit: pro lubitu it denique & ambulat. Etenim pervulgatum hoc est, ei, cui plus concessum, minus quoque competere; ut propterea verissime JCti pronuntiarint, viam & iter & actum in se continere. Theophilum intueamur. Is viam descripturus, Βια, inquit, εστι δικαιον εμε πορευεσθαι και εχειν και ὑποζυγιον· ὡστε ουν ἡ via ταυτα εχει ὰ και το ακλους. Fabrotus JCtum Constantinopolitanum jus ambulandi cum jure eundi hic permiscere in notis observat, qua tamen in re ipsi injuriam facere videtur. JCti recentiores, quibus Ulpiani definitio, quam de via dedit, displicuit, non potuerunt non statuere, vocem aliquam e Theophili libro excidisse. Eam ob causam Illustr. Bynkershoekius legendum esse censebat, πορευεσθαι, και αγειν, και ὑποζυγειν; ita scilicet interpretem Græcum Latina Institutionum verba & optime in linguam transtulisse Græcam, & tria etiam dixisse, existimans; πορευεσθαι nimirum, quod itineri; αγειν, quod actui; ὑποζυγειν, quod viæ proprium est. Et est profecto ingeniosa hæc conjectura, quam & ego lubentissime amplecterer, dummodo possem mihi persuadere, αγειν simpliciter positum idem plane apud Græcos denotare, quod est JCtis Romanis *agere*, a quibus ea vox nequaquum ad actum tantum relata est, uti magni nominis viro placuit. Et sensit forte difficultatem hanc V. Cl. Jo. Alberti, Academiæ Leidensis decus, qui in *Miscellan. Critic. p.* 233. maluit legere: πορευεσθαι, και οχειον, &c. At concedam licet, το οχειον mutari potuisse a librariis in εχειν, pace tamen tanti viri alia omnia sentio, quoniam admissa hac

hac emendatione, nulla ponitur a Theophilo viam inter & actum differentia. Ego leviſſima emendatione locum, qui tot doctos viros exercuit, bene ſanari poſſe puto, dummodo legamus, πορευεσθαι, και εχειν το ὑποζυγιον. Facillime librarios, qui compendiis literarum uſi ſunt, το & και potuiſſe confundere, nemo dubitat. Ut vero lectionem Theophili tueamur, primo loco obſervandum eſt, JCtum hunc Conſtantinop. Paraphraſten egiſſe, non nudum interpretem, errareque eos vehementer, qui, ab eo Inſtitutiones Latinas in linguam Græcam κατα ποδα converſas eſſe, ſibi perſuadent. Is igitur de itinere & actu exponens, τε παριεναι & βαδιζειν vocibus, ut ſupra vidimus, uſus eſt, eaſque ſervitutes tam accurate deſcripſit, ut jure deſiderari nihil poſſit. De via vero acturus, Jureconſultos ſecutus eſt veteres, qui una *agendi* voce, quid viæ ſervitus ſit, belliſſime expreſſerunt. Eam enim ob cauſſam Theophilus, cum intelligeret ſolemnia illa verba, IRE, AGERE LICEBIT, aptiſſime, ſi quid video, viam ita definire potuit, βια εστι δικαιον τε εμε πορευεσθαι. Eſt enim vocabuli πορευεσθαι generalis latiſſimuſque ſignificatus, ut, ſi quis dicat, jus mihi eſſe πορευεσθαι, liceat etiam πορευεσθαι μετα οχηματων, & adhibere και δικυκλα και τετρακυκλα, & omnis generis quoque vehicula ειτε ἁρμαλα, ειτε οχες, ειτε ἁμαξας, quæ apud Pollucem recenſentur; cujus auctoris locus *Lib. III. c.* 14. quod ad vocem πορευεσθαι attinet, notatu quoque dignus eſt. Scribit enim ibidem, πορευε, πορευομαι· ὁθεν και πορεια, τα οχηματα; *proficiſcitur, proficiſcens: unde etiam profectio, & πορεια pro vehiculis.* Certe το πορευεσθαι abſolute poſitum ea omnia involvit, quæ & commoditatis & neceſſitatis cauſſa fieri ſolent. Cum autem animadverteret Theophilus, vocem hanc nondum ſatis το *agere* Latinum exprimere, poſſeque adeo fieri, ut de jumentis agendis oriretur quædam dubitatio, tollendæ omnis ambiguitatis cauſſa, addidit, και εχειν το ὑποζυγιον, *& agendi jumentum.* Εχειν το ὑποζυγιον, eſt ελαυνειν το ὑποζυγιον. Edocent enim vulgata etiam Lexica, εχειν pro ελαυνειν frequenter uſurpari. Ita vero clariſſimum eſt, Theophilum in viæ ſervitute deſcribenda officio ſuo bene defunctum eſſe. Etenim ſi quis mihi concedat jus πορευεσθαι per fundum, eo potero jure uti, adhibitis ploſtris minoribus majoribuſque, trigis quadrigiſque. Jam ſi addamus, και εχειν το ὑποζυγιον, & reliqua, ὡστε ἡ via ταυτα εχει ὰ και το ακτος, non poterimus non concludere, JCtum Conſtantinopolitanum idem dixiſſe, quod eſt apud Ulpianum in viæ definitione.

EXCURSUS XX.

MEMORABILIA

ex Scholiis Basilicorum excerpta

A GUL. OTT. REIZIO.

LIcet JCtorum &c. quorum in Basilicis mentio, Indicem satis amplum, paginis 32. in 4. constantem, concinnaverit laboriosissimus ac litteratissimus FABRICIUS in Bibl. Gr. Vol. XII. pag. 435. sqq. quem magno mihi sæpe usui fuisse, nequaquam dissimulabo: eumdem tamen, quum controversam Theophili nostri & συγχρονων JCtorum ætatem inde ad liquidum deducere conabar, nec sufficientem nec nævis immunem deprehendi. Itaque ipse bis ac ter singulas Operis Basilici paginas perlustrans, loca inde memorabilia, maxime quæ ad JCtos Justinianeos & ad eruenda Theophili fragmenta facerent, summa cura enotavi. Tum vero haud pauca detexi, quæ Viris Eruditis necdum animadversa, sat gravibus circa scholiorum auctores erroribus ansam præbuerunt. Hinc mihi spes nata est, fore ut secundum strictissimas κρισεως historicæ regulas & Theophilum & socios ejus suo vindicarem Justiniano, atque in pristinum restituerem honorem. Quæ spes utrum me fefellerit, nec ne, ex sequentibus post Memorabilia Consectariis ac Porismatis Lector judicabit. Quamvis autem post consummatam alicujus ædificii constructionem adminicula & machinas amoliri soleamus, & ego similiter illum Memorabilium Indicem, aut maximam saltem illius partem supprimere nunc debere videar: ob tres tamen rationes eumdem tibi, Benevole Lector, ob oculos sisto. Prima est, quod pleraqne alioqui loca multo verbosius in Consectariis enarrare cogerer; altera, ut juvenes studiosi (quibus me potissimum scribere, sæpius professus sum) qualequale κρισεως historicæ habeant exemplum; tertia, quod aliis inposterum usui esse possint, quæ ego nunc pro instituti ratione sciens prætermitto. Necdum tamen ad ipsam rem transire possum, quin generaliter quædam præmoneam, quæ, si ignorantur, eos, qui in Basilica forte incidunt, nec opinos, præter suam fere culpam, in præjudicia falsissima inducunt.

I. Compilatores horum scholiorum non modo perperam auctorum nomina, unde ea desumta sint, plus millies omiserunt; sed pejori etiam methodo suas additiones atque επικρισεις ita interspersserunt, ut a commentationibus veterum nullo aut signo aut nota distinxerint: unde sæpius dubium admodum est, utris hic ille locus tribuendus sit. Indicium tamen harum additionum ut plurimum solent esse hujusmodi verba: Ζητει και' Μεμνησο· Αναγνωθι.

II. Quum βιβ. & τιτ. & aliquando θεμα vel θεματιον pro *versiculo*, communiter tam Digestis & Codici, quam ipsis Basilicis tribuantur, (nam Institutiones & Nov. signum αλφαβητικον ιγσιτ. & νεαρας αλφ. adjunctum semper habent) non potest Lector minus exercitatus hæc omnia non confundere, & Basilicis tribuere, quæ Digg. aut Cod. sunt verba. Hinc ergo ut se expediat, observet, terna hæc statim ex addito vel διγ. vel αλφ. vel κεφ. vocabulo facillime distingui: namque διγ. notat διγεστον, i. e. ut hodie loquimur *legem Digestorum*: αλφ. αλφαξιν, *constitutionem* sive *legem Codicis Just.* κεφ. κεφαλαιον, *sive caput Basilicorum.*

III. Textibus ex Instit. Digestis aut Codice citatis Compilator sæpe subjungit locum, quem postea in Basilicis accepere; cujus rei indicium est ητοι vel η, quod alicubi in και degeneravit (de quo plura in Gloss. THino.)

Ut

Ut jam de una fidelia non duos, sed tres dealbem parietes, uno exemplo ex Tomo III. Basil. defungar: Pag. ergo 24, C. legimus: Τῦ Ανωνυμ. Αναγνωθ. τα τῦτο σιγημμα βιβ. μθ'. τιτ. ιδ. διγ. ιθ. Τι δ' εστι τακιτον φιδεικομμισσον, μαθε εκ διγ. του αυτῦ ιδ. τιτ. ητοι βιβ. νϛ'. τιτ. β'. Αναγνωθι βιβλ. μδ'. τιτ. ά. κεφ. εβ'. ὁ φησιν &c. Quem locum intellige, quasi sic scriptus esset: ANONYMI. *Legito præter hoc, quæ dicuntur Libro XLIX. Digest. tit.* 14. *leg.* 19. *Quid autem sit tacitum fideicommissum, disce ex l.* 3. *ejusd. tit.* 14. [Hactenus Anonymus: sequitur Compilatoris additio:] *sive Libro Basilic. LVI. tit.* 2. *Legito Lib. Basil. XLIV. tit.* 1. *cap.* 102. *quod ait.* Exemplum e Codice hoc esto: Tom. I: 437, *g.* Τῦ Αναν. Ανηρ ὑπερ γυναικ& *sine mandato* κινει, ὡς βιβ. β'. τῦ Κωδ. τιτ. ιβ. Δ[φατ. κά. [βιβ. μδ'. τιτ. κά. κεφ. α.] Quæ inclusi, manifeste sunt Compil. quo loco in Basilicis illa lex inveniatur. Ead. pag. θ. Τῦ Εναντιοφανες. Ου παντες οἱ εγγυηται τῦ νεκ βοηθουνται, ὡς βιβ. δ'. τιτ. δ'. διγ. ιγ. και [lege η] βιβ. ι. τιτ. ϛ'. κεφ. ά. Et sic μυελακις. Quin fieri potest, ut veterem citationem aliquando in citationem Basilicorum mutaverint.

IV. Pro Compilatorum adsumento etiam habe, si verbis τῦ καλα ποδας aut Thalelæi aut alius JCti subjungant, ὡς κειται εν τῳ Βασιλικῳ, vel και ἑξης, ὡς εν Βασιλ. nam sic reliqua describendi tædium recte effugere voluere. Exemplis, licet ubique obviis, abstineo, quum & Thalelæum & alios bene multos ante Basilica scripsisse, ipse etiam Hoffmannus statuat.

V. Nec te fallat, quum ex: gr: III: 51, B. dicitur: *Quære lib. X. tit.* 25. *cap.* 4. *& ibi Thalelæi adnotat.* aut alibi *Indicem, Stephanum, Theodorum* &c. ad aliquod Basilicorum cap. citant: quasi vero hi in libros Basil. commentati sint: sed sic intellige, quod aut ipsi Basilicorum confectores, aut eorum Glossatores, antiquorum JCtorum in jus Justinianeum interpretationes ad illa Basil. capita transtulerint, sicut nos ex. gr. ad Suetonium vetustioris verba auctoris, Livii, Ciceronis, &c. adlegamus.

VI. Ordo, quo in Scholiis Basil. commentationes JCtorum ad eumd. locum successive sequuntur, nihil certi habet, unde tali argumento non utar. Nam, licet v. c. Cyrillus præponi soleat Stephano, & Thalelæus Theodoro, hoc tamen haud raro aliter fit.

VII. Singula quidem argumenta, quibus adhuc pro vera Theophili ætate pugnatum est, si per se sola spectentur, fateor, non satis firma posse videri: unde ea levi, quod ajunt, brachio refutare sibi videtur Hoffmannus, cui in επιχειρισει ad ejus de THo judicium ex parte jam respondimus. Verum enim vero si eadem argumenta conjungantur, & nove a me inventis cumulentur, vix dubito quemquam fore, qui Pyrrhonium amplius & scepticum agere velit. Neque enim res historica demonstrationibus Mathematicis, sed evidentibus sanæque rationi sufficientibus documentis indiget.

VIII. Stellula simplex designat tam JCtos, quam alios Viros illustres, quos sub Justiniano floruisse certum est: duplex, quos paullo ante Justinianum vixisse probabo. Si citationibus Basil. nullius nomen adscripsi, illæ sunt incertorum Scholiastarum, qui nullo, nec Anonymi quidem, nomine ibi gaudent. Tum ex. gr. IV: 375, B. significat Basilic. Tom. IV: pag. 375, & divisionem paginæ per litteras majusculas A. B. C. D. Sed V: 186, d. notat Basilic. Tom. V: pag. 186, scholion insignitum littera minuscula *d.* Denique sub *Heroë Eudoxio & Patricio* numerus e. g. 293. subjectus legi Codicis designat Annum Christi, quo illa constitutio prodiit.

MEMORABILIA
EX SCHOLIIS BASILICORUM,
QUÆ FACIUNT AD INDAGANDAM ÆTATEM
JCTORUM, MAXIME EORUM
qui ſub Imperatore Juſtiniano Magno floruerunt: nove collecta & conſectariis ac poriſmatis illuſtrata a G. O. REIZIO.

Amblichus. *vide* Heros Ambl.

*ANASTASIUS ad Dig. commentatur IV: 701, C. VII: 258, m.

*ANATOLIUS ad Cod. Juſtin. comment. I: 100, A. II: 360, A. 562, B. 566, B. 570, B. III: 66, c. &c.
ad Dig. comm. IV: 20, p.

*ANONYMUS citat Inſtit. Juſtin. II: 601, m. *Dig.* I: 99, e. 260, i. 265, q. 372, a. c. &c. item III: 252, y. ubi pro κεφ. legendum διγ.
citat Cod. Juſt. I: 38, u. 265, q. 437, g. II: 263, d. 543, bis. &c.
Nov. *de Teſtib.* [Juſtiniani XC.] II: 543, fin. 556, A. *de Lenonibus* [Juſtin. 14.] II: 610, C. Novellam Juſt. CXI. III: 48, C. &c.
ὡς ἡ μετα τον Καδικα νεαρα VI: 207, e.
Pronuntiatum εχει το ρητον, ait II: 626, C. *Exulat* εχει το ρητον. κυριως δε το *exilium* δηλοι &c. VI: 161, u.
το πλατ⊙ Digeſtorum edidiſſe videtur VII: 89, c. ubi ſic: Τουτο δε το θεμα κειται εν τη τε Κυριλλε εκδοσει, ου μη και εν τω Ανωνυμω.
citat Dorotheum V: 144, A. 260, in fin. notat Dorotheum VI: 49, d. & 259, in fin. ubi in marg. Fabrotus, neſcio qua auctoritate: *Dorotheus ſcripſit* το πλατ⊙: nam quod ibi adfertur, procul dubio ex ejus commentationib. non ex Gr. Dig. verſione deſumtum eſt.
Nullum denique Anonymi hujus locum obſervari, qui non ad ſola Digeſta commentetur.

ANONYMUS (alius credo) citat Nov. 59. Leonis Philoſophi IV: 272, A.
citat Baſilica I: 37, o. p. III: 56, c.

Antiquus & Antiquum. *vide* Παλαι⊙ & Παλαιον.

*ATHANASIUS ad Nov. Juſt. comment. II: 585, D. 586, D. III: 94, c. NB: Fabr. XII: 477.

BAPHIUS laudatur VII: 787. locus lectu dignus, ſed longior quam ut hic adferatur; maxime quum nihil ſatis certi inde eruere poſſim.

BASILICUS εκ τε καλα ποδας, ex Cyrillo, ex Theophilo, ex Thalelæo transſcriptus. Vide horum nomina.

*BELISARIUS PATRICIUS (quo nomine procul dubio dux Juſtinianeus intelligitur, nam ſic vocatur etiam a Procopio in notis Alemanni pag. 85.) ὁτε εγρυετο και εν Θεσπολει [i. e. Antiochiæ] παρεσ⊙ εκει τε Πατρικιε Βελισαριε. II: 80, B.

CALOCYRUS ad Baſilica comment. IV: 403, g. V: 39, x. 292, q.

το KEIMENON των Βασιλικων, aliud quam hodie legimus II: 363, b.
εν τω Βασιλικω εκ τε Κυριλλε ειληπται V: 82, med.

CODEX *Hermog.* & *Gregor.* I: 811, B. Locum totum in notis adferam.
Codici Hermog. obrogavit Anaſtaſius l. ult. C. *de Tranſact.* I: 816--7.

*CYRILLUS

*CYRILLUS ad Digesta commentatur, quæ loca ex ejus Indice desumta mihi videntur: II: 190, q. 192, A. 363, c. 446, in fin. 447. in fin. 448, bis. 449, ter. 450, bis &c.
Ινδικευτης vocatur III: 184, y. cum Stephano. Indici consequenter scribit VII: 154, B.
ex Cyrillo in Basilica relatum V: 82, med.
το πλαι Dig. edidisse videtur VII: 89, D. Vide supra sub *Anonymo*, & in fin. sub το πλαι.
ad Codicem Just. comment. III: 60, a. 61, b. 62, c. 63, B. IV: 323, B. &c.
ante Nov. 115. A°. Chr. 535. scripsisse videtur V: 225. in fin. Vide *Confectaria.*
**DOMNINUM, præceptorem suum vocat Theodorus VI: 217, B. Forte idem, qui *Domnenus*, ad quem Imp. Zeno rescripsit, VII: 711, A. cujus Domneni seu Domnini nomen e Basilicis adscribendum l. ult. Cod. Justin. *de fide & jure hastæ.*
*DOROTHEUS ad Dig. commentatur IV: 336, h. 337, n. o. 338, p. q. &c.
ad το πλαι Dig. comm. IV: 704, B.
menses pro *messes* legisse notat Fabrotus IV: 373, C. ab Anonymo notatur VI: 49, D.
citat Cod. Justin. IV: 375, B. 379, D.
scripsit το πλαι, si fides Fabroto VI: 259, in fin. Vide supra sub *Anonymo.*
μακαριλης adpellatur a Stephano III: 212, A. 265--6.
Dorothei & Joannis locus adfertur ad Dig. V: 410, C.
*ENANTIOPHANES citat Dig. I: 70, e. 99, d. e. 100, k. m. &c. item I: 260, in fin. ubi pro λ. *constit.* legend. δ. *digestum.*
citat Cod. Just. I: 408, d. & l. II: 560, C. 609, h. 610, D. &c.
citat Nov. Just. I: 99, A. [ubi quærendum insuper, quis Imperatorum & qua Nov. *bonorum possessionem* in linea recta ad tricennium extenderit:] II: 540, in fin. 560, pr. III: 43, t. &c.
citat Theophilum III: 258, A.
citat Stephanum II: 628, C.
Ei consentit Basilicus III: 170, A.
citat Basilica I: 262, d. Ego autem credo citationem Dig. excidisse, & restituendum: βιβλῳ [μβ'. τιτ. α'. διγ. κή. η βιβλῳ] θ'. τιτ. γ'. κεφ. κή. ut millies alibi.
Eudoxius. *vide* Heros Eud.
GARIDAS ad Michaëlem Ducam περὶ λ. φωνων &c. scribit VII: 693--4.
citatur a Nicæo II: 653--4. στοιχειον τε Γαριδε ε', ς', π'. citatur III: 78, D. II: 653--4. III: 389, B. D.
GOBIDAS Cyrillum & Stephanum citat III: 182, A.
GREGORIUS citat Basilicum II: 566--7.
HEROS AMBLICHUS citatur a Stephano III: 256, in fin. An Ιαμβλιχ? in Basilicorum Indice rogat Fabritius. Mihi nihil aliud de eo liquet.
**HEROS EUDOXIUS & alii antiquiores magistri male exponunt l. 4. Cod. *Ex quib. caus. infam. irrog.* A°. Chr. 199. quos ex laboribus *Herois Patricii* refellit Thalelæus II: 644--5.
Eudoxius ibid. ex Libro 9. *de offic. procons.* qui libri Ulpiani procul dubio sunt, quid profert.
Ejus sententiæ præfertur alia Herois Patricii I: 810-11. ad l. 18. Cod. *de Transact.* A°. Chr. 293. quem locum insignem in notis adferam.

**HEROS EUDOXIUS laudatur ab Heroë (Patricio) III: 61, A. ad l. 9. C. *de Probat.* A°. Chr. 293.
——— a Theodoro VI: 227, B. ad l. 3. C. *de Donat. q. ſub modo.* 290.

**HEROS PATRICIUS. ὁ Ἡρως Πατρικιος Cujacio redditur (male, credo) *Excellens ille Patricius* VII: 31, C. ad l. 1. Cod. *de Calumn.* quæ eſt Imp. Alexandri.
commentatur ad l. 9. C. *de Probat.* 293. (ubi ſimpliciter *Heros* vocatur, & Eudoxium Heroëm laudat) III: 60-1. ad l. 6. C. *de Oblig.* 293. III: 536, A.
comm. ad l. 13. C. *de Pœnis*, quæ eſt Dioc. & Maxim. VII: 864.
——— l. 16. C. *ſi cert. petatur* A°. Chr. 408. III: 344, A.
——— l. 5. C. *de Non num. pec.* quæ eſt Alexandri III: 350, B.
——— l. 1. C. *Loc. Cond.* quæ eſt Antonini II: 486, A.
——— l. 5. C. *de Inoff. Donat.* 286. V: 487, D. citante Calocyro duce.
ὁ μονος (forte ὁ εμος) διδασκαλος vocatur a Theodoro VI: 217, A. ad l. 27. C. *de Donatt.* 333.
citatur a Theodoro V: 186, d. ad l. 3. Cod. *de in lit. jur.* A°. Chr. 290. & VI: 575, B. ad l. 1. C. *de L. temp. præſcr.* 302.
citatur a Thalelæo III: 535, B. ad l. 4. Cod. *de Oblig.* 287. item V: 265, C. ad l. 18. & 20. C. *de Inoffic. teſtam.* 286. & 294. qui μακαριην eum vocat VI: 60, n. ad l. 3. C. *de Hered. decur.* 349.
citatur a Stephano III: 161, C. ad l. 2. Cod. *de Reb. cred.* 224.
Baſilic. Tom. III: 459, D. in l. Cod. 26. *de Uſuris* A. Chr. 528. ſic ait: Της ἀφταξεως, της βιβλιδης τας ωθωσωπικας αγωγας φθειρεσθω τριακοντα ενιαυτοις, [quæ eſt Honorii & Theodoſ. A. 424. in Cod. Juſt. l. 3. *de præſcr.* 30. *v.* 40. *ann.*] ειτενεχθεισης, ὁ Ἡρως Πατρικιος μεθοδον επενοει τοιαυτην, &c. Addunt Scholia pag. 476. D. ἰδε ανεγραπτη ἡ τε Πατρικιε γνωμη, (ab Juſtiniani ſcil. d. l. 26.) και κρατει τα παροντα.
Num Heros ipſum Cod. Juſt. citet III: 60, C. in Conſectariis §. XI. dicam.
Adde, quæ ſub *Heroë Eudoxio* adtuli.

Innominatus *vide* Anonymus.

JOANNES NOMOPHYLAX comment. ad Dig. II: 544, D. 558, A. 559, B. III: 390, C. &c.
——— ——— Cod. III: 360--1. citans Athanaſium & Theodorum Hermop.
——— ——— Cod. IV: 658, t. 662, B.
——— ——— Nov. Juſt. II: 587. ubi Athanaſium præfert eid. Theodoro.
citat Baſilicum II: 549, C. & 648, B. III: 400, in fin. ei obloqui credo Nicæum II: 549.
Dorothei & Joannis locus ad Dig. adfertur V: 410, C.

*ISIDORUS ad Dig. commentatur II: 535, a. 553, B. 556, t. 558, D. &c.
——— ſcholiaſtes II: 558, B. III: 53, B. &c.
Latinum in Digeſtis verbum *teſtimonii officio* interpretatur II: 553, B. ad Cod. Juſt. comment. VI: 211, i. 212, A. B. C. D. 213, B, C, D. &c.

*ISIDORUS ad Cod. καλλα δε την του θειοτατου Λεοντ@ διαταξιν VI: 219, D. quæ non est Leonis Philos. ut Fabricius in Indice male citat, sed Leonis Thracis A°. Chr. 459. sive l. 30. Cod. Just. *de Donat.*

παρεκβασις εν τη τε Ισιδωρε εκδοσει V: 356, in fin. quod ex Cod. Justin. habet.

Isidori & Theophili sententiæ opponuntur V: 644, B.

*JUSTINIANUS M. σημερον απο νεωτερας τε δεσποτε διαταξεως. Stephanus III: 140, B.

